

AVGVSTINI
STEVCXI, EVGVBINI EPISCOPI
KISAMI, SEDIS APOSTOLICÆ
BIBLIOTHECARI,

ENARRATIONVM IN PSALMOS,
TOMVS SECUNDVS

Qui est primus Psalmorum liber, iuxta diuisionem Hebreorum.

ADIECTÆ SVNT EXPLANATIONES ALIQUOT
NOBILIVM PSALMORVM, QVORVM ARGUMENTVM EST

*Rege Mefia
Creatione mundi.
De Generis humani conditione,
Spe calefit.*

Catalogum Psalmorum in hoc opere explanatorum, pagina tertia inuenies.




PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnum, via Iacobæa:

M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Del Collégio de la Compañía de Jesús de Granada



7 400 40 Gafte / MICH. DE SPAN

Avgvstini
Stevchi, Evgbini Episcopi
Kisami, sedis apostolice
Bibliothecarii,

ENARRATIONVM IN PSALMOS,

TOMVS SECUNDVS

Qui est primus Psalmorum liber, iuxta diuisionem Hebreorum.

ADIECTÆ SVNT EXPLANATIONES ALIQVOT
NOBILIVM PSALMORVM, QVORVM ARGUMENTVM EST

Rege Messia
De Creatione mundi.
Generis humani conditione.
Specielesti.

Catalogum Psalmorum in hoc opere explanatorum, pagina tertia inuenies




PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnum, via Iacobæa:


M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Del Collégio de la Compañía de Jesús de Granada



Corregido
Por su m'dm d' 1632.
En que h' drey corregido
y q' d'lo confirmado
Exq' y q' d'lo del año de
1632 en Granada.
de Mayo 1632
Al' demadano
no tiene g' expurgar
de nuevo por el de 4º
No tiene g' expurgar de nuevo
por el expurgatorio de Mayo 1632



Will R

16

François



PSALMORVM IN HOC

O P E R E E X P L A N A-

T O R V M C A T A-

L O G V S.

1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. pagina 1.a
2. Quare tremuerunt gentes. 8.c
3. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? 16.b
4. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiae meae. 19.d
5. Verba mea auribus percipe Domine 23.c
6. Domine ne in furore tuo arguas me. 26.d
7. Domine Deus in te sperauit, saluum me fac. 29.
8. Domine Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in uersa terra! 33.f
9. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 36.c
10. In Domino confido. 44.b
11. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus. 46.a
12. Usquequo Domine obliuisceris me in finem. 47.d
13. Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. 48.d
14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? 50.c
15. Conserua me Domine, quoniam sperauit in te. 52.a
16. Exaudi Domine iustitiam. 54.d
17. Diligam te Domine fortitudo mea. 57.e
18. Caeli enarrant gloriam Dei. 65.a
19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis. 76.e
20. Domine in virtute tua letabitur Rex. 78.c
21. Deus Deus meus respice in me. 81.d
22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. 87.a
23. Domini est terra, & plenitudo eius. 88.b
24. Ad te Domine leuavi animam meam. 90.a
25. Iudica me Domine. 93.a
26. Dominus illuminatio mea, & salus mea. 95.c
27. Ad te Domine clamabo. 98.a
28. Afferte Domino filij Dei 100.c
29. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. 103.a
30. In te Domine sperauit, non confundar in eternum. 105.d
31. Beati quorum remissae sunt iniuriae. 109.e
32. Exultate iusti in Domino. 112.a
33. Benedicam Dominum in omni tempore. 115.a

34. Iudica Domine nōcetites me. 118.d
 35. Dicit iniustus, vt delinquit in semetipso. 122.e
 36. Noli æmulari in malignis. 125.c
 37. Domine ne in furore tuo arguas me. 132.f
 38. Dixa, Custodiam vias meas. 136.f
 39. Expectans expectauit Dominum. 139.c
 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem 142.a
 44. Eruētavit cor meum verbum bonum. 145.c
 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. 159.d
 89. Domine, refugium factus es nobis. 173.c
 90. Qui habitat in adiutorio altissimi. 181.a
 102. Benedic anima mea Dominum. 187.a
 103. Benedic anima mea Dominum: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. 196.e
 109. Dixit Dominus Dominu meo, sede à Dextris meis. 196.e
 138. Domine, probasti me, & cognouisti me. 225.a



ENARRATIONVM IN PSAL-

M O S T H O M V S S E C V N D V S.

Qui est primus Psalmorum liber, iuxta diuisionem Hebræorum
Augustino Eugubino sedis Apostolice Bibliothecario, autore.



V M omnium sacrarum litterarum philosophia est admirabilis, & velut lumen humano generi resplendens in terris: tum verò Psalmis tata rerum magniarum, atque altissimorum fecunditas ineft, vt longè reliquis Veteris testamēti libris sint preferendi. Hic purissimus vniuersæ theologiae fons decurrit, siue quæ cœlestia cōtemplatur, siue quæ res humanas, quas diuina prouidentia gubernet, ad meritos fines adducens, edifferit. Vberrima quoque de moribus, & virtutibus, quarum princeps Philosophis quoque testibus est Pietas, philosophia. Ad quam Psalmi semper inuitantes, ad omnes profectò virtutes inuitant. Hic altissima, longèque paucis nota futuraru rerum mysteria Sibyllino more decantantur. Est autem Psalmus, vox Græca, quam primi Septuaginta interpretes, ab Hebraico sacras litteras transferentes, pro carmine sacrò usurparunt: Oda, vel Hyminus aliter dicatur. Mos autem sacrorum carminum, & hæc ipsa Psalmorum ratio longè antiquissima est, priscisque saeculis creberrima: quando, vt Plutarchus ait, vertuti Poëtæ, & Theologii, res diuinæ, & naturales, Heroūque fortia facta rythmis canebant. Velut Empedocles, & Parmenides, Anaxagoras, & Pythagoras, quorum carmina apud Philosophos de rebus diuinis passim habentur. Ante hos, Linus, Orpheus, Musæus, qua de re Plutarchus, Πρότερον μὲν ἐν ποίησιν τελέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δύγματα καὶ τὰς λόγους ὀστεωπ Ορφεὺς καὶ Ησίοδος, καὶ Παρμενίδης, καὶ Ξενοφάνης, καὶ Ευπεδονίλος καὶ Θαλής, ὑπερον δὲ ἐπαιχύντο. Eorumque longè vetustiores Sibyllæ, quas cum idem, atque Prophetas spiritus afflaret, ederentque miranda carmina, ea æmulati posteriores, & morem carminis, & mysteria quæ cecinissent, usurparunt. Ab Hebreis igitur vatibus, qui fuerunt omnibus his vetustiores, quemadmodum pleraque alia, vt de creatione mundi, de rebus diuinis sermo, hęc profluxerunt. Siquidem Ægyptios, qui propter loci vicinitatē, linguæque affinitatem, mores Hebræorum, & Theologiam *Aegyptij*, usurpassent, Platone teste, Græci sunt æmulati. Dæmones autem Spiritum sanctum, qui Prophetas, Sibyllasque inspirauerat, imitati, oracula sua toto mundo *Demo-*
nes, maiore ex parte carmine fundebant. Ab antiquissimis Hebræorum (nam Moses *Moses*) omniū vetustissimus, carmen Deo cecinuit). peruenit hæc ad alias nationes Psalmorum ratio. Eam Sibyllæ, Dæmones, Poëtæ, Theologique Græcorum suscepserūt. In Hebreis à Spiritu sancto, Spiritu propheti habuit exordiu: qua gratia donata vaticinia, donata rerum futuraru prædictio, eadem ratio canendi, Psalmorumque concentus inspiratus, fundente Spiritu sancto voces suas numerosæ. Carmen autem Hebraicum nō idem est, atque Cræcorū, Latinorūque, vt neque

A V G V S T . E V G V B . E N A R R A T .

*Carmē he
braicum.* Italicū, siue Etruscū idem, atque Latinum. Ac potius cum Italico, quam Latino similitudinem habet Hebraicū. Latinum ad imitationē Græci tēpora syllabarū obseruat: Hebraicū nulla tēpora, sed numerū duntaxat, atq; similitudinē cadētiū syllabarū. Ut nō est in Italico carmine spondeus, trocheus, dactylus, sed nume- ratio tantū syllabarū, & obseruatio, vt similiter desinat: simile quiddā sequitur Hebraicū. Quare cūm Hieron. scribit, aut Job, aut Psalmos dactylo, spōdeōque decurrere: & cūm in præfatione, de Job dicit, versu labitur: quæq; Augustinus cum cæteris de carminibus Hebræorū testantur, noris nō hos ipsos præcisè pedes nostrūmque carmē ab eis, sed simile quiddā designari. Itaque neque Heroicū carmen apud Hebreos extat, neque Iambicū, aliisque genera, sed simile quid- dā, & quale bābarī diuersis ritibus canunt. Psalmi, Job, libri Salomonis, & Propheta- rū rationē carminis p̄ se ferūt, sed neque Latini, neque Græci. Numero- sum quiddā, & ab oratione soluta parūper recedēs, sermonis genere, figurisque Poëticis, verbisq; minus visitatis obscuriores. Psalmi præterea nō eodem autore, nec eodē fortasse tēpore, nec eodē modulatu, vt nec eodē subiecto semper per- spiciūtur. Variat autor, variat tēpus, modulatus, res quæ canitūr. Quod ad subie- ctum attinet, alij profuridissimē super omni natura, theologiāq; philosophātur, alij de præteritis, aut presentibus Hēbrœorū victoriis, aut beneficiis humano ge- neri collatis, gratias agūt. Alij precantur, orant, vel clades auerti, vel peccatis nō inquinari. Ceteri docent, erudiūt, præmia sceleris, atq; virtutis, finēsq; proclama- tes. Sunt quibus de gloria, maiestate, bonitatēq; diuina, quo reddant eā illustrio- rem, mortalibūsq; celebrē, omne artificiū est, omnis sermo. Autor autē frequen- tius Dauid, cuius tēpore pietas magna accepit in creme, eōq; diuinę laudes cre- briores. Nonnunquā alij, sed raro. Quò faētū, vt pleriq; è Græcis, Latinisq;, etiā vero Hebræis omnem librū Dauid adiudicarint. Probabilius videtur sepositis nōnullis, reliquo in Dauid, siue cū eius titulo, siue minus in vniuersum referen- dos. Liber Paralipomeno abundē testatur totā hanc Psalmorū, diuinārumq; lau- dū rationē, à Dauid primō fuisse repertā, atq; institutā, vel ipso, vel aliis Psalmos, quos edidisset, qui scientia canendi præcellerent, eūm cantu pronuntiātibus. De quibus est in libris Paralipomenon fuisse cantores Heman, Asaph, & Ethan, in cymbalis æneis cōcrepantes. Alios qui in nablis arcana canerēt, aut qui in citha- ris pro octaua cantaret Epinicion. Chonenā autem principē Leuitarū p̄fuisse prophetiē, & ad præcinendā melodiā. Sacerdotes autē tuba clangētes. Eodē loco refertur à Dauid fuisse cōstitutos Asaph, & fratres eius, ad cōfitendum Domino qui glorificarēt, atq; laudarēt Dominū Deū IsraEl, atq; operū eius recordarētur. Alios p̄fectos super organa Psalterij, & Lyras. Nouissimē dicitur, Heman, & Idithū, & reliquos electos cōstitutos ad confitendū Domino, quoniā in æternū misericordia eius, quatiētes cymbala & omnia musicorū organa, ad cōcīnendū Domino. His igitur omnib⁹ fit perspicuū, principio, Psalmorū rationē à Dauid, atq; illius tēpētatis doctissimis Hēbrœorū, quos ille designasset, maiore ex parte fuisse repertā, imitatiibus quidē vetustissimos suos, antiquāue carminis rationem qua fuerat Moses, alijq; post ipsum vñi. Hos autē ipsos, vel à se ipsis, vt quos Dauid propter doctrinā, sapientiā, spiritūmq; prophetiē delegisset, vel à Dauid edi- tos Psalmos cōcīnisse. In principiis Psalmorū s̄aepē reperies (præter Dauid, qui fre- quētius nominatur) Asaph, Idithū, Ethan, qui cantores, Poëtaq; Psalmorum Vatesq; fuisse memorantur. adhęc organa musica, quæ solent in principiis Psalmorū nominari: necnon res quæ Psalmis canerētur, yidelicet quod aliis Arcana,

Pro-

I N E N A R R A T . I N P S A L M O S P R A E F A T I O ,

Prophetiæque canebat: aliis Carmen triumphale, quod Græcē θεωριαν, aliis ad glorificandum Dominū, operāque eius celebrāda. Hæc omnia doceberis ex di- cīis illis. Autores Psalmorum, Varietas musicorum instrumentorum, Subiectū carminis. Autores, Dauid, Emah, Ethan, Asaph, Idithum. Organa musica, Tym- pana, Nabla, Tubæ, Citharae, Psalterium. Subiectum, Arcana, Prophetiæ, Epini- cion, Collaudatio diuinorum operum, Melodia.

Præter hæc carmina, Psalmosque tēpētate Dauid decantatos, credendum est, quemadmodū ante tempora Dauid, multa cātica (si vel ab ipso Moſe, vt cantum Sifarae, canticum Annae matris Samuelis, sumas exordium) fuerāt decanta- ta, peruenītque ratio canēdi adusque Dauid: sic post eū fuisse, qui psalmos ceci- nerint quoru carmina fuerint in librū Psalmorū relata, præcipue qui sunt sine titulo, velut ἀνώνυμοι. Probatūrque mihi quod ait diuus Hilarius, librum Psalmorū appellatum, diuersis in vnum volumen prophetiis diuersorum, & autorū & temporum congregatis, ab iis, qui res Regum gestas scriberent. Et quoniam pars Psalmorū, mysteria, prophetiæq; fuisse dicuntur, par est illud in his myste- rium, atque prophetiā maximē celebrari, quā Sibyllæ quoque præcipue con- celebrarunt, maximam prophetiam, supremum mysterium. De Christo, rebūs chrysīus que gerendis ab eo, omnis prop̄ Sibyllarū prophetia contextur. Hunc in pri- mis spectasse psalmos, atque arcanis canendis modis designasse, cōsentientibus Hebræis verisimile est. Hoc item poēma multis de causis obscurum est. Princi- piō omnium generatim carminū maior est, quām orationis solutæ obscuritas. *psalmi ob- scuri.* Plus illic artis adhibetur: quæruntur nomina, sensūsque à consuetudine remo- tiores: omnes loquendi figuræ variétasque adhibentur. Huiusmodi est apud Græcos Pindarus, Alcæus, Lycophron, quos etiam adhibitis interpretibus vix intelligas. In hoc poēmate peculiaris obscuritas, quod veniens è peregrina lin- gua, cuius loquendi ratio longè distat à nostra, nec eisdem loqueridi ritibus in- sistit, s̄aepē neficias quid resonet. Et verum est quod ait diuus Hilarius, vniuersa allegoricis, typicis contexta esse virtutibus. Accedit, quod subiectum dubium est, rarōque percipitur quorū spectent quæ dicantur. Eadem ratione Sibylle loquebantur, quarum carmina non prius sunt intellecta, quām tempus absolu- isset, quæ vaticinatae fuerant. Sic quædam mysteria Philosophorum, Platonis & aliorum tunc intellecta sunt, cūm venit ille qui plenam, perfectāmque de se- ipsis, rebūsque diuinis detulit è celo philosophiam. Editio quoque Psalmorū, qua per totum orbem Christianum vtitur, siue Græca, siue Latina Ecclesia, est Septuaginta interpretum. Hanc interpretantur, explanantque, vt quæ sit Se- ptuaginta, Origenes, Basilius, Gregorius, Chrysostomus, Eusebius, afferentes ad eius declarationem nonnunquam Aquilę, Theodotionis editionem, Sym- machi, quintam, sextam. Hoc illud est antiquissimum Psalterium quod ex Hēbrœorum fontibus, primō fluxit ad Græcos, à Græcis ad Latinos. Non est cu- iusquam alterius interpretis quos nominauimus, non Luciani. Siquidem hoc illud, è quo proferūt Apostoli testimonia, & quo post Apostolos Ecclesia sem- per vfa est. Quod, vt dixi, maximē Græcorum Theologorum explanationibus noscas, qui Psalterium edifferentes ad eius declarationem, proferunt nonnun- quam alias interpretationes, hanc ipsorum Septuaginta esse dicētes. Hæc longe ante tempora Hieronymi in latinam dialecton tralata, semper ob vetusitate re- tenta fuit. Cum reliqui libri Veteris testamenti fuerint summoti, recepta Hiero- *Hierony-
mus.*

nymi ex Hebraico tralatione: cuius Psalterium ex Hebraico remansit in libris eius, publicè receptum non fuit, ipso etiam consulente, quoniam & perturbatio in Ecclesiis accidisset, veteres psalmos dedisere, nouos inferre memoria coætis, & summae venerationi erant quæ Septuaginta translatisse, ut vix receptus in aliis libris fuerit Hieronymus. Quia de re ad Suniam & Fritellā ipse his verbis: Hoc enim quod Septuaginta interpretes transtulerunt, propter vetustatem in Ecclesiis cantandum est: & illud ob eruditioem sciendū propter notitiam. Factum igitur quod cōsuluit Hieronymus, semper antiquum Psalterium, quod erat Septuaginta cantatum in Ecclesiis. Irreperant in ipsum quædam ex aliis interpretationibus, obfuerat item vetustas. Itaque Hieronymus hoc beneficū præstítit nonnullis, ut ipsum collatis aliis interpretationibus, & Hebraico, repurgaret: quod ipse in præfatione Psalterii aperte testatur. Sed labor ille paucis profuit, & breui ad priores corruptelas rediit Psalterium, quod non vniuersæ Ecclesiæ, sed duobus, aut tribus amicis duntaxat emendasset. Habet alterum, ut dixi, Psalterium eius ex Hebraico, proximè accedens ad sensus veriores, ad Hebraicamque veritatem intelligendam vehementer vtile.

*Nostris
temporis
interpre-
tes.*

Fuerunt hac tempestate, quæ admodum olim apud Grecos, multi qui ex Hebraeorum fontibus Psalterium transferrēt, quibus totamque variis interpretationibus imperiti turbātur, arbitrātes nulla ratione sacras litteras intelligi posse, ut quarum tot tanquam inter se differentes sint interpretes. His, ut dixi, perturbatio propter imperitiam accidit. Qui transferunt, non sunt, ut ipsi putant, inter se tantopere discordes: sed quod cæteri turbulentius, obscuriusque translatisse, cùm videatur aliis melius, aperitusque transferri potuisse, nouas editiones aggrediuntur, semp̄rque ad maiorem claritatem aliqua sit accessio. Nec verum est, Hebraicam linguā, quod tot quotidie nouis interpretationibus sacre litteræ misceantur, quod aliquæ voces diuersis sensibus expónantur, unusitatam, dissimilēmque cæteris linguis esse non intelligibilem, sed ut cuique libuit in omnes sensus venientem. Ut Græca, ut Latina certos habent significatus, certos ac diffinitos loquendi modos, haud secus Hebraica, cuius quidem proprietates quod quisque doctior, scriptorūmque eius peritior erit, ita magis agnoscet, aliisque explicabit, atque resoluet. Vocabum autem amphibologia omnibus in linguis est. Homerus, Pindarus, Sophocles pleni sunt amphibologiarum, quas diuersis sensibus & inter se dissimilibus, eorum interpretes exponunt. Platonis atque Aristotelis philosophia quām variis interpretationibus distrahitur, tam sensibus, opinionib⁹que varians miscet animos Philosophorum. Cur igitur quisquam varietatem in sacris litteris abominetur, cùm sit omnium linguarum ismos, atque ritus? Ob hanc igitur causam nobis illa via maximè placuit, ut nullam denuò interpretationem molientes, sed hanc nostram vulgatam cum fontibus Hebraicis, cum Græca tralatione conferentes, Hebreos, Græcos, Latinosque interpretes consulentes, vnum totius veritatis corpus efficeremus, omnēsque radios ad eam illustrandam apponemus. Eoque factum est, ut inuisa prolixitas commentaryum vitari non potuerit, cùm sensibus euolwendis, verbis diligenter pensitandis non breue tempus decurrat. Inuenti sunt tamen longè plurimi quibus hæc necessaria utilissime prolixitas non displiceret.



PSALMORVM LIBER.

PSALMI PRIMI EXPLANATIO.

B E A T U S vir, qui non abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiae non sedit.

A E C E S T, ut præfati sumus, Psalmorum maiestas, hæc altissima sacrī poëmatis huius philosophia, quod Vates sanctus ingressus ad mores instruēdos, & in omnes philosophia latissimos campos deuictus, finem eius præfatur, quibus terminis philosophia, quibus res humanae finiantur: ut ostendo, ac præmonstrato rerum cunctarum fine, sumus ad reliqua, quæ dicturus est, attentiores. Longèque diuinus, quām Aristoteles librum de Moribus scripturus, ut ille de Felicitate quædam præmisit, differens definiēnsque Beatitudinē: sic eius præuertit, absoluīque noster definitionem. Cūmque Philosophus dupli propoīta Beatitudine, illam veram beatitudinē esse declarasset, qua similes Dei sese mortales reddunt: hoc Vates diuinus apertius, ut maior, nec terrestris, sed cælestis Philosophus egit. Primūque Aristoteles dixit, Πάντα τὰ ἀγαθά εἰσι τέλη, Omnia bonum appetere. Et in Politicis, Τοῦ γράφειν δοκιμάσαι ἡγέρεις καὶ πάντα τὰ αριστεῖα πάντας. Omnes omnia facere causa eius quod bonum videatur. In ultimis quoque verbis, Απαντά γράφειν ἐπειδὴς χρήσιμα πλάνητας εἰδαμονίας, τέλος γράψαται. Omnia fermè alterius causa boni nos eligere, præter Felicitatem, & Beatitudinē, quæ finis sit. Postremò resolut quæ sit Felicitas vera, vulgo, multisque philosophis, secum dissentientibus: Beata inquit, vita videtur, secundum virtutem. Itēque βίος ἡδονὴ οὐ μετ' ἀρετῆς κακοργίας, οὐ τοστὸν, οὐτε μετέχει τῷ καὶ ἀρετῇ τοπέων. Vitam optimā esse, quæ cum virtute traducitur, laudabilibus actionibus insignis: Perfectissimam verò atque eminentissimam virtutis actionem esse, quæ sit ἡ τοῦ σοφίας, secundum sapientiam. Vivere sapienter, agere secundum sapientiam. Sapientiam enim inquit, θαυμαζεῖς ἡδονὴς ἔχειν, καθαριότητα τὴν τοῦ βεβαίου: voluptates puritate, ac perpetuitate admirabiles habere. Quæ sit porro Sapiētia, & ubi maximè sita, absoluī postremò dicens, eundem esse sapientem, beatum, θεοφιλέστατο, Deo charissimum, gratissimum: Quem Deus charissimè diligt: Diligat autem propter sapientiam, siquic similitudinem. Quoniam igitur qui sancte, sapienterq; vivunt, similes Dei sunt: hæc autem similitudo facit eos Deo charissimos, atque gratissimos, ut idem constanter afferit. Id verò est Beatitudo, in qua sunt mirabiles, perennēsque, ut idem testatur, non fugaces autem, corruptib⁹que voluptates. Hoc habens exploratum vetustissimus, ac maximus Vates, à quo fontes omnis sapientiae fluxerunt ad Græcos, aliisque gentes, primū præposuit quod omnes appetunt, nempe Beatitudinem. Inde quale sit hoc ipsum demonstrauit. Eundem porro paulo ante monstrauerat Aristoteles, quem beatum declarare decreuerat, ὅτι οὐντεργάνων κατέτοντο δεσμένων, τοὺς ἀφεγένεις αριστα. Qui secundum animum, non secundum corpus vivat, habeatque mentem optimè affectam. Itēque in Politicis absoluens de beata vita sermonem, Ecce igitur, inquit, vnicuique tantum beatitudinis, quantum virtutis, & sapientiae: & quantum virtutibus his vita ducitur, non diuitiis bonisq; corporis sit nobis in confessio, ipsum Deum pro testimonio, & exemplo habentibus, qui felix, beatissime fit propriis, non alienis bonis. Constat igitur eandem esse beatitudinis rationē, & quam Philosophus ex consideratione naturæ, & quam diuinus Vates ex oraculo cælesti docebat. Est enim quod proponit Pro-

*Dens, pro-
priis, non
alienis bonis,
est felix.*

AA

AVGVST. E V G V B. ENARRAT.

pheta, idem verus Philosophus intimæ naturæ consideratio. Quoniam igitur Beatitudo vera, ex veris, aternisque & insatiabilibus gaudiis, ac voluntatibus perficitur, vera autem stabilitate voluptates minus turbulentæ, doloribus, & sordibus minus inquinatae, rite, re-
cteque omnibus consideratis sunt in sanctitate, ac sapientia, Deique similitudine: ob hanc causam, ludum doctrinæ verae pandens Vates diuinus, veramq; de moribus Philosophiam scripturus, ostendit ubi sit vera Sapientia, ac Beatitudo. Eoque ipse testimonium philosophorum produxi, non quod sacras litteras auxiliis externis roboretur: sed vt docerent nunc à Philosopho diuino prædicari quod ex fontibus naturæ philosophi profani eruerunt. Naturale igitur est, vt beatitudo sit sceleribus fugiendis, virtutibus secessandis, Causam dicet Aristoteles, quod Sapientia veras possidet, diuturnaque voluptates, quod similes Dei facit. Quod is, quisquis erit, inter ceteros homines versabitur, vt Deus quispiam. Vates autem diuinus, & has ipsas causas & alias maiores, quod probis, sapientibus, refugientibus que peccare parata sunt magna præmia: quod non tam erunt in hac vita beati, qualis quæ haberi potest in hoc mundo Beatitudo, sed item in posterum longè feliores, quod diuina Nemesis quæ fæuit, indignaturq; bene agere malos, amplectitur, respicitque bonos eos, & stirpem eorum, præmia pietatis olim erant Hebræis, diutius seruabit incolumes, seruabit quas iuste parauerunt opes. Quod semper alacres sunt animi bonorum. Aduersa fortius ferentes, secundis non insolecentes, nec opes attollunt, nec paupertas deprimit. Sapientia fortissimos eos, eoq; etiam latissimos efficit. Vitam Deorum in corporibus imitantur. Sciunt nihil timendum nisi culpam, & peccatum, Fortiaq; aduersis opponunt peritura rebus. Vniuersi eos amore prosequuntur. Sed hæc omnia melius docent, & vbiique sacræ litteræ. Verum igitur beatitudinis fontem esse pietatem, quoniam in actionibus virtutis beatitudo constituitur. Fons autem iustarum, rectarumq; actionum est pietas. Atque hunc esse finem totius felicitatis, omniūque virtutum atque actionum moderamen, & qui dicit beatitudinem, seu felicitatem, finemq; omnium rerum, nihil aliud eum dicere, quæm scientiam, & cultū Dei. Et hanc esse philosophorum quoque sententiā declarat misericordie consonans cum sacræ litteris idem Aristoteles: qui libros de Moribus ad Eudemum absoluens (quemadmodū Salomon suos claudens dixit, Finem dicendi faciamus: Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo) illo præclaro fine vsus est: Omnes actiones nostras, omniāque studia, rerūque possessiones, tantò iudicandas esse meliores, quantò magis fecerint, adiuuerint ad cognitionem, & cultum Dei: deteriora autem censenda, quæ nobis impedimento fuerint quominus colatur Deus, vt quasi sic statuat, si quis eius sententiam planius euoluat. Quoniam, inquit, felicitatem veluti finem supremū quærimus: felicitatē autem tibi demonstro, cámque dico esse beatum, felicemque animi statum, complexum, societatemque omniū virtutum. Apertius, ait, tibi loquar: Sedes omnium virtutum, & finis ille, ad quem quidquid agimus, quidquid possidere studemus respiendum est, contéplatio, & cultus Dei est. Cum inquit, huc peruenieris, tunc finis est, tunc beatus eris. Ob hanc causam quæcunque te iuuerint vt huc peruenias, pro melioribus habenda: quæ prohibuerint, impedimentoque fuerint, deteriora iudicanda. Is terminus versus, hæc optima definitio. Optimus rerum cognoscendarum modus. Sic loquitur Aristoteles, οὐδὲν ἀρετὸς κακοῦ τῶν φύσεων ποιήσει τὸν τέλεον μάλα τὰ τελεῖα, οὐδὲν τόπος, οὐδὲν ἀλλοιος ἀρετῶν, αὐτὴν τελεῖαν, καὶ διὸ δέρπονται τοις εἰδέσι, οὐδὲν ἀντερβολὴν καλέει τὸν τελεῖαν καὶ τελεῖαν, αὐτὴν δὲ φαύλην. Hunc igitur antiquissimum Poëtam nostrum, vestigiis Græcorum Poëtæ, iidem & Theologi imitati Musæus, & filius eius Orpheus, necnon Hesiodus, & Homerus, magna præmia iustis, ac bonis, vt ait Plato, canunt esse párata, vt qui Deo maximè sint curæ, quibus terram altricem producere fruges affatim iubeat, aluearia melle repleri, vestiri velleribus oues, in coetu sanctorum collocatos Orpheus æterna ebrietate latos esse. Tum πάθας γαρ πάθαν γαρ γάρ πάθει γενέσθαι. Et natos natorum stirpemq; relinquere iustos. Hoc enim prior noster dixerat. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, virescens scilicet semper in posteritate, multò magis in cælo. Scripturus igitur de virtutibus, Prudentia, Iustitia, Modestia, virtutumq; principe Pietate, proponit, præfatur earum finem beatitudinem. Propterea Psalmum hunc Hebrei miris laudibus tollunt, nobilissimumque dicunt, iuréque merito librum suum, philosophum diuinum ab eo auspicatum esse. Sed nos singula verba perpendamus.

Beatus vir.] Beatus Hebraicè dicitur ρων ashere: dicitur à verbo ρων asher direxit, ambulauit, vt designet quod Græcè dicitur εὐδητης, κατοφθιτης. Bene incedentes, feliciter tendentes.

Adentes. Est numerus multis semper, vera fortasse sentientibus nonnullis Hebræis, quod Felicitas, ac Beatitudo non sit solitaria, nec una ex re, aut virtutē una efficiatur. Iustitia, Temperantia, Prudentia, Fortitudo faciunt beatum. Posset esse linguæ confuetudo, vt Latinè Tenebrae, Diuitiae, que Græcè per vicum numerum σιώτος, πλάτος. Quem autem Hebraicum dicit ρων ashere beatum, Chaldaeus (inquam linguam versa litteræ sacrae melius intelliguntur) dixit ρων tube, bonitas: vt dicat, Bonitates illius, aut illi qui nō abiit. Bonitatē vocavit beatitudinē, bene agere. Quid enim aliud est felicitas, quæm rerū cunctarū absolute bona? Nam & Aristoteles, vt superius, πάτητος ἀγαθος εφείσται. bonum omnia appetere. Ecce bonum vocavit ipsam beatitudinē, quam mortales omnes, res item omnes quærant, cupiant, experant. Beatos Latini dixerunt antiquissima nuncupatione diuites, opulentos, similiter vt Græci εὐδητοι, quibus fortuna bona, propitia. διάμυτος, ad alia sumpu-
Diuites. mero fortuna est. Postea Latini Græcique iam philosophantes correxerunt errorem, non amplius beatos appellantes, quibus bona corporis, & fortunæ suppeterent: videbant enim saepe miseros, esse diuites: vt Menander de se ipso, qui diues esset,

Πλάτος τὸ πάνταν καλόμενον, μακέριος δὲ τὸ μισθόν.
Dives ab omnibus, beatus à nemine dicitur.

Propterea distinxit, addiditque melius.

Μακέριος δέταις καὶ νέον εἶχε.
Beatus, qui Dinitus, & Sapientiam posidet.

B Intellecerat non valere diuitias solas ad beatitudinem, adiecit sapientiam. At purior *Dinitus re-* philosophia, itenque sacræ litteræ, quarum philosophia supereminet omnes, reiecerunt *īcunt sa-* diuitias. Eas Aristoteles quidem moderatas, & intra præscriptū iuuare ad vulgarem quan-*cræ litteræ.* dam, ciuilēque beatitudinem: nimias autem, & abundantiores vehementer obesse. πᾶν δὲ τὸ χρηστὸν θεῖον, ἐν τῷ πατερῷ λόγῳ βλάπτειν, η μηδὲ τὸν εἶναι αὐτὸν τοῖς ἔχει. Quæ di-
cantur virtutia, si excedant, aut nocere necessariō aut nullam esse possidentibus utilitatem. Diuitias esse veluti organum dicit: si maius, quæm deceat, sit organum, non profit, sed no-
ceat. Idem quoque, τῶν ταῖς εἰς ὑπερβολὴν γνόμονα, χέρις πολεῖ: οἷον πλάτος παλὺς γενέμνον ὑπερ-
βλαστος, ἀνδεῖς ἐπονοεῖ. Diuitiarum affluentiam, non modò non prodeesse ad virtutē, & beatitudo-
nem, vt reddant deteriores, & superbos, contemptorēque aliorum qui eas possident. Quare philosophi quoque senserunt, in diuitiis non esse felicitatē: videturque maiorem
quandam, ac suspicere beatitudinē, diuitiis comitibus non indigentem: Animi, inquam,
beatitudinem, similem felicitati Deorum, ex sapientia, sanctitate, pietate, animo diuini-
tus affecto. Cùm similis est animus noster animo Deorum. Hanc agnoscunt solam sacræ
litteræ, sed addunt, edifferunt, quæ philosophi videre non potuerunt. Hoc item nomen
Græcū, si Platoni creditum, indicat. Dicitur enim Eudæmon beatus. Dæmonem ille ani-
mum dicit esse: & Eudæmonia, est felicissimus, optimus animi status. Bonitas animi, cùm
beatus, felix, tranquillus inter gaudia solis nota piis versatur animus. Itaque refertur hoc
nomine ad animum solum beatitudo. Aliud autem nomen quo sunt vñi hoc loco Septua-
C ginta interpres μακέριος, idemque sacræ litteræ passim usurpant, designat immortalē, in-
corruptibilem, quasi μη καὶ sine letō. Beatus ergo propriè dicitur is qui immortalis est. Et
vera beatitudo in immortalitate declaratur. Itaque quod ait Aristoteles de beatitudine,
quod cùm felicitas sit res quædam perfecta, nihil autem in corpore perfectū est, nulla vir-
tus, nullum gaudiū, concluditque εἴναι ή εὐδαιμονία. ζῶντας τέλειας εὐρεῖται καὶ ἀπειλὴ τέλεια. Bea-
titudo erit operatio perfectæ vitæ, secundum virtutem perfectam. Non erit vñquam hæc
in terris nisi in immortalitate beatitudo, & in ea, quæ dicitur ζωδίων, deificatione. Quan-
diu enim desiderabit insatiabilis animus, desiderat autem perfectionem supremā, eaq; est
deification, nunquam quiescet, nunquam sedabitur cupiditatis æstus, nunquam beatus erit.
Dico igitur perfectam, beatamq; illam vitam, & vt idem ait Ζωχῆς ἀγαθῆς ζεργεῖα, Animi
boni operationem, & quasi gaudium insatiabile, in terris, & in hoc corpore, quod animi
carcer dicitur nomine Græco σῆμα σῆμα, inueniri non posse. Quod idem Aristoteles facile
concesserit. Sæpe nescio quibus gaudiis perfundimur, quadam dulcedine gaudet animus,
aduentatq; insueta voluptas: postea velut aura leuis discedit, animum mœstū relinquens.
quale nonnunquam sibi testatur Augustinus accidisse. Tales, inquam, arbitremur particu-
las esse beatitudinis, imaginemq; fugacem perfectæ, perennisq; vitæ, qua Deus, animique
cælestes semper sunt beati: Nos autē (vt ait Aristoteles) aliquādo, idq; raiō, & breui. Habet
igitur beatitudo vera perennes, continentēque voluptates, nunquam interpellata gaudia.

μακέριος.

*Corpus, ani-
micarcer.*

Hoc duntaxat in cælo, cùm deificatus animus, nihil amplius habuerit quod concupiscat. Nunquā autem defuerit quod aueat, nisi cùm Deus effectus, quod sacræ litteræ promittit, nihil erit amplius desiderii eius occurrit. Hanc igitur potissimum psalmus beatitudinē res- pexit: sed & illā prædicauit, quæ percipitur in terris, vt Aristoteles retulit, ex optimis actio- nibus, vitaq; iustæ, piisque ducenda. De qua & ipse Aristoteles, & Tullius de Finibus honorū & malorum: & in Thusculanis. Hæc autem est præparatio ad veram, æternamque beatitu- dinem. Vrae iustitia fructus, & pietatis. Quibus igitur constet, quibuscum parari possit beatitudo, psalmus is iure diuinæ iusti philosophiæ principium, & caput, edocet.

Qui non abiit in consilio impiorū, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra peccantie non sedit.]

Principium beatitudinis, sapientiæ, sanctitatis, Separari à commercio improborū. Non hec quidem perfecta beatitudo, sed exordium, gradus primus, hinc ad illam animi puritatem, integratatem, hæc occasio quærendæ sapientiæ. Non audire voces sceleratas, non interesse colloquis, & factis improbissimis. Sed primū circa voces insistamus. Quos Sept. interpretes Græcè dixerunt ἀσθετούς, impios, Hebraicè וְשָׁמִים reshaim, passim quidem vocantur, impij in sacris litteris, Magistri Hebræorum vim linguæ suæ, proprietatemq; apprimè cal- lentes, (ad eos enim cùm de vocibus discrētū, refugiendū est, paucos autem sensus velut ille aurum ex stercore feligentes, cætera nos illis relinquere conuenit) designari dicunt hac voce, cupidos, inhiantes ad opes, bonaq; corporis, & ad hæc omne studium transferentes.

*Impij.**Rabi Dauid.**Consilium.**Dum confundunt alios**Auct. Esra.**Sap. 2.4.**Impudenter mentientes.*

Hoc significatū ex aliis locis comprobātē: è quibus Rabi Dauid: Reshaim, inquit, sunt cu- pidi, cōcitati, folliciti, insatiabiles possidendi diuitias, & opes, suas libidines satiandi in hoc E mundo, libidinibus inflammati, furentes, omniaq; rabidi appetentes. Qui nihil inter bonum, malūmque putantes interesse, furantur, diripiunt, interficiunt, vt opibus, quas audiissimè persequuntur, potiantur. Est enim significatus vocis huius מְשָׁאֵם hacharada, motus, instabilitas, auditas, discursatio, sedulitas, vt probant testimonia. Propter hanc causam, inquit, Consilium impiorum dixit: adiunxitq; ad hoc ambulationem, quoniam hi hortantur, incitant mortales, vt se audiant consilentes. Salubria verò consilium videntur, vt opes coa- ceruent, vt genio indulgeant. Hæc ille. Similia fermè scriperat prior Auen Esra, quem vi- detur posterioris expressisse. Reshaim, inquit, vt ego videor, sunt qui non permanent in vna eademq; sententia, fluctuat eorum mens, vt procella, nescit quiete, vt declarat exempla, vt quod dixit Salomon. Impius facit opus instabile. Huic recte consilium, & ambulationem adiunxit. Ad noua enim consilia capienda inuitant, in eundamque viam quam nesciunt. Ex his Hebræorum expositionibus claret, quos Sept. transtulerunt ἀσθετούς, impios, designare flagitosos, sacra profanaque miscentes, libidinibus effrānatis omnia vastates, populantes, de futuris post hanc vitam nullam opinionem habentes. Reshaim sunt, qualem describit Catilinā Marcus inquietum, instabilem propter varias cupiditates, ac libidines. Eos ad vnu- guem, amissimq; describit, repræsentat Salomon his verbis, vt intelligas huius psalmi ve- rum sensum: Dixerunt impij cogitantes apud se non recte: Exiguum & cum tædio est tem- pus vita, & nō est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fu- mus afflatus est in natibus nostris, & sermo scintillæ ad cōmouendum cor nostrum. Quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam molis aëris. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vt amur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pre- cioso & vnguentis nos implecamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos ro- sis antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostra. Vbiique relinquantus signa latitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterano, nec vereamur canos multi temporis. Hæc, & multa alia, quibus describit impios Salomon. Cuius sermonem; et si prolixiorem, hic protuli, quoniam ex hac descriptione intelligitur vera super hac voce magistros Hebræorum docere, & hac Salomonis descri- ptione, summa huius primi psalmi continetur. Impios igitur dixit omnis iustitia profana- tores, pietatis, legumque contemptores, nullam spem de rebus cælestibus habentes, ani- mam vñam cum corpore interire fatentes. Hac opinione cōcepta scelerata, nefanda semper loquuntur: post hanc vitam non grauiorē sententiam, non penas expectantes, nullis sceleri- bus parcunt: rapiunt si possunt, interficiunt, insidias moliuntur. Omnes ad voluptates, cu- ramq; corporis cogitationes cōuertunt. Hoc igitur recte videmus dixisse, beatos eos psal- mum, qui per consilia, tam improborum non incedant. Hæc consilia paulo autè Salomon expressit.

A expressit. Quod pessimè, & præpostere de rebus humanis sentientes, nullaque iustitiae, ac probitati præmia proposta esse dicentes, inuitant, cohortantur ad voluptates, ad gaudia corporis, ad profanandas leges. Cōsulunt igitur, Venite ergo, & fruamur præsentibus bo- nis. Quicunque ad hæc consilia, ad has in cœtas voces, aures obdiderit, aut auditas cōtem- pserit, Beatū vocat diuinus Yates. Nam cùm etiam vitæ præsentis beatitudinē philosophi in actionibus iustis, recteque factis constituerint, quæ veritas ab his potest esse, qui nos ad gaudendum inuitantes, vitæ probitatē disfluadent? Sed illa maiora bona, quæ præmium pietatis iustitieq; fore, sapietissimi quique senferunt. Nam iustos in insulas beatas, vt nostræ litteræ, in Paradisum ducentes, felices ad omne tempus fore canebat, nonne propter vo- luptates corporeas illi tollunt, amandant? Quocirca Salomō idem in descriptione impio- rum adiecit, quod iustos persequuntur, insectantur, velut consiliis eorum aduerfantes, omniōque cōtraria proponentes. Ad alia, vt illi prædicant, eundem esse animi atque corpo- ris interitum. sic iustos in contrarium, vt ait idem Salomon, καὶ μαρτυρεῖται ἐσχάτω διηγεῖται. Extrema iustorum dicit fore beata. Nam Latinè non recte habet, Et præfert nouissima iu- storum. Hanc vocem impij audire non possunt. Eos igitur redarguens, ad postremū idem Salomon absolvit super eis sermonem. Hæc, ait, per summum errorem cogitauerunt. Ex- traria im- cœcauit enim eos malitia illorū, & non cognoverunt mysteria Dei. ὃδε μαρτυρῶνται ποσαὶ σπότη- ποιον τοι, ἔδεικεν γένεσις ψυχῆς ἀμέλεων. Neque sperauerunt mercedem, præmiūmque probitatis, satis. neque diuidicauerunt præmium quod paratum est animis rectis, atque incorruptis. Quo-

B niā Deus condidit hominē ad immortalitatē, & imaginem proprietatis sua dedit illi. Hæc Salomon, quasi philosophiam genitoris interpretans: si modū psalmus est Dauid, vt par est. Quoniam igitur beatitudinis acquirendæ, vel corporeæ, vel æternæ ratio, viāque non est, etiam philosophis testibus, quam impij proponunt, sed potius eueſio beatitudinis est eorum sermo, atque vita: iure contulit inter se beatos, & impios. Viam, qua peruenit ad beatitudinem, non esse eam, quam vel tendunt, vel demonstrant impij, potius ferre ad tar- tarum, ad barathrum, ruinam.

*Hac iter Elysium nobis, at leua malorum.**Exercet poenit., & ad impia Tartara mittit.*

Hoc verū esse probatur innumeris exemplis: probatur etiam testimoniis profanæ philo- phiæ, quæ beatitudinē corporis constituit in recte, iusteque factis, multo magis æternā. De- nique illi ipsi impij sentiunt, fatentur, cùm ad ruinā ventum est, voces lachrymabiles eden- tes, & errores ætatis actæ recatantes. Declarat etiam idem Salomon quale sit consiliū im- piorum in proverbiis: Fili mi, si te laetauerint (nempe blanditi fuerint) peccatores, ne ac- quiescas eis. Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscōdamus tendiculas cōtra insontem, frustra: Deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum, quasi descen- dentem in lacum: Omnem pretiosam substantiā reperiemus, implebitus domos nostras spoliis: Sortem mitte nobiscum: Marsupium sit vnum omnium nostrū. Fili mi, ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, &

Cfestinant, vt effundant sanguinem. Ipsi quoque contra suum sanguinē insidiantur, & mo- liuntur fraudes contra animas suas. Hæc, & alia Salomon: quibus declaratur, quale sit consiliū impiorū, & quid incedere in eorum consilio. Nam quos dixit Hieronymus pecca- tores in sua trāslatione. Sept. dixerunt ἀσθετούς impij Μή τε πλανητῶν ἀρδεψ ἀσθετούς Adeſt præ- clarum Aristotelis testimonium: Nam ex descriptione Hebræorum quinā sint reshaim, ap- paret eos esse, quos idem Philosophus vocat μοχθητούς ἀσθετούς sceleratos, intēperantes, con- ueniensq; cum Hebræis, & hac cælesti philosophia, sic scribit: Tumultuat, inquit, animus sceleratorum, nunc propter improbitatē dolens, quod abstineat nonnullis, nunc gaudens. Et modū fertur huc, modū velut disceptus, ac diuulsus illuc. Quod si fieri non potest, vt si- mul doleamus, atque gaudeamus, inciduntq; in mcerorem, quia gaufus est, nolle que ea sibi iucunda esse, implentur q; improbi p̄enitētia: nec amicē in se affecti sunt, quia nihil habent amore dignū. εἰ δὲ τὸ θεῖον ἔχειν λίτιον: φευγεῖν τὴν μοχθητούς διατελειώσεις, καὶ πρέπει ἐπιτελεῖ- ἑσθαι. Quod si ita esse, velhementer est miserabile: conandum totis viribus, vt improbitatem fugias, probitatē, modestiamq; suscipias. Sic enim fiet, vt tuimet benevolens sis, & cæ- teris amicus. Ex antiquissima sacrarum litterarum, psalmorumq; sapientia videntur illa Sto- corum manasse, quæ Marcus in Tusculanis de felicitate, & infelicitate: illam in actionibus iustis, hanc in peccatis libidinib; que statuentium.

*Et in via peccatorum non stetit.] Vt tres sunt corporis qualitates, Ambulare, Stare, Sedere:**Ambulare**Stare.**Inforūm
verba, con-
traria im-
piorum cot-
s. satis.
sap. 2. id.**Impij, in-
ta. Aristot-
elem.**A. A. iii*

sedere. sic tria genera posuit improborū, Impios, Peccatores, Derisores. Videbimus vbique morē esse sacrarum scripturarum, vt crebris utrantur *παλιλογίας*, quoties idem diuersis nominibus ad exaggerationē, declarationemq; pleniorē significatur. Idem igitur est Ambulare in consilio impiorū, atquē stare in via peccatorū. Quanquā Græci putant (quod etiam arri-det) principium malorum, primam mali labem esse, Consilium audire, atque ingredi, iter arripere: proximum stāc, permanere. Haud displicet nonnullos Hebræos peccato tribuisse stare, quid consuetudo peccādi detineat, in alterā naturā versa confirmet, saepe non medicabilis, nullis monitis auertēda: principiumq; esse non ingredi viam, primis abstinere colloquiis, factisq; minore enim difficultate tollitur, quod radicibus altis nō solidatur. Proximū esse, si nos casus in laqueos præcipites dedit, repente refugere, ne morbus inualefacat.

Improuisum appris velutis qui sentibus anguem

Prefit huminicens, trepidusque repente refugit,
Attollentem iras, & cœrulea colla rumentem.

via. Viāmque hoc loco non ambulationem, sed consuetudinem peccandi designare sentiunt Hebrai. Atque semper orationem crescere: primū esse Ambulare, inde Stare, postremō Insistere, Sedere: Alterūmque ex altero nasci ait Rabi Salomon. Quid stes, maneas in via: peccatorum causam fuisse, quoniam ambulasti: quid in cathedra sedeas, quoniam manere cœpisti. Nec te cùm lapsus esses, erigere voluisti, perseverans habitum, sescionemq; fecisti. Semperque posterioris grauius esse priore. Summóque artificio carmen contexi, pro consuetudinē humanorum delictorum. Quorum maxima ex parte sit origo, versari cum improbis, audire sceleratos, aures inquinatis eorum sermonibus præbere. Exinde consuetudinem fieri, postremō nos immorari, vix vt sit redditus ad primum statum, Philosophumque diuinum monere, vt priora fugias. Et quoniam (vt inquit ille) cuiusvis est errare, solius insipientis in errore persistere, docere Vatem cœlestem, vt lapsus absistas, longiusue procedas. Ne prauitas radices sumat. Hæc per humanam gentem versari. Beatos autem esse, qui prima pericula vitent: Proximè beatos, qui lapsi surgant. Quod ergo Septuaginta dixerunt ēt, stetit: melius iuxta Hebraicum *τῷ μαδα*, permanxit, constitit: Et in via peccatorū non constitit, fixusque manebat. Adiit, vidi periculum, fugiit, commercium eorum quando se dedit, auersus refugit. Quod autem ait:

Et in cathedra.] Iam vulgatum est, omnib[us]que perspectum, pro pestilentia (quanquam Græcum est *λοιμῶν* pestilentiarum) Hebraicē ecce *τῷ λεζιμ*, quod ad omnibus scitur derisores designare: idq; in suo psalterio ex Hebraica veritate transtulit Hieronymus. Retulit Nicolaus, vnamiter omnes hodierni tralatores. Nec alienē Sept. transtulerunt pestilentias, vt est Græcē, qui Hebraicē Lezim derisores: Nam Latini quoque Pestes, & Scclera, dicunt pestilentes, sceleratos. Vt autem vim vocis, quam posuerunt Sept. agnoscas esse vim significatūmque vocis Hebraicæ, audias interpres Hebræorū, quibus in explicandis nonnibus omnis fides adhibenda, quārā rara, cū sensus interiores euoluunt. Lezim inquit Rabi David, sunt fraudulenti, & callidi, quibus mala mens, malus animus, arrogantes, obloquentes, detrahentesque hominibus. Calumniā, momum, dedecusq; infligentes, abdita de-régentes, idq; propriè est otiosorū in angulis sedentium. Propterea dixit, in cathedra, sede, habitatione derisorū, non sedit. Hæc Hebreus. His appetit tum proprietas sensusq; vocis derisorū, quid ponderis habeat, quid ei subfit: tum optimè Sept. eos dixisse *λοιμῶς*, pestes, pestilentias, vt quorū sermo pestilēs labefaciat, noceat, virus offundat, vastitas virium, pestis acerba ciuitatum. At priores, quos dixi, resham, impios, erant qui Deo, diuinisq; atque immortalitati animorū detrahēbāt homines ad voluptates, illecebrasq; corporis, ad rapinas, ad cedes bonorū inuitabant. Peccatores autē, & pestes postea nominauit, eorumq; cōmerciūm fugiendū docuit, qui linguaē sua venena in homines fundavit. Obtrectationibus gaudent, susurrant, obganiunt, nihil habentes quod agant, duntaxat in maledicēdo, hunc atque illum deridendo, otiosa, vana, impiāque loquendo versantur. Horum ergo magnam vim magnis in viribus vidi, propter otium. Propterea tribuit his cathedram, fedem, moram. Sedent enim otiosè, impiāque nugantes. Priores igitur otiosa, vana, citè peritura persequebantur, agebant: posteriores loquuntur. Illorum in factis vanitas, horum dictis: sed neutrum sine alterutro. Magna igitur virtutis, probitatis vastitas, hos audire, cum his sedere, versari. Fugiendi, auerſandi, execrandi. Beatus qui pestes has declinauerit. Quadrat igitur magis ad vocem Hebraicam; sensūmque Hebræorum, vt hi vocentur pestilentiae, pestes, quām derisores. Neque enim omnia mala intelligas sub hac voce, quā sub Hebraica

lezim

Alezim declarantur. Græca verò adamussim eos designat. Hi Græcē alio nomine dicuntur *ἰόσιλοι, θαυμητορόι*. Etiam verò Auen Esra, prior quām Rabi Dauid interpretatus est lezim eosdem ipso, nempe sycophantas, occulorum proditores. Quæ latent, in aures hominum inuigantes, criminatores, delatores, susurrantes, & (vt ego magis reor) pietatis, religionisque derisores, contemptorēsque Deorum: si quid piē fiat in terris irridentes, ioco, ludibrio res sacras habentes. Bene igitur cum impiis adnumerantur. Dicendum igitur iuxta Græcum, Et in cathedra pestilentiarum non sedit. Et pro cathedra Hebraicē est *τῷ μοσχα*, sede, statione, mansione: vt dicat, & in statione, mansione, situ pestilentiarum non sedit, non habitauit. Eoque clarus, & rectius pro cathedra dixerunt Aquilas, & Theodosio interpretes post Septua. *καθέδρα*, confessum, consistorium, Duplēxque subest sensus, vel Non habitauit, confudit, consuetudinem cum derisoribus, sycophantis, proditoribus, pietatis irrisoribus non habuit, vt Hebrais placet: vel Cathedra iuxta Græcos est doctrina, non attendit eorum doctrinam. Inter vtrunque non distat multū, *Via* Cathedrae pro doctrina.

B Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte.

τῷ λεζιμ I R o philosophia concentu texitur carmen. Principium enim virtutis, ac beatitudinis, quæ fructus hic & in posterum virtutis est, vt assuescamus vitare cōmercium improborum. Corrumput enim bonos *ἔμπλωτες*, consuetudines malorum, vt ait ille, Is primus labor, conatus primus. Refertur autem hoc carmine, vt aiunt Græci, quod præcepit Deus in lege Mosis: Et erunt verba legis huius semper in ore tuo, & meditaberis in eis, sedens, surgens, recubans in lecto, alligab[us]que manibus tuis, semperque ante oculos tuos versabuntur. Quis autem fructus ex his consequatur, postea Dauid docebit. Sciendū est igitur legem Hebraicē dici thorah à verbo *τῷ λεζιμ*, docendi, quasi doctrina, ex qua philosophia, in qua Vates diuinus doceat nos meditari noctēsque, diésque. Atque vt Hebrai ferunt, de illo sermo est, qui contemptis vanitatibus mundi huius, auersusque peccatores, & flagitiosos, qui se totis libidinibus dediderunt, omnes hic cogitationes dispensat, versans diurna, nocturnaque manu diuinam philosophiam. Eoque recte monet Rabi Salomon superiora omnia, quæ præmonstravit cauenda, spectare ad exitium huius diuinæ philosophiæ. Nec aliud agere derisores, & impios illos, quām vt doctrina sacra cōtemminatur, pro falsa, fabulofaque habeatur. Nolunt enim stare que flagitiis eorum aduersantur. Duę sunt vite, altera plena turpissimorum actionum, dedecoris, feritatis: altera factis præclaris, viuis, laudatis, ad consuetudinem generis humani sp̄tantibus. Propterea hæc laudantur, illa vituperantur. Et quoniam multæ nos circumstant tenebra, multa inuitamenta ad peccandum, partimq; iudicij nostræ fragilitas, naturæq; imbecillitas, partim societas malorum, quorum cōmercium, difficile vitare est, cogunt delinquentē, certè qui minus peccare voluerit, qui maiore in lumine versari, & tanquam in speculam ascendere, vnde res omnes humanas cōtempletur, is adeat diuinam philosophiam, non semel legisse contentus, sed quantum potest operam impeccat. Is portus, hæc à malis tranquillitas. Sciendum tamen, IN L E G E D O M I N I voluntas eius: duos habere sensus: aut ad cōtemplandum, meditandumque in lege eius, præceptis, librīsque sacrī voluendis: aut potius obseruandis, vt hic noctēsque, diésque infistat affixus, vt probitas facilis sibi reddit, trāseat in naturam. Diximus enim hūc librum Psalmorum, esse quasi librum Moralis philosophiæ. Ea dicitur Græcē *ἠθικὴ*, Ethica, à moribus, à cōsuetudine. Virtutes autem quæ docentur in ethica, isq; finis libri, fiunt ex frequentatis actibus. Hoc quoq; diuinus Vates ait, Omnes virtutes possederit, qui legem Dei obseruauerit. Obseruatio, sunt illę virtutes ab omnibus tātopere laudate. Has assequeris si dies, ac noctes parere legi Dei didiceris. Nascerut in te moralis philosophia, longè quidem purior, atque excellentior, quām quæ traditur libris philosophorum. Fies igitur apprime philosophus, (nam philosophia propriè moralis est) si sacros libros sepius lectoraueris, multò magis, si sa-

AA iiiij

pius obseruaueris, quæ legis. Hoc postremum Psalmus requirit. Est autem lex tum Naturalis, tum Diuina, tum Mosaica, particularēque hominum leges. Mosaica etiam diuinæ nomen, quoniam diuinus lata. Naturalis quoque, diuina, quod natura diuinus ordo, Ratio recta summi Louis. Nam suum cuique tribuere, diligere, neminem violare, beneficia conferre, originem primam diuinus habent. Sunt primæ naturæ diuinæ proprietates, ab eo ad homines, in omnémque mundum profectæ. Posit igitur velut Hebraeus spectasse diuinus. Vates legem Mosaicam, in quam dicat omnibus curis incumbendum: sed cùm in lege Mosis continetur lex naturalis, Ceremonias verò, rituque illius gentis priuatos, etiam sanctissimi illorum, ipseque Deus contempnit, paruique fecit, ad hanc præcipue spectasse Psalmus verisimile est. Continetur autem in lege Mosis, ut diligas Deum ex toto corde, diligas proximum, Iustitiam serues, neminem, nec factis, nec dictis dehonestes, offendas. Hoc caput legis Mosaicæ, cætera pro vmbbris, pro leuissimis, etiam à maioribus eorū habentur. Illam igitur psalmus naturæ legem spectasse par est, quæ cunctis generatim gentibus lata, cùm conderentur, cùm spiritu Dei afflarentur, fuit, ut Deum colas, proximum diligas. In his enim duobus præceptis, ut Veritas ipsa dixit, vniuersa Lex pendet, & Prophetæ. Hæc lex, ut dixi, naturalis est: ingenuit eam, impressitq; natura nobis. Hac à brutis distamus, quæ nec religionem, Deumque norunt, nec inuicem se amore, nisi qua conseruatio generis eorum pertinet, prosequuntur. Vniuersa quoque de moribus philosophia, duobus his capitibus sustinetur, huc sese tandem revolut. Si duobus his vñanimiter cuncti obtemperarent, beatum esset humanum genus, assequutum quod in frontem psalmus prefigit. Nec vsquam seu temporaria, seu sempiterna beatitudo est, quæ duobus his. Maximè verò legem hanc respexisse diuinum Vatem inde perspicias, quoniam duo posuit infelicium hominum genera: alterum aduersum pietati, resham vel impij, alterum humanitati, Lezim contemptores, serpentinis linguis virus, pestemque afflantes, malefici, crudeles. Beatus est ergo qui cùm ab his dissentire statuisset, totum se pietati humanitatique dedit, quæ dicuntur in sacris litteris, Amor Dei, & proximi. Hæc usque meditatur, hic omnem insumit etatem, quomodo Deum colat, proximum diligit: in his perfectè philosophus euadat, ut pius sit, tum comitati, benignitati, indulgentiae studiat. Nec aliud Plato, atq; Aristoteles, priscique philosophi respondebunt, si percuteris ex eis, quæna vera sit beatitudo, quæ Deum colere, iustitiā, societatemq; humani generis conseruare. Hæc igitur est lex eius. Nec, ut ait Tullius, licet à natura leges, & iura feiunge: nec naturam à voluntate, ac ratione diuina. Lex igitur Latinis dicitur à legendō, quod legat, eliat, sciungat, diuidicet facienda, & nō facienda: Græcè vero νόμος, δικαιονόμη, quod vnicuique quod suum est, distribuat. Hebraice θρηνοθορα quod doceat, monstratque viam. Latinis delectum, Græcis æquitatem, Hebrais documenta, nomine legis attendentibus. Marcus igitur Tullius hanc diuinam vocem edidit de lege vera. Non tum denique incipit lex esse, cùm scripta est, sed tum cùm orta est. Orta autem simul est cum mente diuina. Quamobrem lex vera, atque princeps, apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio est recta summi Louis. Ergo ut illa diuina mens, summa lex est. Vides ut legem dicat diuinam mentem. Item paulo pōst: Ergo est lex, iutorum, iniutorumque distinctio, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem expressa naturam, ad quæ leges hominum diriguntur. En princeps omnium, & antiquissima natura, nempe diuina, quæ cùm sit lex summa principeque, ad eam particulares omniū hominū leges diriguntur, propterea beatus est, qui in hac suprema lege meditatur, seque exerceat. Nam & idem Tullius: Quibus illustratus sapientia duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam cernat se beatum fore. Facit igitur lex diuina bonum virum propterea beatum. Quod ergo repetit, ut in LEGE eius meditabitur: consueto lingua est, ut monent Hebrai, quod paulo ante docuimus, creberrimis vti ἐπαναφεγγούσι, παλιλογίουσι, quoties idem diuersis nominibus inculcamus, exaggeramusque. Verbum autem Meditandi cùm sit Hebrais, lingua, & cordis, quemadmodum item Græcis μελετῶν, nunc cordis esse, testantur, iuxta illud, Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Lingua est interdum, ut, Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Cordis igitur meditationem, continentemque cogitationem recipit, excuere aciem ingenij ad legem Dei. Cuius erit fructus, quod confuetudinem, habitudinemque sapientiae, & probitatis assequeris: perspicies, exploratumque habebis, nihil agendum aliud. Hinc autem beatitudinem. Posit etiam esse sensus de sermone. Nam semper loqui de rebus aeternis occasio est, ut eas concupiscas, terrena despicias.

Et crit

A Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

G VOD ad voces primū attinet, lignum Hebraica loquendi consuetudine dicitur arbor, nec aliud est nomen Hebraicæ, quod significant arborem: vt Lignum vite in Patria radiso, arbor vita: Lignum scientiæ boni & mali, arbor cuius fructus vicitæ contra imperium degustati, pandebant oculos. Et illud Salomonis de Sapientia, Lignum vita est qui apprehenderint eam. Arbor vitalis, Decursus item aquarum, Hebraicæ, πελαγίς pelagim, inde Græcum, Latinumque Pelagus dicitur à palag, scindere, cùm flumen in multas partes abruptum, rapidoq; scinditur. Hæ scissiones, & scaturigines, vberesq; impetus, vocantur Hebraicæ Pelagim, vt quas Padus Adriæ propinquans ad mœnia Ferraria scindit, tres pulcherrimos amnes efficiens: videbisq; pro ripis, hinc, atq; hinc populos, aliaq; arboreæ floretes, vt iure fuerit hoc exēplio Vates delestat. Sæpe sacri scriptores id genus exēplis vtuntur. Idem usurpauit Hieremias iustum, piumq; esse velut arborē, secus perennies amnes surgentem, quæ non timebit cùm venerit aestus. Riulos dixit Hieron, codé sensu. Quod item Aquas nomine multitudinis dixit, Hebraicæ aqua est numero unico πελαγίς Maim, quasi resonantes, Et littora plangunt. Posit autem esse iuxta quosdam Hebraeos, cùm dixit, Quod plātatum est secus decursus, de his arboreis maximè dictum, quæ velut Paradisus illa Dei, & velut Mesopotamia, inter duos, hinc, atque hinc profluentes amnes, florescent. Quales multæ quas efficit Padus insula, vt quæ Paradisus est ducis Ferraria, quam diuisus Cælo gratissimus amnis, alluit vtrinque, & nemus frondescit opacum. Talis, inquit sacræ litteræ iustum erit. Hieron, dixit trāplantatum, eodem sensu. Frustrum suum, & Secus aquas, esse, quidve hac tralatione significetur, Græci interpretantur, quod is qui perenniter diuinis lectionibus, meditationibusque vacat, velut ab his irrigatus semper proferet fructum, ipsas videlicet virtutes, florens, virescensq; instar arboris ad fluvium virescens. Sic folia spem salutis aeternæ, nunquam decidere. Iure autem diuinam philosophiam comparatæ vberimis aquis, quod irriget augeatque animum. Sic Christum doctrinam suam, vberimas aquas vocasse: Si quis sitiret, veniret ad ipsum, biberetque. Et, qui crederet in ipsum, fluios aquæ viuæ de pectore eius manatueros. Et illud: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitiet in aeternum. Futuros autem beatos huiusmodi, quoniam vt idem psalmus ait, A domino gressus hominis dirigetur, & viam eius volet valde. Itemque Apostolus, Diligentibus Deum, Deus ipse omnia cooperatur ad bonum. Græcorum quidem is sensus quo declaratur ex aliis locis metaphora plantarum virentium. Hebraorum sunt, qui virum iustum cōparatum arboreis perenniter à fluminibus irrigatis, quod semper alacer, semper idem sit bonus & iustus, cui nec ex diuinitate, letitiae fiat accessus, nec ex paupertate, virtutis decesus. Irrigatus alacréque aliunde, gaudiis diuinis imbutus, fortis constansque, sui similis semper. Idem atque superior sensus. Multas igitur ab Hebraicæ, Græcisq; habes in hac metaphora causas, cur iustus, atque is qui diuinæ Cphilosophie vacat, sit velut arbor perenniter virescens. Quod virtutes omnes assequentur, quarum possessio est beatitudo. Assequetur fortitudinem contra fortunam, casusque aduersos, quibus humana vita redundant. Hos ille itaque contemnet, ut rideat, nauci faciat. Maxima pars felicitatis, doloribus carere, quos aduersi casus apportant. Ad hæc stippetat alia bona, quorum genitrix est Iustitia, Temperantia. Iustus enim ut palma florebit, sic ut cedrus Libani crescat. His sermonibus, laudibusq; virtutis pleni sunt Hebraorum, Græcorum, Latinorumque libri. Fructum verò suum, fuerunt qui de stirpe, posteritateq; sentirent. Melius de virtute, quæ fructus sit perpetuæ illius in lege Dei meditationis. Fructus autem virtutis beatitudo: eaq; duplex tum in hoc corpore, qualis qualis haberi possit: lōge magis in cælo. Hos duplices fructus proferet, qui philosophando exercendoq; animo, curâq; suas pro iustitia, pietate dispensando, tempus, etatēque suam transfigit. Ad illud culmen perueniet, quo sitit (vt vetusissimus Hesiodus, ex his enim fontibus haeribant, cecinit) virtus.

Ἄλλ' ἐπεὶ εἰς ἀκρόπολιτα
Πρὸ δὲ οὐ πάντα πάντα, χρεισθήσεται εἶσαι.
Sed cùm summa ad culmina ventum est,
Fit facilis, & dulcis que fuit aspera quondam.

Hoc mortales omnes confitentur. Communis confessio certis, indubitatisque nititur experimentis. Ut enim consuetudo peccandi vertitur in naturam, redditque hominem su-

Lignum scindere
radice boni &
mali.

Pelagus

Iustitiae

Paradisus

Aqua.

Fructus.

Folium.

Fructum

suum dare

quid, iux-

ta græcos.

Rem 8.

Fructum

suum dare

quid, secun-

dū Hebre-

orum sen-

tentiam.

Fructus

meditatio-

nis Chri-

stana, pietatis

pietatis fru-


ctus, beatitudo,

vite pre-

sentis,

& fuit-

re.



præter nefandum: ita perpetua virtutis exercitatio ad similitudinem Deorum mortales adducit. Hæc beatitudo, is finis. Exercitatio autem, siue meditatio, in lege Dei, cogit odiſſe peccata, diligere virtutes. Voluptatem quæ peccatores ex malefactis percipiunt, longè aliam atque maiorem ex benefactis hauriet optimus quisque. Quod autem dixit, IN T E M P O R E S V O , vt vſus est arborum similitudine, sic per totam metaphoram decurſens, adducit partum, fructumque arborum virentium irrigatarum: vt nullo alio possis exemplo tam facilē intelligere quid interſit inter eos qui se vanitatibus libidinibusque, pſd. 44. aut ſe probitati dederunt, quām arborum. Finge virum ſanctum, iustum, pium, Dei colentem, mortales quoad poſlit iuuantem, velut arborem fructiferam, iucundam, feracem, virentem ſemper: contrā finge ſceleratum, arborem quæ viſa eſt quondam florere, co- mas hinc inde propandens. Ecce autem paulo post arefacta, aut radicitus cuerſa, turpe ſpectaculum ſpectantibus fuit. Expectauit, inquit, vt faceret vuas, & fecit labruscas. Veniente igitur vere, nullus eſt harum arborum floſ: appetente autumno, nullus fructus, quod in ipſo virore exaruerunt, ſibi ipſis ſuccum, alimentumque subduxerunt. Tempus ergo ſuum in arboribus quidem eſt Ver, eſt Autumnus: in hominibus, tum certum quoddam ſpatium, quo Deus vt fructus feramus, à peccatis auertamur nos expectat: tum vita futura, ſupremaque dies, cum ſederit filius hominis in ſede maiestatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, omnisque de factis propriis rationem reponſet. Cuius diciat etiam psalmus in fine meminit.

E

Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur.

E R S T A T in metaphora. Totam primum arborem fluminibus propter labentibus triguam, florentem, virentem, vſrpauerat: exin fructum, tempūſque partus eius: demum folia, quæ non defluentia ſunt argumento, virorem, vitalēmque ſuccum arbori ſubefte. Optimus ille Philosophus, qui nō modò volvendis libris ſacris, ſed multò magis obſequendo hiſ quæ präcipiunt, omnem dat operam: legēmque attendit, quam Deus ex optimis, perfectaque natura ſua fudit, ſparſitq; per mundum, pariet pulcherrimos primū ſructus: Tum ſemper virebit, frondescet, nullis temporibus amittet gratiam, fecus quām impij illi, qui primū florere videbantur, ſed tempus erit, cūm nec fructus, nec folia, nec ipſam prortus arborem videbis. Vidi enim impium ſuperexaltatum ſicut cedros Dei, & transiui: & ecce non erat. Reptamus rationem fructuum. Fructus Hebræi duobus ſenſibus exponunt, Auen Eſra ſapiētiam animaꝝ, quod mens, animuſq; implebitur ſapiētia diuina, quo cognoscet creatorem ſuum, atq; opera eius miranda, attendetq; res xternas. Alij fructus interpretantur, eosq; in tempore, quos ſingulo quoque tempore profert bonus, ac ſtus. Nunquā ceſſans vel exemplis opitiumaꝝ, vel oratione docere pietatē ſapiētiam. Maxima enim vtilitas hauritur videre aliquem ſapiētē, ſanctē, patienterq; viuentem: ſicut maxima detrimenta, qui ſceleratē viuedo, ſunt aliis improbitatis exemplū. Eſt enim homo animal proclive ad imitandū. Fructus igitur ſapiētis, ſunt exempla virtutis, sermones de pietate, probitate, iuſtitia, quibus abundat vita eius. Hæc oratio ſemp̄ ab ore illius personat: nunquā non admiratur, effertq; sermonibus quotidianis virtutem, pietatem, res xternas: docens in hac vita nihil eſſe magnopere expetendum: diuitias, formam, & alia quæ dicuntur bona, vaniſſima eſſe, & hoc ipsum factis comprobans. Tales ſi quando in mundo apparuerunt, innumerables fructus humanae vita protulerunt. Hunc informat, gignit lex Dei affiduē meditata, penitata. Lex, dico, nō tam Mosaica, quām illa quæ dicitur vero nomine, ſapiētia, Philosophy, non Platonis, aut Aristotelis: ſed vniuersalis ſapiētia, rerum perfecta, veraque conſideratio, iudicium incorruptum, vita quotidiana in omni virtute exercitatio. Expositis igitur fructibus, Folia nō defluentia fuerunt ex Hebræis qui interpretarentur fama posteritatis, ac nomē, iuxta id, quod alio in psalmo dicitur, In memoria xterna erit iustus. Hanc ſiue in hoc ſeculo, ſiue locis caeleſtibus. Nam bonoru[m] memoria ſemper alit posteritas, nunquam de laudibus eorum conticescent. Grata recurrit eorum & incunda recordatio. Hæc eſſe folia non defluētia, dixit Rabi Dauid: Similiter Auen Eſra, ſapiētiam nunquam non florentem, nunquam non virentem, ſui ſemper ſimilem, hanc eſſe totius vita possessionem. Quod etiam Nicolaus gratia diuina perennitatem, perenniorum ſratiarum fontem. Verum, vt dixi, perstat in vniuersa felicis arboris traſlatione.

Folia non defluentia.

A tione. Felix arbos eſt, qualis ferè quam describit Laſtantius.

Hic genus arboreum procerο ſripite ſurgens
Non lapsu ſolo mitia pomā gerit.

Felix igitur arbos propter aquæ riuum florescens, tum ſuis temporibus fructus edens, tum foliis nunquam decadentibus: Folia haud vllis labentia ventis Felicis mali, vt arbor media. Hæc deſcribitur in psalmo, huic cōparatur, qui leges Dei cogitat affiduē, in has noctēſque, diēſque incumbit. Tota igitur arboris felicis deſcriptio peruenit vſque ad folia.

[Et omnia quecunque faciet proſperabuntur.] Hebraicē eſt, Et quodcunque faciet, proſperabitur, vt Hieronymus quoque interpretatur. Posſet etiam intelligi ex Græco εὐδόθηται, proſperabitur, licet poſſit referri ad nomen neutrum antecedens, Omnia quæ fecerit. Quocirca verbum Proſperabitur, potest referri aut ad ipſas res, quas faciet, aut ad ipſum qui faciet: vel illa res, operaque proſperabuntur, vel is qui faciet. Quanquam non nulli Hebræi etiam ad arborem referri poſſent, proſperabitur: vt dicat, Folium illius arboris, quam dico eſſe iustum, non defluet, eadēmque ipſa fructus, ramos, proſperē mittet. Dixerunt autem Septuag. Græcē proſperari εὐδόθηται, bona via incedere, itinere felici tendere. Eſt enim felicitas, vt Ariforeles docebat, aetio, operatio, vita, non otium, ſegnitēſque. Hæc operatio vita beatæ dicitur Felix, bonūſque ſucessus, Tende- re curſum beatum, fortunatum. Via beatā, proſpera, nusquam cefpitans, nusquam ma- lis præpedita. Sunt Hebræi qui exponant, Quæcunque faciet, intelligi diuitias, opes, libe- faciet.

B ros, honores. Diuitiis comparandis, magistratibus gerendis, filiis procreandis proſperabitur. Hoc à Græcis dicit, εὐταράντια εὐταράντια, εὐδόθηται. Docet igitur psalmus, testibus Hebræis, felicitatem, proſperitatem, rerum gerendarum ſucessum ex meditanda lege nasci. Quicunque fortunatus eſſe cupiat, etiam in hoc mundo, oportet eum präceptis diuinæ legis obſequi. Quorum nec alius quidem finis, quām vt homines efficiant beatos. Quicquid malorum ſauit, graffatur in terris, procul terris, vtrāque Oceanum exularet, ſi diuinæ leges attendentes, his, promptis animis obſequeremur. Poteſt item proſperitas reſerri ad res xternas. Eadem enim cauſa facit futuram, atque präſentem beatitudinem. Qui nunc voluptatibus libidinibusque ſe minus dediderunt, minus doloribus crucian- tur, minus ſubeunt vita discrimina. Quod poſſident, tameti paruum, iucundius, felicius poſſident, quām quibus latē rura parent, Et quibus mille paſcuntur montibus agnæ. Ex hac iucunditate, quia neminem laſerunt, iuſtitiam non violauerunt, Deum totu[m] corde colferunt, proſperantur ad vitam futuram. Tunc verè beati, fortunati. Superius di- xerat eos beatos: paulopōſt, floridos, perpetui viroris: nunc eadem ſecunda fortuna ſemper vtentes. Nam vt à Græcis Nicolaōque ex diuo Paulo producitur, Deus adeſt, co- operatūque diligentibus ſe, & piis: id quod vcl Euripides, licet poëta profanus, at ſpiritu compulſus eodem canit:

Tῷ δὲ ἀπὸ πολὺν καὶ δεῖ, Εὐλαύνεις.

Laborantem coadiuuat ipſe Deus.

C Is viror perennis felicitatis inexhausta fœcunditas.

Non ſic impij, non ſic: ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terra.

N psalterio quo nunc omnis, ſiue Græca, ſiue Romana vtitur Ecclesia, quod ab ipſis Septuag. interpretibus editum fuit, ſuperuacuē additū ſecundō, Non ſic. Redundat etiam, A facie terra. Cūm Hebraicē fit, Non ſic impij, ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus. Quemadmodum Hieronymus quoque tranſtulit. Admonent etiam Græci, in Hexaplo Origenis, non haberi. Idem tamen commode exponunt, repe- titione designari maiorem negationem, qua negantur impij virorem habituri. Et quem puluis, idem Septuag. dixerunt Græcē χῆ, puluerem, Hebraicē ρῶ moz, dicitur ab Hebræis propriè designare puluerē palcarum, inuolucrum třitici. Eoq; ait Auen Eſra, animum iuſti ſimili grano, quod flante vento remanet: impios autē eſſe velut paleas, quas huc, illuc ventus deferat. Pulcherrimis igitur vſus eſt metaphoris. Pios, iuſtosq; florentifimis, ſemperque virentibus arboribus comparauit. Perennem vberatatem, perpetuum foliorum virorem, fructuumq; exuberantiam tribuerat: ſucessum, felicitatem promiferat. Nunc re- dit ad impios, vt & illis tribuat, quod proprium illis exiſtat. Multis autem exemplis, quibus

Sap. 4.4

infelicitas impiorum describatur, requisitis, nullum aptius occurret, quām pulueris tritici D
palcarūmque, qui in area vento subleuat. Nulla subest ei substantia, nullius est ponderis,
quācunque vel aura leuis surgat, tolluntur, iactantur. Haud sēcūs de impiis sentias, quos
alij felices, beatōsque prædicabant, opes, fortunas, corporāque eorum formosa, pingua, li-
bidinum satietates admirabantur. Ecce, ventus calamitatum, & clades quibus circunsepta
est hominum vita, congestas euerit opes, sternitque alto à culmine partas: quam Fortu-
nam putat. Sed Deus est, in eas impetum facit. Posset esse etiam de animo actionum prin-
cipe dictum, vt animus piorum, quanquam leges diuinæ ferunt in oculis, semper hilaris,
perpetuū vires, nullis casibus concutiendus, tranquillitus, ac serenitati, qualis supra nu-
bes est, similis, vt ait Seneca de animo sapientis. Sic in contrarium, impiorum contempto-
rūmque Dei, animus turbulentus (vt Aristoteles scribebat) omnibus malis motibus expo-
sus, ad quācunque fortunam aduersam pauidus, quicquid increpauerit, extimescens,
quicquid aduersi ceciderit, blasphemus, ferri sc transuersum, & quasi vento portari finens.
At cui serenitas ex sapientia, quam exercitatio in lege Dei largitur, semper affulget, flent
quantum velint vexationum venti, quantum velint rerum aduerfarū truces vultus occu-
rant, stat immotus, velut Marpesia cautes, aut annosa quercus, quam

*Alpini Boree nunc hinc, nunc flatibus illinc**Eruere inter se certant: it stridor, & altè**Confronunt terram, concusso stipite frondes.**Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras**Aetherias, tantum radice in tartara tendit.**Mens immota manet.*

Math. 7. d Incurrunt enim duo pulcherrima, maximēque inuicem similia usurpata duobus vatibus, exempla, Virgilius sapientem, quēmque Deus ad virtutem hortabatur, sed libido reuocabat, robustissimæ quercui comparat. Diuinus autem Poëta, Stultum, quique diuinis vocibus parere recusat, leuissimis paleis, ac quisquiliis, quas omnis aura tollat. Potest, vt dixi, dictum esse de fine, quād quantum florescit, virebit, præmiis hic & in posterum maximis afficietur probitas, ac iustitia: tantum improbitas exarescit, in nihilum marcescit. Périit memoria eorum cum sonitu. Hoc florentibus rebus Hebraeorum maximè verum cernebatur. Salus, incolumentas, fortunarum augmentum, longæuitas, timentibus Deum promittebantur: Clades, ruinae, θελάτοι, his qui mandata eius spernerent, intentabātur. Non erat autem aptius exemplum, quo partas iniuste & cum sanguine miserorum comparatas opes designaret dissipandas, quām quisquiliis tritici: quarum vt cumulum subito ventus dissipat, vt amplius non appareat, sic cumulus opum iniquè partarum, dissipatur breui:

*Tolluntur in altum,**Vt lapsu grauiore ruant.*Deut. 4.
1.88.

Ideo non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.

F

Dies ma-
gia.

On filium dixerunt Sept. βενή. Hebraicē ἡγετοῦ adat, congregatio, cœtus. Eo ē Hieronymus dixit in suo psalterio, Concilium. Id etiam designat consiliū, viros scilicet coactos ad concilium, confessum: pro consilio quoque Chaldeus iuxta Hebraicum dixit, In conuentibus iustorum ἡγετοῦ sihatheon. Aquilas item, Theodotioni, & Symmachus, quos imitatus est Hieronymus. Priora duo, eam vocem reddiderunt συναγωγή, posterior συνέσεως: utrumq; sonat conuentum, cœtum, cōcilium. Ut præmia virtutis ostenderat, exemplis oculis nostris manifestis viorem pietatis aeternum comprobauerat, sic exemplo primū declarat impiorum catastrophē. Tum in eos grauissimā sententiam pronuntiat, non modò eos gaudiis temporariis, fructibusq; iucundissimis sapientia priuandos, & semper inter inanes, turbulentasq; opiniones futuros, sed etiam fore, quod longè miserrimum est, vt à concilio bonorum excludantur. Scendum in hoc versiculo exponēdo ferè inter se conuenire Christianos, & Hebraeos, de die iudicij. Sed hoc differunt, quād iudicium, vel diem iudicij, alij exponunt diē mortis, adiicientes quedam prorsus à nostris exhibāda. Alij diem supremū, velut Chaldaeus qui transtulit hoc loco, Ideo non resurgent impij נבואה beioin rabba, in die magna. Nos quoque vocamus illum diem, diem magnum. Itaque Rabi Dauid, colligens opiniones quorundam superiorum interpretum, vt eo audito, reliquos

A reliquos audisse te scias: Quocirca (inquit) quoniam impij ambulat per viam malam mun-
di huius, Non resurgent in iudicio: nimis in die iudicij. Et is est dies mortis, non erit

eis resurrectio, sed interibit anima eorum vna cum corpore in die mortis. Dicit, In con-

cilio iustorum: propterea que cū moritur iustus, anima eius cū animis iustorum asso-

ciatur in gloria Dei, in mundo superno. Hæc Hebræus ille. Sed melius est iuxta nostros, &

antiquam Hebraeorum theogiam, vt diem iudicij supremi sentiamus. Illud item contra

sacras scripturas est. Morituras aliquas animas cum corpore, aliquas non morituras. Nam

Daniél omnes dixit resurrectos: sed alios ad gloriam, alios ad ignominiam. Itēmque

diuus Paulus resurrectionis vocalissimus, atque indefessus præco, in actis, Specim, inquit,

habens in Deum, quam & hi ipsi expectant resurrectionem futuram iustorum, & iniquo-

rum. Tamen ex philosophia in contrarium ratio succurrit. Si enim naturale est animis, vt

sunt immortales, quomodo aliqui pereunt, aliqui seruantur incolores? Hoc prodigiosum

est, non naturale. Quare verior est, & sacræ scripturæ, necnon & naturæ congruentior

sententia nostrorum: Resurrectos quidem omnes, bonos, & malos: quod & antiqui He-
braei. Repromissio (inquit idem Paulus) quæ ad patres nostros facta est. Græci quidem

resurrectos impios, sed non ad iudicium, vt qui iam cōdemnati sint, iam ad poenas æter-
nas deputati. Cumque Moses de resurrectione penitus tacuisse, nunc primum Dauid de

ea oraculum edidisse. Est verior hæc Græcorum, quam Hebraorum illa sententia, quād

omnes quidem resurgent, sed sanctorum, ac iustorum, velut principum, iudicium erit. Hi

B iudicabūt impios, velut eorum principes, ac domini. Testatur hoc ipsum alius sacer. Philo-

sophus: Sancti, inquit, iudicant gentes. Et Salomon, quem theologiam paternam apprimè

calluisse verisimile est: Stabunt, inquit, iusti in magna constantia aduersus eos qui se angu-

stiauerunt. Hoc igitur erit iudicium, ad quod negat impios admittendos. Congregatis enim

bonis, bohorūmque principe Christo, iudicium fiet. Hoc iudicium erit bonorum, iudican-

tum, grauibūque sententiis damnantium sceleratos illos. Eoque stabunt aduersus eos in

magna constantia, quorum etiam in vita fuissent inimici, eorum impietatem semper exer-

centes, & coarguentes. Quemadmodum Ioannes contra Herodem. Magna igitur erit di-

gnitas, maximus honos bonorum, vt quibus dabitur, vt in eos letalibus sententiis animad-

uertant, qui quondam virtutes, pietatemq; eorum persequerentur, odio haberent. Et quo-

niam sacræ litteræ, quemadmodum scriptores profani, saepè ex aliis locis inter se collatis,

facilius intelliguntur, superiorem de iudicio interpretationem veram esse docemur ex his

quæ vaticinatur Salomon de his quæ supremo tempore bonis ac malis dabuntur, vt quāsi

psalmum hunc prophetāque paternam videatur interpretari. Nam cū studia, cōfiliā-

que sceleratorum, & cupiditates, & quid aduersus iustos moliantur à principio posuisset,

non multò post adhibuit sortem supremam vtrorumque: Videntes, inquit, impij turbabū-

tur timore horribili, ob prodigiam salutem bonorum. Et pœnitentes, atque gemen-

tes dicent, Is est iustus, quem aliquando habuimus derisui, & in parabolam, fabulam de-

decorosam. Ipsi dementes vitam illius existimabamus infamiam, & finem sine honore:

C πῶς καταλογοῦσθε τὸ τρίποδα, καὶ τὸ ἀγνόον κλῆρος αὐτοῖς δέδηται. ἔχει ἐπιλανθρημένον δέδηται ἀληθεῖας. Quo-

modo cōputatus est inter filios Dei, & inter sanctos fors illius est. Ergo aberrauimus à via

veritatis, & lumen iustitiae non refusit nobis. Et Sol non ortus est nobis. Repleti sumus ini-

quitate, & exitio, ambulauimus vias desertas, τὴν δὲ ὁδὸν περιεῖσθαι τούτην ἔγνωσθην. Viam autem do-

mini nō cognouimus. Quid profuit nobis superbia, & opes, atq; insolentia quid profuere?

Præterierūt illa omnia velut umbra, velut nuntius percurrit. Demū subiicit eorū questibus

Salomon, vt̄ eadē ferme tralatione, & eisdē nominibus, atque pater in psalmo ὅπις ἀληθεῖας

ἀσφαλέστερος χρήσις των ἀνθρώπων. Quoniam, inquit, spes impij, tanquam puluis quē portat vē-

tus. Iusti autem in perpetuū viuunt, & in domino merces, præmiūq; eorū, & cura est illis ab

altissimo. Ob hanc causam accipient regale decus, & coronam pulchritudinis de manu do-

mini. Hæc omnia Salomon. In quibus cōtinetur omnis huius primi psalmi profundissima

theologia explicita, declarata. Declarauit enim Salomon quid pater vaticinatus esset de

præmiis iustitiae, de sorte bonorum. Ea igitur est, quād inter filios Dei, nempe, inter san-

ctos computabuntur, in concilio Deorum Angelorumque collocabuntur. Hoc conci-

lium duobus nominibus appellat psalmus, Iudicium, nempe viros congregatos ad iudi-

candum. Vos inquit Christus Apostolis, cū federit filius hominis in sede maiestatis suæ,

fedebitis etiam, iudicantes duodecim tribus Israël. Hoc erit iudicium ad quod non re-

surgent, non stabunt, non ascendent impij. Alterum est ἡγετοῦ adat, cœtus, congregatio,

Concilium.

B B

Ioh. 6. 6.

5.a.

sap. 5. a.

Concilium.

Iudicium.

concilium iustorum, ad quod impij non admittentur. Est igitur concilium, Hebraicè, **D**ινον adat, Græcè βέλη, Consilium. Sed alterum pro altero est. Dilatauit igitur Salomon sermonem de præmiis iustorum, quod inter filios Dei, videlicet Angelos adjudicabuntur: quod inter sanctos erit sors illorum: quod coronabuntur ab eo regaliter, diademate regio. In contrarium gement, cruciabuntur scelerati, videntes quos olim riderent, nihili penderet, pro cōtēptissimis haberet, in excelsa dignitatis gradu collocatos, senatus Deorū adscriptos, qua nulla caelo, ac terris gloria maior. Hoc etiā dixit diuus Paulus futuros iustos ac bonos, σωματίφρες, cōformes, eiusdem formæ, pulchritudinis, decoris, atque ipse filius Dei. Et Christus ipse: Erunt aequales Angelis Dei. Hęc illa ἀποκάλυψις deficatio quando fient, qui pię vixissent, declarabunturque Dij. Hoc erit concilium, congregatio iustorum. Propterē psalmus is est nobilissimus. Est enim prophetia de vera beatitudine, de præmiis iustitiae. Et sunt in hoc versiculo duas voces, Iudiciū, & quod Sept. transtulerunt βέλη, cōsiliū, pro quo clarius in Hebraico δινον adat, congregatio, cōetus, ut dicendum sit: Neque peccatores in cōetu iustorum. Sæpe autem in sacris litteris, duo nomina pōderis significatusq; eiusdē reiterantur, quorum secundum est declaratio prioris. Siē ex secundo nomine cōetus, intelligimus quid sit iudiciū. Népe cōetus ad iudicadū cōgregatus, cōetus iustorum, ac principū, magnorū viroq; Affertur ab H̄braicis ex alio loco, ad declarationē iudicij. Cūcta, inquit Salomon, opera adducet Deus in iudiciū. De hoc iudicio quoq; vaticinata est Sybylla carmine quod dicitur ἀπόστολος, in quo sumptis primis cuiusq; versus litteris, efficitur, hoc omne, IESVS C HRISTVS DEI FILIUS. SERVATOR REX. Huius carmine initium est,

Ἐδρότες δὲ χθάντων, κρίστων θηρεύοντες εἰς τὸν οὐρανόν.

Iudicij signo tellus sudore madescet.

Itaque iure psalmus is ab antiquissimis Hebraicis de supra die cōcorditer editus esse cognitus est, è quibus, vt dixi, Chaldæus interpres pro eo quod ait Hebraicum. Non resurgent impij in iudicio, dixit, Non resurgent impij οὐτοις θεοὶ μετ' αὐτῶν, in die magna. Et alii codices habent, In die iudicij magni. Et de eo Salomon in libro de Sapientia, latē. Et verbum in Hebraico, Nō resurgent, Hebraicè οὐτὶς λοιακοῦ, non designat, fore vt corpora non recipiat impij in regeneratione, vt male sentiebat, perperaq; exponebat Rabi Dauid: sed potius: Non admittentur impij ad iudicium in sede maiestatis, qui potius ab aliis, nempe ab his quos olim contempserunt, iudicabuntur, letalibus sententiis interficiuntur. Quod Salomon idem clarissime docuit dicens de iustis, κριθεῖσιν θεοῖς, καὶ κρατήσοι λαῶν. Iudicabūt gentes, & dominabuntur populis, & regnabit super eos Deus in aeternum. Itemq; longè manifestius, οὐτακτίπειρ δίνεται θεοὶ τοῖς ζωντας ἀσθεῖς. Iustus defunctus, aut post hanc vitam iudicabit impios. Cum sit igitur hic duplex expositio de die iudicij, aut die qua quisque sedicit ē corpore, aut illa suprema, magnaq;: visum est ex antiqua Hebraeorum theologia, Graecorum Latinorumq; sententia potius de supremo tempore sentiendum esse. Quo item sensu sit accipendum, Neq; peccatores in consilio iustorum, ex filio ipsius Dauid theologiam paternam declarante facilius intelliges, ex his quæ dixit de pio, iusto, ἐν ἡρῷ θεῷ καὶ F

Aet. 16.c. τελονίῳ, καὶ εἰς ἀγέλας ὁ κλῆρος αὐτῶν. Et de eadē sorte diuus Paulus in Actis referēs verba Christi, similiter atq; is psalmus. Ut accipiunt remissionem peccatorum & sortem inter sanctos, per fidem quę est in me. Et idem Salomon quod vivet in aeternum, quod præmium eius ab altissimo, quod coronabitur. In contrarium impij, peccatores: neque inter filios Dei, neque inter sanctos, nimurum in congregatione, & sorte iustorum.

Quoniam nouit dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

ERÆ I recte declarant, quid sit, Nouit dominus viam iustorum. Nam Chaldæus dixit. Quoniam manifesta, clara est Deo via iustorum. Et ex dictis Salomonis superius, est sensusclarus. Cum diceret de iustis, καὶ οὐρανοὶ αὐτῶν παρεχεῖσθαι. Et gubernatio eorū, cura, cogitatio, apud altissimum. Sūt Deo curē iusti, respicit, tuetur eos: noscīt, habet cordi, viam vitāq; eorum defendit, protegit, præmiis afficit. Non sunt obliuioni pia, iustaq; facta non negligit bonos Deus, amat, amplectitur, scit quid agant. Est autem hoc quale Plato, Aristotelesq; summi philosophi, ex sacriss litteris instinctuq; naturæ, asseruerūt. Aristoteles, εἰ γὰρ οὐτις ἐπιμέλεια τῶν αὐθοντῶν τὸν θεόν περιτίθεται, καὶ εἴναι τὸν εὐλογοῦντα, καὶ εἴναι τὸν οὐρανοῦ περιτίθεται. Si qua cura, inquit, est rerū humanarū apud Deos, vt videtur, rationabile quoq; est, eos optima, atq; sibi maximè vicina re delectari. En Aristoteles vocat ἐπιμέλειαν

Αἰπειμέλεια, curam, diligentiam, prouidentiam. Atque etiam delectationem, amoremq; Dei erga iustos, quam psalmus dixit cognitionem viæ ipsorum. Addidit Aristoteles eodem loco, Deum ἀγαποῦντα, remunerari bonos, atque probos, præmiis afficere. Id quod superiorius Salomon: Et merces eorum in Deo. Plato verò luculenter viro bono nihil mali, aut viuenti, aut defuncto accidere posse, ἐν ἀμελεῖται τὸν θεόν τὰ τέλη τοὺς φρέγυματα. Neque negliguntur res huius à diis. Dicit à Diis, quod alibi à Deo. Diuinè enim dixit in Phædone, ἀλόγος ἔχει τὸ θεόν τε ἐναὶ τὸν ἐπιμελέμενον ἡμῶν, καὶ εἶναι κτήμα ταῦτα ἐμοι. Rationi cōsentaneū esse, Deū curam nostrī suscipere, & nos esse possessions, peculiūmque eius. Mirum quām congruat sacra profanis. Hoc enim est, Nouit Dominus viam iustorum. Idem Salomon in sua Sapientia sepius, magnaq; vocis cōtentione: Διάγιαν δὲ λυχνᾶς εἰς χειρὶς θεῖς. Animę iustorum in manu Dei sunt. Et Sirac in sua Sapientia, οἱ φθαλαμοὶ καὶ καὶ επὶ τὰς ἀρχαῖς τὰς αὐτὰς, ὑπεραπομόδους δινεῖται, καὶ τὴν γῆν ισχύει. Oculi domini super amantes eū. Protectio valida, & præfidū ab æstu, & tentoriū à solis ardore. Et illud in P̄falte. Oculi domini super iustos. Hęc omnia cōfirmant interpres Hebraeorum. Nouit, aiunt, Deus viam iustorum, eis prospiciens, beneficia præstans, eos vbique protegens: iuxta id quod alibi dicitur: Quid est homo quia memor es eius? Hebraicè, Quia nosti, prospexit illi. Quod autem ait, Et iter impiorum peribit: confirmat superiora, agēs de finibus bonorum ac malorum. Dixerat malos sicut puluerem disipandos, in cinerem resoluendos. Nunc iter eorum in ruinam, perniciemq; tendere. Et ad impia tartara mittit. Meta viarū scelerarum, inquit, ruina est. Est autem hoc patris, quale illud Salomonis. Υπὲται, γέρας ἀλιτεῖται τὰ τέλη. Generationis iniusta, exitus asper, amarus. sap. 3.d.

Et eodem libro, quo ad veram sapientiam inuitat, καὶ ἐνοταυμετα τέτο εἰς πάλαι ἀπιμον, καὶ εἰς θερητὴν τοῖς θεοῖς εἰσαγόμενος. Et erunt, inquit, impij post hoc in ruinam fœdam, & contumeliam inter defunctos in aeternum. Quoniam ipse Deus supinos sternet, dementes, eosq; à sap. 4.d. fundamentis concuriet, & usque ad extreum in terram intrudentur. Erunt in dolore, & cruciati, peribit corū memoria. Hęc Salomonis verba, tum declarat impios, iniustosq;, vt psalmus canit, perituros, tum perditionis genus ostendit, videlicet post hanc vitam, in barathro perditionis ad manes. Hisq; coarguitur aliorū Hebraorū imperitia, népe Rabi Dauid, qui dixit hoc loco, animam iniustorū interire cum corpore, hocq; eorū esse suppliciū. Nā vetustior, eoq; syncerior theologia prædixerat ad inferos hęc parata esse supplicia, præcipue cū supremo die cuncti iudicabuntur bonis coronatis, improbis deieciunt atq; damnatis. Hęc enim clarissima voce Salomon est vaticinatus. Cōcordibus igitur Hebraicis, Graecisq; ac Latinis, psalmus is est de finibus bonorum, ac malorum, de præmiis virtutis, ac sceleris, idq; tum in hac vita, tū multo magis in posterum. De die iudicij, de Paradiso, de poenitentia ad inferos, de conuentu, gaudiisque iustorum, quem conuentum Plato vocat εἰδομένων χρόνον, μανεῖται διάβολος: Chorum beatum, visionem felicem. Iure nobilissimus psalmus, philosophia principium.

PSALMI II. EXPLANATIO.

C VAR E fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?

TATINI, Græciq; cū H̄bæris cōcordes, hunc psalmū cū priore esse cōiunctum. Nullus enim titulus huic adhibetur quo doceatur, quod in reliquis fieri solet, alterum psalmum inchoarti: eoq; redundant apud Sept. in principio istius psalmi, Φαλαμός τῷ δαβίδ, Psalmus ipsius Dauid, in Hebreo nō est. Rabi igitur Dauid ait plerosq; Rabenorū contendere, ynū esse Beatus vir, & Quare fremuerūt. Eadē à reliquis Hebreis, qui munus diuinarū literarū interpretandarū sibi suscepérunt, asserútur, quorū sententia Latini cū Græcis sequuntur. Hoc cū minimi referat, multis verbis extrahēdū deprédicadūmque nō videtur. Tres sūt, quas ex omnibus, qui sacros Psalmos interpretātur, excerptas, sententiæ, quorsū Psalmus is, atque ea quæ nūc canūtur, pertineat. Nā si cū primo cōiungitur annexitūrque, vt ille vera beatitudinis vias aperuerat, de totius philosophia, atque omnis humanæ vite fine, certissimā demonstrationē expresserat: sic secundus is, cōsequēs cōnectēnsq; priora, gētes, impiāsque earum opiniones, quibus se à cognitione Dei, seduxerant ad ignorationē veritatis delapsas, nes inter- execratur, admiratūsque errores eorum, tumultus inanes esse testatur, quibus oppugnant pretium quorūsum hic psal. periteat.

Quare igitur flemme rituros, quoniam prædixerat, Et iter impiorum peribit, Nunc autem irridendos à Deo, & Datus gentes: furore eius corripiendos: castris corū diuinitus expugnatis, profligandos, extremæq; neci dandos. Hoc aduersus mores corū, qui Deū nescirent, verāmq; beatitudinē ignoratā repudiaret. Hoc gentes olim, Hebræis aduersæ, moribus, ac religione, Secunda sententia erit, vt sit psalmus, quales alij plerique, qui sequentur, spectas ad res David, regnumque eius. Quod oppugnatū reges, ac principes Palæstinorum cùm eū regē designatū audissent, conuenerant, sed vietorem David, canit, copias eius protegente Deo immortalī. Hi qui psalmos in ordine redregerunt, cùm psalmū philosophia cælestis plenum, lōgēque nobilissimū in frōte collocaſſent, reliquos, vt omnes Hebræi, Græci cum Latinis afferunt, apparebitque in sequētibus, nullo ordine addiderunt. Pleraque enim, vt ait diuus Hilarius, & hic Rabi David, prius acciderunt, quæ posterioribus psalmis referuntur, prælati his quæ multò post accidissent. Animaduercimus igitur est, nō seruari ordinē in psalmis digerendis, sic nō mirum cùm prior altissimæ philosophia fuisse oraculum, si secundus ad diuersum genus rerum subito trāseat. Tertia est sententia, nō nostrorū modō, sed ipsorum etiā inimicorum Hebræorum, Priscos Hebræos hunc psalmum quadā arcana sapientiæ per omnes ætates traditione, de Christo sensisse vaticinari. Rabi Salomō testis, Maiores, ait, nostri hunc psalmū de Messia exponebāt: nos autē inquit, propter, hereticos nempe Christianos, de David interpretabimur. Obseruauit hoc etiā Nicolaus. Ita cū sensu Apostolorum quo testimoniu de Christo hoc psalmo protulerunt, cōueniebant priores Hebræi, qui quod propius aberat ab ortu veritatis, cō certè incorruptius quām posteriores iudicabant, & quæ veriora sunt, cernebant. Quemadmodum de resurrectione syncerius quod penes eos theologia sacratiō effet, quām iuniores, sentiebant. Hæc quod melius, certiusque animaduertantur, & plena fidē his habeatur, ipsa Hebræorum suæ linguae verba subiiciam. Rabi Salomon: וְאַתָּה שׁוֹרֵן תִּשְׁרֵפָה וְאַתָּה כָּבֵד לְעֵנֶיךָ וְאַתָּה מְלֵךְ הַמָּלָא וְאַתָּה מְלֵךְ הַמָּלָא וְאַתָּה מְלֵךְ הַמָּלָא וְאַתָּה מְלֵךְ הַמָּלָא Rabotenu dareshu & anian, al melech hamasiac v̄lphi misneo, vela teshubat haminim, nacon le pohero al David azimo. Quæ sunt, Autores nostri, quicquid hoc psalmo canitur, de rege Messia interpretabatur, Secundum autem apparentem sensum, verborūmque sonitum, & ob responsionem hæreticorum, cōuenit eum interpretari de ipso David, vt scribitur. Audierunt Palæstini quod vnxissent Israēlitē David in regē super se, copiásque suas collegerunt, quos David profligauit: eōque dictum est, Quare fremuerunt gentes? Sic ille. Auen Esra quoque grauis scriptor Videtur, ait, mihi, hunc psalmum, aliquem ē cantoribus composuisse super David, quo die vñctus fuit, eōque dixit, Ego hodie genui te. וְאַתָּה בְּנֵי אָהָרֹן וְאַתָּה בְּנֵי מֹשֶׁה Ve ha mashiah hu melech ha mashiach, ve ken perashu rabothenu. Christus autem cius, quid memoratur in psalmo, est rex Messias. Sicq; exposuerūt magistri nostri. Idipsum affirmat in fine psalmi, Psalmū inquit, vel de David, vel Messia exponito. His testimonii fit perspicuum, quanquam supernus verborum cortex s̄pē aliud sonare videatur, maxima F sub psalmis latitare mysteria. Videtur enim de Palæstinis potius ac Dauidis psalmus editus. At maiores Hebræi, simili & Apostoli, Hebræorū doctissimi, quorum sententiae minores subscrīperūt, de Christo constanter interpretari suht. Huiusmodi ferē sunt alij cōplures, velut Sibyllino carmine, sub figuris, tropisq; Hebraicis, & humano sermone maiores sensu occultantes. Seiunctus igitur est is psalmus à primo de Christo magis, quām David editus.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? In verbis hæc obseruanda: Quod Septuaginta, quorum vtitur Ecclesia Latina psalterio, transtulerunt ἐφεύξαντ, fremuerunt. Hebraicè וְאַתָּה רָגְבֵשׁ, Fremitū quidem, qualis multarum copiarum designat. vt Virgilius: Cuncti simul ore fremebant Dardanidæ, Et Ouid. de concilio Deorum, auditio scelere Lycaonis, Confremuere omnes. Tumultum igitur, hoc Hebraicum, quasi per seditionem collecti exercitus designat. Ac veluti magno in populo, cùm s̄pē coorta est sedition sauitq; animis ignobile vulgus. Verum hoc verbum enarratores Hebræi, videlicet Salomon, Auen Esra, docent designare וְאַתָּה בְּנֵי מֹשֶׁה cabezu caberu, Congregati sunt, coierunt. Rabi quoq; David testatur hac voce denotari וְאַתָּה בְּנֵי kibuz vchamon rab. Collectionem, & multitudinem ingentem. Afferq; exempla. Quod sciens item Hieron. dixit in suo psalterio actiū, Congregauerunt. Aquilas & Thodotio respexerunt fremitum iuxta Septuaginta prior ἐθεοῦ βίθυντα, tumultuata sunt: posterior κυριος, miscentur. Idem

A Idem verbum igitur, cùm designet duo, alterum ex altero dependens (nam fremitus, & tu multus est collectarum copiarum) iure potuit pro vtroque ab interpretibus transferri. Gentes item Hebræis, qua dicuntur Ἕβραι, habet peculiarem significatum. Quemadmodum Græcis, Latinisque omnes alia nationes vocantur Barbari, sic omnes alia nationes, quas certum erat à veri Dei cultu abhorrente, Hebræi Gentes appellabant. Idēq; Apostolis velut Hebræis remansit Ἑθνος, & Ἑθνικος, Ethnos, & Ethnico vocantibus eos qui non essent Hebræi. Et Christus dominus dixit de incorrigibili, Sit tibi tāquā ethnicus. Hoc igitur ex Hebraismo est. Est quando de ipsis Hebræis item dicitur Deuter. Quæ est enim alia gens sic inclita? Hoc psalmo de gentibus externis dictum. Ad hanc imitationē Græci vo- de. 4.1. cant τὸν ἔχοντα σοφίαν, τὴν ἔχοντα φιλοσοφίαν: philosophos externos, externā, seu profanā philosophiā, Gétes igitur nūc Palæstini vocātur. Sin de Christo psalmus est, vt par est, Pharisæos cū sequacibus, qui iam ad mores profanos abierat, iam impios ac profanos, gētes, siue gētiles appellat, itēque Antichristum. Quid verò dixit, Meditati sunt, quemadmodum priore psalmo fuit expositum, meditari Hebræis non tam mentis quām lingua. Meditatur guttū lingua, nēpe loquitur. Sic nūc, Et populi locuti sūt inania. Loquebātur, ait Rabi David, Palæstini superbè, atque arroganter, quod paucis antē diebus Israélitas versos in fūgam cum rege Saul profligauerant. Hanc autem eorum iactantiam non fore diuturnam. Igitur Hebræi malunt ad sermonem verbum nunc referre, quām meditationem. Ne Chaldæus quidem meditationem, sed exultationem, fremitūmque, & locutionem possuit, pro meditati sunt ἡ ράτιο exultantes. Quod ad sensus attinet, Graci vt mōstratū est, de Christo totum psalmum editum afferentes, tumultum, fremitūmque afferunt fuisse, quo tota Hebræorum innumerabilis natio, Christo ad homines veniente, & inusitata prodigia edēte, tumultuarunt, miscerunt. Multa in nihilum casura maledicta, diuinitati, eius ac sapientiæ detrahentes loquebātur. Gentes fuisse Romanos milites ac centuriones, quibus in cædē Christi ministris Iudei vterētur. Principes & Reges terræ, Herodē, & Pilatū. Populum autē, cui sapere delyrare est, plebē illā insanā, quæ cū maioribus suis ignorato tāto numine, pari impietate laboraret, eorū conatus blasphemiasq; in nihilum recidisse, velut alio in psalmo fertur, Sagittæ parvularū factæ sunt plagæ eorū. Pueriles illæ plagæ, bellum illud tunc ἀποδοντ, evanuisse, sumpto de inimicis pœnarum tāto, quātū vix quisquā audeat optare. Hanc interpretationē Latini quoq; proponunt. Quod si vera quoq; sit expositio Rabi David, qua putat iuxta maiores, hunc fremitū copiasq; cum Regibus, ac ducibus aduersas Deo, & Christo, coactas, esse tēpus Antichristi, qui cōsurget contra omne quod dicitur Deus, ipsiusq; i e s v Christi nomen, ac sanctos eius innumerabilibus populis coactis cum primis oppugnabit, quē duces, ac Reges multi ad impia bella sequētur, sed demū profligatis, fremitus eorum, tumultusq; vanescit: idem erit sensus, eadē prophetia, variato dūtaxat tempore, quemadmodum totis sacris oraculis, vterq; aduētus Christi miscetur, quoq; primus fuit in humilitate, secundus erit in maiestate. In vtroq; graues pietatis oppugnationes, frementia bella gentiū, principiūq; impiorum, sed inania demū. Cūm igitur adsint Hebræi iuniores, & vetustiores testes, qui cōstāter perhibeāt nihil à Christianis Græcis, Latinisq; abhorre, hunc psalmum esse sanctissimū de Christo oraculū, hæc certè verior erit sententia, atq; ita (si placet is ordo) cū premissis oraculū de vera beatitudine, denia, qua peruenit ad summū bonū, subitō proslit ad Christum, caput ipsum, fontēq; beatitudinis, sic intonās aduersus oppugnatores nominis eius, quemadmodū prædixerat miserè perituros impios, ac peccatores eosdē illic & hic execratus, eorū interitus, vanitatē dīctorum, conatuūq; præmōstrat, nihil eis fore diuturnū, stabile. Sed hic apertius, clarius, vt etiā ad ipsū nomen descendat, memorat illū cuius iussa, atq; nomen peccatores, impiiq; aspernātur, & oderunt. Per indignationem verò, atque admirationem exordit. Ad quid fremuerunt? Quorsum pertinent fremitus inania: Perinde atque illud Poëta:

Quo moriture ruis, maioraque viribus audeas?
Quid tantum in fano iuvat indulgere labori?
Quæ mens tam dira, miserrime coniux,
Impulit his cingi relis, aut quò ruis?

Horatius quoque similiter vt David canens Odas, nempe Psalmos, eodem initio vnam Odam exordit:

Quo, quoq; scelsti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enes conditi?

Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. D

Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.
Reges terræ. **H**ebræi paucæ nomina derivatina. **T**erra. **P**rincipes. **S**ultan. **C**onuenerunt. **P**rius quæ incipias, & fulito. **P**rius pro posteriori. **d**ubius. **A**duer. dominum, &c. **D**ominus. **C**hristus. **s**ibylla. **v**erbum.
 V o d ait, Astiterunt, quanquam simile est Hebraicè, melius ex Chaldaico noscitur, qui pro eo posuit ρωπ Caiemin, consurgunt. Coniurant ait, conspirant. Et Hieronymus vertit consurgent. Reges terræ, dixit ad morem sacrarum litterarum, quibus nō sunt nisi admodum pauca nomina ex primis nominibus deducta. Quos ipsi dicemus Reges terrestres, mundanos, si quando apud scriptores sacros habentur, vt Paulum, κοσμικά τοπες, hos illi Reges terræ, Reges orbis terrarum. Qui dominantur in terris, quibus imperare in terra datum est. Fortasse terram vocavit ipsam vniuersam Iudeam, quæ terra per an-tonomasiam, vocatur. De qua Prophetæ, Terra, terra, audi verbum Domini. Ut nobilissima scripturarum dicitur scriptura, sic nobilissima terrarum, terra. Iure quoque transtulerunt Sept. τερψθα, principes Hebraicè συνια rozenim. Nā Chaldaeus pro eo posuit. στατης Sultan. Quo licet animaduertere, quem olim Regem Syriæ, atque Egypti vocare solebat, Sultan, id nomen ex Syriaca lingua habuisse, qua pro vulgari tempore Christi, vterentur Hebræi. Quod item Sept. dixerunt συνιχθοτε collecti sunt, siue conuenerunt, Hebraicum paulò diuersum νινονον noſadu, consiliati sunt, vt reddam ad amissim. Sicque exposuit Rabi Dauid, subiiciens pro eo clarius ρωπ nitazu. Consulti sunt, Consuluerunt inter se. Vocari autem consilium Hebraicè eodem nomine, atque fundamentū iasod, quod consiliū sit rerum fundamentum, atque primordium. Similiter Auen Esra, id verbum deducit à ηι sod, E secretum, vel consilium, Eadem afferuit Rabi Salomon, ponens nomen consilij lingua Gallica. Ergo iuxta hos omnes dicendum, Et principes consultati sunt. Iuxta quem sensum, etiam Hieronymus dicit in suo psalterio pro, Conuenerunt in vnum, Tractabunt pariter: vñs Tractare pro Consulere. At Chaldaeus fortasse quia consultatio fit ex hominum concursu, sentit cum Sept. ρωπithaberū, cōsociati sunt, collecti sunt. Ab altero igitur ad alterum exiguum internallum. Dominum autem & Christum, primum quidem Græci Deū patrem: secundum, Filium interpretantur: Quem qui spernit, oppugnat: spernit, oppugnat qui misit eum.
 Vocibus declaratis animaduertere operæ pretium est testimonium. Auen Esra: qui positis aliis in quem hæc dicantur, sententiis, infert ρωπ ηι ηι. Etsi, inquit, de Messia psalmus est, res clarior est. Dubium est, ait, omnis alius sensus huius psalmi, siue in Dauid regnique eius exordium, siue in aliquem alium referatur. At si de Messia suscipiatur, sensus est expeditus, perspicuus. Verè igitur Apostoli, vel ipsis Hebræis attestantibus, Spiritu sancto, qui hæc ipsa oracula edidisset, eos docente, senferunt hoc oraculum esse de Messia, contra quem confurrexissent Reges, Principes, Magistratusque populi, cōsurget Antichristus, multis Regibus cū eo, principib⁹que in impietate conspirantibus. Ob hanc causam quod Hebraicè dicitur, Aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Chaldaeus apertius, dixit ηι ηι lemarada, Ad rebellandū domino, & certandum cum Christo eius. Innuit vide-licet bellum quod omnes gentes, sed Hebræi cum primis, indixerunt, indicentque Christo, verius autem ei qui misit eum. Nomen igitur Tetragrammum, quod nunc Sept. trans-tulerunt κλειον, dominum, designat ipsum Deum patrem summum: Christus autem, ne tempe Messias, est nomen eius quem pater & Regem, & sacerdotem esse voluisset. De quo psalmus, quem sine controueria de Christo interpretantur Hebræi, Propterea vñxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae præ confortibus tuis. Hoc igitur est quod appellatur Messias, quod Hebraicè est Vnctus: quia Deus vñxit eum oleo iucundissimo, triumphali, quo regnante, ac triumphante, futura esset omnium gentium sempiterna lætitia. Fuit, estq; Rex Regum: Reges autem vngebantur. Quocirca dicitur Messias eius, vñctus eius, Rex ab eo designatus: qui constitutus est (inquit diuinus Petrus) à Deo, Iudex viuorum & mortuorum. Sibylla quoque corum spiritu afflata de eo dicit ἡγετης θεων κριθε, Principem, siue Regem Deorum constituit eum pater. Et Apostoli: Cōuenerunt in ciuitate ista, aduersus puerum tuum I E S V M , quem vñxisti. Quod igitur Hebraicè diceretur vñctus à Deo, à Sibyllis, Rex declaratus. Rex Deorum Iudexque hominum viuentium, ac defunctorum, quos suscitabit, constitutus. Eoq; est Messias eius, Angelus, & interpres, siue verbum eius.

Disrumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum.

Hebræi

HEBRAE I repetitionem eiusdem rei, duobus nominib⁹ esse contendunt, (creberimus in sacris litteris) vincula eorum, & iugum ipsorum. Veruntamen quod Sept. dixerunt ηι ηι iugum, est autem Hebraicè ηι ηι, vñanimiter omnes interpretantur ligame, vinculum. Quod posset etiam intelligi ex Græca voco. Quippe iugum ηι ηι, ηι ηι ηι ηι iungendo, connectendo. Duo itaque nomina sunt vñis, eiusdemque rei, vt quasi repandum sit. Disrumpamus vincula, projiciamus vincula. Hoc cernens Chaldaeus, pro iugo posuit ρωπ ρωπ shalshelatæ eon̄ hoc est, funes, catenas eorum. Vtrumque nomen, inquit Rabi Dauid, designat ρωπ ρωπ funes fortes. Id etiam testatur Auen Esra, & Salomon, vt dicendum sit. Frangamus, rumpamus vincula, ligamina, iuncturas eorum. Hoc exploratum habens Hieronymus, pro iugo posuit, Laqueos eorum. Sensus autem eiusmodi magistris Hebræorum placet esse vinculum, seu vincula, consilium, consensum. Hunc autem fuisse, cūm Hebræi Dauid Regem vñanimiter confalutassent, eodem consensu omnes Regem cum appellasset. Hunc consensum rumpere, atque conuellerere cupientes Palestinos dixisse, Disrumpamus vincula eorum. Hanc eorum fuisse imperitam, inanemque iactantiam, quam superius dixerat. Et populi meditati sunt inania. Nec verò idem (vt sapienter) diligenter interpretandi minere funguntur. Nam cūm superius psalmum de Messia magis exponentum indicasset, quem de Dauid quoque proponerent, non adhibuerunt si de Messia est, quid sibi velit. Disrumpamus vincula eorum. Igitur Græci duos sensus proferunt, vt vel sit quasi vox spiritus sancti sua per Prophetam, cohortans omnes vt iugo idolatriæ, Hebræicæ superiusque superstitionum, iugum inquam seruili rupto, atque excuso, iugum Christi suaue suscipiant. Aut per alium sensum qui conuenit cum Hebræis, hanc vñcem ipsarum esse gentium cohortantium se inuicem vt cultum, religionemque Dei veri, quæ continet, astringitque homines, abiiciat, abrumpt. Hoc esse, quod loquebantur inania, citò peritura, euentum non habitura. Mihi verò maximè placet, vt sit quale retulit Moses cūm induceret Deum opus egregium molientes, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Expressit quidē Moses Deum, qui hęc loqueretur: tecum psalmus, quasi dicendum sit, Conspiraerunt Reges, & Principes aduersus Dominum, & Christum eius. At Dominus, & Christus eius sic fecum, Disrumpamus cœtus impiorum, deleamus societatem scelerum. Eoque exemplo subiicit, Habitator cœli irridebit eos. Itaque cūm ex sententia Hebræorum, & vt verum est, iugum eorum, non designet nūc iugum seruitutis, sed potius iuncturam, consensum, conspiracyem, pulcherrimus erit sensus, si vocem illā, quę cuius esset, Prophetam non expressit, esse dicemus ipsius Dei, & Christi. Frangamus impiam hanc, vel Iudeorum, Gentiumque, & Regum, ac principum quæ contra nomen nostrum coniurauerunt, conspiracyem: vel innumerabiles illas, quæ coicuntur Antichristi copias, velut coniurationem Gigantum.

Ter sunt conati impone Pelion Ossæ,

Et coniuratos cælum refindere fratres.

Ter, pater, extractos dñscit fulmine montes.

Ceiusmodi fuit Dei vox, vt disiceret, deleret impiam coniurationem, impios Gigantes, eorumque principem Antichristum. Eadem ratione (vt appareat verissimus huius versus sensus) per numerum multitudinis locutus est, contra eos qui turrim in Babylonia extruebant. Descendit, inquit, Dominus vt videret ciuitatem, & turrem quam ædificabant filii Adam, & dixit, Ecce vñus est populus, & vñus est labium omnibus. Cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Eadem locutio ponitur hoc loco in psalmo, Disrumpamus consensum eorum, confundamus mentem eorum. Et projiciamus à nobis, quia contra nos est, hanc coniurationem. A nobis, à numine nostro, à maiestate eam repellamus. Vt turrem superbam, consensumque Gigantum, qui molem ad sidera tollere, cælumque rescindere conabantur, disiecturus dixit: Venite, descendamus, confundamus, similia nūc aduersus molientes impios. Disrumpamus, ait, vincula eorum. Is sensus fortasse verior, declaratur ex aliis locis, vt sciamus, & quis loquatur, & quamobrem per numerum multum Deus loquatur, licet duo nominentur Dominus, & Christus.

Qui habitat in cælis irridebit eos, Dominus subsannabit eos.

BB. iiiij

Duo sensus, apud gracos.

Meditari inania.

Iugum, pro consipratione, & copias coniuranti-bus, aut coniurati.

Dens in celo. **H**Oc oraculum est, quale sape reperitur apud vetustissimos Poëtas Homerum, atque **D** Hesiodum, de Diis loquentes,
Oλύπια δευτέρης ἔχοντες.
Celestia rempla tenentes. vt Hesiodus,
Μέγας περίδες οὐδὲ μετα τάξας ἔχοντες.

Rifus. Cælum proprium Dei, diuorumque domicilium. Opponit ut aiunt Hebrei ei quod superius memorauerat, Reges terræ, nunc habitator cæli. Illi terrestres, is cælestis superior, supra illos, potens eos defere, fulminare è loco sublimi. Risus quoque cum per metaphoram Deo tribuatur, est quale ait Horatius de ignauo:

O magnus post hac inimicus risus.
Heu tralatos alio, moerebis amores:
Ast ego vicissim risero.

sap. 4. d. Et Salomon de impiis in libro Sapientia, κύριος σύγχεισται αὐτοῖς. Dominus irridebit eos. Afferunt quoque Hebrei ex alio Psalmo testimonium, Et tu domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes gentes. Sunt Hebrei, qui, quoniam est Hebraicè, pro irridebit pueris, ridebit: resoluentes metaphoram, qua Deo tribuitur risus, pulcherrimè explicant, Dominus eos esse risui faciet: Contemnendos, irridendos que exhibebit: Faciet eos ridebiles. Superbiæ, atque iactantiae, aptissimum supplicium. Huiusmodi cernetur ab omnibus Antichristus, cuius tanta erit arrogancia, atque impia cupiditas, vt nomine sibi diuino vendicato, templo Dei veri funditus euertat, quo solus ipse diuinis honoribus potiatur. Sed profligatus, ac turpislimè conuictus, omnibus ab origine mundi qui tunc aderunt, hominibus ridiculus, contemptibilis, cum tyrannis, & sequacibus suis appareat. Ad hunc sensum Sapientia apud Salomonem de contemptoribus suis, qui acciti ad se venire recusassent: Ego quoque, inquit, in interitu vestro ridebo. Ridebit igitur Deus, ridebunt, exultabunt Angeli, atque pi, videntes quorum fuisset intolerabilis tyrannis, ac superbia, omni gloria, titulisque exitos, æterno dedecori datos. Sic ridet Deus cernens multos impiis vanitatibus efferti, aut dictis, cogitationib[us]que, quibus maiestas eius arroganter contemnitur, in sole scere, miscere cædibus, flagitiis omnia. Scit enim eos breue ad tempus pertinatos, & cum gemitu palinodiam recantatuos. Verbum autem subsannandi, ad Græcum formatum est, μυρτηψω, à μυρτηψ nose, sanna. Duo verba hic quoque eiusdem ponderis adhibentur, irridebit, subsannabit per επιτασιν, vt superius Vincula eorum, Iugum ipsorum. Datur itaque risus Deo velut è cælo conatus eorum, in nihilum casuros prospectanti, ac præficieni quām non extrema primis consentient, vt si quis nunc apud mortales oculatus aliquos magnis conatibus arborem ascendere cernens, cuius ipse fragilitatem nosset, sciens paulo p[ro]st ruituros, risum continere non posset. Risum Poëta quoque Ioui tribuant, sed alacritatis, non irrisonis.

Olli subridens hominum fator atque Deorum. Homerus quoque,

Οὐτοι γέλω μαρτυροῦσθοι Dini riferè beati.

Horatius tamen eadem tralatione tribuit Deo risum;

Prudens temporis exitum,
Caliginosa nocte premis Deus,
Ridetque si mortalis ultra.

Fas trepidat. Deus, inquit, qui prospicit omnia, absconditque rerum euentus ab oculis nostris, rideat cum quis supra modum, curis inanibus vexat se. Hæc vt pleraque alia ex similitudine humanorum affectuum. Risus igitur vel irrisio iuxta superiores sensus, cadet vel super Iudeos, vel super Antichristum.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo turbabit eos.

Ad vehementiam, & exaggerationem. **I**c quoque sunt επιτάσεις, παλινοδια, reiterationes earundem rerum nominibus diversis. Idem enim Furor, atque ira: idemque forsitan sensus. Loquetur ad eos, atque conturbabit. Hoc Hebrei vocant τρων τρι d[omi]n[u]s derek zachuth, Viam elegantia. Modum dicendi perspicue. Quasi dixeris σαφήνεια, perspicuitatem, cum sit oratio exaggerata clarior. Greco[rum] igitur hanc locutionem recte referunt ad eas minas calamitatisque quas Christus Iudeis fataliter prædicebat, & pro eorum iniquitate super eos aduentare sinebat, cum diceret, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Et, circundabunt te vallo: non relinquent super te lapidem. Et, Filii Hierusalem nolite fere super me, sed super vos. Et, Dicentis,

A tis, Beatae steriles. Has fuisse terribiles locutiones, mortiferas, letales, iratas prædictiones. Itemq[ue] eisdem cum supra die ingratitudinis eos, malevolentiae, feritatis cōuictos cōdemnabit, grauissimā sententiā in eos pronunciabit. Dicet eis iratus, Itc maledicti in igne æternum. Nulla vox formidabilior, tristior, horribilior. Illi ad tatum furorē turbati, simul omnis terra, mare, sidera pauebūt, cōtremiscēt, ad cuius nutu tremunt elementa, & nutu tremefacit olympū, ἡλίου τὸν πόνον, furor, hæc ira vera. At Rabi Dauid pro rege Dauid, & Philisteis exponens, locutionem fuisse contra ea qua ipsi superius superbè nimis, arroganterq[ue] loquebantur, fremeant, consultabant, interfice inanja. Deus contraria loquetur, intonabit voices terribiles. Locutio autem erit, furor iraque: id nempe quod paulo antecepit, irrisio, subsannatio: & cum minatur eorum impiam coniunctionem rescindere. At Salomon, vult locutionem esse quæ sequenti carmine sequetur. Ego autem constitui regem meum: vt Hebraicum habet. Superiora sunt vero propria. Locutionem ergo diuinam dixit, indicas omnia quæ præfatus fuerat, Disrumpamus consensum eorum. Irrisio, subsannatio. Nunc sermo cum furore, & iracundia. Similiter conturbatio. Videntes enim supra die *Sapien.* scelerati maiestate Christi, vultis que minime proprios, turbabuntur timore horribili, vt superius ex Salomone. Tum se stultos cum gemitu, lacrymis, magnoque dolore fuisse fatebuntur. Nam dominus iesus in interficie impietatis antesignanum spiritu oris sui, quo deiecit, coincident omnes quos egit in eius obsequium, vesania. Turbare igitur, est terræ terrorum horribilem incutere. Hoc erit maximè cum tantus vbique pavor super reges impios, gentesque inhorrescat, vt vel ipsa terra sudore diffluat, vt Sibylla cecinit:

Ἐρθοτε δὲ χθὼν ρύπος ομέλιον ὅτι ἐγα.
Indicij ad signum tellus sudore madefact.

In furore suo: & In ira sua: Hebraismus item est, cum furore, iraque. Ea duo poëta quoque singularis usurpat: Furor iraque mentem precipitant.

Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.

Vo d ad voces attinet, Sept. dixerunt κατερζα, Cōstitutus sum, per vocē passiuā, quod in Hebraico actiuū est, τῶν νασαchi, constitui, declarauit regē meū. Id exponēs Autē *Cōstitutus* Esra pro eo substituit vocē clariorē τῷ θεῷ him lacthi, regē creauī, cōstitui, regnare feci. Et Salomō τῷ θεῷ manithi, ordinauit, instiui, ex interprete Chaldæo, qui & ipse simile vocē ponit. Hos secutus Rabi Dauid adhibet eadē vocē, atq[ue] Autē Esra τῷ θεῷ himlaethio, regnare eū feci. Sept. videtur voce passiuā vertisse, quod putarent forsitan esse ab alio verbo simili τῷ θεῷ sacac, inde addita nun, fit passiuā: sed nō est idē significatus. Diuus itē Hieronymus secutus alios Græcos interpres, iuxta Hebreos, posuit, Ego autē ordinavi regē meū. Est igitur hæc vox Dei, nō ipsius regis. Superiorus loquebatur Propheta, prædicebat, ventura canebat. Deus loquetur aduersus eos, turbabit iratus eos. Nūc (quod ſepe apud Poëtas reperies) mutata persona, loquitur de. Ego regē meū institui. Videre est hoc genus apud Lyricos, & Comicos Poëtas. Iā quod Sept. fecerunt esse ex præsenti versiculo, Prædicās præceptū eius: debet rescindi, & apponi ad sequēs carmē, sicq[ue] inchoari, vt habet Hebraicum: Prædicabo præceptum Dei. Quocirca probari posset, quod aiunt Græci, si cōtextus haberet vt legitur. Volūt enim legēdū esse, Ego autē cōstitutus sum rex ab eo, exinde pūcto interiecto. Super mōtē sanctū eius, prædicās præceptū eius. In Siō enim fuisse Euāgeliū à Christo prædicatū, inde in omnes terras propagatum. Sed, vt dixi, versiculos desinit Hebraicè, Ego ordinavi Regē meū, super Siō monte sanctū meū. Tum prosequitur, Prædicabo præceptū Dei. Hebrei igitur sic sc̄lū proponūt. Minabātur euertere regnū Iſrael, gētes fremeant, minacia verba loquebātur. Deus hos eorū fremitus iridet, tū iratus insequitur, turbat, atq[ue] ita loquitur: Tantāe vos generis tenuit fiducia vestri? Vanus est omnis vester conatus. Nā ego cōstitui regē meū. Is rex, cuius imperiū euertere nitimini, à me creatus, declaratusq[ue] est. Is est rex meus, quoniā eū de medio fratrū suorū elegi, misi Samuel, qui eū vngereret. Iuxta superiores sc̄lū, primūq[ue] iuxta Greco[rum], tametsi aliā lectionē sequebātur, licet etidē sensum resonatē, dūtaxat mutata persona. Idē enim est, Cōstitutus sum rex ab eo, atq[ue] Ego cōstitui regē meū, est de Christo. Quo sensu eo Psalmi, quem de Christo constanter Hebrei vaticinari asseuerāt, dīctum est, Prōpterea vnxit te. Deus, Deus tuus oleo lētitię præ confortibus tuis. In initio quoq[ue] Psalmi, præfatus quem cantare velit, Dico ego opera mea regi. Regē, vt cernis, eū appellat κατ' ἔργον. Est enim rex regē, dominus dominantium. Et Apo-

sibylle. stoli de eo, Qui constitutus est à Deo iudex viuorum, atq; mortuorum. Et superius Sibylla,^D
 Παιτορέσυντικόν, οὐ γλωκύ πνεύμα ἀπασί.
Sibylla erit ihres. Kάτθετο, γέγοντις χρέον πάντας ἐπάνοια.
Apropositum Lect. de veritate. Patrem constituisse cum principem, sive regem Deorum. Hæc recipiens idem Propheta, alio Psalmo dixit: Tu es ipse rex meus, qui mandas salutes Jacob. Et superius monstrato Psalmo, quem sine controversia de Christo nobiscum Hebrai suscipiunt, pro eo quod Hebraicum habet, Speciosus forma præ filii hominum, Chaldeus trastulit καὶ πρώτων shuphrach malca Meshicha, pulchritudo tua Rex Messias. Eodem quoque Psalmo. est, Et concupisces rex decorem tuum. Totóque eo psalmo Rex appellatur: vt, Omnis gloria regis abintus in fimbriis aureis. Et, Adducentur regi virgines post eam, adducentur in templum regis. His omnibus fit perspicuum, nomen regis, & vñcti in sacrosanctis carminibus esse nomen Christi, & his in psalmis latitare diuinam, fctamque mysteriis philosophiam, quam Sibyllæ quoque diuinitus infusam, carminibus suis, eodem tempore, quo Prophetæ in Iudea, in suis regionibus concinebant. Nam quo sermonis genere dixit Prophetæ diuinus, Ego autem constitui regem meum: Sibylla simili,

Heb. 1. a. Αὐτὸς ἔδειξε τὸ πρόσωπόν μου πρόφητος.
Super Sitio. Ipsum Deus dedit, ut à fidelibus coleretur.

Vt igitur eum Deus colendum, adorandum mortalibus dedit, sic ordinavit, sive constituit regem. Hæc theologia iam tum ab origine mundi, spiritu sancto reuelante celebris erat, Deum habere filium, quem mundi regem, dominatorem cœli, ac terræ esse voluisset. Quod autem super Sion ait eum constitutum, & quis sensus hic subsit, quām de Christo verè dicatur, super Sion eum constitutum, ex aliis psalmis discas: primum eo, Virgam virtutis tuæ emitteret dominus ex Sion. Qui locus de Messia clarus est. Confirmantur hæc maximè eo, quo laudes montis Sion celebrantur, & altissimo spiritu prædicantur reges, ac gætes omnes venturae ad adorandum super illo monte. Aitque canens gloriam Dei per omnem mundum promulgandam. Timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam: Quoniam ædificauit dominus Sion, & videbitur in maiestate sua: Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudes eius in Hierusalem: In conueniendo populos in vnum, & regna, vt seruiant domino. Omnis hæc prophetia, clarè vel ipsis Hebrai attestantibus, est de eo tempore, quod ipsi vocant, maximè verò eo loco, Auen Esra, tempus 1 E S V, videlicet salutis, prædictum fuisse, vt illuc omnes gentes relictis simulacris ad cultum veri Dei vñanimiter venirent. Hoc esse quod Deus polliceatur ædificare Sion, & in Hierusalem se videndum esse in maiestate, & gloria sua. Hoc ædificium Sion, hæc gloria ad quam videndam concurrerunt omnes gentes, cùm Christus tot in illo monte, & in Hierusalem prodigia edidit, classicum salutis illic cecinit: inde omnes gentes, populosque ad pietatem, gloriāque Dei noscendam conuocauit. Ibi verè fuit Sion ædificata: ibi viderunt reges terræ (de quibus etiam in hoc secundo psalmo facta mentio) maiestatem ejus, tanta miracula, tot mysteria. Iure igitur dixit, Constitui regem meum super Sion. Illum videlicet eundem regem, quem Christum eius appellauerat, per quem declaratum, cōstitutum, quæ à Deo regem, omnes gentes timuerunt nōmē domini, videruntque omnes populi gloriam eius. Propter hanc causam, constituit eum super montem Sion sanctum suum, vt inde timeret. Hunc Antichristus, sequacésque reges timebunt. Eodemque psalmo: Tu exurgens, inquit, misereberis Sion, quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Hanc miserationem futuram Hebrai testantur in tempore haiesua, idest Salvatoris 1 E S V, nempe salutis, è quibus Auen Esra γνῶνταν την ζωην Ζωην haiesua. Ecce, ait, hoc tempus, est tempus 1 E S V. Posuit autem Sion pro ipsa vrbe Hierusalem, quemadmodū transtulit illic Chaldeus: celebratūque mons Sion, tum pro tota Iudea, tum verò quia mons ille maximis fuit decoratus prodigiis, multo magis quam Roma, Tyberisque Romanorum triumphis. Hos diuinos sensus sub nominibus rerum suarum prophetæ celabant. Insuper ubi dicit eodem psalmo, Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit nōmē domini: Rabi Salomon ait, sic dicent hi qui videbunt 1 E S V M, Scribatur is 1 E S V, vt annuntietur posteris, & his qui post nascentur. En protestantur, ab Hierusalem, & Sion venturam magnā per omnes gentes salutem, quæ libris descripta, cunctis posteris innotescat. Hoc igitur fuit verum regnum Sion, hæc maiestas, & gloria, quam reges viderūt, & timuerunt. Hinc alio psalmo vaticinatur, Et adorabunt eum reges terræ, omnes gentes scruerint ei. Hoc nouum ædificium per eum regem, quem Deus declarasset.

A Prædicans præceptum domini, dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Lege animi. V E M A D M O D V M superius demonstratum est, pars prior huius versiculi, non erat *pri. epist.* antecedenti versiculo coniuncta, sed huic, quem legisti. Est autem Hebraicè, non per *Budæi fo.* 25 in illud participium, sed enunciatiūm, Prædicabo præceptum *πν̄ τὰ πρῶτα* a sapera el choc. *Natalis re-* annuciabo, (quemadmodum Hieronymus) aut scribā in præceptum, Hebrais est sensus, *furectio-* *nus.* Esse verba hæc (mutata superiore persona) ipsius David, qui dicit, Hoc quod dixit domi- *nus ad me, Filius meus es tu, annunciaro, scriptūmque relinquam velut præceptum, aut predican-* *institutum, atq; legem. Scribantur hæc in generationem alteram. In memoriam sempiter-* *pra.* nam hoc prodam, mihi dictum à Deo, Filius meus es tu. Erit hæc sempiterna prædicatio *sensus herb.* confirmata, corroborata vt lex, me testimonio ipsius Dei, esse filium eius. Vt lex quædam prodetur, incisaque in æs, æternum remanebit. Hunc omnes Hebrai non aspernandum sensum proponunt. Sciendum est, eam dictionem quæ est Hebraicè *τὸν* posse duobus modis legi, aut ea nota quæ dicitur Hebrai zere, sic *τὸν* El, tūc designabit, Deum: legeturque Annunciabo Dei præceptum, quam lectionem sequitur diuinus Hieronymus, itēque Chaldaeus. Nam Hieronymus, Annunciabo Dei præceptum, Chaldaeus quoque, Referam domini præceptum. Alia lectio est, vt legatur tribus punctis *τὸν* designabitque Ad, In: le- *gesque, Referam in præceptum Dei. Sensus Hebræorum vidimus. Illum alium Græci pro-* *posuerunt, vt sint verba Christi, nempe, In monte Dei præceptum, legem, religionem. Præ-* *dicabo ego Messias filius eius, è monte Sion vulgabitur per vñiversam terram, duce Christo, & auspice Christo, sanctissimum Euangeliū. Non est magnum discrimen inter vñtrunque sensum, modò Hebrai de Messia magis, quam de David hanc prædicationem, testi-* *moniūmque interpretentur, vt velle videbantur.*

Quod autem sequitur, DOMINVS DIXIT ad me, filius meus es tu: Cùm de David sumi posse contendant Hebrai, superiores sensus prosequentes, quoniam in sacris litteris, iustissimi quique, filij Dei vocentur. David autem cùm rex à Deo declararetur, quasi generari, aut creari dicebatur, vehementer durum videtur. Nec ita facile, quemadmodum filius Dei vocetur homo, sic dici posset, quid cum Deus genuerit. Proficunt autem ex aliis locis Hebrai testimonia, Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et, Ipse vocabit me, Pater meus es tu. Et de filiis IsraEl: Filij estis vos domino Deo vestro. Et, Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Talem fuisse David à Deo per prophetas Gad, & SamuElem, regem declaratum, Dixi non tam facile posse dici hominem à Deo generari, quemadmodum dicitur filius eius. Quocirca maiores Hebrai, antequam Christus apparuerit, quibus propter lucis illius venientis propinquitatem, magis oraculorum diuinitas innotescerat, altiores sensus concipientes, de Christo cuncta hæc, cuiusmodi toto oriente Sibyllæ canerant, prædicari cognoverunt. Nam recentiores Hebrai, quorum mentes prauitas excœcutit, cum nec autoritatem maiorum posset contemneré, nec religionem Christianam suis dictis vellent asserere, proposita superius antiquorū de sensu huius psalmi, quod in Christū spectet, sententia, subitoque ad David refugientes, nullamq; amplius de Christo mentionem habētes, totum deinceps psalmum de ipso David exposuerunt. Saltē docuissent (si psalmus de Christo est) quis sensus, Ego hodie genui te, & Filius meus es tu. Verū hoc illi proferre timuerunt, nequid religione Christianæ congruum (quod necesse erat) dicere cogerentur. Cogebantur etiā multa in 1 E S V M Christum pertinentia proferre, si psalmum de eo iuxta maiorū sententiā exposuissent, super eo carmine, Ego constitui regē meū super Siō. Videnses ex inuitis peccatoribus veritatem, velut ignem è durissima silice erumpente. Est igitur versus sensus, Ego hodie genui te. Velut illud, Ex vtero ante luciferū genui te. Quæ etiā psalmū *psal. 109.* de Christo maiores exponebāt. Videbimus illius psalmi profunda mysteria. Hac ratione vocatur totis libris à Philone doctissimo, iuxta priscā theologiā Ἀριστοτέλεος καὶ primogenitus filius. Et Plato mysterijs Ägyptiorum introspectis, in epistola ad tres amicos nominat τὸν τὴν γένους καὶ ἀρισταρχόν, regis, autorisq; omniū patrem, vt ostēdit Origenes, Eusebius, Cyrillus. Sciēdū quoq; Hebrai esse quasdam secretiores, magisq; mysticas expositiones psalmorum, quas illi vocat, Midras thehilim: qui liber est ex sētētiis priscorū Hebræorū cōfatus. Hic liber cùm in expositione psalmi huius, præsertim huius oraculi, quo dicitur, Annūciabo, vel narrabo Dei præceptum, multa de Christo testimonia ex sententiis maiorū protulisset, deum sic intulit, alia de eo ex sacris litteris proferēs oracula. נָתַן תְּהִלֵּם בְּצִדְקָה שְׁלֹמֹנִי וְחַנְכָּמָה נָתַן יְהוָה בְּנֵי נְבוּנָה יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּצִדְקָה שְׁלֹמֹנִי נָתַן יְהוָה בְּנֵי אַיִלָּה

*Exo. 4.f.
Isa. 52.d.
Psal. 109.*

*Ioan. 5.f.
Luc. 24.d.*

*Ego hodie te
genitum est
filius meus.*

*Math. 19.
misericordia
467.b.*

*Cabalistici,
Andalogici*

Hebrei.

*Postula a me, et dabo tibi gentes, hereditatem tuam, &
possessionem tuam terminos terrae.*

Ec vix inficiari possunt Hebrei, quin de magno Messia scribantur: Messiam totius orbis terrarum Imperatorem fore. Huic omnes Reges obtemperaturos prædicant. Hæc erit illius, non David hereditas, cuius regnum exiguum, breve ad tempus corruit. Terminis quoque terræ, quibus imperium finiatur, cui dati sunt e Regibus Iudæorum? qui ne Romanis quidem, qui mare, qui terras omni ditione tenerent. Sed metis datis hinc

Euphrate,

AEuphrate, hinc Rheno non in omnem orbem ditione tendente, Gentes subactas hereditatem eius prædicat. Nunquam externæ nationes, tametsi bello dimicantes sape profligatae, legitimum, hereditariumq; imperii cuiusquā Regis Iudæorum fuerūt. Is igitur est de quo alius psalmus, Adorabunt eū omnes Reges terra, omnes gentes seruent ei. Græcis itaq; is placuit sensus: Quoniam tantā salutē Hebræi repudiassent, & à luce sese eis offerēte, miseros oculos auertissent, gentes, nationesq; alias fuisse conuocatas, quæ viderent, exciperentq; salutare beneficium, sc̄q; libentissimis animis, cultui Messie subiecisse, adūisque toto diuisos orbe Britanos, ad quos finibus extremis terrarum degentes, imperium Christi peruenierit. Hæc vera interpretatio, priscisq; Hebræorum oraculis conformis. Recentiores ea Dauid tribuentes, aliis testimoniis corroborant. Deū sic ei pollicitum: Faciam, inquit, sibi nomen iuxta nomen magnoruū qui sunt in terra. Et, Fuit Edom seruus Dauid. Et exiit nomen Dauid per omnes terras, posuitque Deus patrem eius super omnes gentes. Dictum de his superius, longè aptius hæc Messiae quām Dauid, veterum Hebræorum accidente consensu applicari. Si terminos terræ, si gentes, si possessionem, hereditatemque attendas, nōnne magis in eum conuenient de quo pari consensu, sublimes Apostoli, cum veteribus Hebreis cecinerunt? Quem constituit Regem viuorum, per quem fecit & fecula. Et idem postulauit de seipso, Ecce, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Quod verò postulare præcipitur, recte nostri Latini, cum Græcis, ad eum velut hominem, Deique opem implorantem spectare: quale illud in Actis, Conuenierunt aduersus puerum tuum I E S V M, quem vñxisti. Idemque orauit, & postulauit in monte, velut præsens oraculum, si fieri posset, calix amarus ille transiret. Et cùm postulauit, Pater, clarifica filium tuum gloria, quam habuit prius quā mundus fieret. Perinde si diceret, Da mihi gentes, da terrarum imperium. Omnes mihi subiice gentes. Responsūque fuit: Et clarificavi, & iterum clarificabo, quasi, Dabo gentes, dabo fines terrarū. Et idem de seipso, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Cùm ergo conueniant priscorū Hebræorum testimonia, huius psalmi oracula edita fuisse de Messia, cum his quæ idem Messias de seipso prædicabat, cùm & patrem suum Deum assertet, & ab eo sibi cunctarum rerum potestatem delegatam prædicaret, omnis iam dubitatio facesat alium quenquam prophetias has quām ipsum Messiam designasse.

Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.

Vero Sept. interpretes Græcè dixerunt πομαρέτε, reges, siue pasces, Hebraicè est Ἡβραιοὶ, Amphibolūmque est, Ἡβραια, pascer, vel conterere. Quocirca magis Hebræi postremum hoc proponunt, vt nunq; denotet conterere: id testatur quod sequitur. Et tanquam vas figuli confringes eos. Ipsi Hebræi interpretes id exponentes, adhibent voces notiores. Rabi Salomon, רבי שלמה terozem. Quod aperte signat confringere, conterere. Auen Estra בראון theshaberam, Rumpes, franges eos. Id ipsum confirmat Rabi Dauid. Chaldæus quoque צבאות tetaberin, confringes eos, vsus Hebraico verbo, pro Chaldæo. Cùm igitur idem verbum sonet, vel pascer, vel conterere, pro hoc postremo sumendum esse & Hebræi volunt, & sensus ostendit. Nam virga ferrea magis conterit quā regit. Congruit tamen sensus Græcorum, Latinorūmque cum hoc Hebraicæ vocis significatu. Regere ferrea virga de duro, ferreoque Romanorum imperio, quo fractæ, attritæ que Iudæorum opes, exponentes, eueros Hebraeos fuisse duris Romanorum oppugnationibus, missos sub iugum. Is sensus melius ex Hebraica voce cognoscitur, Confringes eos, atteres, baculo ferreo. Nam pro ἔχειν, virga, & shebet Hebraico, melius baculus dicetur, quod eadem voce denotatur. Eadem claritas erit oraculi, si res, téporibus Antichristi gerendas vaticinetur psalmus, cùm reges, sequaces Antichristi, capti ad tribunal Christi ducentur damnandi, grauiter iudicandi. Cùm sceleratos eorum exercitus, adinteritum pictatis coactos, diuinis suis armis, legionibus Angelorum i manis, dissipabit, delebit, franget, profligabit. Nullæ ex tantis exercitibus extabunt reliquæ. Quid opere figurorum fragilius? quid tantopere teritur, tam variis, ac multis minutis dissipatur? Huiusmodi fuisse Iudæos ferreis Romanorum fustibus attritos, & in frusta casos. Eadem futura est gentium profligatio, quas ad sua signa coacturus est Antichristus. Quod si de David suscipias, explanatione non indiget. In virga ferrea, dicas cum baculo ferreo, cum fuste ferreo. Egōque sic Hebraicum Latinè reddiderim. Confringes eos cum fuste ferreo. Cui proximè quadrat, & tanquam vas figuli conteres eos.

In propositu

virga.

CC

Et nunc Reges intelligite, eruditimi qui iudicatis terram.

D

VPPRILICII intentatis ex eorum improbitate super eos carentur, docet, resipiscere: cant, altius carent, ne grauium pœnarum prædictio sortiatur carent. Anteaquā calamitatis tēpus appellat, expurgantur. Cōsimili cohortatione vtitur Salomō, in libris Sapientiae: Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Et, Audite filij disciplinam patris, & attendite ut sciat prudentiam. Et, Intelligite parvuli astutiam, & insipientes animaduerte. Totis sacris litteris, partim minæ peccatis intentantur, sive ex his supplicia carentur monstrantur: partim paternis admonitionibus, si quis audiat, coercentur. Reges superius impia conantes aduersus dominum monstrauerat, contra eorum vesaniam, cælestes pœnas paratas dixerat, iridente Deo, paulatimque ad iram, furorūque procedente, victoriāque contra reges hos, atque eorum extremum excidium pollicente. Ob has causas, ad eos ipsos reges conuersus, eos monet, sua salutis, & periculi rationem habeant. Duobus verbis, vt solet, per epitasis exaggerat, Intelligite, Eruditimi: idemque sunt Reges, atq; Iudices terræ: & quasi loquitur, Hęc cūm ita sint d Reges, d Principes, resipiscite, mentes vestras ad sanitatem reuocate. Non sunt arma contra Deum, quōdque protegit Deus, suscipienda. Nisi meliora senseritis, magnum vobis portenditur excidium. Quod dixit, Eruditimi: propriè est, corrigamini, clementemini, peccatis nuntium remittite, Hebraicē huius. Et quanquam non erat fortasse futura correctio. Nam neque Iudeis, neque regibus illis, qui cum Antichristo conspirabunt, profuerunt, proderuntque, vel intentata minē, vel placida monitiones: adeo tamē, digito tempestatem impendentem ostendens. Iudices autem terræ dixit, quasi quos Homerus vocat, θεληπόρος ἀνδρας, κοσμήτορας λαῶν.

Quique regunt dīctis animos, & peccatora mulcent.

Terram autem per avaritiam mortales terram colentes, quibus terrestris habitatio datur. Cælum cali domino, terram autem dedit filii hominum. Iudicantes terram, Regnatores huius, qui ducunt, agunt, regunt homines terrigenas, iura dantes, ius dicentes. Hanc ob rem hortatur eos ad Sapientiam, ad intelligentiam, vt quibus plus quam reliquis sit videndum, quorum ex consiliis multæ nationes pendeat. Οὐ γένη πανίχον εἴδειν βεληνόφορον ἄνδρα. Hos cum primis inuitat ad sapientiam, vt quoru deliry populis augent pestē, cladēmque.

Quidquid delyrant reges, plebantur Achiui. Principibusque populos similes fieri apud scriptores celebre est. Quae sit autem hæc sapientia, ad quam eos velut, supplex, ac misericordia commotus, hortatur, præclarè subiicit:

Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Vo d ad verba attinet, non est Hebraicē οὐδὲ αλλαδε, exultate ei, sed duntaxat. Et exultate, redundantē pronominē αὐτῷ, ei. Hieronymus quoq; nō addidit. Neq; verdū cohortatur reges, vt exultent Deo, cū tremore: sed vt lætitia, fiduciāq; qua plerūq; reges ob res secūdas, atq; rērū affluētiā exiliūt, exultāt, diuos, hominēsq; aspernātur, metu fortunē aduersē, quę plerūq; eos, vt inquit ille, quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriorē casum, dissimilis sui referuat, moderentur, eā contineant, frātent, incedat spēmq; metūmque interdubū. Ita fiet, vt tumultus inanis ille, verborūq; iactātia, superbia quoque, qua superius vtebantur, compressa, medianam sanitatem obtineat. contra morbi illum proclamat,

Nescia mens hominum fati, fortisque future,

Nec seruare modum rebus sublata secundis.

Hec autem moderatio, atque constantia vix obtineri potest, nisi Pictas, quæ sacrī litteris dicitur Timor domini, imbuere animū. Ab ea nascetur omnis elationis, atque superbia, audacia, atque ferociā deictio. Ad hanc igitur veram, solidāmque Sapientiam cohortatur. Seruire autem domino, quod Græcis, Latinisque non diceretur, eodem verbo dicitur Hebraicē, quo nostris Colere, Gracis ηερεύειν, illud agris Deoque exhibetur: hoc hominibus, atque Deo: haud secus Hebraicū Seruire Deo, atque mortalibus. Nec propterea mancipiorum loco à Deo mortales haberi fingit, vt neque eum Græci, quem dicent *θεόν ηερεύειν* tametsi ηεράτωτα, vocant mancipium. Magnusque hic ex philosophia locus, quem contra Epicureos Laetantius ex Seneca produxit, tractatur. Epicurei frustra natū homines contendunt: vitam humanam temeritatis, ac miseriārum plenam: homines fortuito extitisse, finem nullum habere, ad quem speget. Huic errori Seneca sapientissimè occurrit, Non temerē, non frustra nos viuere: sed viuentes operam dare Deo, quasi seruire

A seruire Deo. Vides vt nobilissimus finis sit humanæ vitæ, nobilit̄ omnibus rerum finibus, vel Solis, totiusque cæli. Sol enim factus est, vt lucendo, lucemque, & calorem cunctis terris distribuendo, vitam animantibus, maximèque hominibus largiat̄. At homines facti sunt, vt viuendo darent operam Deo, studerent Deo: hunc quererent, noscent: quæsumus & agnitus colerent, laudarent, huicque seruirent. Hocque est dare operam Deo. Is optimus finis (ait Aristoteles) Deum nosse, & colere: finis utilitatis, iocunditatis plenus, plenus ordinis. Hortatur igitur, arrogantiā deponant, sceleratam illā contra Deum coniurationem relinquāt, ab impiis armis discedant, alia studia, maximè reges, præfidesq; rerum humanarum decentia, suscipiant. Nam cūm res omnes humanæ diuinus gubernentur, tū verò bella eius ex nutu, victorięq; depedēt: quibus eos maximè potiri facit, quos nouerit habere causam iustiorē. Lögē igitur minus his erit propitius, quorū arma, pietatē, piosq; tegeas opugnare cernat. Melius igitur, & ipsi regibus salutarius, vt Deum, cuius maiestatem, atq; honorem in his qui colunt eū, persequeretur, (nam, Qui vos spernit, me spernit: qui autem spernit me, spernit eum qui me misit, idem inquit,) conuersis studiis colant, eiq; seruant: eorūq; regum de numero siāt, quibus propter summam insaniam, bellū indixissent. Seruite autem Deo in timore, siue cum timore, cum habet sensum, ad eos quemadmodum moistrū est, dicitur, qui cupiditatibus effrebatur, trāsuerſi à scelerē rapiebātur, quibus malis motibus timor adhibēdus est, metu sunt coerēdi. Metus autē siue timor erit vt noscas tē cōtra eū tēdere, qui te, tuāsq; copias mille modis possit interficere. Grādinē lapideo, velut B exercitus Brenni, fulminibus, pestilētia, fame, corruptis, atq; obcæcatis cōfiliis ipsorū ducū. Sunt alia multa, quæ sapientes imperatores habentes explorata, verebātur numē Dei. omnibus precibus cū sibi propitiū adhibebant. Qua in re Romani omnes nationes superarūt, ob id in omnes terras, eorum ditione, fauente Deo, quem timebant, & colebāt, propagata. Praeclarè verò, & ex intima ratione vocatur Hebraicē pietas, timor domini. Nulla enim re magis nos pios esse Deique colentes comprobamus, quām sceleribus abstinentes, vērētēsque ne quid contra voluntatem eius faciamus, legēsque eius rescindamus. Nam cūm nos cupiditates ad multa prouocent, quæ legibus diuinis prohibentur, cupiditatibus autē obtemperare recusantes, id certe timore quodam, optimo quidem illo rationisque pleno facimus: tunc, sumus velut ille qui sensit mediōs delapsūs in hostes, aut qui serpente calcato trepidus refugit. Maxima igitur pars pietatis constat timore, pudore, reverentia. His aduersatur superbia, elatio principū, opulentorūque pestis. Eoque præcipue proposuit his ad sanandas eorum mentes timorem Dei, trepidāmque exultationem. Hæcq; vel ad eos reges, ac principes, qui nomen Christi delere superbē, arroganterque conabantur, vel reges Antichristi signa sequentes, qui non solum honorem Dei violare non timebunt, vt etiam ipsum Antichristum, repudiato vero Deo, pro Deo, tota terra coli, velle non dubitari sint. Est item sensus, Seruite Deo in timore: Date Deo operam summa cū reuerentia, ac pietate. Is enim est finis noster. Finis ad quem respicit hominum vita.

C Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus & pereatis de via iusta.

Vo d ad verba attinet, nemini non perspicuum est, vel ipso Hier. tot locis monente pro spēcūde r̄n̄tādēlas, Apprehendite disciplinam: Hebraicum habere ηερά naſcheku bar: quod potest redi, Osculamini filium: vel, Osculamini purē. Eoque Hieronymus transtulit in suo psalterio ex Hebraico, Adorate purē. In cōmentariis autem super psalmos (si modo illius sunt) sciens aliam quoque subesse his vocibus significationem, transfert Hebraicum, Adorate filium, apertam de Christo prophetiam hanc afferens. Contra Ruffinum probat, quoniam adoratio fiat ore admoto, atque osculo, rectē dixisse se in commentariis Adorate filium. Hæc Hieronymi interpretatio etiam ab Hebraicis adhibetur, & comprobatur, maximè verò Auen Esra, & Chimchi. Prior ostendens hunc versiculum respondere superiori, ait, Seruite domino, respondere, ei quod proposuerat, Aduersus dominum. At, Osculamini filium respondere, Et Christum eius: & ei quod ait, Filius meus es tu. Ergo confirmat eundem esse bar, nempe filium, de quo superius dixisset, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vultq; ponere nunc prophetā cohortationes contrarias sceleratis eorū conatibus, vt qui consiliū iniissent aduersum dominū, nunc hortetur eos seruire domino. Et qui bellum Christo eius indixissent, nunc eos moneat, vt osculētur, adorent eū, appellans nunc filiū, quem superius Christū cius. Hæc interpretatio adhibetur

CC ii

*Bar, duo si-
gnificat.* comprobaturque etiam à Chimchi, Bar, inquit, hoc loco, est *רַבָּי* bon, filius, quemadmodum alibi dicitur. Quid est *רַבָּי* beri, filius meus, *רַבָּי* vma bar bitni, Et quid filius vteri mei. His apparet vera locutum Hieronymum in commentariis. Quod si bar nunc est pro filio, verbum quoque ipsum *רַבָּי* nasheku, quod & ipsum polysemum est, sonabit adorare. Est enim Adorare Græcè, & Latinè Osculari. Adorare, ad ora mouere, ad os admonere, sic Græcè *αροσκυνθει*, est *κατέκατε* osculari. Quoniam igitur adoratio siebat: fitq; osculando, rectè verbum Hebraicum vertitur Adorate. Fit osculando adoratio. Nam plebs osculabatur genua imperatorum, senatores autem pectus. Nunc veneramur principes osculando manus. Ipsi Patres purpurati pectus, & manus summi Pontificis osculantur, pedes cetera plebes. Sic quoque Job detestans Idolatriam, qua mortales Solem, Lunam que venerantes, osculabantur manus suas, non valentes os admouere, ait, Si yidi lunam cùm fulgeret, & osculatus sum manum meam. Quæ est iniquitas maxima, & negotio contra Deum altissimum. Est & aliud exemplum in libris Regum: Et omne os quod non adoravit Baal, osculans manum. Ceterum scindendum est, quoniam bar præter significationem filij, designat etiam purum, electum, mundum, esse qui sequantur cum significatum ut dicat, Osculamini siue adorate pure. Erítque antecedentis versus repetitio. Seruite domino in timore. Nihil enim aliud est, Seruire in timore, quā Adorare purè. Illud item magnopere considerandum, editionē Sept. qua dixerant, Apprehendite disciplinam: quoniā purū, selectum, mundūque maximè ad disciplinā, eruditōneque pertinet: (est enim eruditio, vera mundities) veram esse, & à priscis Hebrais cōprobari, qui puritatē, siue purum, aut mundum, quod præsentī voce designatur, sumperūt pro cultu, disciplina, eruditōne, doctrina. Itaq; Chaldeus interpres, pro eo quod Hebraicū habet, nasheku bar, Osculamini filium, vel, Adorate purè, posuit iuxta ea quæ diximus *רַבָּי* *תְּבִיבָה* kabilu vlphana, Accipite, siue recipite doctrinam, Vera igitur est, ac maximè propria interpretatio Sept. & verè interpretantur Gracci, afferentes nunc inculcari, & exaggerari quod paulò antè dixerat, Erudimini qui iudicatis terrā. Nunc, Prædicti, capite doctrinā, eruditōne, disciplinā. Rabbi igitur Salomon exponēt bar, pro puro, mūdo, sic explanat: Armamini, preparate vosmet puritate cordis: quod maximè ad cultum, disciplināque quadrat. Neque ab re verbum nasheku quod sonat osculamini, transtulerunt Sept. *ἀράζαθε*, apprehendite, & Chaldaeus *תְּבִיבָה* kabilu: Nam idem verbum sonat etiam desiderare, vt ait Rabbi Salomon, iuxta illud, Et ad virum tuum, desiderium tuum: vbi est *תְּבִיבָה* teshukathca, desiderium tuum, à verbo per apocopen primæ litteræ *תְּבִיבָה* nashak. Rechè igitur quod erat desiderare, transtulerunt Sept. & Chaldaeus, capere, arripere, aut quod ait Auen Esta, sed nō probat, quoniam *תְּבִיבָה* nefek sonat arma, posset inde vel būm armandi deducētum esse, vt dixerit, Atmamini puritate disciplinā, eruditōne, velut Paulus, Induite loricam fidei. Atque hoc verbum armandi, Sept. & Chaldaeus dixerūt capere. Quoniam igitur multiplex est significatus vocis bar, accedit ut multæ interpretationes à scriptoribus sint posita. Nec moror quod sint Hebrai, qui ferant hac voce puritatē designari non posse, quæ potius dicatur *רַבָּי* bor. Nā & ceteri dissentiant, & eadem est vox, licet sub alia significacione. Harum omnium mihi maximè F probatur ea, Adorate filium, propter rationes quas attulit Auen Esta, quod toto hoc psalmo claro nomine filius est adhibitus: eo inquam nomine, in quo nulla sit ambiguitas. Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Et, Aduersum Christū eius. Genitus ab eo, filius eius, Christus eius. Nūc quoq; bar, nempe filius, vt nō sit mirum, quod inuitet ad osculum, adoratio nemq; filii, quem superius à Deo genitum dixerat: & in contrarium, cui bellum intulerant, nunc cum contraria proponat adorandum, colendum, quod osculo designatur. Atq; hinc liquet non ab re veteristiores Hebraeos, qui veritatē peripicacius cernebant, de Christo psalmi huius oracula cātata asseruisse, quorum superius visa est sententia. Extat item eodem in libro, quem dixi vocari Midras Thehilim, quasi mysteria psalmorum, dixisse quendā è Rabenī illis priscis super hoc, Adorate filium: hanc esse velut regis sententiam, qui exarserit ad vlciscendum ciues sceleratos. Hi profecti ad filium regis, supplices ab eo petierunt, vt patris iram mitigaret, ille profectus obtinuit, vt eis parceretur: venerunt ciues, gratias acfuri regis remittit eos ad filium. Nam in gratiam huius, inquit, vobis parco. Hoc igitur esse Osculamini filium, per quem vobis iracundia mea sedata est. Eum osculamini, amplectimini, Genua eius prehendite. Hæc antiquitas sentiebat, quibus iuniores etiam subscripterunt. Nec potest sine magno miraculo factum esse, vt toties filium Dei memorauerit. Quod vero prosequitur,

Ne

A Ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.
G de domino, etiam Hebrais attestantibus, dicitur. Non est item, Via iusta, sed duntaxat, Via. Hæc in Psalterio Hieronymi clara videbis. Et quod iidem Sept. dixerunt, *χριστὸς ἡ οὐδὲν*. Et pereatis de via: Hebraicè paulò diuersum *τὴν τρόπον* Vetoherū derech, *περαί* *τρόπον* *τρόπον*. Et amittatis viam. Est autem sensus, vt explicat Rabbi David, Nisi celeriter ab itinere cœpto desistatis, vias sceleratas deseratis, irascetur in vos Deus summus, cùm furor eius exarserit. Quantulumq; moræ in his flagitiis protraxeritis, vos furor eius corripiet. Imperdet vestris ceruicibus calamitas iam iamq; præsens, nisi celeriter consilia meliora capiatis. Si vel exiguum temporis perseueratis in his erroribus, nullam amplius expectetis vindictę dilationē, scitote eam præsto esse revertite igitur iter in coepitum. Ergo quod ait, Et amittatis, siue perdatis viam, est quale psalmo primo dixerat, Et iter impiorum peribit, siue perdet. Volunt autem hoc loco Hebrai figuram esse, qua scribitur in sacris litteris, homines scissi vestes, attonsi barbam. Neque enim homines scindi, sed vestes: neque homines radi, sed barbam. Ita, Homines perdere viam, quod via perdat, agat eos in perniciem, in barathrum. Perire igitur de via, aut perdere viam est, sequi iter deuium, *ἐκλουσμόν* à consortio Deorum, vt inquit ille. Est ire viam ferentem ad mortem. Medio in itinere quod atripiusti, cadere. Erat enim iter deuium, præcepis. Ac Sept. clariorem facere tralationem volentes, quod erat Hebraicè, Pereatis via: rechè adiuuerunt, illustraruntque, quod item Hebrei faciunt, addentes præpositionem devia, Hebraicè dicitur, Peribitis via. Adde, Peribitis ex via. Furor igitur eius correptos, si pergitis hoc iter, auferet è medio. Hæc via quoniam funesta est, vos agit in æternam mortem. In ea superueniat ira Dei. Vbi inuenti fueritis, ibi poenas luctis. Sensus quidem Sept. quod addiderunt, iusta fuit: quod in flagitiis pereuerante, ab illa via excident, quæ fert ad superos. Sed superiora clariora. Fuste ferreο confringentur, in frusta velut vas abibunt. Perire igitur de via, aut in via, est in his peccatis, quæ retines, ira Dei superueniente cadere, deleri, extinguiri. Est enim via in sacris litteris, via, ætas, vita tempus, per quod velut spatium quo vita decurrit, incedimus. **Q**uod autē dixit, Nequādo, Hebraicum simillimū illi *רַבָּי* pen, Ne forte, vt vertit Hieronymus, dubitantis est. Quod his erroribus insistitis, quod ad copta consilia properatis, forsitan grauiores poenas luetis, forsitan Deum iratum sentietis. Dubitanter nunc proponit: sequenti versu cum denuntiatione, expressoque vaticinio calamitatis. Cùm exarserit in breui. Irascitur igitur Deus sceleratis: sed ad vlciscendum diuina tardè procedit ira. Demum tantò grauius, quantò serius. Posset autem referri (quoniam Dominus non est appositum ad irascendi verbum) aut ad ipsum dominum, aut filium, quem assérit adorandum, iratum his qui non adorent.

Ne quādibz

Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

C V o d Latinus dixit, in breui, Græcum magis ad Hebraicum respōdens *εἰ τόπει*, in ceteritate, Cùm celeriter exarserit, Hebraicum *εὐη* kimeat, iuxta paululum, ferè exiguum, quasi modicum. Et Hier. Post paululum. Scindendum est, aduerbum, siue præpositionem Hebraicam *וְ* ki, quam Sept. transtulerunt *οὐαί*, cùm, vel quando, esse quoque particulam causatiuam, *ἀπατήσας μέρον*, quæ reddat causam eorum quæ prius dixerimus, vertiturque Latinè, quoniam, quia: hōcque clarius est, quām dicere, cùm: transferendum *εἰ* est, Quoniam citò furor eius exardescet. Breui, celeriter, post paululum. Erítque totus sensus, Adorate filium, amplectimini, exosculamini, ne forte vobis in hac impietate insidentibus, irascatur: & tenebræ vos intuulant sic, vt vel ipsam viam ignoretis, cadentes, lapsabundi. Quoniam celeriter furor eius inflammabitur. Aperte vobis denuitio, furor eius celeriter incendetur. Nullam dilationem expectetis. Hæc interpretatio clarius est, respondens ad uerbio, celeriter, in breui. Quoniam, ait, celeriter irascetur furor eius. Pro subiunctivo igitur in Græco *οὐαί* *οὐαί*. Cùm inflammatu fuerit. Nō est subiunctiu in Hebraico, sed aperita periculi denunciatio *εὐη εὐη וְ* ki ibear bimeat apo. Quoniam inflammabitur celeriter, citò furor eius. Negatque Deum fore cōniuentem, cunctatorē, differentē irasci. Satis, inquit superque distulit, procrastinatus est. Hoc quoque Chaldaeus posuit, pro dubia præpositione Hebraica, adhibens claram *לְבָבָה* metul, quoniam, quia. Et Rabbi Salomō exponēs, Quoniam, inquit, in momēto, subitoq; furor eius incēdetur. Et tūc beati omnes qui cōfidunt

CC iij

Qui confidunt. in eo. Et quod Sept. dixerunt πεποθόντες qui sperant, fidunt, est Hebraicè γένος chose, Potest, D
Qui confidunt, aut qui sperant, transferri: quod Hieronymo placuit, Beati omnes qui
sperant. Clarum est cur beatos appelle eos, qui vindicta cælesti furente, sperant, fidant, nō
trepidant. Magna sanè eorum beatitudo, Deo pœnas cælestes immitente, ac mortalium
caterua latè iaculis eius cadente, vel casura, quos spes alat, sustentet. Eam spem suggesterit cō
scientia recte factorum. Verum enim est quod scribit diuinus Plato, consentiēs cum sacris
litteris, reddituros omnes ad tribunal Iudicis aeterni, vitæ suæ rationem, sed bonos θεραπεῖαν λόγον, rationem intrepidā, plenam fiducia: at improbos cum magna trepidatione, Vi
dentes enim (ait Salomon) turbabuntur timore horribili, & preangustia spiritus gementes.
Et fortè vera Græcorū est sententia, hoc vaticinum esse de supremo iudicio, quemadmo
dum primus quoq; psalmus vaticinabatur de confortio, cœtu bonorum, congregatione,
& insatiabili gaudio iustorum ex aduerso de his, quorum iter deuium, seclusum q; a confor
tio Deorum. Illis fore pietatis præmium, quod in numerū Deorum recipientur: at sceleratis,
quod agit, qua pergeret cœpissent via, in barathrum, tartarum. Nunc autem de ira Dei
inflammatā, aurasq; omnia, quæ sceleratos auferet è medio, deq; his quorū plena fiducia pe
ctora, nō expauebūt Ioue irato. Hos nūc beatos appellat. In primo psalmo nō excandos,
futuros velut arborem propter aquæ riuū. Illic aeternum viorem, hic fiduciam intre
pidam. Beati erant primo psalmo, qui se à confortio improborum separauissent: hic bea
ti, qui Deo irato, non trepidabunt, ob recte factorum conscientiam, quod sentire cum im
probis noluissent. Quanquam nunc maximè contra principes, illic contra omnes genera
tim. Multis quidem de causis Beati in sacris litteris homines vocātūr: sed his ad vnam prin
cipem demum relatis. Qui sunt beati quod confidunt in eum, quod in consilio scelerato
rum nō abierant, quod flagitiis eorum assensi non fuerat, potius destomachabantur, ex
horrebant. Quare autem beati, quia cùm furor Dei ferueret, cùm rationem in vita facto
rum vñūquem q; reposceret, causasq; omnium, totamq; vitæ rationem seuerissimè discutere
statuet, ceteris quia nec impiorū consilia improbauerant, nec peccatores perosi, se ab eis
auerterant, summa trepidatione laboratibus, ipsi fidētissimis animis astabūt, pleni spei,
atque fiduciae, maxima bona, vt illi maxima mala expectantes. Tempus ergo furoris potest
referti iuxta Græcos, tum ad diem qua quisq; secedet à corpore damnādus, si male perpe
trasset, tum iudicium extremū. Iuxta Hebræos, & vt mihi quoque probatur, ad id tempus,
quo Deus, qui patienter vexari bonos aliquandiu passus fuisset, demum indignatur, sumit
que de his qui vexant eos, meritas pœnas. Obseruant item Græci hunc psalmum & primū
vnum esse quod finis huius in beatitudinem designat, vt ille à beatitudine initium auspic
atus fuerat, artificio quodam factum.

TITVLVS, SIVE INSCRIPTIO PSALMI TERTII.

Psalms David, cùm fugeret à facie Absalom filij sui.

Psalms David. **R**INCIPIO obseruandum, quod semper in principiis psalmorum Sept. inter
pretes dicere solēt φαλιός τῷ Δαβὶδ, psalmus ipsi David, Hebraicum articulum
le David, seruire datiuo, ac genitio, sed magis genitio. Magisq; dicen
dum est, psalmus τῷ Δαβὶδ, ipsius David, quām τῷ Δαβὶδ ipsi David: idq; vbique.
Quod ad inscriptionem attinet, nota est (vt ait Græci) historia ex libris Regum. Illud
vnum perspicendum, priscos Hebræos (vt testatur Chimchi) psalmum super Antichristo,
quem vocant illi Gog, & Magog, exposuisse, aut mysticè, aut inscriptionem minimè mora
ti, quæ forsitan nontempestate David, sed insecuris xatibus, ea, atque aliæ ab eruditis fue
rint additæ. Quemadmodum quod appellatus fuit Misnor, nempe cantilena, aut γένος ho
de, (est enim vox Hebraica, Græcis vñupata) nam is psalmus potius cum gemitu, vt He
brai testantur, fuit editus. Nomenclatio Psalmorum, Hoda, imque postea, aut cùm
victoriis potiti essent, reperta est, aut longè post. Proximi igitur temporis illorum
adhuc psalmo inscriptione carente, de Antichristo putarunt; aut certò norunt de eo
carmen esse. Ut quemadmodum superior psalmus, variantibus interpretibus, esse aut de
David, aut de Christo, veteres de Christo contra Gog, & Magog, qui copiis innumerabili
bus aduersus Christum coactis confrementer interpretantur: sic nunc eum ad David
alijs trahant, prisci simili sensu, quo superior est, de Antichristo, sceleratisque eius agmini
bus

A bus, scirent effusum, quibus aduersus Christum congregatis dicat ipse Christus in psalmo,
Domine, quām multiplicati sunt, qui tribulant me. quemadmodum superior, Quare fr
iuerunt gentes: eodem exordio, eisdem penè verbis, eadem sententia. Ipse Rabī Dauid
refert eos de Antichristo, ex eo fuisse interpretatos quod factum Absolonis similitudinem
habeat cum his, quæ faciet Antichristus. Quod dicto velut ex inuito poëtore veritate erum
pente, iphis quoque fatentibus apparerit, Coniurationem illā omnium impiorum Regum,
nouissimis sæculis contra Christum, futuram velut illam Absolonis cōtra patrem, ex cuius
sanguine natus, est Christus. Illam cōtra Dauid, hāc vltimi réporis cōtra Christum, cuius
oppugnabit nomen Antichristus, cōsurgētque cōtra omne quod dicitur Deus. Cōproba
tur hēc sententia, vel eo maximè, quod alto, & arcano quodā sensu, primus, & secundus psal
mus in fine canebant præmia, coronasq; iustorum: furor autē Dei contra sceleratos, cun
ditis exponētibus, cūm Deus ob flagitia, & cædes, maximāq; impietatē mundi, & eorum,
qui Antichristū sequētur, adorabuntque, iratus veniet in maiestate sua. Eodē sensu, & eadē
prophetia potest nunc factum esse, vt propheta spectaculis illorū temporum sibi per spe
ciem oblatis insistens, describat iterum coniurationem Antichristi, velut filij contra patrē,
contra Christum, turbulentāque illius sæculi tempestatem. Hæc vna erit sententia, caq;
priscorum Hebræorum. De Dauid quoque potest editus esse, quæ melius in posterū clara
rebunt. Scindum siue de Antichristo, siue Absolonis coniuratione sit, occultas esse phra
ses, abstrusasque, vt aliud quām hæc ipsa videatur. Nusquam vel minimum iudicium
aspicias earum rerum, quæ in illa Absolonis coniuratione acciderunt, atque aliò pertinere,
quæ psalmus canit, omnino videtur. Non filium contra se surgentem vñquam, non popu
lum, plebēi que in se concitatam nominavit. Non causam tanti mali, quod refertur in li
bris Regum, ob maximum scelus in eam calamitatē, Dauid diuinitus incidisse. Dicitur au
tem hanc quasi elegiam, & flebile carmen edidisse Dauid, cūm ascenderet flens ascensum
oliuarum, ceruicibus eius, cum omni multitudine, filio imminentे. Affertur item ab He
brais, plerosque alios in sacris litteris insignes viros fugisse. Fugit Moses à facie Pharaonis:
Fugit & Iacob fratrem prosequentem: Sic Dauid quoque fugiebat filium in sequentem,
cūmque regno exuere conantem. Siue igitur ad Antichristi, siue Absolonis persecutionem
referas, verbis explicandis, sensibus enodandis, desudandum est.

PSALM I III. EXPLANA TIO.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?
multi insurgunt aduersum me.

C v o d Septuaginta dixerunt, οὐταθίθητε. Quid, aut, quare multiplicati
sunt: Hebraicum γένος, potius designat, quām, quantum, vt dicendum fit,
Quām multiplicati sunt: Quanta est hostiū me persequentiū copia, quæ
coiuratio. Nec rogat cur sint multiplicati, sed cū gemitu miratur, vt illud,
Heu quantas frages, vel quæ Tyberine videbi,
Funera, cūm tumulum præterlabore recentem.
Hec mihi, quanta belli tempestas impendet! Quām immanis coniuratio! In alio psalmo,
Quām multiplicata sunt opera tua. Chaldæus item aperte ponens γένος camma, quantum,
quām. Et quod dixerunt, οὐταθίθητε, multiplicati sunt, Hebraicum γένος rabbu, Latinè clarius
diceretur, Quanta agmina coierunt. Quæ manus perditionis hominum in me cogiturn. At
quod transtulerunt, οὐθὲν, qui tribulant: nunquam reor apud bonos lingua Latinæ scri
ptores reperias hoc verbum. Tribulo: eoque mecum saepe vehementer sum admiratus, cur
Latinus psalmorum interpres eo sit tantopere delectatus, vt usurpet vbique, quod nusquam
vel apud Ciceronem, vel Titum Liuum, Cæsarem, aut quenquam bonorum poëtarum
reperias. Factum est ex Græco γένος, tero, contero, frango, flagello, inde Græcis dicuntur
γένος, pueros cædentes, flagellantes, à Tribu Græco, factum Tribulo. Hinc Tribuli,
quia cædunt, flagellant. Hieronymus igitur politioris eruditionis studiosus, refutat in suo
ex Hebraica veritate psalterio, hoc verbum, pro tribulant me, ponens iuxta Hebræos
γένος zarai, hostes mei, Domine quid multiplicati sunt hostes mei? Propriè designat Hebræ
is zar hostem prementem, vexantem, persequentem, tardio affientem, à γένος Sarar, vrge
re, instare, premere, vexare, properea Sept. dixerunt γένος, terentes, afflictantes. Quod
Cc. iiiij

verò ait, Multi insurgunt aduersum me: Multi Hebraice **רְבָא** thabim, polysēmon est. Sunt p̄ principes, magistri, rabim, sunt multi, inde superius verbū rabbu, multiplicati sunt, creuerunt, inualuerunt. Dicendūmque aut, Multi insurgunt: aut Principes, magistri insurgunt: Contra me, inquit, manus impiorum Regum confiprat, cogitur. Quod maximē ad Antichristi comites, Reges, ac principes quadrabit. Verbū autem, Insurgunt, designat quale superiori psalmo, Astiterunt Reges: nempe coniurauerunt, animis, opibūsque parati bellum execrabilē fuscitauerunt: Conflatum est bellum scelestissimum: vnde contineunt: Quotidie fit maior accessio. Sensus igitur clarus, siue ad Antichristum, siue Dauid referatur. Videtur est hoc loco creberrimum psalmorum morem, cuius ex parte meminimus. Vbiique occurrit ea species orationis, qua repetitur omni versu prior sententia, exaggeratūque alii verbis, vt superius: Quare fremuerunt gentes? repetit id ipsum, Et populi locuti sunt inania. Primum gentes, inde populi: primum fremuerunt, pōst locuti sunt. Secundo versu, Astiterunt Reges terrae: refert id ipsum, Et principes conuenerunt. Reges, Principes, astiterunt, conuenerunt. Similiter nunc, Multiplicati sunt, insurgunt. Hoc vbiique factum est causa carminis Hebraici, cuius in p̄fatione meminimus. Consonat enim rhythmis quibusdam penē omnīs versus in Psalmis: nec est alia carminis ratio in Psalmis, nisi similiis verbōrum exitus, quale hodie in Italia carmen Ethruscum: vt nunc, Ma rabbu zarai, Rabbim camin alai. Vides similiter definens, zarai, alai. Perinde si Latinē dices, O amantes amentes. Quod sequitur:

Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.

*Animæ
meæ.*

Le hebr.

*Animæ pro
personæ.*

*Docunt.
Colloquiu
aduersario
rū Davidis.*

*Non est sa
lus.*

Muli.

sela.

*Diapsalma
gal. vne
pause.*

A m diximus nomen Rabbim, Hebrais etiam testibus, hoc loco designare vel mul-
tos, vel magistros, ac principes. Quod dicit, Animæ meæ, cùm sit Hebraicè **רְבָא** lenapī, potest designare non modò casum dandi, sed etiam esse (quoniam articulus, Le, variè ponitur) p̄p̄ositio Super, De. Exponitur igitur ab Hebrais multò inclusus, Principes, aut multi loquuntur de anima mea, nullam ei salutem esse. Sciendum, animam Hebraica phras, poni pro ipsamet propria cuiuscunq; persona: vt, Qui amat animam suam, (nempe seipsum) perdet eam: perdet seipsum. Sic Poëta Latinus:

Nos animæ viles, infleta, inhumataque turba.

Itaque nunc sensum esse, Multi loquuntur de me ipso, principes, ac primores Israël, vt erat Achitóphel, atque alij coniurationis participes, properantes eripere regnum, Dauid, negantes affuturum ei diuinum auxilium, dicebant, & communibus fermoribus asserebant, quoniam Dauid tantum scelus admisisset, vt erepta vxore Vixæ, etiam ipsum curarit interficiendum, vtque huic libidini satisfaceret, totum exercitum Israël, periculo exposuerit; non propitium, sed penitus iratum Deum illi futurum, viturisque eos hoc bellum, eisque futurum Deum propitium, qui scelus illud persequerentur, creptimque propter summum flagitium, regnum ipsi Dauid, filio eius traiderent. Hoc illi in quotidianis sermonibus agitabant, & quasi iam parta, explorataque victoria, lætitia efferebantur, ipsi principes, ac duces, de salute, anima, vitâque ipsius Dauid loquebantur, quod bellum capessent milites, alacriores essent: fauor ille diuinus, ac gratia, qua soleret Dauid omnia prælia facere secunda, qua Gigantem interfecit, Palæstinos concidit, discessit, abiit propter peccatum. Nostrum erit regnum, cùm duobus modis exponat Rabi Dauid, non est salus animæ eius, tum in hoc mundo, tum in futuro, videtur de solo præsenti esse sermo, de salute corporea, de vita, qua quisque viuit. Atque est Hebraica locutio, Primum dicunt de anima mea. Tum,

Non est salus ipsi, nempe Dauid. Idem enim anima Dauid, atque ipsem Dauid Negabant, ipsi Dauid, atque animæ eius esse salutem. Multi igitur, nempe quos eadem contra Dauid coniuratio mancipasset, & fortasse omnis multitudo Israëlitarū, qui filium patrem persequentes sequebantur, affirmabant se inuicem cohortantes, salutem nullam à Deo immortali, qui solitus esse Dauid in præliis defendere, affutaram. In Hebraico in fine huius versiculi ponitur **רְבָא**. Super qua voce variae sunt Hebræorum, Græcorūque sententiae, & de eo multa scripsit Hieronymus. Nam Sept. interpretes eam transtulerunt **διάφαλμα**, quasi dixeris intermissam cantilenam, eoque Græci ferunt, quoniam in mediis Psalmis reperitur, vbiq; sit scripta, ibi vocem canentium solitā interquiescere. At Hebrai

A brē fortasse meliora. Alij quod sonet, In aternum, Super: quam sententiam sequitur Chaldaeus interpres pro, Sela, ponens chaldaicē **רְבָא** le almin, in sœcula. AuenEsra propositis alii sententias, verum huius significatum esse, quale est Amē, sic, ita: affirmationē, que esse corum quæ dicuntur, Ita est, sanè, profecto. Reuera, inquit Psalmus, & certè, multi dicunt mihi salutē nullā esse. At Rabi Dauid nullum sensum hanc vocem habere confirmat, tantū ornatus, aut harmoniæ causa adhibitā, quales apud Homerū **εγένετο**, **καὶ οὐδὲ πέποιθεν**. Et quoniā Sela, videtur duci à verbo Salal, exaggerauit, accumulavit, putat vbiq; eavox reperiatur, exaggerari illic, atque attolli vocē canentū. Idq; argumēto esse quod in solis Psalmis, & canticis reperiatur. Tres hæ sententiae Hebræorū similes inter se sunt, Idē enim est si sonet in aternū, si certū & verē, vt sentit AuenEsra, vel si vocis sit sublatio, qua rei certitudō, veritasque designatur. Eodemque pertinent hæ omnes significationes. Absurda forsitan hæc mīa opinio est, Sept. interpretes, vt plerasque voces Hebraicas transferendo intactas reliquissent, sic hanc Græcē scripsisse, vt erat in Hebraico Sela, sed scriptores per imperitiā nef-
*que sequi-
tur.*

Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, &
exaltans caput meum.

V o d Latinus dixit, Susceptor: Græcē est, **ἀρπλήτης**, auxiliator, protector, defensor, **Græcis ἀρπληθόντις**, signat opē ferre, causam alicuius suscipere. Et pro eo Hebraicē est **רְבָא**, scutum, clypeus vt reddit Hieronymus. Resoluerūt igitur metaphorā Sept. qua dicitur Deus Clypeus, nēpe, defensor, protector. Quāquā idem verbū sonat protegere, & inde fortasse Clypeus, quod totū corpus protegat, ac defendat. Atque Hebraicē dicitur Et tu domine clypeus **מִצְבֵּחַ** circa me, vt vertit Hieronymus, siue pro me, vel ante me: Clypeus obiectus mihi, quo corpus omne protegitur. Quod verò ait, Gloria mea, pro eo Chaldaeus posuit similem, sed clariorem vocem **מִצְבֵּחַ** icari, honos meus, decus meū. At tu inquit, Deus, secus quā illi contendunt, es triumphus meus, mea victoria, decus. Per te mihi corona, triumphusque in bello parabitur. Omnis meæ gloriæ tu autor, vt alio loco. In te gloriar. Estq; à diuino vate positū, quod in suo carmine ponitur à pro fano, O, & præsidium & dulce decus meū. Hæc duo nominavit, etiā Psalmus, præsidū dixit Hebraicē **רְבָא**, magna, scutū, clypeū, decus **מִצְבֵּחַ** kebodi, gloria mea, decus meū. Tu, inquit, Deus es præsidium meum, & decus. Est quoque quædam Rabi Dauid interpretatio, vt dicat, Tu autem defensor meus, defensor gloriæ meæ. Sed primum melius, Et Rabi Dauid etiā gloriæ in contrariū, pro ignominia, cùm fugeret. Quod verò ait, Exaltas caput meum: consueta exaggeratio, solitaq; epitasis. Idem enim decus, siue gloria mea, atq; exaltans caput meū. Namq; exaltare caput, est amplificare, augere, ad summos honores prouehere. Caput Hebrais pro toto homine, vt Græcis, Latinisque Graci obtestantur **Ιερὸν οὐρανὸν**, caput sacram: Latini,

Tegor utrumque caput. Et, Te germana, tuumque

Dulce caput. Di, capiti ipsius generique referunt.

-Capiti canca talia demens

Dardonio, rebusque tuis. Et, Lepidum caput.

Ita nunc, Exaltans caput meum: præferens me aliis, attollens ad sidera: Fama super æthera notum faciens, decoransque triumphis. Secus omnia, quā illi minarentur, qui non salutem, non victoriam, nullum denique honorem ex te pollicebantur. Omnem mihi spem ex clementia tua detrahebant. Non ita, inquit: Tu præsidium, tu decus meū: Tu mearum laudum amplificator. Quod autē quidam Hebræorum interpretes sic aptant sensum: Hostes mei neque in hoc sœculo, nec in futuro spem mihi concedunt. Imò verò tu præsidium, propugnaculum, eripiēsque me in hac vita, itēmque in futura, quasi innuat, propugnaculū **gloriæ meæ**. Gloriam autē animæ interpretantur, vt ex aliis locis docent. Nimis hæc dura.

Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Futurum
pro præ-
rito.

Inuocabo.
hebr.

oratio.

Sermo
ēdūλoy
animi.

Mons san-
ctus.

Mons dei,
cælum.

Templum
dei, cælum.

Dormiu.

Exur.

suscepit.

Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quoniam dominus

suscepit me.

Vod dixerunt Sept. Dormiui, Hebraicum shabti, iacui, dormiui. Repetit autem, & exaggerat, vt solet, dormiui, soporatus sum: duo verba eiusdem significatus, pro soporatus sum, Græcum ξεύπνως, quod rectius in aliis psalteriis tralatuè Græco repetitur, sompnum cepi. Et quod Latinus dixit Exurrexi, Græcum magis respondet Hebraico עַלְיָהוּ, euigilaui, Hebraicu מִשְׁרֵךְ hakizoti, vigilau, vt transtulit Hier. Et quod Latinus, Suscepit me, Græci melius, & verius ἀντλίνθησαν auxiliabitur mihi, opereferet mihi. Hebraicu ferè simile quid ψυχή ismekeni, sustentabit me. Quemadmodum transtulit Hieronymus in suo adveritatem Hebraicam, psalterio, Sustentabit, tenebit me. Hunc autem sensum Hebraicu proponunt. Dormiebam in vtramq; aurem securus: nullo pauore sollicitante. Ecce autem timore ingruente excitatus sum, velut quem calamitas commouet, & velut ille:

Corripit è stratis corpus, sòciosque fatigat.

Præcipites vigilare viri. Sed quoniam in te spem omnem meam posui, sciebam, præque explorato habebam fore, vti tu adiuuares, & sustentares me. Is sensus placet Hebraicis.

Græ-

• A Græcis autem Grauissimo vexationum lethargo sopitus iacebam, sed præscius vti propheta, quod mihi ferres opem, excitaui sopitam vim, euigilaui è profundo somno, ex illo terrore sum recreatus. Collegi me ipsum, cum scirem te mihi non defuturum. Is sensus etiam Rabi Salomon placuit. Posset etiam exponi Dormiui, me quieti dedi, excitatus sum quoque: Omnia hæc securè, citra pauorem: plenus fiducia, quoniam tu mea spes, tu præsidium, ac propugnaculum: sic dormientem, seu vigilantem nullus terror sollicitat. Eodem omnes hi pertinent sensus.

Non timebo millia populi circumdantis me: exurge domine, saluum me fac Deus meus.

Vod Latinus dixit, Millia, Græcum est μιλλια, numerus decem millium: is numerus Hebraicè dicitur, מילא rebaboth, quod item est, atque myriades in numero multo. Dicitur q; Hebraicè, & Græcè, Non timebo à millibus multis, à multis myriadibus, à cétum millibus. Est enim rebaboth multitudo myriadum. Singularis numerus rebaba. Eadem vox sonat interdum litem, contentionem, quam significationem secutus est Chaldeus, ponens vice eius נסיך ut dicat. Non timebo à lite, vel contiouersia, pugna populū. Populos autem numero multo dixit, omnię Israëlitarū contra Dauid coniuratā multitudinem. Paucis enim exceptis omnis plebs ad Absolonem confluxerat. Quod verò ait, Circundantis me: est Hebraicè eodem modo. Non timebo millia populi וְqui circum posuerunt contra me, posuerunt castra. Verbum shatu, signat posuerunt, & pugnauerunt, aut solus deus cinixerunt, vnde litteris mutatis, & additis וְ resheth rete. Tu, inquit mihi sufficiens unus, suffici. ne quantā cinq; contra me copiæ cogantur. Quod autem subiicit, Exurge domine, saluum pe Sadai. me fac: est de sequenti versiculo.

Exurge domine, saluum me fac Deus meus, quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuiisti

S est versus in Hebraico, quem prolixiorē dimidiauit Latinus interpres. Nam etiā Græcē habet iuxta Hebraicū. Videbis etiā in psalterio Hieronymi totum carmē eō modo ex fontibus Hebraicis redditū. Illud hoc loco obseruādū, quod Sept. dixerūt Græcē ματάξει, frustra, vel sine causa, secus esse Hebraicē וְ lechi, maxilla: Quoniam, inquit percussisti omnes aduersantes, aut inimicos meos in maxilla. Sicque etiā monuit in comētariis, & in suo psalterio verit Hieronymus, secutus Aquilam, & Symmachum, qui iuxta Hebraicū transtulerunt: Prior, Quoniam tu percussisti συμπάντων ἔχθρον μεταστόν. Omaiū inimicorum meorum maxillam. Posterior, Percussisti omnes inimicos meos וְ σταχυός in maxilla. Arbitror Sept. superiorē vocē lechi, quæ sonat maxillam, legisse, non per chet, sed per he hoc modo, וְ laha, quod sonat defatigationē, quod illi trāstulerunt ματάξει, fine causa, quasi fēse, in vanum. Sed Hebraica lectio verior: Nā sequitur, Dentes peccatorū cōtriuiisti. Prius maxillam, postea dentes, in quibus similitudo. Quid enim sonat Percutere fine causa? Percutere autē in maxilla, testibus Hebraicis, refertur ad id quod inimici minabātur. Multi dicitur animæ meæ, Nō est salus ipsi in Deo eius. Ecce percutitur os improborum, refellitur colapho eorū mandacū. Minacia verba in guttur verbere adacto reiciuntur. At Rabi Salomon, quē sequitur Chimchi, vult percussionem in maxillam, positā veluti contumeliosam, ignominiosam, inimicos vñq; eo dedecore affectos esse, vt puerorum instar cæsi sint in maxilla. Aut verior est Græcorū interpretatio, inimicos truculentis, voracib; que feris comparati, qui cum velut canes efferati, & velut Cerberus ore trifauci ruerent voratori Dauid, Deus maxillam, dētesq; eorum fregerit, ruperit. Aliis psalmis prædicat se creptum ex ore leonis. Et dentes eorum arma, & sagittæ. Diuus quoque Paulus, sceleratos, canes appellat: Videte canes, videte malos operarios. Dentes eorum Rabi Salomon non mali, robur eorū interpretatur. Is est verior sensus. Videndū autem quo ordine, & qua carminis, personarū que mutatione texitur oratio. Primū dixit preces suas exauditas ē cælo, eōq; dormire se quietum, securum, quale his accidere nō soleat, quos cura, pauorq; sollicitat. Vigilantem quoque coimitari lætitiam, animique tranquillitatem. Cuius causa sit, quod diuinitus sustentetur, quod à Deo omnia speret. Tum ad ipsum Deum conuersus, orat efflagitans hoc idem, quod sperabat, præque explorato habebat. Exurge domine, saluum me fac. Exhibe, inquit, hoc clatum, manifestūque omnibus, te preces meas exaudiſſe, te præsidium propugn acutūque eorum esse, qui suæ salutis spem omnem in te

ponūt. Exurge ait, quale faciūt mortales, quādo arma capessūt, excitātur ad arma, rapiūtq; D^ruūntque. Properant eripere, quem ab hostibus circunfisiūt conspexissent. currunt, auōlant, capit arma manu, celeresque sagittas. Sic tu d^r Deus excitare, affer salutem mihi, quam cernant hostes claram, ac perspicuam. Oro nunc exhibeas, quod s^rape fecisti, bestias efferratas in me ruentes s^rape contriuisti. Multas mihi victorias contra rabidos canes attulisti, audaciam, ferociamque eorum fregisti, rabiem, auditatemque vorandi cōpescuisti. Exurge, vt aiunt Græci, qui soles alias cūctator videri. Hoc igitur est. Dētes peccatorū cōtriuisti. Peccatores autē transtulerūt Sept. ομαρθν, qui Hebraicē sunt ουντ̄ res haim, quos primo psalmo rectius vocarūt ονθει, impiois, vel sceleratos. Sceleratos autē Dauid appellat cōiurationis illius participes. Filio cōtra patrē cōiurāte, nulla grauior impietas eōque melius, vt vox sonat, & vt transtulit Hieronymus, fuissent nuncupati nunc impii, quā peccatores. Impiorum princeps erat Achitophel, qui patris interficiendi consilium filio fuggerebat. Quod si ad Antichristi tempora referas, qui consurget contra omne quod dicitur Deus, filius perditionis, quem Regum impiorum sequetur multitudo, clarissima est impiorum nuncupatio, quorum dentibus ciuitatem sanctam, vt est in Apocalypsi, vorare paratis Christus legionibus Angelorum comitantibus veniet opem certam suis allaturus. Quocirca subiicit:

Domini est salus, & super populum tuum, benedictio tua. Sela.

Domini est salus. *popul.* *Benedict.* *E* Domino, qui Hebraicē dicitur Iehoua, carmen inchoauerat, sermonē inimicorum proposuerat, eūq; vbicq; refellēs, ad postremū salutē, quā ab illo desperare ipsū Dauid asserebāt, in eius auxilio docet cōsistere: Salus, inquit, à Deo sperāda est. Cūm (inquit iuxta Hebraeos) per te liberatus fuerō, erūpā in laudes, cātaboq; Domini est salus: à Deo salus omnis est, nec licet aliūde sperare salutē. Super populū tuū verò benedictio tua semper, quia in hoc bello, inquiūt, nō moriētur. Vel (vt ait AuenEsra) orat ne cadat quisquā eorū in bello, vel prædictit. Rectius fortasse Græci, hanc esse, iam parta victoria, velut gratiarum actionem, & quasi epiphonema gratiarum, ac laudum. Populumq; suum vocare (quod etiā AuenEsra testatur) aut eos qui legitimum Regem Dauid sequerentur, pugnarentq; pro eo, qui verè populus Dei dici posset: vel omnem sub eius imperio gentē, cui tametsi aduersanti, quemadmodū inimicis i e s v s Christus precetur, oreq; salutē. Benedictionem Græci interpretantur pacem, beneficium Dei, per quod pax, gratiarūmque actio. Nam idem ipse populus, vt primū, imperfectum Absolonem, cāsos coniuratos, ingentēmque cādem videbunt, exclamauerūt, laudauerūntque Deum. Ergo, Domini est salus. Clārē Chaldæus interpretatur, A Domino, siue Deo est salus. Benedictio super populum. Vel est oratio, deprecatioque pro eorū salute, victoria, vel prædictio, viēturos eos, benedicendos à Deo, ope illius defendendos. Ipsam benedictionem rectē Grecē exponunt diuinum beneficium, fauorem, gratiam, auram, nutum Dei, quo nobis annuit, felices rerum euentus. Additūrque Sela, pro quo Chaldæus dixit ρ̄λη λελμιν, in æternū, in sācula. De quo supra scriptum est.

TITVLVS, SIVE INSCRIPTIO PSALMI QVARTI.

In finem, in hymnis, Psalmus Dauid.

In finem. *Lamna-*
Zach. *Ie.* *P*RINCIPIO quod Sept. transtulerunt in Græcam dialecton οι τοτέλως. In finem: Hebraicē est ουντ̄ lamnazeach: super qua voce multæ sunt apud Hebraeos sententiae, propter eius varios significatus. Duoq; in summum designat si scribatur ουντ̄ nezach, sonat æternū, in sempiterñ, cum præpositione le. Hoc suspicati sunt Sept. reddentes In finem, quod Hebraicē putaret scribi in æternū, in finem: igitur non rectē intelligitur à compluribus Græcis: ac Latinis, vel sāculorum extremitatem, vel quia longo post tempore absoluuntur, qua nunc canuntur, aut quia resurrectionem vaticinentur. Nam Sept. transtulerunt In finem, pro eo quod est in æternū. Quemadmodum psal. x l i x. Et viuet adhuc in finem. Quod Hieronymus verius dicit, Et viuet vltra in sempiterñ. Quoniam autem nullus est in eo sensus, & cūm denotat in æternū, nō scribitur cādē ratione, qua nūc scriptū reperitur in principiis psalmorū, reiecta est ab aliis interpretibus ea significatio. Atque Aquilas, & Symmachus magis Hebraico accidentes, quos Hieronymus

A Hieronymus est secutus, transtulerunt ουντ̄ victoriam danti, aut viatori. Verbū igitur ουντ̄ nizeach sonat Hebræis aut vincere, vrgere, aut cantare victoriale carmen. Dicitur q; à nomine Nezach, quod designat æternū, victoriam, fortitudinem, sanguinem: sed fortitudo, sanguisque cum victoria intelliguntur. Huius verbī participium est mnazeach. Id ex libris Paralipomenon cognoscitur significare cānentem victoriale carmen. De quibus est clara mentiō eodem librō fuisse institutos, qui cānerent prō oētaua ep̄nikion. Hoc Hebraicē dicitur nazach, victoriam, aut carmen triumphale. Diversa enim eodem libro monstrantur fuisse genera carminum. Aliis prophetiæ, & arcana canebeantur, aliis victoriae. Cūm igitur aperte demonstret libēt Paralipomenon mnazeach fuisse præpositos, & cantores, victorias cānentes, aut qui operis essent præfecti, nec est alius quāredus significatus, nec vox ad alios sensus distrahit. Hicq; quiescedum. Canebant hi victorias diuinitus partas, velut in sacrificiis Herculis Euander, & plebs.

Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes

Herculeus, & facta ferunt, ut prima nouera,

Monstra manu geminoque premens olis erit angues;

Vt bello ergoias idem disierit v̄bes

Troiamque, Ochaliāmque, vt duros mille labores.

Aliásque laudes: defūnum Poëta subiicit,

Talia carminibus celebrant.

Eiusmodi fuerunt apud Hebraeos à Dauid Rege, chori, qui *Urbem Latine*

B victorias cānerent, instituti, vocati Mnazechim, quā vox reperitur etiam libro secundo *conie.*

Paralipomenon eos designans, qui præcessent operis, cohortatores: quos Hieronymus transfert Præpositos. Iuxta igitur hunc significatum, sunt Hebræi qui putent, vocatos, aut qui pēpetuō cānerent, aut qui cānentibus præcessent: quod testatur, probatique Auen Esra proferens locum ex suprā monstrato libro. In hac item sententia est Rabi Chimchi, cuius hāc verba sunt: Probabile est, ait, Mnazeach fuisse eum, qui præcesset chōtis cānentium. Hi Mnazechim, psalmos edebant, post tradebant cantoribus. Rabi Salomon, sequens alium, sed similem significatum, putat Mnazechim dīctos fortes in cultu Dei; aut opere ipsius templi, instantes operis vehementer: quem sequens Nicolaus afferit v̄bato hoc nomine, qui canendo alter alterum superare studerent. Omnino igitur sonat præconem victoriaz, qui cantando, alios ad opera prouocat; acuit (vt ait Capnon) isq; est præpositus cānentibus: is alios incitat, virget: omnēsque significatus, omniūque sententiae redeunt ad vñum. Chaldæus simpliciter putat ea voce designari laudem; cantum ad laudandum; canendum: estq; ei Mnazeach nomen verbale, nō participium, & vice eius, substituit ουντ̄ le shabecha, ad laudandum: quod forsitan vñrum est. Vox amphibola igitur est, vt tum sit p̄ncip̄s cānentium, carmen triumphale præcinens; tum vt sonet ad laudandum, quod mihi probatur. Et hic tot verba inuiti prodegitus. Reliqua clārēscunt. Nam quod ait, In hymnis, alij ex Græco melius In carminibus: id enim sonat hymnus. Titulus ergo sic habebat: Ad laudandum in carminibus, psalmus Dauid. Quod si sequaret aliam sententiam, quam proponit Hieronymus transferens viatori, sonabit principem illum, qui vincendo, aut pro viatoria canebat. Qui acceptū à Dauid psalmum, harmonicē canebat, cānentibus præcerat. Sed clariss est, minusque inuolutū, quod proponit Chaldæus, vt Mnazeach, nō sit participium, sed quasi gerundum ad laudandum. Hocq; ostenditur ex carmine Habacuch. Nam quod in eo carmine Hieronymus traduxit. Et deducet me viatori in psalmis cānentē: Hebraicē est. Et deducet me la Mnazeach binghinoth, Hoc est, Ad laudandum, ad triumphantum carminibus, siue lyricis instrumentis. Ergo verior sententia Chaldæi, cāque maximē probanda. Itaque dicit titulus, Ad canendum victoriam in carminibus, siue in lyris barbitisque, psalmus Dauid. Ad hāc sciendum, Hebraeos, Græcosque non dissentire, psalmum hunc, sicut & superiore, Dauid protulisse, cūm persequenter filium fugeret. Verū multa occurrit ad id argumentum non pertinentia. Probabile est, philosophiam quādam esse, cāmēnque de moribus hominum, continens præcepta vitæ bēne, beatēque traducendæ, qualia multa de iustitia, pietate, de non irascendo traduntur à philosophis. Siue hoc, siue illud subsit argumentum, cuncta diligenter pensitanda.

Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiae meæ, in tribulatio-
ne dilatasti mihi: misérere mei, & exaudi orationem meam.

SEST totus versus Hebraicè, etiam Græcè, nec secus in psalterio Hierony-
mi. Quod dixit primum. Exaudiuit me: Hebraicè imperantis, aut deprecantis
est ut aneni, exaudi me. Nec est. Cum inuocaré, sed ωρα becori, cùm clamo,
cùm vocifero, cùm inuoco, exaudi me. Ne quæso, inquit, benignas tuas aures
auertas, cùm ad te vocé tollo, cùm ad te cōfugio, & supplex tua numina posco.
Quare mirum, cur Hieronymus per secundam personam traduxerit, Inuocantem exau-
disti me. Nam paulò post sequitur ad eundem ordinem, Miserere mei, & exaudi oratio-
nem meam. Eademq; reddidit Chaldaeus his verbis, In tempore orationis meæ ωρα kab-
bel inni, recipi à me. Quod autem ait, Deus iustitiae meæ: Iustitia in sacris litteris, nunc
est iustitia, integritas, innocentia, æquitas, nunc misericordia. Eritque sensus: Deus iusti-
ficans me, Deus cui soli nota est mea innocentia, & secundum eam mihi retribuens, bene-
ficiisque afficiens. Deus à quo integritas mea dependet, ex me nihil possum, nullam queo
æquitatem adipisci. Tu largiris integratam, animum rectum, mentem æquam. Hi sunt
duo sensus. Prior magis aptus. Erit alter, Deus miserationis meæ, qui mei misereri soles,
qui soles in periculis mihi præsto esse. Qui misericordia moueris in me. Hoc sensu, quo iu-
stitia signat eis misericordiam dixit alio psalmo, In iustitia tua libera me. Nimurum ma-
gnitudine miserationis, clementiaq; tuæ. Nec ab re iustitia sonat eis commiserationem,
liberalitatem. Quid enim aliud iustitia est, quam & cuique quod suum est tribuere, & pro-
deesse, iuuare, conferre beneficium? Qui enim nemini vñquam profuit, tametsi non nocuit;
iusti cognomen non meruit. Iustus etiam philosophis est, qui tum non abstulit cuiquam
quicquam, sed vbi potuit, prodesse non dubitauit: is quoque iustissimus, ceterisque iu-
stitia præstans, qui pro patria, pro amicis (si fors tulerit) tum patrimonium profudit, tum
seipsum quoque dedit. Placet igitur, vt Deum iustitiae suæ vocet Deum, qui solet ei mis-
ererri, prodesse, opem ferre. Hebrais etiam philosophibus liberalitas, vocatur nomine
iustitiae. Plura sunt item apud Apostolos exempla. Hebræi quidem explanatores non hunc
omino sensum proponunt, sed Rabi Dauid, Deus qui scis innocentiam meam, scis in me
æquitatem, in hostibus scelus, iniquitatem esse. At Auen Esra, Deus qui princeps causa es,
vt pateat omnibus mea innocentia, Facis meam iustitiam cunctis manifestam, qui es cau-
sa vt mea innocentia patescat. Alij per periphrasin, Deus mei ipsius iusti, Deus meus qui
iustus sum, non vt Absalon inustus. Ego ex his omnibus sensibus probo quā maximè, vt sit
iustitia pro miseratione, quoniam toto carmine postulat. Exaudi me, Miserere mei. Exaudi
orationem mea. Quod autem sequitur, In tribulatione dilatasti mihi: Dilatasti mihi Rabi Da-
uid præteritū pro futuro, prophetarumq; eū morē es, res futuras velut iam factas efferre.
Est autem sensus verus quem Græci proponunt, Solere animum itēmque sanguinem gau-
dio dilatar, aperiri, diffundi, serenari: contrà tristitia contrahi, corrugari frontem, corpus,
ad cor sanguine sele cogente, exangue relinqui. Ergo futurum pro præterito efferes. In tri-
bulatione, ait, ac vexatione, quia præfens aderis, gaudio replebor, diffundar. Dilatabis mihi,
vel vt Hebraicè τραβων dilatare, aperire facies, patefieri: hilaritate, alacritate diffundes.
Hoc mihi, ait, polliceor, hoc spero. Aut si per præteritum, Exaudi, ait, me, quale sape feci-
sti, in mediis vexationum tenebris illuxisti, gaudio me diffundi, tristitiam vultu tuo, tem-
pestatēmque serenaſti, grauida mētis nubila discussisti. Eodem sensu Chaldaeus, In tempo-
re calamitatis, angustiæ dilatasti mihi. Dilatasti igitur est quasi exhibilarasti, serenaſti, colle-
ctāque fugat nubes, cælumq; reducit. Itaque id ipsum repetit. Exaudi orationem, exaudi
clamorem, vocem, ad commiserationem descendere. Tribulationem autem dixit, quod He-
braicè τυς zar, angustia, pressura, Græcè γλεψη, vexatione, attritione, collisione.

Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, &
quætitis mendacium?

MIRA hoc loco varietas, mirabilior varietatis causa, ex confusione, ac mistione di-
ctionum Hebraicarum, factum est, vt eo modo Sept. traduxerint. Nam Hebrai-
cè pro eo quod dixerunt Septuaginta. Vsquequo graui corde, vt quid diligitis, est

Ad hunc sensum Hieronymus transtulit, Vsquequo gloria mea in contemptum? Et
ad hunc sensum Hieronymus transtulit, Vsquequo incliti mei, ignominiosè diligitis vani-
tatem? Cur ergo Sept. verterint graui corde, quod erat τραβων kebodi gloria mea, fuit in causa; **Kebod**:
quod gloria dicitur Hebraicè quasi grauitas, eodemque nomine vocatur grauis, atque glo-
ria, sed varia prolatione, gloria τραβων kebod, grauis, τραβων kabed. Existimaret igitur, quod so-
nat in Hebraico, gloria mea, designare græves. Dictionem autem τραβων li klima, diuise-
runt hoc modo, Quoniam magna est similitudo inter caph, & beth, vt facile altera pro al-
tera legatur, dimidium supradictæ dictionis τραβων lik, legerunt τραβων lib, siue leb, traducentes βα-
ριχθοι, graui corde. Alterum dimidium τραβων lama, quod sonat quare, ver-
teruntque τραβων vt quid. Hæc quidem lectio, facile potuit esse eo tempore in codicibus He-
braorum. Sensus quidem iuxta vtranque lectionem vnu idemque est. In altera reprehenduntur homines, velut graves corde, caci, duri, praefracti, ceruice elata, superbi, preceptorū
Dei propter arrogantiā negligentes. In altera coarguitur ab ipso Dauid, quod gloria sua, **Gloria**
decus, imperiū, sit eis contemptui, eligentes potius Absolonē quam ipsum Dauid, illumq;
sequentes: se verò, quæ vltro ipsi regē olim cōsalutassent, nunc spernētes in fugāq; vertētes.
Atq; Hebrei vniuersi postremā hanc lectionē sequūtur. Appellari filios hominū, Hebraicè **Filio virt.**
filios τραβων si viri, propter arrogantiam. Designare enim filios viri homines elatos. Hoc
testatur Auen Esra, Rabi Moses, Rabi Dauid. Virum enim dici velut Latinè, Græcēque, à
quo virtus, arrogantia. Itaque filii viri, sunt Hebraica quadā phrasī, superbi, contemptores.

BHæc phrasis ad multa deseruit Hebreis. Filius mortis, filius perditionis. Filij orientis, Filij **Filius mor-**
Adam, nempe mortales omnes. Simili loquitur Homerius οὐεὶς αὐγεῖσι, filij Achiuorū. Et apud
logographos ιατρῶν παιδεῖς, θύρων παιδεῖς, filij medicorum, Indorum filij, Achiuui, medici, Indi.
Sic filij viri, homines faci, feroce, insolentes. Vbi igitur Dauid precatus esset, orationē, pre-
cēs que suas diuinitus exaudiri, vbi misericordiam Dei flens implorasset: continuo vertitur
ad eos, à quorum persecuzione Deus eum eriperet, precatus fuerat, filios viri vocans If-
raëlitas coniuratos, scelerata conātes, ait ad eos: Vsquequo fuerit vobis decus meum con-
temptui, qui me tam turpiter abiccas? Cur diligitis vanitatem, amplexi estis non diu-
nitā, quæ Deus ipse demolietur. Hæc vestra cōiuratio, hi tanti conatus, inanes sunt, Deus
eos rescindet, cassos ostendet. Orante enim Dauid, repudiatum fuit consilium Achitophel, **paraphra-**
in quo pernicies Dauid continebatur. Sic rescindetur omnishæc cōiuratio. Quæreris men-
daciū, repudiato Rēgē vero, legitimō, adulterinū asciscitis. Hæc expositio generatim
ab omnibus Hebreis proponitur. Cui accedunt Græci, filios hominū vocari innutri-
tos arrogantia, ad impunitatem propensos. Hos quidem natura filios hominis esse, gratia
filios Dei, Gratias corde, carnos, humi repentes esse libidinibus immarcescentes. Hanc
Dauid apostrophē, alij eorum ferunt esse ad amicos, qui fiderent suis viribus. Humanas
machinas prodesse nihil. Hinc mortales cognoscite, & ex meis casibus exemplū sumite,
quam sit opibus humanis fidendum, humanis quæ sit fiducia rebus. Ego Rex eram, ecce, fi-
lius meus me persequitur. Cur quisquam igitur rerum humanarum falsitatem, crebrasq;
C mutationes diligt? Omnes hū sensus probandi, sed Hebraorum ille congruit magis, argu-
mento. Quod autem Hieronymus transtulit gloriam meam, inclitos meos, est minus clau-
rum. Melius vt gloriam suam, decus, imperium, regnum, coronam vocet, quam ipsos Ifra-
Elitas. Diligere porrò vanitatem, & querere mendaciū, solita in Psalmis eiusdem rei repe-
tatio. Scio quosdam filios viri exponere Iudeos filios Abrahæ, qui propriè fuerit vir, idq;
apud Hebreos Rabi Salomon exhibit. Sed longius abeunt.

Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus
exaudiens me, cùm clamauero ad eum.

VOD dixerunt θεομάρτυρες mirificauit, Hieronymus in suo psalterio aliquantè cla-
rius, Mirabilem reddidit sanctum suum. Itēmque dicitur Hebraicè, Mirabile redi-
dit sanctum sibi. Verbum hoc Hebraicè quod trāstulerunt interpres, mirificauit,
Hebraicè, τραβων hiphlach, sonat non id modò, sed etiam separavit, selegit, segregauit, idque
designat testibus Hebreis hoc loco ponentibus pro eo. Clarius verbum, Auen Esra
τραβων hibdil, segregauit, id etiam posuit Rabi Salomon. Dauid autem Cimchi, τραβων sepa-
rauit, quod verbū posuit Chaldaeus τραβων pharise, inde Pharisaus segregatus. Hæc signifi-
catio maximè cōprobatur, ipsa Hebraica lectione. Non enim dicit, Mirificauit sanctū suum,

*sanc*tus**. sed, segregauit, selegit sanctū sibi. Separauit igitur sibi, sanctū, seposuit, peculiarem fecit sibi. Et (vt ait Chimtheus) segregauit sibi in regē. Quid ita? quia sanctus ego, & quanquā videtis me nūc in calamitate, at videbitis quoque Deum preces meas exaudisse. Hoc scitote, inquit, hoc attendite. Id quoque non ignorandum quem transtulerunt ὅτοι sanctū, Hebraicēque est τὸν chasid, propriè denotare misericordem, beneficium, benignum, liberalem. Hinc vocatur Hebraicē chasida, ciconia, quod misericors erga parentes, quod paſcit ſenio affectos, beneficium quod ab eis accepit, rependens: hinc Græcē ἀππλαργέν, ciconias imitari, bene faciendo. Hoc nomē meruit omnium maximē Dauid, cuius fuit singularis humanitas, clementia, benignitas inaudita, qui ne illatas quidem cūm posset, iniurias, sit perſecutus. Et hunc ipsum Absolonem, qui regnum, vitamq; ei conabatur auferre, in prælio noluit interfici, interfectū amarē defleuit. Dicens autem, Scitote, vel cognoscite, ad eos qui partes Abslonis ſequerētur, loquitur. Hoc, ait, maniſtum erit quis sit sanctus, quem Deus ſibi ſegregauerit. Nam Deus, vt cæcus dicebat, peccatores non exaudit, quem ergo exaudierit, cūm clamauerit ad eum, is sanctus comprobabitur. Nec verò iactantiae reprehendendus eſt Dauid, quod videatur ſe sanctū appellare: ſed tum hoc nomen designat eū, qui parcit inimicis, qui beneficiū dat vitāmque concedit, quod maximē congruit Dauid: tum nō à ſe, ſed à Deo dicit sanctū voſari, ſegregari. Deus illū ut sanctū ſibi ſelegit, ab aliis diuifit, nō ſiuit eum eſſe velut gregarium, ſed egregiū quem elegit, tulitq; de medio fratribus ſuorum ad regendum Israēl, regem declarauit: que madmodum ille ſegregatus in Euangeliū. Vbiq; igitur Sept. aliis locis transferunt τὸν cheſed, misericordiam: vnde E chasid, vt Misericordias Domini in æternū cantabo. Ferunt nonnulli chasid voſari quaſi gratiæ plenum, gratiam à Deo conſecutum. Non aspernori id quidem, ſed & illud probo ut ſit actuum misericors, qui miſeretur aliorum.

Iraſcimini, & nolite peccare: quaſe dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus compungimini.

Iraſcimini. **V** O D Sept. tranſtulerunt ὅπλεθη, iraſcimini, Hebraicē eſt ragheſu, ſonat quidem aliquo iraſci, interdum quoque timere, pauere, exhorrefiſcere. Pro hoc ab omnibus Hebræis conſtanter accipitur, eiisque loco adhibent verbum manifestius, Rabi Salomon, τὸν charadu, quod manifestò dēſignat timere, Auen Eſra τὸν pachadu, id quoque ſonat timere. Chaldaeus quoque conſentaneè poſuit τὸν zuhu, contremiſcite. Is igitur eſt verus hoc loco ſignificatus, vt dicat, Timete, contremiſcite, nolite peccare. Nihil enim vt Stoici ferebant, eſt timendum niſi culpa, & peccatum. Hortatut igitur eos, vt timeant peccare. Ad cogitationem peccati contremiſcite. Exponensq; hoc Auen Eſra. Quod, inquit, eum turpiter abiecerant, contumeliaq; affecerat, quem honore profequi debuerant: quod mendacium contra eum locuti, ait, pauete, contremiſcite à Deo. Rabi quoq; Dauid, Ragheſu, inquit, nunc ſignificat τὸν pachad, timete. Timete, inquit, metuite Deum iratū, & nolite peccare, perſequentes me, mihiq; rebelles. Is igitur eſt verus ſenſus. Aquilas ergo propius acceſſit ad verum ſignificatum, transferens ſuprā monſtratum verbum ιλονεθε, nempe contremiſcite, tormento afficiamini, turbermini. Stat quidem vt dicat Iraſcimini, quoniam contra Rēgēm irati coniurauerat, quos ad ſanitatem nūc voſet, ſed melius illud Hebræorum. Quod autem ſequitur, Quaſe dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini: obſcurum Græcē, clarūm Hebraicē, redundant apud Græcos & quaſe. Et λέγετε dicitis, eſt imperantis, non indicantis. Sicq; legēdum, Timete, nolite peccare, τὸν imru, dicite, vel loquimini ip̄ cordibus veſtris, & tacete. Itaque quod Latinus traduxit dicitis, dicendum iuxta Hebraicum dicit, remouendumq; pronomenq;. Inſuper quod interpretes Græci tranſtulerunt κατανύη Compungimini, Hebraicē eſt τὸν dommū, hoc eſt filete, tacete, iſq; eſt eius verbi ſignificatus. Id etiam tranſtulit Hieronymus & tacete. Atque ab omnibus Hebræis eodem modo accipitur. Exponitque totum locum Auen Eſra. Quoniam mendacium locuti eſtiſ, me verum regem, legitimūmque principem abieciſtiſ, hanc ob causam timete voſis à Deo, & in hoc peccato cōſidere nolite. In cordibus veſtris cogitatiſ, ſuper ſtratis veſtris noctu. vt ille,

At pius Aeneus per noctem plurima voluens.

Dicite. Vera igitur cogitate, non falsa. Nolite mendacium loqui. Rabi quoque Dauid, Dicite, inquit, in mentibus veſtris, ſtratis incubantes. Nam humanus animus in lectulo quietior eſſe ſoleſ, curisque ſolutus, tuncque cogitatio purior eſt. Vobifcum igitur, inquit, conſiderate,

& ta-

A & tacete. Vocari autem cogitationem, orationem, locutionem. Dixit inſipiens in corde ſuo. Et, dixi in corde meo. Tacete inquit, παῦ schatecu, quiescite, deſinete mihi rebelles eſſe. Quia inquit, silentium eſt quies vocis, & loquendi, cauete, tacete à ſceleribus veſtris. Eſt igitur verus ſenſus, Timete, cauete voſis, peccare deſinete. Cogitate vobifcum diligenter, ſuper ſtratis veſtris, cūm multa animis per quietē occurruunt, & ex hac conſideratione, cognoscite tacendū eſſe, nempe vel ab hac impietate, qua in me coniurastiſ abſtendum, aut vanitatem, & mendacium quod loquimini contra me, silentio caſtigate. Deſinete loqui falſa, vana: mihi honorique meo, qui voſis contemptui eſt, detrahere. Hæc eſt veſtus iuxta Hebræos interpretatio, quam Chaldaeus paraphraſticā, transferens, Dicte orationē veſtram in corde veſtro, & orate ſuper cubile veſtro, & mementote diei mortis. Vides eum pro filete, poſuiffe mortis meditationē. Quod si iuxta Sept. & Græcos veſticulus accipiat, vt verbum ragheſu, denotet iraſcimini, verbum autem dommu, quod diximus ſignificare filete, cūm ſignificet etiam vaſtare, conumere, diruere, quod illi tranſtulerunt compungere, quod à nullis Hebræis proponitur, eſt ſenſus, Iraſcimini, turbamini: eſto, irati ſitiſ, at redite mecum in gratiam, furorem compescite, coērcte iraſcimini, date vos ad lenitatem. Cogitate noctu vobifcum, ſed tacete, & ab illo furore, atque impotentia fremitu, ſa- *Tacete* uaque, & tumultuant coniuratione ceſſate. Sciebant explanatores Græci, Symmachum, & Aquilam pro compungimini, tranſtuliffe σωπίσατε, tacete, quiescite, Aquilam ιορχάσατε, tacete Hancque ſententiam ſequentes exponunt, Iraſcimini, at citra crimen, diſſerite, perpendite, id enim Symmachus dixit ἀγλέχθη in cordibus veſtris, in ſtratis & à flagitiis ceſſate, quaſe interdiu cogitatiſ. Hæc inquam per quietem corriganturn. Videtur autem ex his antiquiſſimiſ litteris Pythagoras præceptum illud ſuum deſumpſiſſe. Nam Iamblichus autore, in monte Carmelo in Iudea philoſophatus eſt aliquandiu.

Μὴν ὑπὸν μαλακοῖσι ἐπ' ὄμμασι περιοδέας,

Πεὶν τῷ γῆμενον ἔργων, τεῖς εὐεστον ἐπελέθεν,

Πὶ παρέσσον, πέδη ἐρεχα; ποιοί δέ εἰπελέθεν;

Ἄρξαμενος δέ πάπον φράτε, ἐπέξθιμον μετέπειτα.

Δειλα μὴν εὐαγέλεα, θειπλατονε, λεγοῦντε πέρπει.

Nec prius optato claudentur lumina ſomno,

Singula quām tecum voluas ter, facta diurna,

Quid feci, quo abij, dimiſi vel quid agendum?

Incipiensque à primo, & cauē cuncta reſens,

Delectare bonis, at triflata facta refelle.

Vide Chryſ.
10.5.8.

Tametsi igitur Sept. tranſtulerunt, cōpungimini, ſenſus tamen conuenit cum Hebraico tacete, exponentibus Hebræis, & Græcis, tacete, & quiescere, pro abſtēre à peccato, pœnitente, compungi, diuerberare conſcientiē. Dicere in cordibus, eſt cogitare, reuoluere priuquam ſefflos ſopor alliget artus, facta diurna, & ab hiſ, ſi praua ſint, diſcedere. Eoque Chaldaeus poſuit aptiſſimē meditationem mortis, pro diſcite in cordibus, & pro quiescete. *Toſt.* *Ecl.7.di* Clitur enim aut minuitur peccandi voluntas mortis meditatione.

Sacrificate ſacrificium iuſtitia, & ſperate in domino.

R o ἥγον sacrificium, Hebraicē numerus multus τὸν zibche ſacrificia. Hæc ſacrificia iuſtitia uno eodēmque ſenſu, à cunctis intelliguntur. Rabi Salomon, Iuſtitiate, inquit, opera veſtra, eritisque velut hi, qui offerunt ſacrificia. Sic Rabi Datid, *Sacrificia* ſacrificia iuſtitia, vt reuertamini ad opera iuſtitia, ne ſint velut ſacrificia, vel viſtimæ impiorum. Dicitur enim alibi, Viſtimæ impiorum abominatio eſt Deo, Reuertente, ad veſtra ſcelera, post ſacrificia. Et fidite in Deo, non viſtimis veſtris. Chaldaeus quoque declarauit quaſe *Prou.15.6.* fint ſacrificia iuſtitia. Ponens pro ſacrificare ſacrificia iuſtitia, paraphraſticā, τὸν τὸν τὸν Calcate, domate, concupiſcentias veſtris, & reputabitur voſis, velut ſacrificia iuſtitia. Omnes igitur Hebræi congreunt, ſacrificia iuſtitia, eſſe recte, iuſteque facta. Varia enim in ſacris litteris ſacrificia, nō ea duntaxat quaſe ſanguine fuſo, celiq; viſtimis fierēt, celebrantur. Vt ſacrificium laudis, vt Melkifedek proferens panem, & vinum. Sic ſacrificium iuſtitia, eſt quaſi ſacrificium laudis. Hoc maximē Deo acceptum, gratiūmque ſacrificium. Et apud ſapienſes, Platонem, Isocratem, verum ſacrificium, eſt puris caſtisque ſenſibus de Deo ſentire. Quid enim aliud eſt ſacrificare, quaſi ſacra facere? Quid autem tam ſacrum, quaſi iuſtitia, aequitas? Græci explanatores cum Hebræis de ſacrificiis iuſtitia

DD iij

consentiunt. Non, inquit, cædendo vitulos, & pecudes, earumque sanguine fundendo, sed iusta operando libate. Neque enim sufficit, factis improbis abstinere, sed item adhibenda sunt opera laudata, recta. Volunt ergo Græci, Daud præcipere, & abstinentia à malo superiore carmine, & faciendum bonum, præsenti. Superius cogitare, discutere nocturna indagine peccata, & coercere. Nunc adhibere actiones iustias quæ sint Deo gratissimum sacrificium. Ac quasi per prophetiam Daud designare Ecclesiæ, pro antiquo ritu mandando rum animantium, sacrificia, virtutes, iustitiam, castitatem, integritatem, quas loco sanguinis cæstumque victimarum nunc offerat. Sperate autem in Domino: Aut quia ex hoc sacrificio nasceretur fiducia, spes, confidentia diuinus, ut exponunt Græci. Sequiturq; Hieronymus in commentariis, aut est aliud præceptum, ut tum iusti, integræ sint, tum spem omnem in Deo ponant, ad cūmque unum animos vertant, quæ est maxima pars iustitiae. Nolite, ait alibi, sperare in principibus in quibus non est salus. Et Hiere. Maledictus homo qui confidit in homine, & carnem sperat esse præsidium suum. Benedictus homo qui confidit in Deo, & non timebit cum venerit astus. Hanc in Deo spem ubique prædicant sacræ litteræ. Et primo psalmo, beatos prædicat qui confidunt in eo. Marcus vero Tullius (docet enim natura) non robore, viribusque humanis, Romanum Imperium creuisse, nam plerasque nationes, Romanis robustiores, callidiores, multitudine plures esse: sed quod à Deo immortali omnia regi cognoscerent, & huic maiores eorum piissime supplicarent. Hieronymusque reddidit, Fidite in Domino, magis iuxta Hebraicum, quod Sept. ελπίσατε.

Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? signatum est
Super nos lumen vultus tui Domine. E

Sest totus versus Hebraicè, ut videre est apud diuum Hieron. Si omnem orationem discussias, pro bona, numero multo, est נָבָן bonum, numero unico. Nec est, ostendit, sed נְבָנָה ostendet. Et quod dixerunt Sept. ἐπιγεύσθη signatum est, fons Hebraicus se-
scus, נְבָנָה nefas, atolle, leua, ut vertit Hieronymus, transferens totum carmen. Multi dicunt, **Q**uis ostendit nobis bonum? leua super nos lucem vultus tui Domine. Putarunt Sept. propter quandam similitudinem, id passuum esse, & designare, signatum est. Nam sepè denotat signum, vexillum, quod atollitur. Sed ab Hebreis exponitur pro eo quod est atolle. Rabi David ait mutatis litteris נְבָנָה nefas per sammech, est נְבָנָה nefas per shim, quod aperte denotat atolle, leua. Idq; posuit etiam Chaldaeus. Rabi quoque Salomon vice eius adhibuit נְבָנָה נְבָנָה haram alienum, lanes: Atolle, eleua super nos in signum, vexillum, quod à nobis suspiciatur, lucem vultus tui. Similia multis verbis adhibuit Auen Esra. Ad uniuersum igitur sensum magis quadrat hæc lectio. Sensusq; est iuxta Hebreos. Consentiunt omnes reuerti prophetam ad eos qui diligunt vanitatem, queruntque mendacium, ait Rabi Salomon, Multi ex Israël videntes alios mortales, externasq; nationes, diuites, beatosque esse, mirantur, cupiunt, clamant, **Q**uis ostendit nobis bonum, ut diuites simus, voluptates aequaliter, velut hæc gentes? at ego, inquit, non æmular illos, quia letitia data est in corde meo. Similiter Auen Esra, Reuertitur, inquit, ad eos qui loquuntur mendacium. Cum essem, ait, ego, & mei in tribulatione, homines illi vani dicebat, **Q**uis ostendit nobis bonum? Eadem Rabi David. Multos secum summa cum auiditate dicere, **Q**uis det, ostendat nobis felicitatem, bona corporis, ut Abfolon victoriam consecuto, bona proscriptorum pro Daud pugnantium diripiamus: ut illi Pôpciani, sacerdotia, dignitates, bonaque aduersæ factionis ante partam victoriæ inter se diuiserant. Hoc illi cupiunt. Estq; Hebraicè, & Græcè non præteritum, sed futurum quis ostendet, vel ostendat. Hæc expositio Græcorum quoque est. Non, inquit, dicunt hoc pauci illi, egregij, probati, philosophandi periti, sed multitudo, gregarij, nullius pretij, quivitam hanc complexantes, diuinamq; prouidentiam incusantes exclamant, Vbi bona nobis à Deo suppetut, qui extrema paupertate vexamus? Tum nōnulli, inquit Euthymius secutus alios, pro summo bono voluptatem, deliciasq; habentes pro summo malo, labores, ingemiscunt, quis det nobis illa bona? Nam, inquit, **Q**uis ostendat, animi est οὐαχέως, inslāmate expetētis, **Q**uis det, **Q**uis tribuat? Hæc cum tot testibus asseratur, mihi maximè probatur. Quod verò ait, Leua super nos, haud dubium quin sit oratio ipsius Daud. At tu, inquit, ô Deus noster, aiunt Hebrei, atolle super nos splendorem vultus tui, non bonum, quod illi, cupimus, sed te ipsum volumus. Tu nostra voluptas, tu summum bonum. Modò nobis lucem tuæ claritatis ostendas. Satiabor enim cum apparuerit gloria tua. Et illi in monte, visa claritate, & splendore vultus eius, exclamauerunt, Bonum est nos hic esse. Hoc nos, ait Daud, ego & populus qui me-

Aqui mecum est, expetimus. Omnia in te nostra desideria consumuntur, ut veniamus ad splendorum vultus tui in futura vita, ut ait Rabi Daud, Summum bonum, absolutamque felicitatem in visione diuinæ claritatis verè constituit Propheta. Hæc gloria, hæc conformitas imaginis Dei, cum sancti lucebunt sicut sydera in perpetuas aeternitates. Postulat igitur attolli, eleuari super se, populumque suum, lucem, splendorem vultus diuinum, quem suspiciant è terra, quo intuendo sit inexplicable gaudium, propterea Chaldaeus adiecit, Eleua super nos iucunditatem splendoris tui. Alio quoque psalmo, Illustra faciem tuam super seruos tuos. Est autem hec Poëta diuini locutio, de claritate, ac iucunditate vultus Dei, qua Poëta quoque Latinus vsus.

Vultu quo calum, tempestatis que serenat.

Quanta inter utruncum similitudo! Is vultu summi Iouis, qui idem summus Deus, canit aperiri, serenari cælū, atras discedere nubes: ille tristitias, velut atra nubila terris, humanis peccatoribus incubantes serenari, discuti, gaudio ineffabili, & serenitate, mentes exhilarari. Nullusque est alius Sol, qui mœrores ad humana peccata solitos frequentes esse, circumq; obsidere differat, resolutus, nisi verus ille. Nec erimus unquam miserere vacui, nisi cum iucundissimam vultus illius lucem licet intueri. Hanc claritatem duabus de causis expectit nunc diuinus Vates, tum ut eam opponat falsis illis bonis, quæ multi cupiunt, nempe corporeas voluptates, ostendens non illam, sed hanc esse veram beatitudinem: tum ob sapientiam, quam vultus eius claritatem appellat. Atque sunt hoc loco de sublimi illa, quæ B apud philosophos agitat quæstione, de summo, ac vero bono, in quo cōquiescat animus, sententia de voluptate, quæ fuit Epicuri, altera autem vera de beatitudine sententia, quæ sit videndo claritatem vultus Dei, cāque fruendo, quam nullus philosophorum propter eius excellentiam adhibuit. Hic, hic, non alibi est summum bonum. Is finis, hæc meta laborum. Hic aeterna, hic larga voluptas, quam torrentem voluptatis alibi vocat. Hanc claritatem, tum propter doctrinam, ac sapientiam postulabat in hac vita videre Daud, ut illuminaret in tenebris seculorum, per quam errores caderent discussi, proiecti, veritatemque omnes, quæ lux vocatur, cernerent: cāque postulat, ut leuet tanquam vexillum, ut videatur à mortalibus, suspiciatur, & ab animo, & ab oculis corporeis, sicut illa in monte: tum in futura, propter summam felicitatem. Itaque subiicit.

Dedisti lætitiam in corde meo: à fructu frumenti, vini,
& olei sui multiplicati sunt.

Sest versus Hebraicè, & apud Hieronymum. In his omnibus hoc discrimen, à fonte. Quid dicitur Græcè, A fructu frumenti, Hebraicè נְבָנָה me eth deganam, A tempore frumenti sui, & vini, multiplicati sunt, oleum nusquam est. Vinumq; nouum nominat נְבָנָה tirosham, mustum eorum. De duabus igitur ad vitam maximè spectantibus rebus mentio. Hieronymus quoque sic traxit: In tempore, frumentum eorum, & vinum eorum multiplicata sunt. Adhibent autem hunc sensum Hebræi, Lætatus sum super eorum felicitate. Dedisti mihi Deus eam mentem, ut lætus essem bonis eorum, fecus quām illi, qui mihi clades, & incommoda petunt. Fructus suos pacificè legebant, non à tyranno, sed parente, patre patriæ regebantur, crescebant, rebus suis, his imprimis quibus humana vita sustinetur, fructus, agros, lætè possidentes. Vel sic melius, Erat lætitia in corde meo, ex eo tempore, quo legebant fructus suos, frumentum, & vinum. Tranquillitate, abundantiāque rerum populi mei magnopere gaudebam, at illi me persequuntur, intentant mortem. Sciendum quoque est, ipsum versiculum, iuxta orationem Hebraicam, posse legi, A tempore, vel in tempore frumentum eorum, & vinum eorum multiplicata sunt, ut verbum Hebraicum נְבָנָה rabbu, & Græcum ἐπάνθισθαι, non tam referri possit ad ipsos homines, quām res, frumentum, & vinum, quæ dicat multiplicata esse, creuisse, fructificasse. Mirumque est, Septua, pro eo quod erat נְבָנָה eth, tempus, posuisse οὐαχέως, fructum. Chaldaeus igitur iuxta superiorum sensum adhibitum ab Hebreis sic clarius explicat: Dedisti lætitiam in corde meo, fecisti vt gauderem, tempore quo crescebant prouentibus eorum: latabar omnibus gaudiis, crescentibus eorum prouentibus. Tu mihi Deus eam lætitiam dabas, vt quoniam ex te proueniebat agrorum libertas, ea in re ego patria charitate latabar, vehementer exultans, populo meo rerum libertate circunfuso. Hæc lectio verior est, & probatior. Ac Chaldaeus adiuvuit orationem Hebraicam uno pronomine, Dabas lætitiam in corde meo, ex illo tempore, quo crescebant, vel multiplicata sunt, frumentū, & vinum eorum,

Deerat igitur, ut saepe solet, pronomen, à tempore quo. Quare dicendum, frumentum, & D
vinum eorum multiplicata sunt. Versus Græcus, & Latinus vix est intelligibilis. Ac ferunt
Græci de voluptuaris, delicatis, libidini, ventri deditis, hæc dicta, qui crescant ex his re-
bus corporis, hæc quæ à Deo postulent iugiter, non alia, in quibus tribus alia necessaria in-
cludantur. At in Hebraico fonte, nec oleum est, & tota lectio longè secus habet. Quare nunc
pro eo, ac debo, sequor magis Hebræos. Pro fructu igitur ponendum tempus. Oleum
autem remouendum, & genitui casus frumenti, vini, debent esse nominatiū: & masculi-
num multiplicati sunt, vertendum est in neutrum, multiplicata sunt. Et principium car-
minis vult esse, Dediti latitudinem in corde meo, quia multiplicata sunt frumentum, & vi-
num eorum. Suntque verba Dauid, clementiam, humilitatemque testantia, quam popu-
lo, qui contra eum coniurauerat, exprobavit.

In pace in idipsum, dormiam, & requiescam: quoniam tu
domine singulariter in spe, constituisti me.

*In idip-
sum.*

*Singulari-
ter in spe
conf. me.*

*Dominus
I E S V S.*

N idipsum, quod Græcè οὐτὸν τὸν τοῦτο quod quidē obscurum est, Hebraicè יְהוָה iacham-
du designat simul. In pace simul dormiam. Eaque ratione traduxit Hieronymus,
Dormiam, & requiescam. paulò secus, & clarius, Græcè, & Hebraicè. Hebraicè, Ia-
cebo, & dormiam. Sic Hieronymus dixit, Requiescam, & dormiam. Quod dixerunt ρ̄
πόλεις, singulariter, Hieronymus simili sensu specialiter. Et quod dixerunt in spe constitui-
E sti me, paulò clarius in fonte ρ̄ πόλεις labetach thoschi beni, cum fiducia, securitate col-
locabis, siue, habitare facies me. Non est ergo præteritum ρ̄ πόλεις, constitui, sed fu-
tum. Locisque omnis exponitur, declaraturq; ab Hebreis. In pace, securè, citra paurem,
in utrāque aurem dormiam, simul cum his qui mecum sunt, cum populo omni. Ac quan-
quam illi mihi sese hostes declarauerūt, opto tamen ut simul securè dormiamus, pace, trā-
quillitate fruamur. Tunc ego securè acquiescam, quia nihil erit, quod me perturbet, exci-
tēque è somno, cùm mecum illi confederint, cohabitauerint. Siquidem tu Deus securè
facies habitare me: tu Deus singulariter, tu solus id facies: in te vno, non alio spes omnis.
His Hebreorum declarationibus constat, quorsum referre oporteat simul, singulariter. Si-
mul, ad populum omnem, quem sibi optat, precatur, prædictit reconciliandum, refertur. In
pace ait, simul cum grege meo quiescam, dormiam. Quoniam tu Deus singulariter, tu sol-
lus non aliis, me populo meo, meque illis restitus. Me charissimo, optatissimo corum
conspexit reddes. Est ergo dulcis ex animo miti, ut erat Dauid, proficisci prophetia, qua-
vaticinatur quoniam à Deo, non alio, remittetur ad proptios lares, secura cum illis se pa-
ce gauisurum. Nec ignorandum, quod ab interpretibus Græcis vistum est ρ̄ πόλεις quoniam tu
domine, Hebraicum ρ̄ ki sonare quoniam, & cùm. Totisque versus sic legendus, In pace
simul dormiam, quiescam cum populo. Cùm tu solus, non aliis, securè collocabis, habi-
tare facies me. Quando per te vnum, (neque enim in alium quenquam sperare licet) resti-
tutus in patriam terrā fuero. Animaduertendum hoc psalmo, Dauid esse, qualem I E S V M F
Christum, supremo vitæ tempore describunt Apostoli, testantes eum orasse pro perse-
quentibus, quia nesciunt (inquit) quid faciunt. pro suis discipulis dulcissimam orationem
fudit ad patrem, quam qui apud Ioannem legat, vix lachrymas dulcedine tactus cōtineat.
Eiusmodi est is psalmus, reprehendens graue illud populi scelus coniurationis, amorem,
patriamque charitatem exprobrans illis, sed rursum prædicens auxilio Dei cognituros il-
los errorem suum, sed amplexurum eos, futuramq; omnium iniuriarū obliuionem, vnum
consensum animorum. Græci propter lectionem suorum codicum multò secus explanat.
Vel eum prophetare de exitu suo, quod dormiet non morietur morte violenta: simul ani-
mo, & corpore quiescat: ab hostibus animi & corporis creptus, innuēnsque longum resur-
rectionis tempus, & corpus loqui faciens quod tu me in sepulcro habitare fecisti, con-
stituisti, at in spe resurgendi. Hæc interpretatio videtur nimis longè petita.

TITVLVS, SIVE INSCRIPTIO PSALMI QVINTI.

In finem, pro ea que hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid.

A NTONIUS est ubique inculcandum, quod Sept. transtulerunt propter quandam æqui-
uocationem εἰς τέλος, in finem, hoc est in æternū, putantes esse idem lamnazeach, *in finem*,
& τελική lanezeac, in æternum, Hebraicè esse lamnazeach. In quo cùm sint variae
sententiae, vnum finem spectantes, & autoritate tralatoris Chaldæi, & ipsa ra-
tione loquedi, tum testimonio, ex oratione Habacuc, placuit ut esset quasi gerūdium cum *Habac. 3.2*
præpositione le, ad, designans ad canendum. Nam pro eo Chaldæus ubique ponit τελική les
habeca, ad laudandum. Tum in illa oratione non potest designare, aut victorem, aut fun-
damentem sanguinem, quia non in principio, sed in fine carminis pónitur. Et ipse sermo testi-
monium exhibit, quo dicitur, Et educet me viator in psalmis canentē. Quod quidem trā-
ferri eo modo non debuit. Nam lamnazeach eo loco si nomen est, non est nominatiū, sed
genitiū, vel datiuus. Vertendum potius, Et deducet me lamnazeach ad laudādum, plau-
dendum in musicis instrumentis. Hæc ratio loquendi cùm in principiis Psalmorum extet,
non videtur propterea aliud designare, quād ad laudandum, triumphandum, canendū vehe-
menter, reiecto ut sit lamnazeach, aut viator, aut qui vinceret canendo, vel qui sanguinē fundat,
pro secunda voce ρ̄ πόλεις, Quæ hæreditatem consequitur, Hebraicè est, τελική ha-
nechiloth, de qua secus Hebrei sentiunt, afferentes id genus esse lyrae, aut barbiti, quod ea-
dem voce, sed alia nominis forma dicitur λύρη chalil, quod noster interpres vocat tibiam,
& λύρη mechalel, tibi cina. Estq; hæc inscriptio præfixa Psalmis, velut apud Latinos dicitur
in principiis Comœdiarum, Tibiis paribus, vel imparibus. Diueris enim instrumentis, mo-
B dulatibusque Psalmi canebātur, quemadmodum nostra quoque tempestate maximè Ven-
etiis fieri cernimus. Adhibenturque nomina in principiis Psalmorum, musicorum instru-
mentorum. Hæc Hebreis perhibentibus assentitur etiam Chaldæus, amphibolum nomen
Nechiloth traducens in aliud clarius τελική hineghin, quod ex idiomate Hebraico sonat ca-
nere, choros agitare, dicensq; cum musico instrumēto. Hæc significatio verior est, quād
ut vox sonet, aut hæreditatem, aut aliud quodcumque, conualles, infirmitates, vulnera, con-
gregationes. Nam omnibus ferè Psalmis præfiguntur nomina instrumentorum musicorū,
& genus modulatus. Afferre autem incerta & obscura, dimissis clarioribus & certioribus,
fortasse vitium sit. Hieronymus quidem secutus est Græcos, traducens, Super hæreditati-
bus, quam significationem refellens Rabi Salomon (nam nescio quibus etiam Hebreis ar-
risit) in Psalmo, hæreditatis mētionem perhibet esse nullā. Sequamur ergo certiora, quæq;
& ratione, & plurium testimonii cōprobantur. Existimatur autem ab Hebreis, etiā hunc,
quemadmodum superiore Psalmum David propter hostes suos, maximè vnde Doēg, &
Achitophel in castris Absolonis filij contra patrem, ipsum instigantes, cīque impia consi-
lia suggerentes, editum. Textūrque eadem, atque superior Psalmus, ratione, memorās ini-
micos, precans suas exaudiri preces, cōmemoransq; vt superius, eos qui sequuntur mendacium, nefaria molientes, itemq; virum sanguinum, vt sceleratus ille Doēg. Multa de spe sua
in Deo, deq; eius misericordia prædicans. De reditu quoq; ad templū, quo se redditum iu-
ante Deo, vaticinatur. Hæcq; nō iuniores modū, sed maiores etiā senserunt, tametsi qui-
Cadam cōtra hostes Israēitarum generatim editū assuerent. Argumentū Græcorū propter
inscriptionem redditā secus quād dixerimus voces ipsas significare, plurimum discrepat,
quæ hæreditatem cōsequitur, Ecclesiā regnum cælorum consecuturā interpretatiū. Sed,
ut dixi, vox nechiloth, non designat ρ̄ πόλεις, hæreditantē. Tum ea vox est numeri mul-
ti. Sequamur ergo minus à verbis abhorrentia. Multas autem orationes contra suos, & po-
puli sui hostes Dauid profudit, contra profanos simulacra colentes, veram pietatem perse-
quentes, quibus veritas, vera philosophia fuit contemptui. Qualis Julianus impius.

P S A L M I V . E X P L A N A T I O .

V Erba mea auribus percipe Domine, intellige
clamorem meum.

V RIBVS percipe, rectè Latinus resoluti Græcum ἐνάποια: velut si dicas
inaurire, auribus capere, finitum ad Hebraicum τελική haazina, aurizare.
Pro clamore est Hebraicè ρ̄ πόλεις haghīgi, murmur meum, vt traduxit Hiero-
nymus: siue locutionem, meditationēmque meam. Animaduersum su-
perius ipsum hoc verbum ρ̄ πόλεις hagag referri ad meditationem cordis atq;
linguae locutionem. Et propter significationem meditandi, aut quia fun-

Verba.

debat orationes suas David, cantando, psallendo, carmen sacrum canendo. Chaldaeus pro D Hebraico dixit, Intellige γαρ rineni, cantum meum, siue odam meam. Postulat igitur, vt in orationibus sit, (estque praeceptum oratorum) auditorem attentum, bencuolum, perinde si nos orare, ac supplicare doceat. Primum ut postulemus a Deo, gratias illi nostras esse preces, ne simul acclamare coepimus, nos abiiciat, minime sibi cogitanda que poscimus, existimans. Verba sua dixit orationem illam modulatam, rythmo, cantuque currentem. Aures Deo tribuit ανθρωποδος, ex similitudine nostrorum membrorum, qui solis auribus audiunt, cum Deus nullis auribus corporis praeditus, omnia, toto mundo, vel silentia exaudiat. Aures igitur quasdam diuinis, immensas, omnia percipientes sentiebat, in qua nuncupatione nihil aliud cum nostris auribus, quam solum nomen, commune. Is est cui longe rectius quam Soli conuenit illud Homeri:

Πάνθ' ὄρες, καὶ πάντα τὸν οὐρανόν τε καὶ γῆν τε βούλευε.

Cuncta vides, cuncta exaudis, et cuncta gubernas.

Graci multa considerant non negligenda. Iterare, percipe verba, intellige cantum, vt soleant qui toto peccatore, & intentissimis animis postulent, vt in intimas aures recordent, idem enim est inaurire. De clamore autem, & verbis, quae ferunt discrimina cum non sit Hebraicē κραυγή, clamor, sed vel meditatio, eloquium, susurrus, vel cantus, non sunt admodum examinanda. Inculcat similia multis verbis.

Intende voci orationis meæ, Rex meus, & Deus meus,

E

Quoniam ad te orabo.

Quoniam.

Pro orationis meæ, est ψυχa shuae, clamoris mei. Voci inquit clamoris mei, vt translit. Hieronymus, pro Quoniam ad te orabo, est dictio ριki, designans quoniam, & cum, vt dicat, cum ad te orabo. Cetera clarent. Exaggeratis multis nominibus, intetissima petitio, & vt in intimas animi sui partes qui maria & terras, cælumque implet, recordat, ostenditur: calamitatibus autem circumuenti, grauissimis malis affecti, aut ad Deum configimus, aut regum, dominorumque dextras imploramus. At mihi, inquit, nec alius est rex præter te, cuius opem implorem, nec Deus, qui communis præsidio rex hominum defendas. Tu cunctorum moderator, gubernator, eorum vel imprimis, qui se auxilio tuo sperant, confidunt defendendos. Regem inquiunt Graci, vt moderatorem, prouidentem, Deum vt Plasten, formatorem, creatorem, auctorem. Cur præcipue tu Deus meus, quia simulacra, pecudes, lapides, trunci, sidera cæli, vt cuiusque ferebat cupiditas, variisque error, eo tempore cœlebantur, numen habere putabantur, ne magnis quidem philosophis cum vulgo non cœcumentibus. Nihil horum mihi numen, sed tu unus humani generis verus autor. Non ego qualis impius imperator Julianus, cuius Deus erat Sol filius summi boni, vt prædicabat. Plato quoque in Epinomide, cælum inquit pro vero Deo habendum. Alij Venetis astrum, Lunamque celebant. Nihil horum, inquit, mihi Deus, sed tu, tu Deus meus. Nominationem quoque vocans, appellansque rex meus, Deus meus, est veluti cum notos, & quibuscum longus vsus nobis intercessit, appellamus. A rege, rex appellabatur, verus ergo rex regum, dominus dominantium.

Rex.

Deus.

Rex.

Deus.

Mors.

Nam rex erat, Dauid.

Astabo.

Mane.

Domine, mane exaudi vocem meam: mane astabo tibi,
& videbo.

Oc ordine versus digerendi, quorum in Græcis, Latinisque confusio, sape facit, vt difficultius intelligantur. Et pro Astabo, fons την̄ ecrach, præparabor, vt veritatem Hieronymus, ordinabo. Haud dubium cunctis in eundem sensum conspirantibus, quin matutinam orationem nominans sentiat tempus, primum purum, quod primis, maximisque rebus debeatur. Primum, Christus ait, querite regnum Dei. Hæc prior cura, cunctis diurnis negotiis præferenda. Ut primum, inquit, corripio è stratis corpus, ad te me verto, mentem, virisque ad te cunctas colligo. Ille flos temporis, satiatis quiete sensibus, nullo dum mortali negotio, tristitiam & curam, inanemque cogitationem exhibet, ac velut vestem puram notis inficiente. Cum negotia quibus vita sustinetur, corporea, caduca, citè peritura noscantur, quæ vero sapientia, pietatisque sunt, eternitatem respiciant, quis dubitet quin hæc actionibus omnibus sint anteponenda, & pulcherrimo principio dies inchoatus? Vt tamenque hoc diuinum documentum omnes attenderent. Hæc psalmorum purissima philosophia, Superiorius ad quietem vespertinam proficentes hortabatur, opera diurna perpendere;

Appendere, discutere, nunc diem felici exordio ausplicari. Omniūq; sapientum præceptum est, In primis venerare Deos. Et Pythagor. ἀληθές θεού πρότα θεού τούτου τημα. Immortalis. Quod ergo dixit præparabor, vt superius monstratum est, aut præparabo, quod Hebraicis leis quidem magis placet, orationem ordinabo, digeram ad te orationem: sic q; exposuit Rabbi David, & primum Auen Esra. Pro hoc clarius posuit Chaldaeus την̄ esader, ordinabor, aut, Ipse ad te præparabor. Quod item dicit, Videbo, exponunt Hebræi, sperabo te mihi daturum que postulo: Præcomperio, exploratique, videbo, experiar. At Rabbi Salomon, quod & ipsum bonum est, videbo clarè pœnas te de his sumptis, quos paulò post nominat: Neq; habitabit iuxta te malignus, præcipue si psalmus respiciat coniuratos, contra quos orationem fundat, eos vel maximè, qui eius consilij principes fuissent. Videbo, ait, meisque oculis intuebor hostes oppressos. Posset etiam exponi, Mane præparabo orationem, & videbo, oculos apriam ad te, euigilabo, intentus ero, non deflectam à te oculos. Is verior sensus, quem in sua tralatione referens Hieronymus præclarè dixit, Mane præparabor ad te, & contemplabor. Quidam Græcorum codices, perperam habent pro ἄλογοι, videbo, ἄλειψε, videbis me, vera lectio πρόσωπον azapho, videbo, vigilabo, contemplabor, respiciam. Exaggerat multis verbis cundem sensum.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es: Neque
habitabit iuxta te malignus.

PROPTER hanc causam superius exponebant quidam ex Hebraeorum classe, Videbo cladibus acerbis oppressos inimicos, quorum est nefaria crudelitas, atque impicias: quod tibi, inquit, displicet impietas, iniquitas, omnis aequitatis, & ordinis in mundo repertori, qui rerum pulchritudinem ordinibus certis constantē edidisti. Quod odio, & dolor contra nefaria, crudeliamque afficeris, iure coram te rege, dominōque meo, preces meas fundo, flēnsque auxilium imploro, vt impietatem persecuaris, qua filio meo duce, populus in me coniurauit, eōisque maximè suppliciis afficias, qui plebem ignaram ad impia signa coegerunt. Iniquitatem ergo, vel illam cōiurationem vocat, vel vt Græcis placet, omnem simulacrum nefarium in contumeliam veri Dei, cultum, cōtra quem, & autores eius, vt plerosque alios psalmos, hunc quoque David ediderit. Ut veri Dei cultu, religione pura, falus humani generis continebatur: sic eversio sceleratis illis superstitionibus, quarum alii humanus sanguis fundebatur, alii ad flagitia, turpiaque homines inuitabantur. Has seculis illis vigentes impias superstitiones humano generi perniciose, summo autem Deo contumeliosas respiciens David, multa aduersus eas, earumque autores precati. Itaque si displicet hominibus probis, ac iustis iniquitas in terra, magis certe displicet summo Deo. Quod vel Homerus scripsit:

Οὐ γάρ θεοί χέτλια ἔρχα φίλοιστοι.

Ἄλλα δίκαια πιμάστοι.

Est autem pro ἀνομίᾳ, iniquitas, Hebraicē γαρ resha impietas. Idq; trāstulerunt psalmo pri-
mo. Quanquam sub hoc nomine, cuncta flagitia clauduntur, quemadmodum sub Græco
ἀνομίᾳ, violatio legis, & iustitiae. Nam iustitiae facta, vt Aristoteles ait, πονητική, καὶ φυλακή, εἰς
εὐδαιμονίας, faciunt, & custodiunt felicitatem: Contraria, tristitiam, infelicitatem. Omnia
ergo mala cōtinet ἀνομίᾳ, vt Hebraicum resha. Quod autem ait, Neq; habitabit iuxta te ma-
lignus, eandem sententiam alis nominibus inculcat. Quodque Græcē dicitur πονητούμενος,
malignans, siue malignus, Hebraicum neutrum potest esse γραφή, vt dicat, Neque habita-
bit iuxta te malum, icelus, turpitudo, non affidebit tibi. Vt contraria de iustitia prædicant Sa-
lonomon, priscique Poëta, vocantes eam πόνησθαι δέ, Louis affricem, summi Dei comitem,
affidentem ei, ad thronum eius confidentem. In contrarium ergo, Non affidebit tibi sce-
lus, turpitudo, prauitas, fugas eam, execraris, detestaris. Quod si ad personam refertur, idem
fensus. Non placet oculis tuis improbus, nunquam erit tecum, neque in regnis tuis, neque
in animo, peccatore, complexu. Non commoratur tecum, non versatur in cogitationibus
tuis, exultat à tua charitate, qua soles iustos amplecti, diligere. Non est illi pars in amicitia
tua. Habitare igitur refers, aut ad patriam celestem, quod nō est aditus sceleratis, impuris,
homicidis. Nam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, aut est declaratio præ-
cedentis. Non Deus volens iniquitatem, non vis malignum, non est in animo, benevolen-
tiāque tua, auersaris eum. Malignum Latinus dixit, rectius dixisset improbum, scleratum.
Nam Latinis maligni sunt, parci, auari, tenues, vt, Sub luce maligna, pauca, exigua, in

noua luna. Huic contrarium benignus, liberalis, apertus. Nomen ex Latino malum, & D
Greco γῆς, nescens. Mala cognoscens, mala sentiens, malus animus, mala mens, eoque
tendit nomen ad alia flagitia.

Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos: odisti omnes qui
operantur iniquitatem.

Nculcat similia. Quos Sept. dixerunt παρεγόμενοι, iniusti, exeges, praevaricatores, sunt
Hebraicè עֲבָדִים hollelim, praui, stolidi, iniquos eos trastulit Hieronymus. Et quod
dixerunt, Non permanebunt, est ωτον it iazebu, astabunt, assistent: codemq; atque
superiora, sensu. Non vis iniquitatem, non habitabit iuxta te malignus. Cur autem nō per-
manebunt? nimirū quia odisti, prosequeris odio, stolidos, amentes, turpia magis quam pul-
chra diligentes. Stolidos etiam transtulit Chaldaeus. Maleficiis enim & peccatis vera stolidi-
tas, atque amentia, proditur. Hæc ex parte referunt Græci ad Idololatras, quorum esset
impiæ superstitione, tum verò Iudeos, qui verè vocentur παρεγόμενοι, legis transgressores. Pari est,
omnes peccatores designari. Explicatque nominatim scelerata, quæ Deus odisse soleat.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium, virum sanguinum,
& dolosum abominabitur dominus.

Mendaciū.
Cedes.
Dolus.

Calumniā.
Diabolus.

Dolus.

Sanguines.
Abominati.

R I A grauissima peccata. Hæc sunt ea quæ multis verbis superius indicauerat. Qui
operantur iniquitatem, iniusti non permanebunt. Sciendum hæc tria codem perti-
nere, loquitur mendacium, vt interficiat, vt dolo circumueniat. Mendacium, dolus,
que propter cedem. Idem igitur medax, sanguinolentus, atque dolosus. Omnia cōtra salu-
tē proximi. Itaque de mendacio letifero, extiali, de falsis calumniis, de funestis criminibus
fermo est. Vocat mendacium calumnias. Crimina, quibus apud principes falso delati non
nulli, sunt interficti, patrimoniis multati. Calumniæ Græcè dicuntur οἰκόλων, hinc diabolus,
quod aduersetur, quod humana facta semper calunietur. Eum sequuntur, imitantur, expri-
munt, quos nunc psalmus designat, non secus execrables, iniusti q; Deo, quam princeps ille
calumniarum. Designantur homines malefici, pestilentes, quos primo psalmo vocauerat
Lezin, delusores, loquaces, linguiſos, Græcè pestilentias, oblatrantes, obgannientes, fra-
duleter nocentes, proditores. Idem sunt viri sanguinum, sanguinis appetentes, sanguine
fundere gaudentes, homicidae. Idem quoquidem dolosi, dolos struentes: Græcè δόλος, qua voce
velut Latina abutimur, fraus, insidia dicuntur. Ergo dolosi, insidiosi, pleni cogitationum
maleficarum, nocentium consiliorum, clades, pestesque alienas appetentes. Hæc omnia,
aut quo potiantur opibus, quas inuident possidentibus, aut quo voluptates, & honores,
aliis deiecit, consequantur, aut quo sunt natura malefici, & iniusti. Qualis illc Dionysius
tyrannus. Dolus igitur, siue fraudus fit, aut amicitia simulata, aut dissimulata prava voluntate.
Eoque vocatur etiam proditio, in sacris litteris, laqueus, pedica, fouea, quod quemad-
modum his insidiosis beluae capiuntur, sic obtenta benignitate, aut prauitate dissimulata,
mortales a sceleratis irretiuntur. Principium est lingua nocens, calumniosa, deferens falsa,
astute, solertiaque iniqua. Ingenium illud fraudulentum, gnarum, latentes, adumbratásq;
insidias inueniendi, nunc psalmus innuit, iniustumque Deo predicit. Hos ait ab eo perden-
dos, ex hominis memoria delédos, execrables. Sanguines numero multo dixit, Hebraico
ritu, vt pulmones Latino. Abominari est, velut execrari, è sacris delere, tollere de numero
sacrorum, idque maledictis, diris imprecationibus. Sic abominari, pro malo omne habere,
pro re scelerata, mali ominis, proptereaque iniustum habere, odio prosequi.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in
domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum,
in timore tuo.

Dan. 9. d.

L L I, ait, sunt execrables, abominabiles, iniusti tibi, extra sacra, sine bono omni, e
mali ominis, non videndi propter dolos, mendacia, homicidia: at ego te sequar, co-
lam, venerabor, sacras ædes adibo. Non ero quemadmodum illi, maleficus, prauus,
gaudens malis: Veniam ante oculos tuos, in conspectum tuum: me dabo in multitudine
misericordiæ tuæ, quam expecto, spero, presentemque cerno: non mea probitate, iusti-
tiaque fretus ad te venio, sed incredibili lenitate, clementiæ tua. Condemnatis igitur
improbis, reuertitur ad superiora. Manè exaudies vocem meam. Faciam, inquit, quod
hortatus

A hortatus sum primo psalmo, adibo sacrarium tuum, seruam tibi in timore, reuerenter,
piè, castè te colam. Diximus enim saepe, pietatem, religionem, Hebrais vocari timo-
rem Domini. Templum Græci, vel hoc terrestre, vel caeleste posse sentiti suspicantur. Et timor.
quoniam gentes intemperanter, ac lasciuè suis in templis agerent, securus se futurum in tem- templum.
plo Dei, polliceri prophetam, atque (vt aiunt) breuiter sceleribus iniustis Deo, peragrat, prophetam ad seipsum reuerti promittentem se castè, promptè numen diuinum venera-
turum. Non tanquam iustitiae plenum, sed uti eum cui Deus condonat peccata, quémque
ex sua clementia, gratum, acceptumque habeat.

Domine, deduc me in iustitiam tuam: propter inimicos,
dirige in conspectu tuo viam meam.

V E M A D M O D V M saepius admonuimus, Psalmorum precatio-
nes ed spectant, vt psalmorū
vel pericula vita procul esse suppliciter petant, vel efflagitent ne quid grauius pec- precatio-
cent, ne iustitia violetur. Ad vtrunque, quoniam nec vires animo ad conserua- nes, vita
nem æquitatis, nec corpori ad vitam tuendam supersunt, opem Dei implorant, vt hinc pericula
veterem illorum sapientem agnoscas, qui non minus flentes, supplicésque ad templum
Dei venirent oratum, ne se paternerent in aliqua flagitia prolabi, quām ne ab hostibus cir- peccata de-
cumuerintur: quod intelligeret violata iustitia, futuros se Deo iniustos, ob eāmque cau- precantur.
summis precibus contendebant à Deo, vt eos ab omni scelere tueretur, eis vbiique lucem
iustitiae præferreret, viam ignaris ostenderet. Hoc igitur est, quod ait, Deduc me in iusti-
tia tua. Doce iustitiam, ius, æquitatem: instrue tu ignarum. Nam te sine, nil altum mens
inchoat. Caligat oculus humanus ad iustitiam. Deduc autem vt non modò doceas, eru-
dias, verum etiam nolentem, ac multa propter imbecillitatē, reluctantem trahas, velut illi
manibus Angelorum ex incendio Sodomæ violenter abrepti. Quanquam verbum Græ-
cum ὁδηγήσονται, est potius per viam agere, viam ostendere. Hebraicum similiter νῦν neche-
ni. Quod ait, Propter inimicos meos, exponunt codem sensu Hebrai. Ne inimici super propt. ini-
calamitatibus meis exultent. Ne me in scelus prolapso triumphent, haud ignari tunc mi- meos.
hi auxilium tuum defuturum, vt tertio psalmo: Multi dicuntur animæ meæ, non est salus ip-
si in Deo eius. Inimici perspectum habentes, quos Deus suo fauore destituisset, facilius
opprimendos esse, destitui autem, qui se sceleribus dedidissent: exultent vtique si quid
me peccasse, si iustitiam violasse animaduertant, eam ob causam Balaam ariolus, docuit
Regem Moabitarum, si superare vellet Hebraeos, in conspectum agere mulieres formo-
fas, quibus Hebrai miscerentur. Idq; factum est. Exponensque hūc locum Auen Esra, Pro-
pter inimicos meos: Quia, inquit, timeo, ne pes meus prolabatur, tunc ad supplicia trahas
me. Tunc verò inimici mei exultent. Inculcat simile: Dirige in conspectum tuum viam
meam. Hoc quidem in Græco est, apud Septuag. κατερθεούσαντο τὸν τέλον μου. Hebrai-
Ccè secus, Dirige τῷν νῷ lephanai darkeca, Ante conspectum meum viam tuam. Dirige,
ait, viam tuam ante me, Ostende viam tuam mihi planam, Aperi oculis meis viam tuam,
nempe sapientiam, iustitiam, æquitatem. Hanc mihi demonstra: ea enim est via ciui,
hac illi cordi est. Hanc ipse pergit primus, iustitiae repertor, princeps, autórumque omnis
ordinis. Est autem hæc oratio, qualis illa, Ab occultis meis mundā me, & ab alienis par-
ce seruo tuo. Occulta scilicet crimina, quæ dormitante animo patrantur, reuela, aperi
mihi, vt caueam. Est igitur toto hoc versu postulatio sapientiæ, postulet (inquit diuus Iacobus) nihil hæfitans. Propterea vocatur dator luminum dator gratiarum, vt apud Ho- Deus dator
merum, Hesiodum, Δοτίπεταν. Idcirco Aristoteles sapientiam ait esse θεόσθρον. diuinitus gratiarum.
dari, munus esse Dei, vt Marcus Tullius. Non moror nunc, quod Chaldaeus cum vox γρηγορίου
shor erat, sit amphibola, sonans inimicos, & cantum, transtulit cantum meum. Nam pri-
mus Hebrai sequuntur, & sensus docet. Non est ergo dicendum, Dirige in conspectu tuo
viam meam: sed, quod aptius est & clarius, vt ex Hebraico transtulit Hieronymus, Dirige
ante faciem meam, viam tuam, Nimurum oculis meis, viam tuam demonstra. Symmachus
transtulit ἐξουάλιον ad aqua, explana viam, fac mihi viam planam, regiam, qua pergām. In
dextram, vel sinistram ne deflectam. Idem sensus, exponuntque Græci, plena esse insidia-
rum oninia, obiices, & scandala, occursare vbique. Ob hanc causam, Da facilem viam tu-
tu comes, tu dux esto. Pertinet (vt dixi) ad postulationem sapientiæ.

Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttus eorum, linguis suis dolose agebant.

N vs est versus Hebraicè: exhibeturque à Hieronymo. Pro veritate, est **מִתְּבָנָה** necona, rectum, recteque vertitur veritas. Pro corde **בַּבְּרֵבֶת** kirbam. Medium eorum, præcordia, viscera, pectus eorum. Pro **מִתְּבָנָה** vanum, in Hebraico **מִתְּבָנָה** hauoth. Praeum, peruersum. Peccatum eorum dolosum, prauum. Quod ait, Linguis suis dolose agebant, Hebraicè eodem sensu, linguam suā **וְיָחִילְחָוּ** iachlichu, mole faciunt, blandiuntur lingua. Lingua eorum blanda est, dulcis. Eoque Hieronymus transtulit, Lingua suam mollificant. Nempe palpantur, adulantur. Sub lingua blandities, latitatis in pectore scelus. Recte Septuag. interpretati sunt hanc mollitatem, blanditiásque, dolum, infidias. Describit inimicos, quibus armati dolis occurrant. Genus inimicorum letale, pestiferum. Homerus, atque Cæcilius antiquissimi vates, pessimos esse prædicant inimicos, qui nos sub obtentu amicitiae circumueniunt. Et Christus: Cauet è falso prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Eiusmodi suos inimicos esse prædicat propheta verus. Ab eorum infidiis orat defendi. Quod dixerunt Septuag. Cor eorum vanum est: et si mendacium dicitur vanitas, mendaciumque illi, iure vocantur vani: nomen Hebraicum ramen aperte indicat peccatum dolosum, infidiosum, plenum maleficarū cogitationum. Cum ait, Cor eorum vanum est, dirum, crudele, moliens cædes, rapinas. Quod autem ait, Sepulchrum patens est guttus eorum, et si potest intelligi guttus foeditum, exhalans cædes, E scelerata, pessimè, letaliter olens: placet tamen interpretatio Rabii Daud. Ruina, inquit, est eorum guttus, vorago. Agitur in præcepis, qui guttus eorum attendit. Impellit homines in apertissimas voragineas eorum guttus, agit in barathrum, hiat eorum guttus absorbere param, veluti barathrum. Græci scelerata, mortifera dogmata ex gutture improborum manantia proponunt. Illud Daud placet.

Iudica illos Deus, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

V DIC A illos, fons eodem ferè significatu, **מִתְּבָנָה** face eos peccatores, ut sic loquar. **N**imirum, quod transtulit Hieronymus, Condemna eos, habebo eos in numero celestorum, damnatorū delinquentium. Idem Chaldaeus pro Hebraico **מִתְּבָנָה** chaib, condemna. Fuerunt, qui deducere superius verbum, ut testatur Rabbi Daud, à **מִתְּבָנָה** shamam, perdidit, vastauit, destruxit. Sensus idem Græcè, & Hebraicè. Oratque, ut consilia eorum, quibus cædem, valetatēque bonorum moliebantur, nullum exitum habeant: nihil eorum, quæ contra pios cogitassent, in lucem veniat. Et pro scelerum magnitudine pœnas dent, expellatur à Deo, nempe quod Hebraicè est **מִתְּבָנָה** hædichemo, impellantur, dissipentur, destruantur: id enim eorum peccata promerteri. Quod autem ait, Quoniam irritauerunt, fons **מִתְּבָנָה** maru, Rebelles fuerunt, obaudierunt. Non paruerunt imperiis tuis, imperata facere neglexerunt. Et, ut ait Rabbi Daud, Regem tu me declarasti, me regnare **מִתְּבָנָה** iussisti, spernunt illi hæc iussa, hanc tuam voluntatem. Oderunt me, nunquam non mihi detrahentes, vitam cum imperio auferre conantes. Cum sint igitur aperte nequissimi, tolle eos è medio. Sola pietas tua, & qui te colunt, leti vivant super terram. Omnis autem pestis, omnes, quibus pietas odio, & contemptui est, aboleantur. Nam alibi exclamat, Multiplicata sunt infirmitates eorum. Pro quo fons, Multiplicata sunt idola. In idololatras igitur inuehitur. Propterea subiicit:

Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

A LAM est, in quos tot diris inuehitur, eorum interitum multis precibus efflagitans. Magna enim illis saeculis inter Hebræos veri Dei cultores, reliquasque gentes, carumque reges controuersia, summa odia, quemadmodum hodie inter Christianos, ac Turcas semper aduersæ religionis exitum molientes. Reliquæ nationes Deorum quos colerent, maiestate innumere, tuebatur, omnes adorare cogebant, qui non adorarent, bello persequentes. Ob hanc causam à finitimus gentibus Hebræi continuis bellis premebantur. Inde est quodd ubique in psalmis contra simulachra, eorumque veneratores, pro religionis

*Sepulc.
patens.*

Iudica.

*secundum
mult. imp.
eo. expel.
Quoniam
irritate.*

A religionis verae incolumente preces habentur. Huc fere Psalmi spectant. Quod Sept. dixerunt **καὶ τὸν λαόν** εἰς τὸν νοῦν, Habitabis in eis, fons habet **τὸν νεφέλην** vetasch alemo, & protexit **τὸν λαόν** *Et habitat* eos. Quemadmodum reddidit Hieronymus, obumbrabis eos, ne inimici eis noceant. *bis in eis.* Sperant autem in te secus, quām illi, qui te spernunt, nesciunt.

Nos tua progenies, celi quibus annis arcem. Existet autem letitia, triumphusque apud tuos, qui nomē, maiestatēque tuā venerantur, hostibus corū deletis. Quod Græci int̄pretes dixerunt **καὶ γῆστραν** gloriabuntur, est in fonte **εὐπλάσιον** iaezu, sonat triumphabunt, lætitia efferentur: quale fit à victoribus. Pacem igitur, quietēque ab hostibus, exposcentes, in laudibus summi Dei duntaxat, simul religio-*Gloriabuntur* *Scutis bonis* *Volutatis* *Razonis* nis eius cultu versari cupiebant. Inimicis autem cladem imprecantes ostendunt eos, vel bello aperto infestos fuisse, vel clam, & per blanditias Hebræos à cultu veri Dei auertere studuisse. Vtrumque belli genitū Psalmus decantat.

Quoniam tu benedices iusto: domine, vt scuto bonæ voluntatis tuae coronasti nos:

V O D Græci interpretes ediderunt **σπλαγχνάς**, Scutum benevolentiae, quod Latini bonæ voluntatis, est clarum. Nec aliud sonat Hebraicum, **מִתְּבָנָה** Zinna razon, scutum voluntatis, Clementia scutum, amoris, benevolentiae: coronabis, circundabis, proteges, amplecteris. Ut si figuram Hebraicam aperias, dicendum sit: Amplectere totum benevolentia, & charitatisque tua, veluti scutum nostrum, quod nos vindique protegat. Est autem in fonte non coronasti nos, sed **מִתְּבָנָה** tacterenu, coronabis eum, vt referatur ad iustum. Est item futurum, quasi deprecatione, non præteritum. Hieronymus quoque coronabis eum, Psalmus, vt docuimus, omnibus assentientibus, est oratio pro salute piorum, verum Deum, eo tempore colementum, contra vanissimas illius saeculi religiones.

TITVLVS, SIVE INSCRIPTIO PSALMI SEXTI.

In finem Psalmus David pro octava.

A Æ P E N V M E R O declaratum, quid sit quod Septua. interpretēs trans-ferre solent, **εἰς τὸν οἴλον**, in finem, pro Hebraico lamnazeach. Ob vocem **λαμβανεῖν** nazach, quam illi putantes æternitatem designare, transfe-runt in finem, nempe in æternum. Sed verius sonat, aut ad canendum, aut vincentem: Vincentem, vel in cantu, vel victoriis. Id sciens Nicolaus ab **Hebreis**, refert in finem intelligentem ultimū de potentia in conatu can-torum. Videlicet ad canendum vehementer, toto pectore, & quasi stento-reis vocibus, alacriter, vt alio in psalmo. Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? Ut vult diligi toto corde, sic toto pectore canebatur, efferebatur à Prophetis. Hoc desi-gnatur vox lamnazeach, Quod autem sequitur, Pro octava, clarissimus Hebraicè **מִתְּבָנָה** al-hasheminith, super octava, super octochordio. Canitur ait is psalmus, cum octochordio, quemadmodum cæteri psalmi, cum decachordo. In Italia viget Heptachordum. Dixi prefigi psalmis instrumentorum Musicorum nomina, velut apud Comicos nostros in principiis Comcediarū. Tibiis paribus vel imparibus. Ecce igitur quæ prefigi solent psalmis. Quoniam Psalmus quoq; Carmen est, pertinent ad musicam, vocibus humanis, concentuq; in-strumentorum constantem. Humana vox designatur nomine lamnazeach, lyrica cum no-minatur octochordum, decachordum: Cithara, psalterium. Hoc igitur rectius est de octa-ua, Hebræis, & Nicolao consentientibus, quām quædam apud Græcos, Latinosque, quibus octava significatus ignotus fuisse videtur. Argumentum Psalmi. Plures ferunt orationem esse, furorem Dei placari postulantem, cum Daud populum iactanter, gloriosè numerari, censūmque haberi iussisset, non oblato munere Deo, qui præcipiteretur in eiusmodi cen-sibus offerri. In Exodi his verbis: Quando tuleris summam filiorum Israël iuxta nume-rum, dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, & nō erit plaga in eis cum fuerint recensiti. Hoc eo tempore seruatum nō fuisse, fieri quidem potest. Videtur probabilius ad vniuersas vexationes, quas iratus sceleribus humanis Deus importet, referri nullo in parti-culari, considerato. Erat prophetis exploratum, ad omne temporis momentum mortalem peccare posse, medicinā delictorū esse quotidiana, indeficientemq; depreciationē, vt cūm EE ij

Moses supplex manus in cælum tenderet, victore populo, cùm remitteret, terga dante, hostibus insequentibus. Pro quotidianiis igitur delictis, ob quæ cresceret animus, virésque hostibus idololatri, deprecatione est. Erat enim tunc supplicium scelerum, quod præsidio Dei destituti, insultibus inimicorum, omnibus calamitatibus patebant. Obliteratis autem per orationem peccatis, hostes debilitabatur, minucabantur audacia, bellum aduersus amicos Dei infelicitate geregant. Carmen igitur oratio est ire Dei placandæ. Hanc multo cum animi affectu profudit, omnes preces adhibet. Et in principio dixit, ad canendum vehementer. Demum cùm valuisse preces, cùm se diuinitas auribus contemptui non fuisse sensisset, inimicis insultata, minatur interitum. Eorum stragam yaticinatur, fugam parare, quantaque in pedibus celeritas sit, terga vertere iubet.

P S A L M I V I . E X P L A N A T I O .

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

NIMADVERSA sepius, ostensaque sermonis Hebraici his in carminibus saeculis confuetudo: repetunt, inculcant, exaggerant, eandem sententia verbis diuersis, aut ingentes animi motus innuentes, aut omnibus precibus a Deo, vel gratiam, vel delictorum veniam petentes, vt nunc, Ne in furore, ne in ira, ne arguas, ne corripias. Post, Miserere mei, Sana animam meam. Quo circa cùm prima pars obscura fuerit, recurrendū erit ad secundam. Sic posterioris declaratione, prioris obscuritas tolletur. Furorem Deo sacra litteræ, quas etiam prisci Poëta sequuntur, tribuunt: non vt Stoicorum apatheia. De ira Dei. bus hominem nudatum, saxon, stipitem constituerint. Deus igitur irascitur, sed non accensione sanguinis, non cōmotione animi, non oculis suffusis sanguine, vultusque pallore. Nam ne Stoicis quidem melioribus fuit obscurum, quemadmodum Deus irasci, non commotus vt mortalis, posset. Omnes enim seueritatis actus, potest edere mens sedata, placida, quos ab irata postulares. Res peteret, vt magno quo scelere perpetrato, Deus (de quo doctissim⁹ Philo ἡ τέλεσθαι μαρτυρίους θεού, cui comes ambulat iustitia, flagitiis inimica) iuratus sceleratum raperet ad supplicium. Hoc faciet, non quidem iratus, non perturbatus, sed placidus, eodem statu, habituque, & vultu, quo cælum, tempestatisque serenat, sui similis semper. Sed quia ira nobis domestica, qua britis comparamus, nec sumimus penas, nisi irati, furore perciti, quoties Deum penas criminibus inferre cernimus, non sine magno furore, fieri putemus. At si mentem rari alicuius, multumque Deo similis sapientis meliores Stoici viderunt, asserueruntque placidam, tranquillam, sine nubilo castigare posse delinquentes, certe potest, & debet id longè facilius cogitari de Deo. Ex penas igitur, irarumq; eucenti, iudicarunt mortales Deum irasci. Ira igitur Dei, (vt magna ex paruis intelligas) est, qualis ferunt iram esse sapientis, cui eadem alacritate, cōstantia, tranquillitate, nihil immane furore admisceente, vel graues penas sumat, atque cælum, sidera, terras contempletur, placidus vbique. Seueritatisque melior, cui minus iracundia admiscetur. Iustitiae cursum, recta ratione peragere, nulla comite iracundia. Hæc ira diuinæ toties in sacris litteris protestatio, declarat, non quemadmodum Epicurei, multique alii paris amentiae, Deum oscitantem, otiosum, nec habere, nec faceſſere cuiquam negotium: imd̄ testatur eum irasci, cōmoueri, indignari ad peccata, sed propter humanitatem, clementiā, tandem ad vindictā procedere: negligentiā, quod erat humanitatis, illi putauerunt. Diuisa est prouidentia Dei: partim plerit, secura, grauis, indignans contradelinquentes, eos ad penas nisi penituerint, expectas, magnis oculis omnia colluistrans: Partim remuneratur, vel continuo pios efficiens beneficis, vel præmia ingentia parans, perugil vbique. Hoc indefesse sacra litteræ recinunt, hoc vbique personant. Nec iustos iacere moestos, sine spe præmiorum, nec iniustos alacres esse, ob impunitatem deceptos, sinentes. Qui putant ultra mœnia mundi sepositum res humanas negligenter otiosè suis opibus frumentum agere, audiant eas vbiq; delictis irasci Deum carentes. Quod ergo ait, Ne arguas me. Hebraicum non verborum est, sed operationis, ne arguas. Ne flagelles, ne punias, rapias ad supplicium. Hæc supplicia penæq; non manibus inflictæ, velut humanæ, sed conuocatis elementis ad perniciem populorum dempta foecunditas agris, missa cælitus nimborū tempestas, omnia latè diluvio immani corrumpens, locis calidioribus

Adioribus squallor, sitis agrorū, flumina, lacus exhausti, cunctis autē tertis, siue ad plagā Solis adiacentibus, siue remotis cōtagio cæli, mortaliū strages, sedibus excitæ gentes infestis armis irruentes. Sūt quoq; priuate pœnæ, nullis nominibus subiacētes: Nec si lingua ferrea sit,

Omnia pœnarum percurrire nomina posim.

Pœnarum igitur genera, vel vniuerſalia, vel particularia, vel oculis omnium manifesta, probata, testata, vel occulta, solis qui patiuntur, si sapiat, cognita: Viris sanctitate, sapientiāque insignibus indignatio Dei manifestior, aut oraculis, munisque cælitus missis, aut solertia, iudicio, (Prudentissima enim sèque ipsam noscens vera sanctitas) Nō agitur pecudum more, rerūque ignoratione decipitur. Hique maximè Deum irasci noscentes, & timentes, accurrit ad preces. Cæteri se ipsis nescientes, qua peccant imperitia, peccatis remedia poscere negligunt, simili, qua vixissent stultitia pereentes. Dixit ergo, Ne queso cum furore, cum iracundia, castigis, ad pœnam voces, sed placidus esto, mitis, ignoscens. Ne sis iratus, cuius est ira formidabilis, horribilis, extimescenda, nota nimis miseris. Quas pœparati simile, nullis non precibus adhibitis. Neque in ira tua corripias me. Est Corripere verborū Corripere, castigatque, auditque dolos, subigitque fateri.

Corripere, verborum non esse apud probatos, arbitror, magis corriger. Corripere, vehementer rapere, recteque ad supplicia, pœnasque refertur, ad quas velut rei trahimur à Nemisi. Quæ si corriperet irata, quoniam mentem maximam par ira, scelerūque odium, potestasque item sequeretur, quas eder et ruinas? Sed iram minuit summa bonitas prodesse vehementissimè cupiens, non nocere: vita, non mortis, cupidissima.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam contubibata sunt ossa mea.

ERSTAT immobilis, fixusque precando. Obsecrat, orat, obtestatur, preces descendit in omnes. Quod prensa dextera, genib⁹q; aduolutus, vt mortales solent, non potest, pergit animo, preces omnes effundens, sèque ipsum totum in orando colligens. Ante oculos magnitudinem diuinæ indignationis obuerſans, preces addiderat: nūc velut ira sedata, qua nō sint marini fluctus magis horrendi, misericordiam, seu beneficiū petit. Verbum miserendi Hebreis dicitur, à visceribus ὑπὸ rachamaim, quædam quasi viscerum Miserere, conuulsio, motus interior præcordiorum. Hinc cōmotis, coactisque visceribus, aut illacrymamur, aut vox fauibus hæsit, obstrusis dolore meatibus. Hunc motum ingenerat dolor ex alterius calamitate suscepitus. Qui non dolet, non commouetur, lætatur pōtius. Latini verbum miserendi, videntur à Græcis accepisse, μισθε, odisse, & μισθος, odibilis, quasi qui miserentur, dolorem eius, calamitatēque odio habeant, cuius miserentur. Postulat igitur hoc in mœta diuinæ, suarum pœnarum odium, vt Deus precibus eius placatus, odio penas, suppliciaque habeat, quæ latus propter iustitiam destinasset. Itaque misericordia postulatio, est eadem vt ne corripiat, ne arguat in furore. Quod autem causam affert, Quoniam infirmus sum: est velut alio in psalmo, Qui sanat omnes infirmitates tuas. Ut igitur Græci, Latinique eisdem nominibus appellat morbos animi, atque corporis, ipsūque nomen ægritudo de animo maximè est, Græcè τάθη, quos morbos Latinè dicunt, sic Hebraicus is ferme vocat infirmitates, animi dolores, cruciatus, perturbationes. Ergo, Infirmus sum, est, plenus sum doloribus, crucior, vexor, maxima infedit animum ægritudo. Hanc ægritudinem tolle, tenebras has, clementiæ tuæ luce repelle. Instat pœnarum metus ob conscientiam delictorum. Hunc tu discute, da signa cælitus, quibus agnoscam iracundiam tuæ sedam. Tunc animum relinquat ægritudo, tunc metus, quo nunc genua labant, soluuntur frigore membra, faceſſet, mens velut nubilis, opaca serenabitur, omnisque hæc pectoris atque animi perturbatio componetur. Omnibus autem versibus eadem res aliis nominibus iteratur. Quid sit Miserere mei, disce ex sequente, Sana me. Quid, Infirmus sum? Nempe, turbata sunt ossa mea. Oſſium autem conturbatio, aut ipsa quoque quemadmodum non men infirmitatis, ac sanationis, transfertur à corpore ad animum, designans maximum animi cruciatum: autreuera, quoniam animi commotio, metus, formido, totam corporis compositionem cōmouet, ipsam formidinem pœnarum, qui se Dei benevolentia deſtitutum iuſpiciatur, designat, vt apud vatem, Soluuntur frigore membra. Et Homerus,

Kαὶ τότε ὁ δυνατὸς λύτρος γένεται, καὶ φίλον ἡ τοπ.

Soluuntur genua, peccatumque tremescit Vlysse.

In his litteris, fluet sicut aqua cor eorum, quam nos sermone nostro, animi cōmotionem dicemus, & quod genua labant, apud Græcum Poëtam, Cor metu resoluī: hanc Hebraicus sermo dicet ossium cōturbationem, nempe dolores intimos, alto sub pectore vulnus. Per hyperbolēn cōcussis, cōmotis ossibus, quibus nihil in corpore solidius, maximos cruciatū, quos ex metu pœnarū, aut quia gratia diuinæ dulcedinem abscessisse cerneret, ostendens. Referri per metaphoram ex corporeis res animi, declarat quod sequitur.

Et anima mea turbata est valde: Sed tu domine vñquequo?

Turbari. **M**etus. **q**uid? **D**escriptio. **t**urbati & irati maris. **A**nimi. **v**isquequo? **N**IMA M suam seipsum vocat. Turbari animam valde, quale illud Homerī superius ϕίλον ἡ τοπ, Est enim anima, quod ille dixit ἡ τοπ. Metus autem est animi motus amarus, acerbus, vehemens, exagitans animum, permeans ad corpus. Hæc agitatio vocatur perturbatio. Est perturbatio contraria tranquillitatē, cūm status animi verus mouetur, grauitatis suæ sedibus excitus, circunfertur, vt cūm mare tranquillum, ventorum furis irruentibus, incipit attolli, paulatimque fluctus molibus altis assurgunt. Tunc omnia sursum, sunt deorsum, superis miscentur ima. Simile quid facit animus, siue percitus ira, siue formidine diffugiens, iterūmque recurrens. Dicitur autem turbatio à turba, quod Græcum est τύφη, turbatio quale turba facit, atque ignobile vulgus, cūm faces, & faxa volant, furor arma ministrat, saevitq; animis infana multitudine, propellunt inuicem se, miscentur & omnes. Hoc Vates orationē variās exaggeransq; indicat, Infirmus sum, Turbata sunt of- fa, turbata est anima. Quod autē subiicit, Sed tu domine vñquequo? est ἐποιάπησις, cūm sup primissimus aliquid dolore, aut indignatione, voce intercisa: vt apud profanum Poëtam:

Quos ego, sed motos prestat comparene fluctus. Et, Incipit effari, mediāque in voce resistit. Et Terentius:

Quem quidem ego si sensero.

Ergo nunc ait, Quousque tua procedet indignatio? Quandiu furor iste tuus in me sanguinet? Quem ad finem, pœnarū metu vexabor, conflectabor? Sit tandem finis aliquis impenditum malorum. Hanc suam quam impedita voce postulationem ediderat, explicat aperte;

Conuertere domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Conuertere. **O**n v e r t e r e Hebraicē est, quod Græcē μεταροῦ, pœnitere, mutare sententiā. Et istam, Oro si quis adhuc precibus locus, exue mentem. Exuere priorem mētem, fermentitia. furor animus, ira lōgius, velut equus laxatis habenis, & velut ignis accensus, flamarum longos corripit tractus. Ab hoc affectu pœnitentia vocatur Hebraicē reuersio, conuersio. Cūm redditus tranquillitatē, in suas sedes animus reuertitur: cūm se se ad lenitatem dedit: cūm fluctus tumidi, assurgentefq; posuerūt. Propterea subiicit: Et eripe animam meam. Hæc illa cōuersio, is reditus ad mansuetudinem, lenitatem, vt quem prius furore prouectus, gravioriter afficeret decreuisset, placatus, ab hac atroci sententia absoluat. Eripere animam suam, F Hebraicē, vt superius monstratū est, eripere illummet. Est anima, singulus quisque, persona ipsa. Eripe animam meam, me ipsum libera: vt ponere animam suam pro amico suo, semet pro amico in discrimen offerre. Ab hac locutione Latini plerunque non abhorrent.

Exaggerat mors suo, preces easdem, per omnes supplicationes, animū versans. Saluum me fac propter misericordiā tuam. Hoc erat eripere animam suam. Orat ergo velut ille, Eripe me his iniuste malis. A præsenti periculo vel morbi, vel calamitatum ceruicibus meis te irato imminentium. Quod dixit, propter misericordiam tuam: vel Hebrais testibus, est nō ob mea benefacta, quæ nulla sunt, non probitatem, non iustitiam, sed clementiam, bonitatem tuam, qua diceris humanissimus, natura clementissimus, nō malorum, sed bonorum: cupidissimus. Hæc vna mihi ferat opem. Hæc apud te pro me plurimum valeat. Quod Septua. transtulerunt misericordiam, Hebraicum τὸν chasdeca, est beneficentia, clementia, sanctitas, bonitas. Hinc Chaldeus, quem iure multi sermonis Hebraici vocant paraphrastē, pro hoc Hebraico, posuit τὸν tubac, bonitatem. Ergo clarè dicetur: Saluum me fac, ex bonitate tua: ex illa naturæ tuę singulari proprietate, qua vocaris in omni philosophia τὸν αὐθοῦ, ipsa bonitas, idea, natura, fons bonitatis.

Quoniam

D

AQuoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

Vo d noster interpres dixit, Infernum, Græcē ἡών, Hebraicum ἡָבֵב sheol, tum in Infernum sonat, terrarum profundissimos à luce recessus.

Tantum tenditque sub auras

Quantus ad æthereum celi suspectus Olympum.

Tum fossam, sepulchrum. Pro hoc postremo nunc. Confiteri clarius vertetur Hebraicum Confiteri. ῥ̄ hoda, alio Græco, quod ab Hebrais, Graci mutuarunt ῥ̄. Legemusq; versum, In se- pulcro autem quis concinet, laudabit te? Qui celebrabit te? Innuitq; quod à philosophis Homines cur sancti fummo confirmatur, factos homines à Deo, in theatrumque mundi introductos, sint. vt admirarentur opera diuina eius, admirantes obstupecerent, lætitiaq; animi, laudibus diuinis, ora cōplerentur. Hoc oportere facere viuentes: hoc officiū, munusque vite: non posse defunctos, ex hoc spectatissimo theatro deductos. Ergo non potest te celebrare, qui iam de vita recessit. Sciendum non eum nunc ad animorū immortalitatem respicere (neque enim prisca Hebræorū religio de futura vita admodū loquitur) sed omnis ferè sermo est de præfenti: ad hanc omnia bona, malaq; referebant. Reuelatio cælestium bonorum, in tempora Iohann. 4. Messiae reiiciebatur, non Mosis, non prophetarum natorū in terris, sed eius qui ab altissima patris aula profectus, res arcana apportaret in terras, id manus. Verus igitur nunc sensus B est de inferno, omnis corporei sensus, totiusq; corporeæ vitae priuationē, non tartarū, non gehennam designari: vitam cælestē, neque negant, neque confitentur. Si, inquit, mihi valitudinē pristinam reddideris, aut si me grauium malorum, quæ super nos aduentare cerno, metu liberaueris, tunc omnes habeo gratias, tunc in omnes laudes tuas ora resoluā. Omnes audient me clementiam tuam efferentem. Sententia tua damnatus, & ex hac iucunda luce sublatus, amplius hoc agere non potero. Similia solet aliis psalmis loqui, vt, Non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Et Ezekiel, Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Quia inquietum Hebrai consentientes super hac inferni, quam posuimus interpretatione, discedens anima à corpore, auolat ipsa, corpus descendit ad Sheol, ad sepulchrū, fossam, iustos optasse vitam, vt dum viuerent, agnoscerent, faterentur Deum sumnum, vt animus maioribus premiis afficeretur in cælo.

Laborau in gemitu: lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Y perbolicē, & per exaggerationem, bis lacrymas commemorans. Tantas autem lacrymas, vt lectus flucret. Similis hyperbole nostris poëtis usurpatur:

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Laborem quo se gemere dixit, assiduum, perennēque sentiens, vt gemendo fatigaretur, Laborau in gemitu.

C Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo.

Hyperbolicē igitur dictum, quod fessus sit gemēdo, quod lacrymis velut flumine lectum allueret: exprimens, quātas preces adliberet, quibus animi motibus quateretur, metu malorum quām cuperet liberari:

Tantos ille suo rumpet pectore queſus.

Cur autem in nocte: placet Hebrais, quod noctu grauius ægri, aut qui timent, solicitentur, per singulas noctes. quod soli iacentes, tristibus cogitationibus morbo, vel metu suscitatis, agitetur: velut illa:

Nec pectore noctem Accipit: ingeminent cure.

Græcis quod magnitudine doloris, lacrymarum flumine, penitusque intensa pœnitentia, Virgil. 4. Xeneid. scelus cuperet aboliri. Alludit verò primū:

Turbatus est à furore oculus meus: inueterau inter inimicos meos.

E C T E monet Nicolaus pro θυμῷ, furore, Hebraicū τὸν caas, tametsi sonat furore, indignationē, Hierony. melius dixisse, amaritudinē. Ob amaritudinē, animi q; acerbitas, se turbari. Si quis altius consideret, idem est Græcum, atq; Hebraicū. Furor est indignatio, est acerbitas animi, amaritudo. Hinc à felle amaro fieri in animatibus indignationē. Hinc iracundi Græcē dicuntur τυχοποιοί, acerbi, amari. Ergo, turbatus est à furore, Turbatu ab indignatione, acerbitate. & quod dixerunt εἰπεῖσθαι, turbatus est, Hebraicū τύχων asela,

EE iiiij

verbū hoc fertur ab Hebreis, descendere ab **vv** as, tinea, vt designet corrodere, depascere: sensusq; erit: Corrosus, exhaustusq; est oculus meus ob amaritudinem, acerbitudinem, dolorem. Hierony. dixit caligauit, quod & Chaldaeo placuit, pro Hebraico ponēשׁchashecat. obtenebratus est, obfuscatus. Clarius est iocitus Hebrai & Chaldaicū quod à Hierony.

*Int. inimi-
cos meos.* cūt simul Hebræi, propter inimicos calamitatibus exultantes, super agitudine mea trifl-
phates. Hoc cernēs oculus meus, indignatur, absunt, humor omnis ille defluit in lacryma. Dolor enim intēditur, cūvidem⁹ alios nostrorū malorū spectaculo delectari: minuitur autē si quis dolore suo, detrahit ex nostro. Hoc quoq; dixit hyperbolicas poëticę, vt illud nostrum

*Act. 2.1.
Inueterauit
At, vindi-
cta, bonū,
vita incun-
diss ipsa.*

Et fluctu sidera lambit. Et cælum terrat armis.

Sic nunc, Fluit lēctus lacrymis, oculi exhausti, depasti flendo, flumē lacrymarū demittēdo, vel iuxta Hierony. Oborta oculis caligo, tanta est indignatio, dolor animi, tristitiaq; tenebræ sunt omnia circum. Eripit enim prospectū, indignatio. Declaratur ex sequenti, Inueterauit inter inimicos meos. Hoc erat oculus exhaustus, corrosus, exesus lacrymādo. Eo usque cōsumptus est oculus meus, ait, eousque dolor peruerst intime, diuq; insedit, ut iam senuerim. Animus enim lætus (ait Salomō) ætatem facit. Spiritus tristis exsiccat ossa. Ossibus exhaustis, pellis corrugatur, seneçtutis indicium. Accedebat dolori, quod inimici lætabātur, cuius misereri debuissent, ex illius suppliciis volupratē capientes. Ut enim dulce fuit inimicos vñscisci, eosq; dolētes vidisse: ita grauis dolor, eos in malis tuis videre triūphates. Est autē Hebraica lectio per tertiam personam τριν atheca, inueterauit, referturq; ad oculū. Sciendū quoq; idem verbū interdum significare motum, tralationē, luxationem, ut dici possit. Oculus meus lacrymādo, indignādo motus est, è loco exilit. quod Sept. secuti sunt: id enim est, Turbatus est. Non video cur diuus Hierony, transferat, cōsumptus sum, ab vniuersis hosti- bus meis. At nec persona prima est, & verbū sonat senscere, vel trasferre, quod oculo con- gruit. Nisi fortè Græci sit secutus ιταλαγθη, inueterauit, quod antiquari, consumi designet. Græci dant alium sensum, indignationē, furoremq; non ipsius Dauid, sed Dei, oculum esse mentē, quæ contemplans iram Dei, turbetur inimicos, Satan. At primū melius. Hęc omnia dicuntur poëticē, hyperbolicē, vt & dolor magis ostendatur, & deprecatio grauior, vehe- mentior appareat, malis, quorum medicina queritur, exaggeratis, expositis, explicatis.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

E D D I T V s sanitati, vel metu pulso, atque beneficio Dei immortalis, expiato incommodo, neq; hostibus diutinalætitia, neq; ipsi longiore dolore relicto, in ipsos hostes inclamat, discendant, terga vertant, lætitia, qua super eius calamitatibus trûphabant, non fuisse diurnam. Tantum doloris ex cōmutatione fortunæ superuenisse, quonopere prius lætabantur. Operatores iniquitatis, eosdem quos prius inimicos suos appellat, iniquitati studebant, quoniā dum peccatum, scelusq; Regis, & populi expiarebatur, bellum impiuū indixerant, multa secunda prælia fecerant, multa trophyæ erexerant: Opes eorum diripuerant, cinibus vrbes, viduatas cōcremauerant: choros, ob partas viatorias duxerant: sed hæc eorum lætitia non fuit diutina. Nam precibus Regis, quas multis cum lacrymis fudit, exauditis, vires additæ suis, hostibus pauor tatus iniectus, vt præcipiti fuga, signa relinqueret, fusiq; in omnes partes dissiparentur. Opponit igitur superiori dolori præsentem lætitiam. Lætabantur hostes co luente pœnas, & aut grauiter ægrotate, aut aduersa prælia faciente, multasue calamitates perferente. Nunc impetrata venia, peccatis condonatis, cælesti luce redeunte, exultat, prospicit, vaticinatur hostes perituros. In quos tanto odio inuechitur, vt eos sceleratos, nefarios, crudeles appellat, flagitiis innatos, que per omnem vitâ exercerant. Neq; enim super eius incômodis exultassent, aut bellum indixissent, nisi toto genere vitæ, studiis, religione (nam illi simulacra colebat) ab eo dissensissent. Iure igitur eos iniquos, sceleratos appellat. Reætè Græci, vitam, aiunt nostrâ inimicorû plenam, quibus maiores vires accedunt, cùm peccatis obligamur. Preces igitur lacrymasq; suas canit exauditas.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus suscepit orationem meam.

TERATIO, exaggeratio, more psalmorum, multorum nominum, ad eandem sententiam exprimendā comprehēsio. Vox fletus, vox flebilis: deprecatione, oratio. Tum, exaudiuit, suscepit. Susceperat orationē, aut exauditam, aut vice sacrificij oblatam,

Agratam, acceptamque fuisse. Flens feso ad pedes proiecit. Increpat igitur, inuolat in hostes exultat, triumphat, lætitiam recipit, paucorū omnis, dolórque abscessit. Confirmatus animus diuinis responsis, ne quid sibi grauius accidere dubitaret, promissa victoria.

Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei: & erubescant valde velociter.

HE B R A I C E per futurum, Erubescere, conturbabuntur, conuertentur. Erubescere dedecus, ignominiam, cædem, fugam, pauorem designat, contumeliam accipi-
endam in prælio.

Et turpiformidine capt

Scandunt rursus equum, & nota conduntur in ali-

Cōuertentur quoque Latinē, Græcēq; dicitur de fugatis, profligatis hostibus: Cōuertentur, in fugam vertentur: Conuersis signis auertetur. Hęc omnia magis mihi placet ad bella, gentesq; alias Hebræis inimicas referantur, quām morbos, quibus liberatus exultet, inimicosq; suos, hoc nuntio accepto, dolorem accepturos vaticinetur. Similes enim sunt superioribus Psalmis locutiones, contra suos aduersarios, Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Tu percussisti omnes aduersantes mihi, dentes peccatorum contriuisti. Peccatores appellat, quos hoc Psalmo operantes iniquitatem. Et dentes eorum contritos, quod hic, in fugam turpissimè vertendos. Et Psalmus inscribitur ad canendum pro victoria, *et invictu*, victoriale carmen, lætum pœana canentes, omnibus in templis matrum chorus, lætitiae, ludisque viæ, plausisque fremebant. Et Moses superatis hostibus, victoriale carmen canens, Cantemus Domino: gloriösè enim egit, equum, & ascensorē proiecit in mare. Similis est hoc Psalmo cantus, Pro victoria, & quod facta rerum commutatione, qui prius volente Deo propter eorum flagitia, profligabantur, hostibus insultantibus, nunc veris fatis eos cädunt, agunt, miscent, insequuntur. Et hoc carmen est triumphale.

INSCRIPTIO PSALMI VII.
Psalmus David, quem cantauit Domino, pro verbis Cusi, filii Ier



V o d Sept. transtulerunt, Psalmum, Hebraicè est præc. shigaion. Huius vocis
sunt duæ sententiaæ, vt sit instrumetū musicum. Quod Hebreus Chimchi pro-
bat testimonio ex oratione Abacuc, qua dicitur in principio, וְיָמָר אַתָּה בְּשֶׁבֶת
al she-
ghionoth, quod Hieronymus iuxta aliam sententiā, transtulit pro ignoratiis. Om-
nibus igitur Hebræis simul, & Chaldeo placuit is significatus, vt sonet Musam,
sive carmen, instrumentumq; quo canuntur laudes. Eodem autem sæpe nomine vocatur,
carmen, atque ipsum instrumentum, quo canitur. In principiis quoque Psalmorum adhi-
betur, quibus instrumentis, quo genere carminis cancerentur. Hæc sententia probatior
omnibus. Nam Chaldaeus pro voce Hebraica shigaion, posuit clariorē, שִׁגְעֵוֹן מִזְבֵּחַ tur-
Cgmena deodata, interpretatio confessionis David. Nimirum clara confessio, concentus hi-
laris, iubilatio, pæanisimus, lætissima exclamatio. Is est verior significatus. Nam est secunda
sententia, vt shigaion sit ignorantia, vt sæpe vox sonat, & Hieronymus transtulit. Multa-
que super hac ignorantia loquuntur. Mihi primum omnino probabilius. Miror Nicolaum
qui ferat Hieronymum in suo ex Hebraica veritate psalterio transtulisse, Ignorantia Da-
uid. Hoc non est in eius tralatione, sed in oratione Abacuc. Reliqua pars inscriptionis su-
per verbis Cus, filii Iemini, dubia & ipsa est, quis sit Cus. Hebræi partim assentuntur, &
Chaldaeus hunc esse Saul, appellatum nunc figuratè Cus, nempe Aethiopem, nimirum im-
mutabilis odij, contra David, contra quem sæpe verba fecisset, exercitu suo præsente de
morte eius sententiam tulisset. Videtur probabilius, minùsque affectatum, vt sit quod pro-
ponitur à Græcis, itéique Hebræis nonnullis, atque Latinis. Est enim clara historia. Cùm 2. Reg. 15. d.
patricidam sceleratum Absolonem fugeret David, misit fidissimum amicum Chusi, vt 16. c.
confilia Achitophel cognosceret, & contraria consulendo rescinderet. Itaque fecus quām
ille consuluit Absoloni ne patrem subito persequeretur, antequam vniuersum populum
cogeret. Hoc probato, impetūque persequentium retardato, David, fugiendi tempore
dato, seruatus est: Orat igitur vt confilium Chusi, quem miserat confiliis Achitophel con-
tradicturn (Erat autem de tribu Beniamin idq; est, filius Iemini) probabilius hostibus vi-
deatur. Salutem suam Deo summo cōmendat, simul aduersus inimicos preces effundens.

D Omine Deus meus in te sperau: saluum me fac, ex omnibus persequentibus me, & libera me.

spes.

Ira Dei.

Spes homini-
num.

spes.

Metus.

Anima.
Ne quādo.

Lapi.

Leones.

Dum non
est quādo.

Pauper.

Omnis peccatores.

Sed e spes in litteris ea theologia, quam pauci philosophorum notam habuerunt, personat, quas spes mortalium Deus praedicatur, in quem spes omnis nostra recumbat. Locuti quidem illi sunt de spe præmiorum quorundam magnorum, vt Plato de eo qui iustè vixisset, οὐλὸν ἔθλον, καὶ ἀγαθὴ πίτη. Et Pindarus de eodem in senecta, præmium pulcherrimum, spes ingens. Simplicius item ex maiori bus finem, fructusq; naturalis philosophiae, admirationem Dei spemq; magnorum bonorum. De spe quotidiana non multa loquuntur. Omnes igitur errores, quibus olim gentes decipiebantur, aut decipi potuissent, sacræ litteræ refellunt. Prouidentia dux res ubique comprobant, ira Dei, spes hominum. Ira probat eum scelera mortalium, spes, benefacta cernere. Sperant enim mortales certissimè persuadentes sibi, spes suas illi notas, exploratásque esse. Sperant item non omne tempus peccates, sed rectè facientes. Quocirca credunt cum res aquas cernere, & propter ingentē animi sui bonitatem, amplecti. Crebro igitur in hac cælesti philosophia, spes nominatur, magnum in omnibus calamitatibus pér fugium, vt quem scimus autorem corporis, atque animi fuisse, bonaq; omnia ab eo nos acceptisse, eundem noscamus velle, & posse nos ex omni calamitate, & periculo subtrahere. Spes, est rerum futurarum bonarum expectatio, vt metus expectatio malorum. Quam me-E tus tristis, animūmque perturbans, tam dulcis spes, serenans, exhilarans. Similis inter hos affectus animus, cælo, cùm latè nubibus nigrescit, cùm serenitate renidet. Cùm igitur, inquit, omnis meæ salutis spes ex te pendeat, affer hanc salutem, quam mihi, qui me persequuntur, cupiunt auferre.

Ne quando rapiat, vt leo animam meam, dum non est qui redimat, nec qui saluum faciat.

NIM A M suam, vt solet ubique, seipsum vocat, personā, vitam suam, Hebraicus loquendi ritus. Quod Græcè dicitur μῆτρα, Latinisq; Ne quando, Hebraicū p̄ pen, clarius dicas, ne forte. Crudelitas hostium, leonum, luporum feritati, Comparatur etiam à Poëtis nostris, inde lupi ceu raptore, atra in nebula, quos improba ventris, Exegit cæcos rabies. Leones magis Poëta sacri, quod in Iudæa passim reperiuntur, vt in Europa lupi. Inimicum igitur leonem vocat, qui laceret corpus, ad disceperat, bona diripiatur, vitamque cum imperio crudeliter auferat. Quod dixit, Dum non est qui redimat, Græcè μὴ ὄρτος λυτερός, nemine præsente, qui liberet. Paulò secus Hebraicè, Ne forte rapiat, sicut leo, animam meam, τὸν πορεθ, discepens, referturque ad leonem, qui dilaceret, disceperat, non eum qui liberet. Nemine igitur præter Deum, sibi auxilium ferente, rebus omnibus eum deficientibus, quid superest aliud quām tutissimum portum requirere? Sic olim Romani delubra Deorum periculis impendentibus adibant, excubabant,

Et ad templum non æqua Palladis ibant,

Crinibus Iliades passi, peplūmque ferebant,

Sic ille rogabat, vt nunc Poëta diuinus

Telum frange manu, Phrygij predomus, & ipsum,

Pronum sterne solo. Diuus quoque Paulus hostes suos leones, canes appellat: Liberauitque me Dominus de ore Leonis.

Domine Deus meus si feci istud, si est iniqtas in manibus meis.

IDEVS peccatores non exaudit, necesse est cùm suppétias eius implorem ostendere nostram innocentiam, vt tametsi peccatores sumus, quod nemo vincis corporis astrictus vitare potest, at detrimenta cæterorum nunquam nos optas, nec animum cupidū sanguinis esse nobis, ostendere. Ad condonanda nobis nostra crimina Deum impellimus, cùm & innocentes nos esse, & simili clementia nos in alios vti paratos cōprobamus. Proponit igitur suam innocentiam, integratatem, æquanimitatem, nunquam se letalibus odiis quenquam persecutum, nunquam iniurias illatas, aliis iniuriis vindicasse. Nullam causam esse, cur hostes tam crudeliter eum persequatur, qui detrimentū nulli vñquam intulisset. Omnes qui quenquam persequuntur, dolor eos impellit acceptus ab illis: at hic nulla

A nulla p̄æcessit iniuria. Supereft eos furore, feritate duci. Quod ergo ait, Si feci istud. Istud si feci Hebrei rectè declarant esse quod melius prosequens ostendit: Si est iniqtas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala. Istud nempe, si laceraui, si vulneraui quenquam, si bona cuiusq; diripui, si me cupiditas egit ad necem cuiusdam. Idem Hebrei suæ linguaæ figuram euoluunt, qua datur manibus iniqtas. Manibus interficimus, vulneramus, rapimus. Rectè dicitur iniqtas in manibus, nempe vt sonat Hebraicum וְיַחֲדָה iniustitia, violentia. Hocq; declaratio est eius quod dixit, Istud. Nec mihi nunc arridet Chaldæus, qui dixerit, Si feci istum canticū, cum animo iniquo. Quod item à Græcis proponitur, collimat ad verum. Noluisse David nominare scelus execrabile, forsitan ante id tempus in terra Iudeorum inauditum, vt filius patri, vitam & imperium conaretur auferre. Scelus infandum, tacendum. Quemadmodum si quis Deum blasphemasset, nunquam in sacris literis exprimitur. Si feci, ait, istud, vt similiter ego patrem sim persecutus, quemadmodum blasphemia scelus, nec nominandum.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.

Vo d Sept. dixerunt וְיַחֲדָה retribuentibus, Hebraicum וְיַחֲדָה sholemi, quam idem verbum sonat retribuere, rectius ab Hebreis, & Chaldæo exponitur pro pacifico. Obscurus enim sermo, reddere retribuentibus mihi mala. Nec tantū scelus effet, vim vi repellere, ad talionē iniuriā repēdere. At quod Hebraicè ponitur, grauissimum est, proditio, dolus, in expiabile flagitiū. Si inquit, reddidi pacifico meo malum, ei qui amicitia iunctus erat, qui cum vinculo charitatis deuinctus eram. Si proditor amici fui præfrens amicitiae meas cupiditates, aut si violavi qui nullam prius iniuriā attulisset, insontemque offendi. Is est verus sensus, quē declarans Rabi Dauid. Si, ait, intuli detrimentū ei qui erat mecum in pace, quod ipse cōtra me nunc exercet persequēs qui non modò nunquam violasset, vt etiam beneficiis afficeret. Chaldæus item clarè transferens Hebraicam vocem Decidā me. וְיַחֲדָה lebeil shalemi, Habenti pacem meam, Hinc alio psalmo queritur: Homo pacis rito. Et mea magnificauit super me supplantationē. Quod item ait, Decidam meritò ab inimicis meis inanis. Nec Græcè, nec Hebraicè est meritò. Leue quidem istud. Quod ergo dixerunt Græcè σπονσόνιον decidedam, clarius in fonte, vt facilè possit intelligi, cùm hoc nostrum sit obscurum. Si, ait, feci malum ei qui mihi pacificus erat, εἰδούριον ταχέλαιον vaacheleza zorri rekam. Imò liberaui hostem meum, frustra. Non modò, inquit, amicum non offendit, vt etiam profuerim inimico, licet frustra, licet ingrato. Sciebam cùm afferrem inimico salutem, ingrato me beneficium præstare. Hunc sensum in sua tralatione quasi innuens Hieronymus dicit: Et dimisi hostes meos vacuos, videlicet sine detrimēto, quod eis afferre potuisse. Duæ maximæ laudes proponuntur, posterior maximè suspicienda. Prior, cùm nulla nos scelerata cupiditas adducere potuit, vt offendit remus amicum, quiq; nunquam Cnos offendisset. Posterior vt si vel offendisset, tanta tamen bonitas fuit, vt quē iurē potuisse mus morte perire, liberauerimus, exeremus. Hoc, inquit grauiss orator, quicunq; fecerit non eum summis viris æquandum censeo, sed simillimum Deo iudico. Designat hoc loco copulatiua, vt sep̄ solet, imd, at, potius, conditionalis quoq; si, plerunque in Hebraico sermone sonat non: vt, Quibus iurauit in ira mea, si introibunt in requiem meam. Non introibunt. Ita nunc, Si reddidi pacifico meo malum. Non reddidi, tum sequitur: At potius liberaui hostes meos frustra. Sicq; clarus sensus. Hinc Rabi Dauid applicat hæc Sauli, cum quo Dauid pacem haberet, imd liberaret eum de manu Philistinorū. Auct̄ Efra declarans. At quomodo, inquit, feci malum, habenti pacem mecum, qui potius salutē inimicis odioq; me habētibus attuli? Quod nos diximus frustra, Hebraicè וְיַחֲדָה rekam, potest interpretari sine causa, referriq; ad eos, qui sine causa essent eius inimici. Græci proponunt paulò diversa propter diuersam tralationem.

Persequatur inimicus animam meam: & comprehendat, & conculcat in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem dederat.

Perseq. animam, sitiensq; potiatur, eousque potiatur, vt humili projectum calcibus vexet, cædat, interficiat, non relinquit, vsque dum mædet. Gloriam ferunt Hebrei nunc appellari ipsam animam, vt aliis locis. Mihi probatur, vt sit ipsa gloria, decusq; regium, cui nunc imprecetur ignominiam. Haec tralationes apud nostros, vt quod ait Lucretius, Iacebatq; aurum, vile erat, sine honore, inglorium. Iacet pietas. Hoc Hebraicè dicitur, in puluerē deducere, ad summum dedecus redigere. Est etiam nunc similis imprecatio, qua noster poëta:

*Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat,
Vel pater omnipotens adigit me fulmine ad umbras.* Sumptum ex Homero:

Kai tōtē muī εἰραί χειρὶ χθόνων.

Nonnulli Græcorum gloriam suam vocari corpus asserierant, corpus robustum, regium. Sed, vt dixi, melius est, ipsum regium insigne, gloriam regiam sentire. Apponitur autem Sela, quod cuius sit significatus, Chaldaeus declarat transferens vice eius *רְבָתָה* in secula. Omnibus ait scilicet simus perditus.

Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Ira Dei.

XPIATIS criminibus, innocentia comprobata, per imprecationem, deprecatus omnes super se calamitates venire, si quas vñquam intulisset, quo crudelitas hostium comprobatur, qui penitus innocentem persequerentur, nunc acriter viribus receptis quas conscientia recte factorum suggerit, inuehitur in eos arma Dei concitans, quæ sola inimicorum agmina delere possint. Iratus in eos procedat, pessimis eorum conatibus occurrat. Chaldaeus ex paraphrasi declarans quod Hebraicè est, In ira tua, mutauit *רְבָתָה* betuk pach. Exurge, ait, in fortitudine tua. Ira eius, fortitudo eius, impetus, potestatis ostentatio. Quod verò ait, In finibus inimicorum meorum: diuersum Hebraicè, pro finibus *רְבָתָה* aberoth, id quidem sonat transitum, simul & accensionem, inflammationem, iram. Dicendum ergo: Et exaltare in furore inimicorum. Chaldaeus vocabulum exoluit alio clario *רְבָתָה* berugsa, in furore, ira. Hieronymus quoque translatis hoc clarius, Eleuare indignans super hostes meos, transferens indignans, quod Hebraicè aberoth. Declarat insuper ab Hebreis, voces manifestiores adhibentibus. Propterea Græci, qui fines ceruices inimicorum exponerent, Hebraicum nesciebant, aut illi qui demum, in fine, tandem. Dicendum igitur, Eleuare in furore inimicorum meorum. Exponunt autem Hebrei furem aut Dei, quo saeuia in hostes, aut ipsorum inimicorum rabiem, vt dicat, Eleuare in furore tuo contra inimicos meos: aut, Contra furem inimicorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti
& synagoga populorum circundabit te.

*Exurge.
In præcep.
q. mand.*

IMDVH huius versus hæret ad superiorum. Quod Græcè dicitur, *ἐγέρθητι*, Et excitare, exurge, Hebraicè *רְבָתָה* vra, excita, eleua, non videlicet passiuum est, sed astiuum, cui congruè refertur iudicium in casu accusandi, vt dicat Hebreis testibus, Et excita iudicium, quod mandasti, quod præcidisti, destinasti, decreuisti, vt ad me regnum Saul rediret, aut iuxta argumentum Græcorum, vt regnum non coniuratorum, sed meum esset. Hoc fuit iudicium, quod decreuisti. Aut verius, iudicium, vindictam, quam præcidisti, statuisti contra nefaria molientes. Stat lex incisa durissimis adamantinisque columnis, vt qui libidine victus in quenquam malè consuluisse, nec rationem scelestis cupiditatibus opposuisset, is longè demum gravius doleat, quæ dulcissimus exultasset. Hoc iudicium tuum, haec vindicta, hoc vult Nemesis tua, oculata, secura, frequentes populorum turbas obambulans, facta manè, benèque, exactè considerans. Hanc vindictam, primo quoque psalmo commemorat, Franges eos virga ferrea. Hoc igitur iudicium, non ab re tralatum à Græcis, præceptum. Habet igitur quid sit iudicium, quod mandauit: totumque hoc melius ex Hebraico intelligitur: Et excita ad me, iudicium quod mandasti, Prosequitur, Synagoga

F

A nagoga populorum circundabit te: Tametsi multæ sunt nostrorum, Hebraorūmque multigenæ explanationes, Synagogam populorum nostris dicentibus esse gentem quæ vētura sit ad pietatem, quod Hebrei quidam refellunt, trahentes potius ad suas inceptias, vērus sensus, ambagibus amotis, est, Commemorat eosdem hostes, qui bellum importunum regi vero, adulterinum querentes indixerunt. Impium hoc bellum quoniam contra eum excitauerant, quem Deus elegisset, contra Deum clamat conflatum, eosq; ferme in contumeliam, (erat enim id nomen gentium) populos appellat. Ergo ait, Et copiæ coguntur contra te. In te ait, conflatur bellum hoc importunum, vt primo psalmo, Aduersus dominum, & aduersum Christum eius. Vbique quoque commemorat eosdem populos, aduersus dominum tumultuantes. Coniungit igitur causam suam cum causa Dei, qui verum regem oppugnabant: certè oppugnabant, qui religionem Dei defenderet, pestes amoliretur. Qui vos spernit, spernit eum qui misit me.

Et propter hanc in altum regredere. Dominus iudicat populos.

Octotum melius ex ipso fonte nolcitur quid valeat. Non enim dicitur propter hāc, sed *τὸν* alea; contra eam, super eam, quemadmodum Græcè *χρήστη ταύτης*. Et super hanc. Imprecatur aduersus synagogam populorum. Contra hanc, ait, fac impium, collige vires tuas, arma tua in eos conuerte. In altum autem regredere. Nimirum ex propter: altissimis arcibus tuis tela in eos intorque, sublatu ad excelsam tui numinis arcem inde plagas, quo sint vehementiores immittit. Effunde inquam vt alio in psalmo, iram tuam in gentes, qua te non nouerunt. Propriè igitur, in fonte, dicitur, Et contra hanc synagogam, in alto reg: has copias, manusq; coactas ascende, quale Poëta:

Actius hec cernens, arcum intendebat Apollo

Desuper: omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,

Omnis Arabs, omnes verbetant terga Sabaei.

Simile quid noster precatur, vt arcum desuper intendat, quo surgiant perterriti populi coacti contra regem. Eoque velut parva iam victoria, sibiique gaudens eorum cædem, cladem vaticinatur.

Dominus iudicat populos, iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam, super ne.

Elius per futurum, vt est Hebraicè, & Græcè *καὶ οἱ ἄλλοι Διός*. Dominus iudicabit populos. Quid propriè sit iudicare sacris litteris, disce ex illo Pauli *πόρπες δὲ καὶ μορχῆς κριψῆς*. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Sonat igitur in ius vocare ferre de fatis cuiusque sententiam. Propterea precatur, vt in se clementer iudicet, innocentiam, equitatem suam consideret. (dat enim animos, recte factorum conscientia) Non meruisse se vt tā nefariū bellū, populus exciret, scire se quæ placidus princeps potuisset præstisse. Idipsū superius querebatur, se nullas iniurias amicis intulisse: contrā inimicis profuisse. Cùm hoc igitur animo fuisset, liberè poterat de sua iustitia atque innocentia prædicare. Quam enim laudem tu possis in terris ostendere maiorem, & qua propius ad Deum mortales accedant, quām parcendo, cunctis sine discrimine benefaciendo: Recte igitur hac parte se apud summum iudicem commendat. Dixit autem, super me, quasi fer sententiam de me. Iudica de me, pro mea æquanimitate. Recte enim sensus exhibetur à Græcis, non vniuersalem sibi iustitiam nūc prophetam tribuere, sed eam duntaxat, quod offenderetur ab his, quos nunquam offendisset.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda, & renes Deus.

Otest hoc verbū, consumetur, q; Hebraicè *וְיִגְמַר*, quoniā casus apud Hebreos non distinguuntur, trāsferri, vt trāstulerūt interpres *οὐ πλεονάτω*, quod sonat, absoluatur, finiatur: melius penitus aboleatur, extinguatur: aut iuxta sententiam AuenEsrae, nequitia, prauitas, flagitium, est casus rectus, vt dicat. Consumet, deuorabit, perdet nequitia

*Super me.
Iniquitia
Danidis.*

*Consumē.
Danidis.*

FF

D peccatores. Aget eos ad iustissimum interitum: pro eo ac debuerant debentur: impietas ager impios ad finem, pessimis eorum factis consentaneum. Adiungiturque ad verbum particula, dictorum affirmatrix να, quam Græci ab Hebraicis mutuati, bifariam efficerunt, ne. Et litteris inuersis. Vtraque sonat, quod Hebraicè να, certè, utique. Profectò, ait, impietas ipsosmet peccatores delebit, tollit de medio. Define, inquit, laborare. Suis flagitiis imminorientur impij. Sequitur eos finis velut corporis umbra. Et, Diriges iustum. At vero, inquit, iuste, piéque viuentes, tuis auxiliis in omni vita sustentabuntur. Tu fortunabis, prosperos ages incessus eorum nusquam offendentes. Est enim Hebraicè πω theconen, confirmabis, corroborabis, vt Hieronymus: Nunquam enim cestant sacræ litteræ vociferari iustos esse curæ Deo, sanctos, ac pios habere cælestem custodiam. Asserebat etiam Plato à superis non negligi bonos. Aristoteles redamari, qui Deum colant, obseruer, premiisque affici. Hoc dicitur Hebraicè dirigere, felicitare, fortunare, & Græcè εὐτρόπεσθαι. Sicq; ostèdit quod ab eodem Aristotele velut communī consensu usurpatum profertur, εὐτελείαν θεοῦ οὐέντη μηνος esse Dei, felicitatē. Videbis igitur hunc omnium ferè sacerorū carminum esse morem, ubi clementiam diuinam sibi propitiam implorassent, delictorum veniam postulassent, tum demum de prouidentia, iustitia, bonitate Dei multa prædicare, afferentes facile diuinitus impetrari, quod fuisset postulatum. Non quemadmodum, multa delyrantes quidam ausi fateri, inexorabilem esse Deum: Diligenter item cuncta cerne, exaudire: Nec iustis deesse præmia iustitiae, nec iniustis impunè manere flagitia. Non solum quæ palam sub Solis huius splendoribus aguntur, eum desuper aspicere, sed intimos Eriam animos quid agant, quid moliantur, introspicere. Vide quanta sit eius prouidentia, quæ se late diffundat. Hoc Hebraicè dicitur, Scrutans corda, & renes. Ad phrasin Hebraicam, figuratamq; locutionem, cor, & renes intimos sensus designat: quemadmodum Latinè, peccatum: Græcè ἡτρος, Συντος. Ait Homerus, σέ μοι θυμὸν ἐν θήτεσι πεντεδει. Cùm ex corporeis spiritualia sensu parentia demonstramus. Nam neq; in pectori cognitio, speculatio, scientia vlla est: at dicimus, in pectori sedisse Mineruam. Optimis artibus secundum peccatum. Ad hunc modum renes Hebraicè sensus intimos designant. Qui scrutatur renes, scrutatur arcana motus animorum, cogitationes intimas, pectoris abstrusos recessus. Neque verò corde cogitatio, sensusq; spirituales concipientur, quo duntaxat vita corporea sustinetur, sanguisq; secerinatur. Hoc eius officium, non officium intelligendi. Nos tamen quemadmodum dialectos Hebraicā, dicimus, premit alto corde dolorem. Tenes igitur qua tralatione dictum sit, Scrutans renes. Cæterū eadem hæc vox Hebraica τὴν ψυχὴν chelaioth, non renes duntaxat, sed præcordia designat, vt dicendum sit, Scrutans corda, & præcordia. scrutas secretiores animi partes. Theodoritus renes appellari λογισμούς cogitationes, discursus animi. Sed, vt dixi, metaphora est: super qua, multa reliquis psalmis. Ille ergo, inquit, nouit innocentiam, penitus reposam mentem, rerum gerendarum principium. Hinc subiicit:

Iustum adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.

F

G Ciendum carmen Hebraicū rectius ad hunc modum legi: Scrutans corda, & renes. Deus iustus. Eoq; ordine legit item Hieronymus. Quare nō est dicendū, Iustum adiutorium meū. Iustum ad superiorem versiculum spectat. Nec Græcè itē est, ad eum modum. Latina dūtaxat mendoza, prosequitur, Adiutorium meum à Domino. Quod Hebraicè dicitur τὸν ιούντανον θεον. Nempe scutū meū, siue protectio mea, super Dominum. Hinc Hieronymus reddidit, Clypeus meus in Deo. Nō protegit omnes, vt ait Teodoritus, is clypeus, sed innoxios, synceros, quibus recta mens est: abiicit autem fraudulentos, rapaces, quibus animus ferinus. Speranda salus, speranda quæ postulent euentura, probis duntaxat. Neq; enim incōcessa postulabunt. Tum quemadmodum summi philosophi non dubitarunt asserere, sui similibus delectatur Deus, hos amplectitur, his gratificatur hos souet, ab his discrimina summouet.

Deus iudex iustus, fortis, & patiens, nunquid irascetur per singulos dies?

H Atinus interpres, quisquis fuit, minus rectè reddidit Græca, quæ sic habent: Deus iudex iustus, & fortis, & patiens, siue vindictæ procrastinator: οὐ μὴ ὄφελον ἐπάγει, & nō inducēs irā singulis diebus. Hec vera lectio. Nō interrogat an irascatur quotidie, sed negat eū, inexorabilitatem irasci. Laudat clemetiā. Cæterū Hebraicè pro eo omne

A omni quod Septuaginta dixerunt γενόμενον κλαῖνει, & rectius est, εἰς τὸν οὐρανὸν ve el zoam le coliom, Et Deus irascens quotidie. Cur autem sit negotio apud Sept. in Hebraico autem affirmatio, varietas vnius dictiuncula fuit in causa, quæ diuersis notulis lecta variat significatus. Hæc dictio τὸν si legatur τὸν al, designat non, quæ fuit lectio Græcorum interpretum: Si legatur τὸν el, est nomen Dei: hæcq; Hebraica lectio, qua dicitur Deus, iudex iustus: & Deus irascens per singulos dies. Propterea transtulit Hieronymus: Et Deus comminans tota die. Chaldeus quoque oratione commutata edisserens Hebraicum Deus iudex iustus: Et in fortitudine τὸν τὸν ragis al res hic, irascitur contra impios. Vera igitur lectio est affirmativa, qua prædicatur, quoniam Deus propitius, protectörque est bonis, sic ex aduerso, nunquam non irasci improbis: in eos animum implacabilem gerere, expectare, si non pœnituerint, ad poenas. Sciendum igitur redundare in Græcis ισχυρὸς μαχητῆς, fortis, patiens. De patientia Dei, nunc sermo nullus, sed magis ostendit eum contra malos irasci, vt confirmet antè dicta. Saluos facit rectos corde: at contra pessimos mens patiens. eius ardet ad vlciscendum. Sic exposuerunt Hebrai. Et ad hunc sensum prosequitur:

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetenit, & parauit illum.

B Is superior lectio magis comprobatur. Mutarunt numerum, & personam Sept. nam Hebraicè, si non conuertetur. Quod Hieronymus clarius dixit, Non conuertenti gladium suum acuet. Interpretatus est acuere, Hebraicū τὸν latas Quadrat & Græcum τὰ λέπτα, quod sonat, Splendere facit, id nempe quod Latinè, vibravit, vaginaq; eripit enī fulmineum, Latini poëtae ensem fulminare. Hebrai, τὸν latas, splendere, tutilare. Hoc habent gladij cùm sunt acuti. Memorat gladiū, memorat arcum intentum contra improbos. Vide quā congruè tribuat arcum, & Deo suo poëta profanus:

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo.

Desuper. Hoc poëta sacer facturum verum Deum contra impios prædictit. Iamiam, inquit, arcum parauit, contendit, Vaticinatur quod ille à suo Deo rogabat contra rapacem, importunumq; regem:

Τίσαι δέναιοι ἐμαδάκηρα στοῖσι βίλεασι.

Vt autem sagittas vulneraç; sagittarum, quæ Deus intoriset, ille, non hæc nostratia, sed atrociora, proposuit pestem quæ latè stravit Achios: sic noster nomine sagittarum plagas γενάτας, celestes, horredas, fatales appellat, quas suis sagittis efficiat Deus. Is illius arcus paratus, contentus in improbos.

Et in eo parauit vasā mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

C Vrui in fonte, & sibi parauit instrumenta, seu vasā mortis sagittas suas ad ciburentes efficiet. Quod ergo Græcè interpretes dixerūt εἰ αὐτὸν in eo, Hebraicū est clarius τὸν lo, sibi: Sibimet, inquit, parauit vasā mortis, vasā quasi organa, machinas bellicas, quibus ille viros, quibus excitat vrbes, toto genitor quæ plurima cælo, Deiicit in terras: parauit sibi hæc arma letalia, mortifera, tela vulnifica, quibus exercitus impiorum penitus obruat. Is est verus sensus. Nam mirū, Hieronymum quoque trastulisse, & in ipso preparauit vasā mortis. Testantur enim etiā Hebrai, lo sonare sibimet. Clariorē vocem AuenEsra ponit τὸν lenaph sho, animæ suæ, parauit animæ suæ: nempe sibimet, ipse sibi parauit. Habet in promptu hæc arma, manusque ambas iaculis oneravit acutis. Tela tenet dextra, quæ iam iam torqueat. Vasā quoq; quid Hebraicè denotent. Chaldeus apertè docet, pro eo ponens τὸν zetiane, arma, Arma mortis, arma mortifera, funesta. Hæcç; declaratio est præcedentis. Arcum suum tendit, hæc vasā, sagittæ scilicet. Sciendum vocem Hebraicam τὸν κελε, quam Sept. transtulerunt στρατόν, vasā, lœpe pro armis accipi, quemadmodum Græcam στρατόν. Ergo dicendum, Et sibi præparauit arma mortifera. Quod AuenEsra declarans, Arma mortis, inquit, quibus cogitauit impios perdere. Quod autem sequitur, Sagittas suas ardentibus effecit: vox Hebraica, τὸν dalak, nunc est comburere, nunc persecui. Hinc duplex sensus. Sagittas suas faciet τὸν ιαδολέκιμ, his qui comburūt, faciet suas sagittas ad comburendum, vt transtulit Hieronymus. Fecit, ait AuenEsra, gladium suum acutum, splendentem, fulminantem in igne voraci. Est alius sensus, cui magis accedunt, vt designet nunc vox Hebraica dolekiim, non ardentes, sed persecutores. Hoc declarans Chaldeus, Sagittas suas fabricabitur, inquit, τὸν ιαδολέκι μεταβολη, zedikaia, persecutoribus

FF ij

Fortis &
patis.

Nisi cōuer.
si fuit.
glad.f. vib.

Arc.f. te-
ten.

Vasa

Sagit. star.

eff.

iusorum, his qui persequuntur iustos. Arma, inquit, sua facit contra persecutores iusto-
rum. Fulmina quæ contra sceleratos, iustitiamque odio habentes intorqucat, nunc infor-
mat. Hæc sunt illa poëtis celebria fulmina Iouis, toto quæ plurima calo deiicit in terras.
Et, Fulmina molitur dextra. Is est verior sensus. Quem declarans Rabí Salomon, Dolek,
inquit, sunt persecutores. Sagittas ait suas ad interficiendos impios, qui persequuntur pios.
Graci tametsi hunc significatū in sua tralatione non haberet, verū sensum tamē adhibue-
runt. Nā Theodoritus, Ne quis, ait, suspicetur cōtra omnes generatim hæc tela dirigi subie-
cit. *χειρόνεος* ardenteribus, nimirum, qui plectendi sunt, obnoxii, indignis, cruciandis sciendū
hoc carmen vetustissimos Gracię poëtas imitatos fuisse, quos deinceps Poëtę iuniores
expresserūt. Hæc enim supplicia, quæ Poëta sacer canit in improbos parata, telaque, & ful-
mina, sunt qualia quibus noster impium, qui diuinos honores affectasset, canit interfictū:

Ibat ouans, diuīmque sibi poscebat honores.
At pater omnipotens densa inter rubila, telum
Contorfit, non ille faces, non furea tedi.
Lumina, precipitemque immāni turbine adegit.
Iisdem telis confixi gigantes, & in inferos retrusi.
Hic genus antiquum terra Titania proles,
Fulmine dicit̄ fundo voluntur inimo.

Est autem in Hebraico per futurum, Sagittas suas persecutoribus faciet, fabricabitur.
Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Iuppiter, ex quo tempore inermis erit.

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

*N*lḡ legitur, parturit, legendum parturit, per præteritum. Hoc dicitur Græcè ἀν-
τίκειν, vt illud Horatij, parturiunt montes. In præterito ἀντίστην. Quanquam Hebraicū
per futurū ιερά iechabel. Pro ἀντίκειν, iniuitate, est in fonte ωρώ shaker, mēdaciū, vt
reddidit Hieronymus. Sensus horum verus, vt voces exhibent, vtque Hebrei interpretan-
tur, de vanissimis sceleratorum conatibus, cupiditatibus in nihilum recisuris. Quidquid a-
gunt impij, curisq; ingentibus molitūr, vanum, nihilum. Breue ad tempus casurum, euer-
tendum. Aut enim Deo prouidente, sciente, destruitur, aut à seipso, quia nihil subest solidum dilabitur. Vt hunc sensum intelligas, scias in fonte, pro ἀντίκειν iniuitate, esse p̄ aen-
quod tum iniuitatē sonat, tū verò vanitatē, prauitatem. Hinc pro eo posuit Chaldeus, she-
ker, mandacium, vt carmen sic habeat: concepit vanitatem, seu mendacium. Cogitauit va-
na, pectus impluit vanissimis cupiditatibus. Vt semē, aruum genitale replete, tumefecit,
haud secus mens impiorum magnis cupiditatibus turgescit, vt nōnūquam rumpatur, vt est
qui rumpitur inuidia. Intumuerunt igitur ventosis, inanibus desideriis. Eadem hæc deside-
ria vocat ιερά amal, laborem, quia curis aestuāt, anguntur, magnos labores desiderando sus-
cipiunt, torquentur, cruciantur: desideria, laboriosa, quæ Paulus vocat, in passione desiderij,
cupiditates acerbas, laboriosas, graues, molestas. hinc curæ, quid cor vrant, Græcè μελεδῶ F
v̄, quod edant, pascantur medullas. Has conceperunt, his intumuerunt, his contenditur
pectus sceleratorum. Tandem quis partus? quid demum tanti conatus? videlicet quod est
Hebraicè, pro eo quod Latinè, & Græcè peperit iniuitatem, Peperit shacath, menda-
cium, nihilum, vanitatem. Is partus, hæc cupiditas scelerorum. Ecce verus sensus, Partus
χωρεμάζεις, subuentaneus, vt Aristoteles ait de equis, quæ vento grauidantur. Est enim
hoc de impiis, quale illud Horatij de Poëtis, Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.
Hunc sensum declarans Rabí Salomon, Quidquid, inquit, ipse concipit, laborat, vanum est
omne, inq; manibus eius non subsistet. Similia reliqui explanatores. Non dissentunt etiam
Graci, de conceptu, & partu, quædam proponentes. Hebraicè igitur idem est, parturit ini-
ustitiam, atque secundum, concepit dolorem, vt noscas quid sit iniustitia, nempe dolor.
Quid parturit, videlicet concepit, grauidus effectus est, intumuit.

Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

Ιακ. Oc & superius restè Græci sentiunt de Achitophel, cuius consilium, in caput ip-
suis reciderit. Lacum, quem Latinus dixit, dicendum per duplexcappa. Est enim
Græca vox λάκων, ea designat puteum, foueam. Ab ea fortasse significatione dixerit
Latini lacus, collectionem aquæ in locum demissum. Pro eo est Hebraicè ιακων, quod
citra

A citra controuersiam, est puteus. Haud scio an boni autores usurpent hanc vōcem, pro
puteo, fouea. Est igitur Laccus hoc loco, fouea, fossa, vt laccus leonum, cauea, fossa, quo
Icones cladebantur. Geminat eandem rem, exaggeratque duobus idem pollutibus ver-
bis, aperuit, effodit. Scendum quoque pro eo quod Sept. dixerunt βάθρον, fouea, vorago, ba-
rathrum, Hebraicè expressius, θάρατον, shacath, interitus, ruina, vt dicat quemadmodum tran-
stulit Hierony. Et incidit in interitus, ruinam, quam fecit. Eadem tamen vox testibus He-
braicis designat fossam, cauernam. Igitur multis verbis idem inculcatur. Estq; hoc loco pro-
verbium, quo vſus est Hesiodus, reor ex hisce litteris mutuatus:

Η δὲ χαρὶ βάθρῳ τῷ βαθέστερον χαράγη
Consilium nocet illi qui male consulisset.

*Malum cō-
siliū, cō-
sultori pēsi*

Coniūretetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas
eius descendet.

R o dolore Græcè πάθος, labor, quanquam labor, & dolor idem. Hebraicè quoque la-
bor, ιερά amal. Laborem appellat, vt videre est ex sequenti, scelus, cladem, iniuita-
tem, iure vocatam, labore, quid grauis ei qui perpetravit, & qui perpetitur. Rectè vo-
catur Hebraicè, & Græcè labor peccatum, flagitium. Magna cū molestia, periculo, paurore,
angustia patrannit scelera, sed cupiditas vincit, trahitque per inuia faxa, per mare, per ignē.
posset appellasse laborem, quo, dolo struendo, fouea paranda laborauit, machina, deceptio
B cum labore, sudore. Hæc omnis machina, recidet, inquit, in ipsum. Appellauit igitur labore, Iniquitas,
quod secundo πάθος chamas, iniuitatem, prauitatem, violentiā. Verticem quoq; quod ante,
caput: verborū corundem, & sensu vbiq; geminatio. Laborē Græcos quoq; vocare scelus,
iniuitatem, indicat πάθος, scelestus, flagitosus, à nomine πάθος, labor. Solus enim, vt Stoico-
rum decretis verè cōtinetur, malus, est miser. Nec vſquam malum nisi in culpa, & peccato.
Personat vbiq; in sacrissitteris, finis improborū. Prædicantur malè perituri, eum, quem
meruissent finem habituri. Moles delictorum in ipsomet deuoluendas, diuinæ vbiq; pro-
videntia prædicatio.

Confitebor domino secundum iniustitiam eius, & psallam nomini
domini altissimi.

O L I T V M psalmis epiphonema, perpetuōque hoc ordine psalmi texuntur: Præ-
cedit oratio, veniāque delictorum postulatio, subsequitur contra veræ pietatis inimi-
cos imprecatio, deinceps corū interitus, velut exauditi, vaticināntur. Simul erūpt
in laudes, triumphant: fit plausus, fit gratulatio. Tollit in cælum clamor, præsidū bonorū
rerūq; humanarū protector prædicatur, celebratur, laudibus euhitur. Idē à profanis vati-
bus introducitur, post superatos hostes. Omnibus in templis matrū chorus. Latititia, Judis-
que viæ plausūque fremebant. Quod ergo ait, Confitebor, admonitum saepè in Hebraico
C esse verbum à Græcis ex Hebraica lingua usurpatum. nam pro Cōfitebor, hic est πάθος ode, Confitebor,
nempe Græcum oda, ado, cantabo, celebrabo, plaudā. Et Chaldeus pro eo πάθος ashabach,
laudabo. Eleganter disserit hoc à Græcis, celebrabo ait, (neque enim mea πάθος, vi-
ctoriale carmen, aut viatoria) sed ipsius. Neque item dixit, cōfiteor, seu celebro, sed celebra-
bo. Haud secus ero in laudibus posthac, viatoria consecutus, neque beneficiorum obli-
uiscar, negligentior effectus. Hoc Homerus de Apolline,

Μήσουαι, οὐδὲ λάθομεν οὐδὲ λαλούος οὐάπτοι.

Quod autem sequitur, Secundum iniustitiam eius: nimirum qua iudicauit, damnauit son-
tes, cruceles, vexatores bonorum, qui nunc pénis vrgentur à Deo: laudatur prouidentia,
Nemesis, curans omnia, eaque in terris maximè quæ ad homines p̄tinent. Ostendit nō
res humanas Deum negligere, sed bonos, piisque continentī custodia defendere. Repetit
idem, Et psallam nomini domini altissimi. Psallere Græcum, dicendum, celebrabo, laudabo,
carminibus prosequar, cōcinam. Nomen eius, illum ipsum, Hebraicus loquendi ritus. Lau-
date nomen domini. Laudate nomen eius quoniam suaue. Est nomen Hebraicè, velut si
Latinè dicas memoriam, Laudabo, celebrabo nomen Dei, nempe famam, memoriam.
Altissimus item proprium Dei nomen, quo nihil excelsius, siue maiestate naturæ, siue lo- Altissi-
co, regno supra sidera. Extra flammatiā mœnia mundi, εξωτερικὸν φορέσ, longissimè à moti-
bus orbium cælestium, vt ait Aristoteles.

In finem pro torcularibus.

VS Q V A M defuero docens, pro eo quod Sept. interpretes solent traducere εἰς τὸ τέλος in finem, Hebraicè esse λανθάνειν, quod melius, ipsi scilicet psalmis magis consentaneè vertitur, ad triumphandum, plaudendum. Sunt enim psalmi, carmina triumphalia pro victoriis: Id monent etiam Græci. Theodoritus, pro eo inquit, quod Sept. vertunt in finem, Aquilas & Theodotio τὴν νίκην victoriā danti: Symmachus verò ἐπινίκιον, carmen victoriale. Psalmus is, inquit, offertur cœu victoriale carmen, Deo vincere facienti. Sic ille. Hæc Hieronymus secutus, nusquam eam vocem verit, in finem, sed victorē, de quo satis superēt alibi. Secunda vox pro torcularibus, Hebraicè τὸν οὐ al haghitith, quam Sept. transtulerunt, λόγος torcularia, non recipit hoc loco hunc significatum, nec sensus est vñllus in ea corrigenda, non minus, atque præcedente. Nam Ghitit, non est numerus multus, torcular quoque non dicitur Ghitit, sed τὸν gath, quanuis numerus multus est τὸν gittot, quod Sept. secuti sunt. Itaque etsi sunt Hebrai, asserentes psalmum editum à David cùm esset in torcularibus Philistinorum, probabilius videtur, vocē exponendam iuxta ordinem aliarum inscriptionum. Quibus dicitur, super octochordio, super citharis, super organis. Is ordo loquendi declarat, quod nunc dicitur, super Ghitit, intelligendum esse quod fertur ab aliis Hebrai, super cithara, quæ dicebatur Ghittensis, ex Geth vrbe Palæstinæ, vbi harmonicum illud instrumentum canētibus vñli esset. Quemadmodum Græcis, Latinisque, qui de harmonia scribunt, sæpe quædam peregrina carminum genera nominantur, Phrygium, Lydium, & saltatio Macedonica. Estq; lyra Ghittensis, veluti apud Pindarum φόρμυζεων, cùm ait, ἀλλὰ δοεῖται τὸ φόρμυζα πασάλα λάδυβαι. Tolle, ait, lyram Dorianam ex Paslalo. Hoc mihi probabilius. Fuerunt apud Hebraos, qui assererent traditum psalmum à David cantori Abededon qui esset Ghittensis. Sed quoniam dicitur super Ghittensis, id arguit esse citharam, & Ghittensem, qua psalmus is fuerit harmonicè pronunciatus, cui correspondet vox antecedens, ad iubilandum, triumphandum, vt inscriptio sic habeat, Ad præcinendū Carmen triumphale, cum cithara Ghittensi. Quod explicans, vt solet Chaldaeus, Super cithara, inquit, quæ venit de Geth. Celebratur igitur hoc carmine diuina potestas, fortia facta Dei, series longissima rerum: canit non nugas illas Herculeas,

*Vt bello egregias idem dissecerit urbes,
Monstra manu, geminosque premens elixerit angues:
Sed potius velut, cithara crinitus Iopas.
Hic canit errantem Lunam, Solisque labores.*

Vnde hominum genus, & pecudes, vnde hymber, & ignes.

Hæc & longe maiora, canit noster, longè quidem præclarus, quæ ille, veram Lunæ, & Solis, pecudum, & hominum docens originem.

F

PSALMI VIII. EXPLANATIO.

Domine dominus noster, quæ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Dominus noster.

Vo d dixit dominus noster, rectè Græci, & Hebrei quorsum spectet, edifserunt. Græci designari creatorem, opificem, Dominus noster, nempe qui nos cōdidisti, formator, opifex noster. Hebrei propter id quod sequitur, Omnia subiecti sub pedibus eius, videlicet dominus, autóque omnium bonorum. Hinc pro hoc substitit Chaldaeus ἡγεμονία ribbonana, princeps, dominator noster. Est hoc epitheton quale apud poëtas πατήρ αρχαρτεύοντε, diuumq; hominumq; pater. Et illud item Homeri, ὁ πάτερ ὑπατε κρείσινων.

O genitor noster, qui summis regibus extas.

Omnibus in linguis consonat cum principem, dominum, opificem esse nostrum. Ac propriè dicitur Hebraicè, Deus patronus, siue dominus noster. Hinc Hieronymus, Domini



A mine dominator noster. Prima vox est τὸν Iehouah, vocalibus summotis, quibus abundant dialectos Hebraica, est Ioues. Hoc nomen solius Dei secunda λανθάνειν, patronus dominator noster. Quod sequitur: Quæ admirabile est nomen tuum. Quod Græcè βασιλεὺς, admirabile, Hebraicè τὸν adিsonat admirabile, grande, ingens. Nomen dixit quodam Hebreis loquendi priuato ritu, famam, autoritatem, potestatem, maiestatem. Quæ grandis, admirandaque maiestas tua in omni terra. Quod te vertas miracula diuinæ maiestatis aspicies. Ac principio, inquit ille, (quid enim opus est me loqui, summo oratore loquente) terra vniuersa cernatur locata in media mundi sede, solida, & globosa, & vndique ipsa in sece nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus quorum incredibilis multitudo, insatiabili varietate distinguitur. Adde hoc fontium gelidas perennitatem, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum conicauas altitudines, faxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatésque camporum. Adde etiam reconditas auri argentique venas, infinitamque vim marmoris. Quæ verò, & quæ varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum: qui volucrum lapsus, atque cantus: qui pecudū pastus, quæ vita sylvestrium? Quid iā de hominū generē dicam, qui quasi cultores terræ cōstituti, non patiuntur eam, nec immanitate beluarū efferari, nec stirpiū asperitate valetari. Quorumq; operibus agri, insulæ, littoraq; collucēt, distincta teclis, & vrbibus, quæ si vt animis, sic oculis videre possemus, nempe cunctā intuens terram, de diuina ratione dubitaret. Hæc & alia grauissimus Romanæ linguæ philosophus confitens, & ipse ex his admirandis in omni terra spectaculis elucere diuinæ maiestatis infinitatem, quæ nulla lingua queat explicari. Tota verò diuinæ maiestatis admiratio maximè refertur ad humanum genus. Qui cùm sint diuinæ bonitatis primum testimonium, his admiratione est, ab his suspicitor, laudatur, celebratur. Et grande est nomen eius in omni terra, propterea quod nemo est qui totam intuens terrā, non diuinam potestatē admiretur, collaudet, quemadmodum philosophi prius admirati, postea de Deo coepi loqui.

Quoniam eleuata est magnificētia tua super cælos.

Non fonte dicitur, Qui τὸν thena, posuisti magnificētiam tuam super cælos. Sic & Chaldaeus τὸν iahabta, posuisti, dedisti. Eleganter dixerunt μεγαλοπρέπεια, magnificētiam, quod Hebraicè τὸν hodeka, confessionem tuam, nempe gloriam, laudem, odam tuam, qua te mortales adorant, celebrant. Vbi terram maiestatis, ac celebritatis eius plenam prædicasset, continuo respicit calum, nempe quod ait Theodoritus, admirabilis sursum, admirabilis deorsum. Non ex terrenis duntaxat operibus admirandus, sed posuit quoque miracula suæ maiestatis in cælo. Illic demū suspiciendus, admirabilis. In quo vt id nobilis philosophus, cum admirabilitate maxima, igne & formæ cursus ordinatos definiunt. Peragrat autem de Sole, Lunâque multis subiicit: Quo spectaculo, inquit, nihil potest admirabilis esse, nihil pulchrius. De stellis autem, quarum contemplatione nullius expleri potest animus, naturæ constantiam videre cupientis. Vates igitur noster reddidit causam cur sit admirabilis in terra, qui scilicet maiestatis suæ testimonia posuit in cælo, quibus à mortalibus consideratis, laudatur, celebratur, suspicitur, expleri nequeunt, iuvat & queat morari.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem in propter inimicos tuos, vt destruas inimicum, & vltotem.

ER F E C I S T I, vt Græcè καὶ πρῶτον, absoluisti, perfecisti, Hebraicè est τὸν isadrha, fundasti, stabilisti. Item, vt destruas inimicum. Fons τὸν λεβανθή lehasbit, vt facias quiescere, quemadmodum vertit Hieronymus. Sensus autem verus viderur mihi, quem monstrat Auen Esra, sequiturque David, cum retulisset opificem toto mundo videri admittibilem, homo autem omnium animalium nobilissimus, qui solus sentiat, perspiciat hanc pulchritudinem, cōtinuò, vt editus in lucem est ab ipsa infantia, ab incunabulis à latē incipit effari creatorem. Tunc animus in puerili corpore, vires ad cognoscendum paulatim suscipiens, sapientiāque sese imbueens, arcano quodam impulsu erigitur ad creatorem, insinuat pectus quidam de rerum reperto senus. Propterea dicit, Fundasti laudem in ore puerorum: nimis quoddam naturale cognoscendi, & prædicandi tui in pueris exordium iecisti, fundasti: idque ea gratia, vt quiescere facias inimicos, siue, vt est Hebraicè τὸν zorerecha,

FF iiiij

aduersarios tuos,illos scilicet,qui te denegant,qui te nusquam esse fatentur,aut non tuum,D
hoc omne quod cernimus, sed temeritatis opus prædicat. Eos scilicet aduersarios innuit,
quos vbique magni philosophi proscindunt,lacerant,vt quod ait idem philosophus : Hæc
omnis descriptio siderum , atque hic tantus cæli ornatus ex corporibus huc , & illuc, casu
& temerè concursantibus potuisse effici, cuiquam fano videri potest. Infanos appellat, vt
noster, inimicos Dei, qui negent hæc citra diuinam sapientiam potuisse fieri. Neque enim
tempestate quoque illa, diuinæ maiestati detrahentes, deerant. Opponit eis naturalis im-
pulsus testimonium. Quæ est enim gens tam fera , quæ cùm primum in cælum suspexit,
non sapientissimum opificem agnouit? Nascamur hac scientia, cùm imbuit, docuit nos
ipsa natura. Cùm primum possumus loqui, creatorem nostrum resonamus: in ipso lacte,
scintillæ quædam inflammant. Hoc autem testimonium, facit quiescere, tacere aduersa-
rios. Vtorem autem dixit, crudelē, sanguinarium, immanem, barbarum, superbū,
quales illi Gigantes,

-Qui manibus magnis resindere cælum

Aggregati superisque lumen detrudere regni. Aut Homericus ille Cyclops:
Horum omnis blasphemia, contemptusque Deorum.

Quoniam videbo cælos opera digitorum tuorum, Lunam, &
stellas quæ tu fundasti.

Fundasti. Vndasti, Græcè similiter ἐθεμέλιως, Hebraicum clarius, omniq; cælesti descriptioni E
magis aptum, conantha, stabilisti, firmasti, fixisti, cæli sedes immobiles, stabi-
lēm q; ordinem, cursus certos, ac ratos designat. Est hic duplex sensus: Aduerbiū He-
braicum & ki, nunc designat quoniam, nunc quando. Principio dicitur, Admirandus es vn-
dequaq; laudibus tuis non possunt ora nostra satiari. Quid enim cælo, & stellis, lunaq; ad-
mirabilius: Hæc autem opificium tuum sunt, tua fabrica, diuina, ac præpotenti manu tua
excitata. Tu flamas illas accendisti, ordine sempiterno moueri dedisti. Non vacillant, nō
absistunt à recto, senio non tabescunt, hebetantur. Idem semper robur, eadémque iuuenta,
atq; cùm conderentur. Alter sensus: Cùm video cælum manuum tuarum opus, lunamque,
& stellas, admirabor quidem, sed maiora cerno. Video in terris hominem, factum à te,
veluti quendam Deum: parum deest illi, quin sit Deus. Excelsam naturæ suæ conditio-
nem, proximamque magnitudini tue dignitatem tibi debet. Hi sunt duo sensus. Quod igit-
tur ait, Cælum opera digitorum tuorum, est quale prisci philosophi, propter sæculorum ex-
ordio mundi vicinitatem, non ignari theologiæ, quæ litteris sacris personat, litteris suis
prodiderunt, vt diuinus Plato, de quo Latinus philosophus, fabricam illam tanti operis,
qua construi à Deo, atque ædificari mundum facit. De Sole autem, & stellis, corùmque
lucidissimis corporibus in Timæo: σύμμα τὸν πάντας τοῖς φύσεις τοῖς φύσεις, οὐ πάντας περιόδους οὐταὶ τοῖς φύσεις τοῖς φύσεις. Quorum corpora cùm Deus condidisset, motus, volu-
tionesque adiecit: quæ cùm sint septem, septem quoque contrariis motionibus rotantur.
Vocat igitur noster, cælos opus digitorum Dei, vt Plato, fabricam: manus magnas, Deo tri-
buens. Omnes simul digitæ sunt manus: qui dicit digitos, dicit totam manum. Et Ma-
gi visis miraculis per Mosen prolatis, dixerunt, Digitus Dei est hic: nempe molitus,
opus. Nostræ ad hanc metaphoram non descendant, vt Deo manus, digitosque ven-
dident, sed opus Dei cælum, aut eius sapientia repertum, simpliciter ferant. vt quod idem
Plato, in Timæo: Animum igitur cùm ille procreator mundi Deus ex sua mente, &
diuinatione genuisset. Suas quæque lingua peculiares habet metaphoras. Verbum au-
te quo dixit stellas stabilitas immutabilité, locatas, arguit significatū quo poëtarū emi-
nentissimus Homerus crebrò vocat cælum ὡρίγχαλον, ἀσφαλές, æratum, ferreum, adamantineum, nempe nullo senio contabescens, è sedibus suis firmissimis nūquam discedens, tu-
tum, stabile, non vacillans. Soli quoque crebrum dat epitheton, ἀκεμπα, indefatigabilis, in-
deficiens, inexhaustæ lucis.

Digiti.

Fundare.

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniam
visitas eum?

Vspexit cælum, rediit in terras, hominem cum primis hoc carmine admiraturus,
quem magnum miraculum Trismegistus vetustissimus Ægyptiorum theologus
vocat, vt quis sit quasi visibilis quidam Deus, animal (vt ait Plato) diuinissimum, solus

ex om-

A solus ex omnibus animantibus religionis, sapientæque capax. Propterea cælo, & omnibus stellis mirabilior, cui sidera, totumque cælum voluitur, calorem, lucemque cælestem solis hominibus distribuens. Cui latè rura parent. Hunc vnum sanctissimus vates admiri-
ratur, nobilissimis quibusque creaturis comparans. Quid autem in omni mundo, Sole, Lu-
na, totóque æthere nobilius, quem quintum, diuinumque corpus, Plato, Aristotelesque
vocant? At si cernas hominem, pretij nullius est cælum. Non aliud quæ corpus lumino-
sum, idq; propter hominem. Quasi lucerna quædam in laquearibus mundi his qui terram
colunt sublimiter accensa. Quam qui visendam gentibus suspendit, indicavit priore lo-
co se eos habuisse, quibus lumine illud accenderet. Miratus igitur exclamat, Quid homo est,
quod memor es eius? Duobus sensibus quidam erat homo, cuius vnius in primis ratio-
nem habere voluisti. Quibus meritis assecutus est homo, vt in eo creando, sapientiam tuam
ostentares? Nihil in eo creando te fugeret, nihil omitteres, non oscitanter eum conderes,
sed omni vigilantia, omni cum memoria, solertia. Accesit enim ipse creatus, qui cæte-
ra solo imperio creasset, omnem charitatem, memoriāque ad illud opus adiecit. Alter
sensus, per admirationem. Quanta res est homo, cuius præcipue creationem Deus atten-
dit, hunc in primis ante oculos quem conderet habuit. Dij boni, quæ diuinum opus est
homo, qualis, quantaque diuinæ mentis inuentio, quæ testatur aperte, nihil tamen exquisitæ, tamen
solerter, tanta cum memoria, animique sui præsentia, Deum condidisse. Quod autem dicit,
Visitas eum: Hebraicus est. Visitari à Deo, dicitur, quem Deus benevolentia prosequitur,
B quem respicit, multis beneficiis accumulat, sibi ad eum ventitat, iniurias, memorem, be-
nevoliumque fæse illius ostendit. Is fuit Deus hominem creando, nullum beneficium, nul-
lam gratiam non conferendo. Visitare igitur est præspicere, prouidere, declaratur vis hu-
ius verbi, ex antecedenti, quod, vt vbique solent psalmi, bis easdem res duplicatis nomini-
bus appellant. Primum, Quid est homo: Secundo, Filius hominis. Itemque primo, memor es
eius: Secundo, Visitas eum. Ex primo igitur doceris quid sit, visitare eum.

*Quinta ef-
fentia.*

*Quid est
homo?*

*Filius ho-
minis.*

Minuisti eum paulò minus ab Angelis: gloria, & honore coronasti
eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Æteris omib; quibus homo non est insignis, quoniam cum reliquis animantibus
habet ea communia, tantum partes eas proponit, quibus à rebus terrestribus lon-
gissime rediens, accedit proximè ad dignitatem Deorum. Pro Angelis, in fonte est
Elohim, Dei nomè, & Angelorum, qui Dij in sacrifici litteris, iuxta atque profanis nun-
cupantur. Chaldæus quoque in eam linguam pro Hebraico non Deum, sed נָהָר mileca-
ia, Angelos posuit. Sequitur Rabi Salomon, omnes Hebrei similiter. Ad hunc sensum, pro-
ponitur hominum conditio, paulò inferior dignitate Angelorum, quibus preter im-
mortallitatem corporum, fermè data sint omnia, quæ Angelis. At mihi magis probatur, li-
cet Hebreis superstitione reclamatis, Elohim vt vulgo per omnes facras litteras refonat,
(rarò enim Angelos designat) nunc esse nomè summi Dei, camq; theologiæ cù primis Vat-*

Ab An-
gelis.

C diuinum nunc celebrare, qua Moses vetustissimus philosophus prodiderat, Faciamus ho-
minem ad imaginem, & similitudinem nostrâ. Et ad imaginem Dei fecit illû. Nâ quemad-
modum Moses vbi declarauerat, hominem ad similitudinem Dei creatum, quæ maximè fit
hæc similitudo, subiecit. Vt dominaretur piscibus maris, & volatilibus cæli. Ad hanc eandæ
seriem Poëta diuinus vbi paulò Deo inferiore, cōditum hominem cecinisset, addidit ex-
templo, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vera igitur lectio cūctis ambagibus amandatis,
est, Paulò minus à Deo, quemadmodum in psalterio transtulit Hieronymus. Totam enim
theologiam decantat, vnde hominum genus, nimirum à Deo. Vnde haustus animus, nimirum
ex mente diuina. Omnem in quam theologiam Mosaicam, qua docetur homines af-
flatu diuino creatos, ad imaginem Dei conditos, manibus Dei sumpta materia molli, cor-
pus effectum. Datum imperium super vniuersa terra, mari, aere, cunctis terrestribus, aériis,
& aquaticis animantibus. Ad eorum usum desuper cælestes luces accensas. Fecit enim eas,
inquit Moses, vt lucerent super terram, diem, noctemq; distinguenter. Solem igitur, & Lu-
nam, stellæque Deus hominibus creavit imperatores, dominosque omnium rerum eos cō-
stituit. Nulla dignitas, nullus honor prætermis, quem in eos non conferret. Vt Deus do-
minatur vbique, præcipue cælo: sic homo dominus totius mundi, Deus quidam parvus,
Deus terrestris, vt præsca theologia prodidit. Hominis est quicquid sursum, deorsumq; cer-
nimus. Tale quid noster nunc Vates admiratur, & canit, quale, natura docete, philosophus

Latinus. Deum te igitur, inquit, scito esse: Siquidem Deus est qui vigeat, qui sentit, qui medinit, qui praeuidet, qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quæcum hunc mundum princeps ille Deus. Et ut ipse mundum ex quadam parte mortalem ipsum Deus æternus, sic fragile corpus, animus sempiternus mouet. Audi eundem philosophum, non aliter quam Vatem Hebraum admirantem, diuinam hominis conditionem, totamque Mosaicam theologiam, & huius Psalmi declarantem; orditur ab eodem, atque Moses, & nunc David. Est igitur, inquit, quoniam nihil est ratione melius, eaque, & in homine, & in Deo. Prima homini cum Deo, rationis societas. paulò post, Est igitur homini cum Deo, similitudo. Quod cum ira sit, quæ tandem potest esse propior, certiorue cognatio? Itaque ad hominum commoditates, & usus tantam rerum vertutatem natura largita est, vt ea quæ gignuntur, donata videantur. Non solum ea quæ frugibus, atque baccis, terre fructu, profunduntur, sed etiam pccades, quod perspicuum sit, partim ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Multaque præterea persequitur, prius cum scriptoribus diuinis congruens, esse homini cum Deo similitudinem, tum dignitates, muneraque diuina, decus hominis admirans, cuius ad usum cuncta deseruant, nascatur, augentur. Nulla igitur ratione legendum est, Paulò minus ab Angelis: cum Deo fit, non cum Angelis, quorum erat obscura natura, comparatio: conserui sunt Angeli: nihil habent nobis excellentius. Multi sunt homines Angelis maiores, vt virgo cælesti decorata parva. In deificatione quoque omnes erunt aequales Angelis Dei. Idem grauissimus orator: Homo cum nullo alio nisi cum Deo comparari potest. Idem conditionem hominis, E velut nunc Hebraeus admiratus, Animal, ait, hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, membrum, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. Res igitur clara, cum Deo, qui dotes suas contulerit in hominem, eique similitudinem suam indiderit, fieri comparationem. Hebreos non mirabatur hic scrupulosos, quos vbique nimium superstitiones deprehendens. Nonne etiam diuus Paulus fatetur homines fore conformes, imagini filij Dei? Et alias: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et in Psalmo: Ego dixi, Dij estis, & filii excelsi omnes. Si sunt Dij, si filii Dei fieri possunt, si conformes Christo, eiusdemque claritatis futuri sunt credentes, si cohæredes Christi, quid obstat nunc dicere, Minuisti eum paulò minus à Deo? Hæc igitur vera letio. Quod autem sequitur:

Coronasti. Gloria & honore coronasti eum.] Praclarè coronasti, vt tum designat honorum dignitatūm que quibus circunfusus est homo, multitudinem, tum decus eius, & quasi regnum, quo latè super omnes animantes imperat, velut diademate regio decoratus, velut rex omnis terræ à Deo declaratus, regia corona, sceptroque insignitus. Sunt Hebrei, qui putent hæc referri ad immortalitatem animorum, eam esse gloriam, id decus hominis, corpore cadente, reuolare animos immortales ad cælestia. Hoc decus esse diuinum, sedibus ætheriis ex genere diuino, animos esse dimissos. Deterius autem Angelis (perstant enim non Deum, sed Angelos, opinari, quibus cum fiat comparatio) homines habere, quod sint alligati corpore: decus autem esse, quod animus sit cælestis. At hæc interpretatio paulò longius à scopo va- F gatur. Philosophatur enim aperta, plana, cuius è medio noster philosophus. Repetit, asserit theologiam Mosaicam, coronam illam decantat, qua Deus in exordio mundi, declarauit hominem regem rerum terrestrium. Iussit omnia pedibus eius subiici, Omnes in terris animantes eius imperium exhorrescere. Nascitur quidem hoc ab immortalitate animi. Quo dominatur omnibus homo, eodem est immortalis. Ad primum illud à Poëta consideratur.

Constituisti. Constituisti eum super opera manuum tuarum.] Constituisti eum, clarius in fonte, & apertius, superiora designans tamshilchu, dominari fecisti, dominum constitueristi. Hinc Hieronymus: Dabis ei potestatem super opera manuum tuarum. Refert, vt superius monstratum est, Mosaicam, qua Deus imperium super omni terra, super omnibus animantibus homini, dedit, hæc dicens, Et replete terram, & subiicie eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terra. Opera igitur manus vocat, quæ superius, opera digitorum, Poëticis metaphoris, quibus profani quoque Poëta dant Diis manus, pedes, longius prouecti, dant ventis barbam, crines: pluraque id genus apud omnes inuenies. Dat ille dexteram summo Ioui. Dextera sacras iaculatus artes, Terruit urbem. Repetit eandem dominationem. Hæc opera Dei esse vel philosophi quos agebat natura, diuinè cum sacris litteris congruētes perspexerunt. Postea inquit, Romanus

A manus philosophus, cùm vidissent motus eius finitos, & æquabiles, omniāque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere debuerant inesse aliquem nō solū habitatorem in hac cælesti, ac diuina domo, sed etiam rectorem, & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. Quantæ res, inquit, hominibus à Deo, quāque eximiæ tributæ sunt: Vsurpant etiam idipsum nomen dominationis. Terrenorū item, inquit, commodorum omnis est in homine dominatus. Persequiturque docens quod nunc diuinus Poëta canit. Nos onera, inquit, quibusdam bestiis, nos iuga imponimus, nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitatem canum ad utilitatem nostram abutimur, nos è terræ cæuernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam: nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus. Non procul his: Quāsque res, ait, violentissimas natura genuit, earum moderationem non soli habemus, maris, atque ventorum propter nauticarum rerum scientiam. Nos campis, nos montibus fruimur. Nostri sunt amnes, nostri lacus, nos fruges serimus, nos arbores, nos aquarum inductionibus, terris fœcunditatem damus. Nos flumina arcemus, dirigimus, aduertimus. Quid verò: hominum ratio nō in cælum usque penetrauit? Demum concludens:

Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Estrat. Es trāt, inquit, vt doceam, atque aliquando perorem, Omnia quæ sint in hoc mundo, quibus vtantur homines hominum causa facta esse, & parata. Igitur & illos non B statuit, omnia pedibus eius esse subiecta.

Oves, & boues vniuersas, insuper & pecora campi.

Missis. Missis (vt ait Auen Esra) equis, asinīisque, & id genus aliis, memorauit animalia imaginis vtilia, quæ nobis, & victum, & vestitum, multaque alia commoda præstent. Multiplex est in ouibus vtilitas. De bobus autem audi Philosophum, similem, atque Poëtam Hebreum, theologiam decantat: Quid de bobus, ait, loquar, quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum, figurata? Cervices autem natæ ad iugum, tum vires humorum, & latitudines ad aratra extrahenda. Tanta, ait, putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt corum visceribus vesci scelus haberetur. Persequitur de reliquis animalibus, quod semel noster dixit, Et pecora campi. Pecora cāpi, Hebraicè sunt bestiæ campestres, pascentes in pratis, equi, asini, sues. Longum, inquit idem philosophus, est mulorum per- *Pecora campi.*

Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

*D*e eundem ordinem, eadem admiratus in sua philosophia Romanus: Quid multitudinem, inquit, suavitatemque piscium dicam? quid auium ex quibus tata percipitur voluptas, vt interdum pronoë nostra, id est prouidentia, Epicurea fuisse videatur. Semitas maris obambulare pisces canit, hinc Græcè vocantur ποντιοπόοι, pontiuagi, pontumque secantes, estūmque secabant. Semitas æquoreas eleganter sectas, non impressas à pisibus, dixit, Gens innumerabilis variarūmque monstra ferarum. Iter æquoreum secat. Scindit, Hebraicè, qui perambulat semitas maris, esse participium singulare ιων ober, perambulat, pisces autem numerus multus. Ob id Hebraeus Auen Esra sentit id non de piscibus, sed homine, qui perambulat semitas maris, vt dicatur in psalmo, Ingreditur semitas maris, nimirum homo. Quia, inquit, ingenio suo reperit artem nauium faciendarum, scitque vias quibus mare secatur. Id autem commemoravit, inquit, quod in profundis fluctibus explicantur pisces. Stat tamen eodem teste, vt possit de piscibus intelligi, Qui perambulant.

Domine dominus noster, quæ admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra.

*D*e finis atque principium, vt Psalmus, Benedic anima mea dominum, vt noscas artificium. Solet id in suis hymnis Homerus:

Μνησομεν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν θεόν.

Sum memor, atque tui non obliuiscar Apollo.

Aὐτῷ τὸν θεόν, καὶ τὸν μνησούντος αὐτοῦ.

Aīt ergo, non hoc solo recolam te carmine Apollo.

Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnīn.

In fine totius carminis, prolixo quidem:

Est quasi carmen Amabæum, vt noster,

Theocritus quoque quem noster exprimit:
Αγχετεβακολας μαστιφιλ αρχετ ζωδες.
In iuste bucolicum carmen, chara incipe Musa.

D

P S A L M I I X. I N S C R I P T I O.

In finem pro occultis filij, Psalmus David.

In finem la nūmīra. N finem: Hebraicē lamnazeach, ad iubilandum, triumphandum, paeanisnum, victoriale carmen prēcincere. Secunda vox pro occultis: in fonte ἀλμόθ almoth, vehementer amphibola. Si sint duæ dictiones al moth, sonabit super mortem.

pro occul tu. Si una duntaxat, duas tenet significations, almoth occulta, vnde alma abscon dita virgo. Aut est nomen cithara, vocata almot, vt inscriptionibus psalmorū fiet perspicuum. Quod item trāstulerunt Græci, filium, Hebraicē λαβη laben, ea quoque vox ambigua. Alij esse eum qui dicitur Λαβη conuerte litteras Nabal, hic laben, Alij quod maximē probat Auen Esra, esse nomen principis, qui bellum gereret contra Israelitas: super quo interfēcto hoc carmen victoriale cecinerit. Hoc mihi videtur probabilius. Nam prior dictionis super occultis, nō potest designare, neque musicum instrumentum, propterea quod simpliciter dicitur almoth, non dicitur super almoth, nempe vel super organo illo, vel super occultis. Secunda vox filium designare non potest, quoniam non adderetur ei præpositio la, sed simpliciter diceretur, super morte ben, népe filij. Minus item probabile, vt litterarum facta sit conuersio pro Nabal, laben, non vñstatum sacris litteris. Probatoriū igitur sententia Auen Esra, & eorum quos ille sequitur, vt inscriptio sit ad hunc modum legenda: Ad canendum triumphaliter super morte Laban. Quod explicans Chaldæus paucis, vt sollet adiēctis. In laudem, inquit, Pro morte viri, qui egredens est πολεμιχα polemircha, de medio ex exercitu. Est (vt vides in Chaldeo) vox Greca πολεμιχα, id est princeps belli. Super hoc interfēcto, qui quondam bellis continentibus vexaret Hebræos tradit antiqua doctrinæ successio, hoc victoriale carmen editum. Est quasi hymnus in louem iudicem rerum humanaū fulminatorem, altitonantem.

P S A L M I I X. E X P L A N A T I O.

Confitebor. Confitebor tibi domine, in toto corde me, narrabo omnia mirabilia tua

R D I T V R quale sape suos hymnos inchoans Homerus. Est enim Confitebor tibi, vt saepenumero admonui, quod priscus ille Poëta, quem vetustam Hebræorum sapientiam non latuisse palam est, in suis hymnis, aut psalmis, quos Diis decantat, præfatur:

Tātē ταμπιτερηγν ζεισουαη ηδέψελο,

Iehona. Et in hymno Iouis, qui & in hoc psalmo vocatur Iehoua, amotis vocalibus Ioues,

Ζηνα ιενο τοι εργο ζεισουαη ηδέμενο.

Canto Iouem qui diuum est maximus, utque supremus.

Est etiam vt furta profanorum poëtarum noscas, simile apud vtrunque verbum. Nam quod Homerus in initio, οἰδη, οἰδη, in psalmo est Ιερα ode, cantabo, confitebor, vt tum rationem canendorum psalmorum, tum exordiendi, tum nomina usurpauerit. Atque in fonte propriè est, Cantabo louem cum toto corde meo, Ιερα Ιερα Ιερα Ιερα. Et furta illorum ex facris poëmati. Homerus item præfatur, cantabo louem optimum, maximumque. Vates autem Hebræus maximum designat, cum pollicetur se canere prodigia, fortia facta eius, victorias per eum partas. Itaque dicens narrabo, Hebraicē est numerabo, recensebo, proponit quasi catalogum prodigiorum diuinorum, suis carminibus explicandum.

Lætabor, exultabo in te: psallam nomini domini altissimi.

X A G G E R A T I O his hymnis vñstat, Lætabor, exultabo, psallam, coniuncta inter se atque apta. Qui canit lætabatur, nescio qua dulcedine latus, mulcetur, hilarescit, lobambulant animum gaudia quædam cælestia. Canendo tristitia discutitur.

P sallere. Interea longum cantu solata labore.

Quocirca Hieron. in sua tralatione vertit lætabor, & gaudebo in te, canam nomini tuo altissime.

¶ Itaque parum Latinè reliquit Græcum verbum intactum psallam, Latinus interpres, non vñstatum apud bonos autores, cùm non deesset Latinum, quo posset Græcum ~~bone~~ redere. Quemadmodum facit transferens, confiteri, quod est canere, ~~confite~~ ~~confite~~ ~~confite~~ ~~confite~~ ~~confite~~ ~~confite~~. Scias item, vatem Hebraicē vñstatu epitheto vocare louem suum, altissimum, quo crebrò vocat eundem Homerus ~~αριστον μέγαν~~ opti- Altissi- mus.lib. de som. scipio-nis. Solem summu

Euprōna κρονίη κύδιστε φέρεται. Longius aspiciens, & præstantissime, summe. Est enim vis Hebraicē epitheti, altissimi, quæ continetur duobus illis, εὐπρόνα, cernens latè, nempe ex editissima cæli specula, quod alius psalmus canit: Et alta à longè cognoscit: ~~σινῆ~~ scilicet εὐπρόνα. Ut noscas item sermonem Hebraicū omnī in terra sermonis patrem, ve- 285. lut quendam multotum fluminum genitorem, fontem. Helion Hebraicē dicitur altissimus, εὐπρόνα. Hinc ergo vetustissimi Græci ab Hebraicis natī (Nam Iauan Græcæ nationis progenitor, ab Hebraic lingua, eadem, atque Abraham origine) vocarunt. Solem, velut altissimum Ηλιον, Helion, quemadmodum usurparunt vocem oda, & Etrusci nomen summi Dei, Iehouah, Ioues.

In conviendo inimicū meū retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

B E r numerū multū dicēdū ubiq, ne sensū fiat obscurior, inimici mei. Atq; Hieronymus reddidit clarius, Cūm ceciderint inimici mei retrorsum, & corruerunt, & perierunt à facie tua. Ad amissum igitur sic habet Hebraicū: In redēfido inimicos meos retrorsum. Dum fusi, fugatiq; inimici, terga dabunt. Cantabo, inquit, cūm in fugā cōiectos inimicos video: Aut, ob partā iam victoriā, ob superatos, in fugāq; versos inimicos, victoriale carmē cōcinā. Interfēcto, inquit Auē Esra, eorū rege, nō refurgēt. Quod autē dixit οὐδενός, infirmabūtur, fons clarior Ιερα icashelu, cadēt, corrident, vt vertit Hiero. Forfan, & hoc quoq; Hebraicū peruenit ad Latinos. Nā casus Hebraicē casal. Orationis igitur ordo est, In redeundo inimicos meos retrorsum, corruēt, peribūt. Vel sic, lætabor, gaudebo, cantabo, quoniā fusi terga vertēt hostes, cadent, peribunt, delebuntur. Ob hanc victoriā, cantabo, efferar lætitia, dicam tibi sacrificiū carmen, hymnum diuinum tibi magno cū gau dio sacrabo. A facie tua, Hebraismus est. Iungunt faciem præpositioni, vt, in superfacie ter- *A facie* ræ. Nempe super terra. Super facies aquarum, super ipsis aquis. Similiter peribunt à facie tua, ante te, in oculis tuis, siue propter te, te victoriæ duce, te prælii nostris præsente, victoriāque concedente. Tūrum autem hunc versum, Symmachus, quem imitatus est Hieronymus, transtulit δῶν τῷ δόνατον θεοτελεταπένταν τῷ εὐχόπον μή εἰς τῷ δόνατον, cantabo nomi- *Symmachus* nati tuo, altissime, conuersis inimicis meis retrorsum. Possuntq; hæc futura esse vice præteri- *Hiero-* torum. Quod inimici versi sunt in fugam, quod exercitus eorum delerūt, quodque duce te nymus. profligata sunt agmina impiorum, Cantabo Carmen opinacion. claret ex sequentibus.

Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam:

C sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

G EVERITATEM, vindictā, inimico ex sanguine penas sūptas designat. Pro eo quod Latinus dixit, causam meam, Græcē, & Hebraicē clariss, Ιερα, iustitiam. Hebraicū, vñ dñi, iudicium meū, atque ius, iustitiam q; meam. Causam meam vindicasti. Non ego, sed illi profligari, deleri merebantur: contra pios impia arma mouebant. Hoc tu cernens, causam nostrā suscepisti, iniurias nostras persecutus es, atrociter vindicasti. Hanc sententiam venusta metaphora declarans, Sedisti super thronum, sceptrum, scilicet virgāque censoriam sumpisti, seuerissimē iudicasti, *celſa sedet* *seculis arce*.

Sceptra tenens, mollisque animos, & temperat iras. Haud secus noster, Sententiam cōtra nostros inimicos pronuntiatur, super maiestatis tuæ solio sedisti. Quis est hic, ait, qui te neget res hominum attendere, & quoties iustus ab iniusto vexatur, diripitur, violatur, negligere: in dñe tu vindicas iniurias vexatorum. Tralatio- nē throni, cui Deus infideat, cæteri quoq; prophetæ frequenter usurpat. Vidi dominū sedē tem super solium excelsum, & elevarum. Et alias, In excelsō throno vidi sedere virum, quæ adorant multitudo Angelorū. Simile quid nunc decantans, iudicem eorum, quæ fiant in terris eum demonstrat. Forsan & hoc Hebraicū nomen diu usurparunt Græci δικη, iu- stitiam, iūsque designat. Thronus quoque Græcum est, Latinè solium.

G G

Increpasti gentes, & periiit impius, nomen eorum de-
lesti in æternum, & in sæculum sæculi.

Deus, vni-
uersalis
Index.

Et ultra.

Framea.
Romphaea.

Lanezach.

Cū sonitu.

Permanet.

Parauit.

Deus, cur
beatus sit,
& adi-
rabilis.

Tvisus est tralatione throni, proponens Deum velut viresalem iudicem, qui sedeat; Sceptrum tenens, moderator scelerumque vlor, quod veteri proverbio, ut ait Aristoteles, & Philo, declaratur. *Nomē πάπερος τύπος, iustitiam, Dei afflustricem esse: sic dat eidē voces horribiles, iudiciales, quibus velut à summo iudice, scelerati coarguntur, pauore, terrorēque afficiantur. Primum igitur in eos infremuit, tonitrūque sua maiestatis eos concussit, perfregit, tum illi ceciderunt, velut cūm dixisset, Quem queritis? percussi, fracti. Deletus est igitur exercitus ille gentium impiarum ad increpationem diuinam, Iouialem. Et per epitaſin carmen intenditur. Quē sint gētes, discas ex sequenti, nempe impius. Sic quid sit increpasti, nimirum, Nomē eorum delesti, perdidisti, profligasti. In sèculum sèculi, dixerunt Septuag. quod Hebraicē *νέα* veat, Et ultra. Totum autem hunc locum Chaldæus intelligens de Philisteis, & Goliath eorum fortissimo, transtulit; Increpuisti populum Philistinorum, perdidisti Goliath impium.*

Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum
destruxisti: periiit memoria eorum cum sonitu.

Ilegas iuxta ea quæ transtulerunt Sept. exponentum est, Defecerunt frameæ ini-
mici, in æternū. Sciendum pro framea Græcē esse *ἱουφᾶς*, romphæa, utrumque no-
men raro apud bonos autores Græcos, & Latinos, nunquam apud bonos historicos E
qui de bellis, machinisque bellorum scriperunt, reperias. Framea, telum Germanicum, autor Tacitus. Vox igitur Hebraica quæ hoc loco est, *וְרֹא* cūm sit amphibola (sonat enim siccitates, sonat solitudines, deserta, sonat gladios) erat transferenda ῥόphæa, aut framea, *וְרֹא* solitudines. Et quod Sept. dixerūt more suo *εἰσέλθως*, in finē, est Hebraicē *וְרֹא* lanezach in sempiternū. Et verbum defecerunt, *να* tammu, potest sonare defecerunt, & completi sunt. Igitur Hieronymus iuxta hæc significata vertit, Inimici completae sunt soli-
tudines in finem. Hanc sententiam probat Rabi Salomō designare ex aliis locis chorabot, solitudines, ut quod ait Hieremias, Reuertemur, ædificabimus Chorbot, nēpe solitudines. Hæc dicit dominus exercitum, Ipsi ædificabunt, & ego destruā. Ad hanc significationem verbum tammu, transferendum est, consumatae sunt, perfectæ solitudines eorum. Ulti-
mūque eorum excidium innuitur, euersio. Hæc significatio, eo vel maximè probatur, quod (ut solet vbiue) cōtinuò similem repertis sententiam. Et ciuitates eorum destruxisti. Ecce solitudo, vastitas. Quod autem ait, Periiit memoria eorum cum sonitu: non est in fon-
te, Cum sonitu, sed, Periiit memoria eorum *νέα* hema, ipsi deest prepositio, cum ipsis, ut di-
xit Hieronymus, & chaldæus, Periiit memoria eorum ab ipsis. Quid enim est cum sonitu? Legenda sunt igitur omnia, digerendūque versus, ut monstrauimus, de Palæstinis hosti-
bus, ut sentit Chaldæus, funditus euersis, extremæ neci datis.

Et dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronum suum.

Ecce versus series in fonte, non erat ab interpretibus perturbanda. Quod dixerunt Græcē *μέτι*, permanet, Hebraicē, Et dominus in æternum *νε* iesheb, sedebit. Vsurpa-
uerat enim superius similitudinem solii, Sed isti super thronum: nunc in æternum se-
debit, nempe regnabit, præsidebit, illis deletis, & funditus euersis, qui bellum superius indi-
xerant, & quasi gigantomachiam fuscitauerant, ipse Deus laudabitur, vigebit, sempiternū
erit regnum eius, potestas æterna. Eoque sequitur, parauit in iudicio thronum suum. Pro pa-
rauit, inclius, atque luculentius in fonte *να* conen, fixit, stabiliuit. Inde Chaldeus *να* tachin,
roborauit. Hoc sensu dicuntur, Eodem iudicio, feueritate contra inimicos semper erit, qua
fuit nunc. Non est, ait, potestas eius breue ad tempus, tantopere semper erit in posterū om-
nipotens, hostibꝫque tremendus, quantopere haec manus fuit. Non est abbreviata manus
eius. Imò vero stabiliuit solium diuinitatis suæ, in iudicio, & æquitate, nimirum æternitas
regni sui sociatur cū æterna iustitia, pariter sempiterna æquitas, atque regnum ipsum. Ro-
bur huius regni, quo permanet, ad omne tempus est, propter inexhaustam, indeficientem
que iustitiam: stabilitatem throni sui, vult esse incorruptam, immortalēq; æquitatē. Hoc
robur, haec vires Dei. Nō est (ait Plutarchus) Deus beatus, excellentissimus, atq; admirabilis
quod possit omnes perdere gentes, sed propter inæstimabile æquitatē, infinitamque boni-
tatem. Hac Deus æternus, hac omnes antecellit Deos, hominēsque. Propterea subiicit:

F

Et

A Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate: iudicabit
populos in iustitia.

M N E hoc carmen in cœfionem dubitationis, assertionisque confirmationē tendit,
quam multi philosophorū cūm viderēt malos felices, bonos infelices, dubitarū an *providet*
vllū effet numen, cuius iudicio res hominū subiicerentur, vt est apud Claudianum, *tia*.

S a p e m i b i dubiam traxit sententia mentem
Curarent superi terras, an nullus inesse
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.
N a m cūm res hominū tanta caligine volui
A spicerem, letosque diu florere nocentes.

Hanc dubitationem tollunt vbiue sacræ litteræ, contenta voce, & sapissimè proclamā-
tes esse iudicem, qui res hominū æternis regit imperiis, & fulmine terret. Est enim ful-
men, quod Poëta facer appellat increpationem, vt Poëtae profani Iouem fulmine terrere
gentes canunt, sic facer increpare. Illi fulmen celebrant, sacri tonitru: etiam illi tonitru nō
nunquam. Hinc vocant eundem *Ιερόπετα*, Altitonantem, quod in Hebraica poësi, incre-
pantē. Vtq; noster superius dixit illum increpare gentes nēpe tonitru quatere, sic Latinus
humanas motura tonitrua mentes. Persuasum igitur sit nobis, quām nomen Iouis è sacris
litteris usurpassent poëtae profani, tam usurpasse tonitru, fulmen, tela Iouis, imperium su-
B per omni terra, & quod res hominū regat imperiis æternis, & terreat. Imperare, & terre-
re dicitur in poësi sacra, shapat, iudicare: nimirum res omnes cernere qua ratione fiant, tu *iudicare*
sententiam ferre de malefactis. Propterea repetit, Iudicabit populos in iustitia, æquitate.
Et sacras litteras sequentes prophani poëtae vocant eundem *Ιερόπετον*, iudiciale, iura dan-
tem. Ad hanc rationem, diuinæ poësis non ignarus, sed imitator Homeris, in hymno, siue
psalmo Iouis de eo,

E u r o p a, κρέοντα, τελεσθόρον, θεόν θείαν
Εγκλιδών ερέμους πυκνώς δέρπες δέλεξ,
Immensis oculis, dominator, iustitiaque
Insidens folio iura immortalia sanxit.

E u r o p a

Cernis, hæc vt è sacris litteris veluti profluens, quarum prisci Græcorum poëtae
penitus imitatores fuerunt. Homerus enim perinde atque Orpheus, adiit *Ægyptum*,
cum sacerdotibus, quos Prophetas nuncupabant, versatus est. Erat antiquissimis illis sœcu-
lis maior inter Græcos, Orientalēsque lingua, scientiarūque societas, propterea quod
minus aberant ab exordio, cūm nullum esset sermonis, scientiarūque dissidium. Tota
igitur hæc Hebraica poësis, ratiōque hymnorū, nomina, res attributæ summo Ioui, ipsū
que Iouis nomen, ab hac sancta longēque antiquissima poësi manarunt. Idcirco recte col-
lata poësi profana, declaratur si qua in sacra obscuritas occurrat.

C Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in
opportunitatibus, in tribulatione.

E c t e dixerunt interpretes *εὐελπίας* opportunitatibus, quod Hebraicē *νέα* itoh,
tēpera, pro refugio, quāq; non multum interest, fons *να* misegab, eleuatio, suble-
vatio, vt transtulit Hieronymus. Eleuatio, qua subducuntur, eripiuntur, clade impē-
dente. Pro paupere, quāq; idē ferme est, fons habet *να* dak, in Hebraica dialecto sonat *pauper*,
vexatū, attritū, auxilio destitutum. Hunc Auē Esra interpretatur, cui non sit robur, humilē,
deicētum. Eiōs non ab re opponitur nomen eleuatoris Ille proiectus humili, calamitate fra-
etus. Deus eleuator, exaltator. Secūdo quoque quod Græcē *βοηθός* adiutor, inculcatur id ip-
sum nomen, eleuator. Iure etiam dixit in opportunitatibus. Optimum, præsentissimum au-
xilium, quod assertur in tempore. Calamitate aduentante, ceruicibus impendente. Tum si
quis opposita dextra, pestem repellat, nō præstantissimus auxiliator. Tribulationem noster *tribulatio*
dixit, quod Hebraicē *να* zar, angustia, pressura, qua scilicet aut terimur, conflictamur, aut
qua proximè impendet: versiculūque totus ad amissim habet. Et erit Ioues subleuator,
sue exaltator pauperi, subleuator, in temporibus, in calamitate. Chaldæus siquid mysterij
subsit, reddit: Et erit verbum domini, robur pauperi, robur in tempore calamitatis. Dele-
ctatur vbiue pro eo quod est Hebraicē Ichouah, dicere verbum Dei. Nescio an sit illud in
antiqua theologia *γέος λόγος*.

GG ii

Et sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam
non dereliquisti querentes te domine

D

Sperent. P E R E N T , posset item (quemadmodum transtulit Hieronymus) effiri per futurum:
Et sperabunt, aut confident. Id explanas Auen Esra, Cum viderint, inquit, miserum
Qui monē- illū à Deo subleuatū, creptumq; ex calamitate, tunc confidet. Tū verò fiducię, specię
runt nomē replebūtur. Hanc fiduciam non omnibus in vniuersum pollicetur, sed his dūtaxat, qui no-
tum.
Pietas. uerunt nomen eius, nempe maiestatem gloriam, quam noscentes venerantur, colunt. Nec
aliud pietatē definit vetustissimus Trismegistus, quām cognitionem, scientiamq; Dei. Pios
igitur innuit, qui Deum colentes ab eodem redamantur, coluntur. Propterea quod nō est
pietatis immemor Deus, facit, vt longissimè absint ab eis clades, pericula. Idem porrō sunt
Qui que- qui nouerunt nomen eius, atque qui querunt eū. Ecce igitur non relinquuntur à Deo, qui
runt te. Quæritur autem Deus benefactis, precibus. Id enim est nosse eum, & querere.
Quæritur à quibus colitur, noscitur. His sunt quos Aristoteles naturæ motu pronuntiat, à
Deo, pro eorum pietate, redamari. Qua de causa laborandum, si cupis cælestem pro te vi-
gilare prouidentiam, vt hanc pietate, cultuque affequaris.

Psallite domino qui habitat in Sion: annuntiate inter
gentes studia eius.

Psallere. S A L L I T E , rectius, magisq; Latinè, Hieronymus in suo psalterio, cantate, Chaldæus
quoque vice eius ſabechu, laudate. Studia eius, fons ἀλιθοῦ aliothau, studia, vel E
cognitiones, quemadmodum vertit Hieronymus eadem vox sonat, facta, opera. Eō-
que Chaldæus vice eius, Annunciate opera eius. Declarant superiora, qui sint, qui querant,
noscant eum, quos ille nunquam reliquerit. Nempe qui Sion incolunt, quibus cum habita-
re, ac sedere Deus dicitur. Hos igitur Deus non despicit, hos tuerit, protegit. Propterea
quod noscunt, queruntq; eum. Inuenitur enim ab his (vt alias protestatur) qui querunt eū.
Qui cæteros pietate præcedunt, continuis cognitionibus cum eo versantur. Celebrat au-
tem montem Sion, velut poëta profani montes suos

Manatus, argutumque nemus, pinisque loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores.

Cytheron Et Parnafus, Cytheron: Ille templo Apollinis propinquus, is Athenis. Ita nunc iubet in
Cytheronis. Sion voces alacres audiri, sacrūmque montem, piorum concentu resonare, fortia facta
Dei, vistoriasque per eum partas canentium. Vocat ad vistoriales laudes, ad carmina pios,
è finibus eorum iam pulsis, iam penitus deletis hostibus. Hæc sunt opera, studia, facinora,
cognitiones eius. Gentes, vt solet vbiique, reliquos omnes mortales appellat, perinde dif-
ferentes ab Hebræis, atque Græcis, Romanisque barbari. Omnes verum Deum nō colen-
tes, à legibus, institutisque eorum differentes, gentes Hebræi vocabant. Inter hos iubet
psaltes facinora Dei celebrati. Qui carmine laudes

Herculesq; facta ferunt, vt prima nō nerve

Monstra manu, geminōque premens eliserit angues:

Vt bello egregias idem disiecerit urbes.

Dei in Sio T alia carminibus celebrant. Est autem (quod solet plerunque) idem psallere domino,
habituatio. atque opera eius annuntiare. Græci quæ sit eius in Sion habitatio, præclare docent, cuius
immensa maiestas intercipi locis nequeat, amicitiam, benevolentiam erga locum indi-
cari. Chaldæus quoq; quiddā claritatis addidit. Laudate dominū, cuius maiestas in Sion.

Quoniam requirens sanguinem eorum, recordatus est, non
est oblitus clamorem pauperum.

Sanguinem E Q V I R E R E sanguinem, Hebraicus loquendi ritus, quasi vlcissi, reposcere pœ-
require. nas sanguinis effusi: vt, Sanguinem eius de manu tua requiram. Requirens san-
guinem, & pœnas contra sanguinarios illos inimicos, qui bona eorum diripiissent,
Record. est. eosque ingenti cæde mactassent, destinans, recordatus est. Vno eodemque tempore, &
pœnas sumpsit, & recordatus est. Indicavit se memorem illorum, cùm inimicos eorum,
à quibus olim cædebantur, interficiebantur, suppicio affecit. Præclarum hoc loco philo-
lophiam doceri, probat Chrysostomus, de prouidentia diuina, quæ cædes, iniuriás-
que miserorum exactè persecutus vlciscatur. Quod si non subito pœnas sumat, clemen-
tiam eius probari expectantem peccatores ad pœnitentiam. Quos Sept. dixerunt *πέντε,*
pauperes

F

A pauperes, sonat Hebraicè miseros, commiseratione dignos. apud Poëtam,

Pauperes.

Quos illi fors ad pœnas ob nostra repescerent

Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabant.

Sunt enim Hebraicè pauperes, ope destituti, gementes. Horum voces exaudit Deus, ho-
rū miseretur. Nota igitur est prouidentia, à philosophis, priscisque Poëtis, sacrarū littera-
rum etiam ignaris prædicata. Aristoteles, cuius plerique non omnia placita viderunt, in li-
bro de Mundo de Deo loquens, τὸν διατρέπειν δίκαιον, τὸν ἀπόλειμπον τὸν θεόν πιστός: ἦν δὲ Ἀριστο-
τελεῖον μέλλων μαρτύριον τε καὶ ἀπόλειμπον, ἐξ αὐτοῦ εὑθύνης μέτρος εἶναι. Hūc, ait, sequitur iustitia, vtrix
eorum, qui leges diuinæ prævaricantur. Beatus autem, & fortunatus, qui cepit eam ab in-
cunabulis sectari. Similia Homerus de vltione diuina, contra homicidas in initio sui poë-
matis.

Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimi-
cis meis: Qui exaltas me de portis mortis.

Sordo carminis verus humilitatem, fons vocat *μῆνις*. Clarius, & melius à Hiero-
Humilitas.
nymo vertitur afflictio. Vide afflictionem meam, quām sum deiectus humili, debilita-
tus, vndique destitutus. Quibus rebus fit, vt ad auxilium tuum cōfugiam, magnis an-
gustiis interceptus, magno dolore afficior. Dixit afflictionem de inimicis, nempe ab inimi-
cis, iniuriarum cupidis, illatam, qua me inimici vexant. Hanc oculis tuis aspice. Cerne ho-
biles bellandi cupidos. Exaltas de portis mortis, figura sermonis Hebraici. Quanquam &
Hometus portas inferorum usurpat:

-Εἰς τὰς πύλας πύλας.

-Οὐ μὴ αὐτές ἔχουσι δύο πύλας ἔστω.

Est igitur sensus verus: Eleuans me de portis mortis: eripis ab instantे morte, à morte
iamiam impendente. Visque ad portas mortis acceſſeram, eosque calamitas me propule-
rat: sed tu dexteram declisti, subripuisti, abstraxisti. Os illud semper hians, insatiabile, te mihi
opem ferente, non me absorbit. Hoc igitur de interitu corporis dicit, at Græci de in-
teritu animi interpretantur, à quo Deus eum eripuerit, eruptus laudes decantet. Primum
illud ad litteram magis resonat: Qui solitus igitur antehac mihi præſidio esse, qui continua
custodia me protexisti, nunc quoque miserere, nullaque nubes prospexitum, quo præsen-
tem calamitatem aspicias, impediat. Similia precatur in suis hymnis Homerus, vt hinc
eum didicisse noscas.

Αλλά τὸν προφῆτα, διδύλιον ἀπέτην τε καὶ ἀπόλειμπον.

Vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ
Sion. Exultabo in salutari tuo.

O cordine legendum, quod vel apud Hieronymum cernas. Sape ea de cauſa salu-
ri: an:
*C*item tum ex ægritudine, tum in præliis precatur, vt Deum laudare queat: vt quia
mors non confitebitur. Serua igitur, inquit, in columnem, vt viua vox te resonet, vt in
Sion laudes tuæ coctionentur. Opponit (vt ait Auen Esra) portas filiæ Sion, portis mortis,
quas superius memorauerat. Filia Sion Hebraicus, habitatio, ciuitas Sion, vt Filia Baby-
lonis, filia Moab. Habitatio ciuitas: cōque posuit pro filia, Chaldæus *τελεία* kenishat, cœ-
tum, concilium, congregationem. Est enim Hebraicè generare, & fabricari quemadmodū
Latinis idem. Fabricari *τελεία* bana, filius *τελεία* ben, quasi fabrica, partus, opus. Filia *τελεία* bat. Ita-
que idem nomen sonat filiam, & aedificium. Filia Sion, habitatio, aedificium Siō. Est & He-
braica figura, cūm dicunt filios orientis, orientales: Sic filiæ Sion habitatrices Sion. per
fœmininum autem filia Sion, nō vt priuatam vnam fœminam designet, sed totā habitan-
tium collectionem, vt Græcè synodos, genere fœmineo. Laudationes autem dixisset inter-
pres rectius, & à fonte non longius laudes, hymnos, carmina. Qui dicitur Græcè hymnus
Hebræis *τελεία* thehila. Predicare quoque siue celebrare melius suisset, quām annuntiare.
Dixit item in portis, quod & ipsum, saliuam Hebraicam resipit vbi frequentes coēunt ci-
ues exeunte, introēunteque. Indicatur id ex aliis locis. Vt Hieremias stans in portis Hie-
rusalē, calamitatē ciuibus impendente proclamans. Nihilo fecius promittit nunc Psalmus,
celebraturū, exerta voce pronuntiaturum victorias, laudesq; summi Dei, non fore se in-
gratū, & immemorem. Qui soles, ait, aliás mihi præſidio esse, miserere nunc quoq; victorē
me declarato, vt laudes tuas cunctis audientibus pronuntiem. Quid enim aliud restat

G G iii

quod mortalis possit rependere Deo? Afferensque, & declarans eandem sententiam subiicit, Exultabo in salutari tuo. Nimirum effear laetitia, carmina laeta concinam, ob salutem mihi collatam. Mirum Sept. interpretes ubique delectari transferre mortuorum, salutare, quod claram designat in fonte, salutem Iesu, et in sancto, salutem, seruatorem. Ad hanc rationem cecinit item Habacuc, Et exultabo in Iesu Deo meo. Quasi, Carminibus louem salutarem celebrabo.

Infixae sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Gentes. **I**MILIS est is psalmus septimo, fermaque idem carmen, idem argumentum. Illic post multa, retulit de scelerato. Lacum aperuit, & effudit eum, & incidit in foueam, quam fecit. Nunc autem, infixae sunt gentes in interitu. Gentes, ut saepius monuimus, appellat quasi barbaros: idololatras, ignaras veri Dei, qui continentibus bellis infestarent Hebraeos: in quos secundo psalmo iratus, Quare fremuerunt gentes. Scindunt, quod Sept., trastulerunt Iacobos, interitum, est in fonte Iacobus, vox, ut supra monstratum est, designans nunc interitum, nunc fossam, scrobem. Iure vocatam interitum, quod perimat, in exitium trahat. Dicendum itaque, infixae sunt gentes in fossam, quam fecerunt. Precipitarunt, inquit, in barathrum voraginem, quam parauerant aliis. Insidias collocauerant, cuniculos effoderant, ut Hebraeos longius prouectos, in eos, precipites allicerent. Sed insidiis detectis, E volente Deo in voragine illas, priores ipsi, mente alienata, inciderunt. Quanquam probabile magis figuratam esse locutionem, in calamitatem, clademque, quam Hebreis importare destinarent, eos corruisse. Propriè quoque locutus est, *Infixae sunt gentes, quasi acutissimis vallis induerunt se, delapse, demersæ, ut vertit Hieronymus.* Repetit more suo eandem sententiam, In laqueo, quem absconderunt. Pro laqueo, fons Iacobus reseth, rete, Inciderunt in rete, qua capere Hebraeos destinassent, pes eorum interceptus. Calamitatem igitur in bello acceptam, voraginem, laqueum appellat, ruinam, ultimumque eorum excidium. Bello sibi subiictere Hebraeos, se spoliis eorum ditare, totius regionis potiri sperabant. Sed versis fatis, atque animos dante Deo, victoria penes Hebraeos stetit, castris eorum potitos. Illi vulneribus defessi, alij in fugam versi, nemo ex tanto agmine superstes fuit.

Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Comprehensus est. **O**MPRENSVS est, Hebraicè וְנֹקֶשׁ, corruptus est, interceptus est, impedit. Opera manuum eius repetens, appellat laqueum, scrobem illam, voraginem, barathrum, insidias locatas, in quas ipsi cederunt, velut Maxentius aduersus Constantimum. Exclamat igitur, subiiciens epiphonema. Non dormitat, ait, prouidentia, non despicit pios, non est humanarum rerum ignara. Si quid impiis prosperè procedat, id ea causa fieri. Consuētus enim Deū immortalem, quod grauius impij ex cōmutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci vélit, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem cōcedere. At tandem cognoscitur scelerum vltor. Luce clarior apparet eius iustitia. Quod non subito sumit poenas delictorum, clementia est, non negligentia: tolerantia, non infirmitas. Simil & expectat illos, siquid corrigant, simul si pergent, nihil ex poena debita detrahens, sed uno tempore, factō ex diuturnitate cumulo delictorum, cuncta reposcens. Hoc cognoscitur facere, nemo est cui non hēc vox resonet: constans ubique fama, omnium hominum cōsensu comprobata. Scendit ubi dixisset, Comprehensus est peccator, in Hebraico additur וְנֹחַ higaion Sela. Hoc Latinè redditur, Meditatio, siue locutio semper. Hieronymus quoque dixit, Meditatio semper. Sensusque verus iuxta omnes, Erit aeternus is concentus: haec fama, haec meditatio in aeternum: sempiterna Dei laus ob has victorias. Hoc exponens Rabi Salomon, higaion וְנֹחַ non non nehega zoth, Sela. meditabimur hoc, in aeternum. Aueret Esra similiter, Narrabo hoc in sempiternum. Chaldaeus item qui solet obscuros verbis illustrans aperire locos וְנֹחַ וְנֹחַ וְנֹחַ. Iedunun zadacia le alamin, Exultabunt iusti in aeternum. Claret igitur sensus verus. Est cernere in principiis psalmorum canatum, carmen vocari higaion quod Graecè μελέτη. Ad hanc sacri sermonis formam, Romanus poëta, Tenui musam meditari auena. Sic vocatur higaion, meditatio, musa sacra.

Conuertantur

A Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuii scuntur Deum.

Rophetia, vel exclamatio, iudiciorumque Dei confirmatio. Imperans Græcum, וְנֹחַ וְנֹחַ וְנֹחַ. Conuertantur, potius futuri est enuntians in fonte וְנֹחַ וְנֹחַ וְנֹחַ iashub, redibunt, reuertentur. Nomen inferni וְנֹחַ וְנֹחַ וְנֹחַ est item nomen sepulturæ, fossæ, vt dicas, conuertantur. Redibunt peccatores ad tumulum: nempe, ferro cæsi. Fusaque per herbam corpora cæsum, ad sepulturam trahentur. Indicat eorum stragem.

Interea socios, inhumataque corpora, terre

Mandemus. Et, Corpora partim

Multa virum terre infodiunt, auctiaque partim

Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.

Hoc Vates ceciniſſe videtur, peccatores, sceleratos, ignaros Dei, bellum importunum piis indicentes, ingenti strage cecidisse. Est alius sensus, In tartarum peccatores descēdisse, velut qui superis bellum intulissent.

Hic & Aloidas geminas immania

Corpora, qui manibus magnis rescindere calum

Aggreſti, superisque Iouem detrudere regnis. Et,

Hic genus antiquum terre Titania pubes,

Fulmine diei&ti, fundo volvuntur in imo.

Aloida.
*Arift. I. de
mudo fo. 2.*

B Hos fortasse sacer poëta canit, peccatores, impios, fulmine deiectos in tartarum, ad inferos descendisse. Eosdē vocans peccatores, atq; immemores Dei, Iouis contemptores, וְנֹחַ וְנֹחַ וְנֹחַ verū Deū nescientes, eaq; de causa, humana quoq; iura profanantes, vt ex eodē fonte pietatis, omnibus virtutibus, sic ex impietatis fonte, omnibus sceleribus nascētibus. Oblivio Dei, pietati, quæ colit assidue, contraria, Sic Cyclops impius ille, contemptor Iouis, nam colit. nunquam.

Oυ γράπουλας δίος αγάρογος ἀλέγυσιν:

Οὐδὲ θεῶν, μακέρων ἐπὶ δὲ πόλιν φέρετο εἴμαδο.

Nec Ionis imperium fortes timuere, Cyclopes:

Nec diuos superos, quos praefant peccatore, & armis.

Quoniā non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

Vi similis. Omnes ferè victoriales psalmos eodē ordine ducens, eadem fine cantare desinēs. Principio önibus precibus auxiliū Dei implorāt: tu victoriā certā prēdicūt; cladē, vaſtitatē inimicorū quasi tuba decantant, laudant: dein iustitiā, judiciūq; summi Dei, qui miseros, quoruvidetur desperata salus, nō despiciat, siquādormitare videatur, at demum excitatū, plano cumulo, violētis pro eorū malefactis, exaggerate poenas. Dixit ergo, in fine, quod Hebraicè וְנֹחַ lanezach in sempiternum. Clarius pro eo Chaldaeus וְנֹחַ lealemaia, in secula, dixit obliuio erit. Nō potest efferti Latinè per passiuū וְנֹחַ isha- Psalmorū Victoriarū ordo.

Cach, Obliuioni dabitur, obliuioni erit. Si Deus igitur quasi maioribus occupatus, videtur cuiquā, deiectos atq; miseros aliquādō despicer, at nō semper hoc erit. Pauperē vocat, vt spē monui, quē nulla virtus humana subleuat. Quod dixit patientia, Hebraicè וְנֹחַ tikuat spes, expectatio, vt vertit Hieronymus, eadē est patiētia. Secundo loco pauperes sunt וְנֹחַ gre. anīimi mansueti, benigni, tolerantes, non in desperationē, blasphemiamq; in aduersis sera Patientia. pī sinentes, Auxilium implorant, expectant, ita se ētare gerentes, vt opis supernæ digni Pauperes. habentur. Itaq; spes eorum minimè vana, minimè irrita est, non sperant frustra, nec rapi Mansueti. di secū portarū omnia venti, penetrarū cælū, licet æratū, robustū. Sūt enim Deo immēsa quibus omnia per omnes mūdi partes exaudit, aures. Audit quidem omnes clamantes: ex- Aures dei audit autem, tempore certo: nec perit in finem, aeternum, spes, patientiaq; mansuetorum.

Exurge domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.

Non confortetur, fons וְנֹחַ iaoz, inualescat, roboretur. Orationem esse David, Hebraicè Confortans fatentur, qui postulet fieri, quæ cecinit, diuturnāq; scelerorū impunitatē tandem ani- maduerti: prouocās Deū ad iustitiā. In omni terū humanarū decursu est prouidētia, est procrastinatio, & quasi dormitatio, prouidētia, pœnarūq; inferēdarum tarditas, de qua prouident.

G G iiiij

scripsit Plutat. Prudentia, seueritas, iustitia postulabat ut cū vexaretur inops, iustus hūc cœstigio eriperet, & vexatorē repente plecteret. Non sit, conniuet, dormitat Deus, reicit in craftinum. Hanc igitur procrastinationem propheta sepe postulant tolli, cū quasi segnem, & oscitantem increpitant. Exurge, excitare. Nam quā tam sera moratur, Segnitio? Quis te somnum habet? Nonne vides hac tarditate fieri, vt sceleratis animus accedat? at

Nos tua progenies, cœli quibus annis arcem,

Prodīmūr. Vertitur in dubium, an tu generis humani rector, an fors cuncta gubernet. Hęc dubitatio incedit imperitis, cū te quasi gemūt dormitatem, auxiliūq; tuum imploratis, nusquā ades. Nō cōfortetur homo, nimirū is, in quo nihil est, nisi mortale, caducum, humānum. Quod Chaldaeus more suo, paucis additis, illustrans, Non confortetur filius hominis reschia, impij, scelerati. Ne maior quæso nefariis accedat ex hac tua cūctatione audacia, nō cōfirmetur hisrebus secūdis, ne sinas amplius tuos premi, ac penē circūuentos, tene ri. Iudicētur gētes in cōspēctu tuo. Gentes quasi barbaros vera pietatis ignaros, exlegesq; Hebræis appellari diximus, à quibus eorum sacra, ceremonia, leges, instituta, continētibus bellis oppugnabātur. Qua de causa, omnes cōtra eos velut pietatis inimicos diras impreca tionesq; effundebāt. Quod dixit, In cōspēctu tuo, duo sensus, vox sonans cōspēctū ॥ pa nīm, aut panaim, sonat etiam iram, furorem. Prior sensus, Iudicētur gētes in furore tuo, aut ob indignationem tuam, qua te violentia, rapinisq; irasci compulerunt. Iudicentur, luant peccata, propterea quod iram tuam incendi coegerunt. Hoc Rabi Salom. Alter sensus: Te vidente, sciente, præcente, te totum negotium exercente, cadant profligati, deleti peccato rēs: delectatur tuis armis exercitus impiorum. Te duce, te præliis nostris assistente, victoriā que nobis aspirante, sub oculis tuis concidantur.

Constitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt.

Gegis latorem, Græcè γραμμή in Hebraico est. ְמִרְאָה mora, vox amphibola ad plures significatus, quod à variis verbis duci videtur, aut à ְמִרְאָה iara misit, proiecit, aut ְמִרְאָה iare, timuit, aut ְמִרְאָה hora, docuit, legem tulit. Inde dicitur ְמִרְאָה more legislator. Verus igitur nūc significatus, cæteris omisssis, videtur mihi quem Chaldaeus indicauit, & Auen Esra resoluit fieri sepe mutationē ab Aleph littera ad he, vicissimq; Itaq; nūc ְp Aleph legi he. Dīctio igitur cū Aleph ְמִרְאָה aperte, clare designat timorē, terrorē. Hoc esse verū significatū. Chaldaeusq; ְp ea, notiore subiecit ְמִרְאָה dechaletha, timorē. Itaq; dicēdū. Cōstitue, pone, incute terrorē in eos. Hieronymus quoq; transtulit. Pone domine terrorē eis. Græci, eti⁹ hoc significatū deficiebat, at verum sensum agnouerūt. Sunt, aiunt, effrānati, exleges, exultant: adhibe frānum, castiga. Esse autem pro legislatore, ipsum documentum, correctionēq; intelligendam. Cōstitue correctionē, castigationē, penam. Cognoscant gentes, quod homines sunt, nō Dij, nō inuicti, inexpugnabiles, quales qui apud Persas dicebantur, ְאַלְאָלָי, immortales. Et illi Gigantes, qui se Diis fortiores apud Homercum gloriantur. Et Aloidae, qui manibus magnis rescindere cælum,

*F*Aggressi superisque Ionen detrudere regnis. Et quale Hierem. Ägyptus ait homo, nō Deus. Castigentur igitur, vt quos infania tumidos, insolentes, gloriososq; reddidit, proiecti, debilitati naturæ suæ fragilitatem agnoscant. Ad ditur in fine carminis Sela, quod AuenEsra exponit in veritate. In nonnullis exemplaribus Græcis æl semper, quod maximē quadrat. Nam & Chaldaeus, lealamin, in sœcula.

Vt quid Domine recessisti longē? despīcis in opportunitatibus, in tribulatione.

Nchoatur hic psalmus decimus: sed cū nulla præfixa esset solita reliquias psalmis præ scriptio, quod fit psalmus David, quod ad triūphandū, aut quibus musicis instrumētis caneretur: his de causis eū Sept. cum superiori coniunxerūt: sed Hebræi decimū numerant, sic Chaldaeus, sic Hieronymus. Oratio quidem eadem fermē cum superiori est, simillimum argumentum. Queritur iustitiam diuinam segnem, tardāmque esse. Animos dare sceleratis impunitatem, insolētores fieri: interea gemere pauperes: religionem, omnēmque de rebus cœlestibus in mentibus hominum opinionem labefactari. Multum dubitationis, philosophis, hac cunctatione dari admirantibus, tandem sceleratos iniurias impunē ferre. Vbi super his questus fuisset, demum & miseros exaudiri, respicique à Deo canit, &

A nit & iustitiae diuinæ solos honores æternos esse: omnibus flagitiis, si que recte confideret, ad postremum condemnatis, abolitis, atque in sempiternum deletis. Quod primo ait, Recessisti longē, Hebraicè, Quare ò Ioues ְמִתְּנָה taamod berachoc, stabis *Recess. lon.* à longē, procul consistis? Quare non proprius calamitates aspicis? Qui procul con gē. scitit, negligit, haud cupidus exacte nosse. Quia magis ab humanis rebus oculos auertis, tam magis scelus ingrauescit. Despicis in opportunitatibus, Hebraicè, Despicis in tempo re angustiæ: in temporibus calamitosis, quando te proprius esse, opémque miseris afferre oportet. Preclare docuit AuenEsra, quomodo Deus procul confistat. Cui enim dubium, diuinam maiestatem per omnes sursum, ac deorsum mundi partes tendentem, cūctos im plere locos, Iouis omnia plena: sed cū potestas, seueritasq; eius non cernitur, suspicantur mortales cum procul esse, res nostras in terris minimē cernentem. Non sequit, non indignatur, non furit, rapiens peccatores ad supplicia. Clementiam, & lenitatem, negligentiam, & inscitiam suspicantur.

Dum superbit impius, incendit pauper: comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.

MTrarius intelligas, sic ad fōtem legas. In superbia impij, incendetur, ardebit pauper: capiatur in his sceleribus quæ cogitauerūt. Eadem trāstulit Hieron. Est igitur impētrans Capiantur, non indicans, Comprehenduntur. Orat vt capiantur.

B Telum frange manus, Phrygij predonis, & ipsum

Pronum sterne solo. Dij talia Graii,

Instaurate, pio si pœnas ore reposco. Et Homerus,

Tīcēas δειπνοι οὐδὲ δέκηρα στοιβάλεσσι.

Sciendum tamen, verbum ְמִרְאָה id lac, quod transtulerunt Sept. εμπνεύζεται, inflammatur, incendit, designare quoque, vt superius ostendimus, persequi, eo carmine, Sagittas suas ardentibus effecit. Ostensum illic, ardentes exponendum, persequētes. Ita nunc dicendum, In superbia impii ְמִרְאָה id lac, persequetur. Impius, inquit, persequitur, instat superbè, crudeliter. Hoc significatum ab omnibus Hebræis probatur, adhibentibus vice eius notiorem vocem ְמִרְאָה irdaph, quod aperte sonat persecutionem. Secundò cūm dicitur, Comprehenduntur, est autem futurum, potestq; pronuntiani per indicatiuum, & per imperium. Referunt Hebræi ad pauperes, vt sit sensus: Impius superbè persequitur pauperem: capientur iidem pauperes consiliis, quæ cogitauerunt impij. Isq; sensus maximē probatur Hebræis. Quocunque autem cadat verbum capiendi, siue in pauperes, siue superbos, immanesq; illos, clarus sensus. Cæterū quas interpres dixerunt, cogitationes, sunt Hebraicè ְמִרְאָה me simoth, cogitationes scelerate, nefariae. Nec vñquam ferē in bonam partem usurpatur id nomen. Propterea Græci, Αγρελία.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

COns purius sic habet. Quoniam ְמִתְּנָה hillel, laudauit impius desiderium animæ suæ. *Laud. pec.* Hocq; reddidit Hieronymus. Rationem producit Vates, qua causa ruit in suas cupi dites effrānatē. Cōprobat suum consiliū: Probabilius est ei rapere, quam intra modestiæ fines se continere. Vilescit ei probitas, mansuetudo: Iustitiam vt ille apud Platонem *Iustit. im-* Thrasymachus, appellat ְמִתְּנָה εὐθεία, elegantem stultitiam. Laudat suas cupiditates, his *pūs est sūs elegans.* potiri beatitudinem putat, vel humana diuinis misceantur: omnium legum confusio sequatur. His cogitationibus roborati, & ad hunc scopū cuncta dirigentes, haud ab re cædes, rapinas, omne tempus agitant. Quod autem dixit secundo, Et iniquus benedicitur: est ve ritas Hebraica. Et avarus benedixit, exprobrauit Deum. Sunt duo verba ְבָרְכֵה, bene dixit: alterum ְבָרְכֵה, exprobrauit, blasphemauit. Sed verbum bencdicendi, Hebræis, est medium ad bonum, & malum, nunc benedicere, nunc maledicere: vt Benedixit Nabor Deum, & Regem, Maledixit, aliāque exempla. Tale est Latinis facer, nunc sanctus, nunc execrabilis. Hoc itaque loco dicendum, Et avarus maledixit, exprobrauit Deum. Hoc pro ponit apud Hebræos AuenEsra. Quanquam est ille quoq; sensus, nec idem dissentit, vt be rech sit participium, non verbum: Et avarus benedicens munera, blasphemat Deum. Eūm que sensum secutus Hieronymus transfert, Et avarus applaudens sibi, nimirum benedicens, blasphemauit Dominum. Hoc ritè refertur ad antecedens. Laudauit impius cupiditatem

suas : nunc , benedicens se , e blandiens q̄s , Deum contemnit . Hæc quoque interpretatio
mihi non displicet . Habet igitur versus primo modo , Quoniam laudavit impius cupidita-
tem suam , & auarus maledixit , exprobavit q̄s Deum . Secundo : Et auarus benedicens se ,
suam q̄s cupiditatem , fugillauit Deum . Ecce impium , & auarum eodem sensu complecti-
tur . Sacrilega est auaritia , non Diis , non hominibus parcens . Idolorum seruitus , non Deum
verum , sed aurum , & quicquid corporeum est , infra q̄s hominem colens , intente q̄s respiciens .
Inde rapinae , cædes .

Exacerbauit Dominum peccator , secundum multitudinem iræ suæ ,
non requiret , non est Deus in conspectu eius .

secundum
multit.

Rincipium huius versus annætitur antecedenti , quemadmodum ostendimus , cùm
diceret , Et iniquis benedicitur . Continuò subiiciendum erat , Exacerbauit Domi-
num . Quo sensu sit dictum aperuimus . Nunc autem dicitur , peccator secundum mul-
tidudem ire suæ non requiret , non est Deus in conspectu eius . Si totum carmē expendas ,
pro multididine , est ἡ γοβα , altitudo : pro ira suæ , est ἡ απο , id designat , aut iram suam ,
aut conspectum , faciem q̄s suam . Hoc postremum nūc probabilius , vt dicat . Impius secundum
altitudinem vultus sui , non requiret . Describit fastum , arrogantiam , crudelitatem impiorum ,
elata ceruice , vultu superbo ingredientium , omnes præ se mortales despectos haben-
tium , ipsos quinetiam superos nihil pendentium . Hanc ob causam dixit eos nō requirere , nō
curare , quod apertè de se iactabat impius ille Cyclops , coram Vlyxe , Stultus es , ignarusque
loci , atque venis procul hospes ,

Οὐ με θέσθεν τὴν διεύθυνθην αλεξάθα .

Οὐ γάρ κατεπέπισθεν δίδος αρμόχεις αλεγόνων .

Οὐδὲ θεῶν μακέπαν , ἐπεὶ πολὺ φέρτεο εἴμαδο .

Οὐδὲ ἐγὼ δίδος ἔχθος αἰλουράθνος περιεδίμην .

Namque Iouem Cyclopes , diuos atque beatos

Non curant , siquidem precellunt robore dinos .

Nec Iouis irati mihi cura est , vt tibi parcam .

non requi-
rere deum .

Rectè igitur uterque Poëta congruit in describendis impiis , eos non curare , non require-
re superos , nō attendere , nec timore Iouis abstinere , quod minus cedes , rapinas , iniurias om-
ne genus exercat , propter arrogantiam , atque insolentiam , qui se diuus équales arbitratur ,
eorum ope non indigentes . Eam ob causam rectè Græcè vocantur θεοῦδοξοι , αὐτιθεοι . Hūc
sensum , quo dicitur Hebraicè , Impius secundum elevationē vultus sui , non requiret , de-
clarans , illustransq; ex sua consuetudine Chaldaeus transfert . Impius , in arrogantia spiritus
sui , non requiret Deum . Secunda pars versus qua dicitur , Non est Deus in conspectu eius :
in fonte est . Non est Deus in cunctis cogitationibus suis . Sicque transtulit Hieronymus .
Chaldaeusq; ipse clarius exprimens . Et dicet in corde suo , Non sunt manifestæ coram Deo
cunctæ cogitationes meæ . Declarauit igitur quid sit , Deum nō esse in cogitationibus eius .
non curant , non cogitant , rerum humanarum iudicem , iniuriarumq; vindicem : nulla fides , F
nulla religio , vt Luius de Annibale .

Inquinatæ sunt viæ illius omni tempore : auferentur iudicia tua à facie
eius : omnium inimicorum suorum dominabitur .

Inquinata
funt .

Ieritas Hebraica , quo sensus ex his tricis euolutus amergat , habet ad verbum , Pro-
peratur viæ eius omni tēpore . Procul sunt iudicia tua , ab aspœctu eius : in omnes ini-
micos suos afflabit , impetū faciet . Quod Sept dixerūt βεβλασταὶ , inquinatæ sunt , est
verbū Hebraicū ἱττιachilu , multarum significationum , quod Hebræi nunc quoq; testātur .
Est primus significatus pariēdi , tum violādi , inquinādi , irēdi : est item prosperitatis .
Hoc postremum omnes ferè sequūtur probatores , Chaldaeus , Rabi Salomon , AuenEsra ,
quos minores adorāt . Nā vice eius Chaldaeus adhibet ἱττιachilu , mazelechim , prosperatūr , fe-
licitantur viæ eius . Rabi Salomon , iachilu , inquit , ἱττιachilu , felicitatūr . AuenEsra , Tur-
bantur , ait , mortales , propterea quod ἱττιachilu prosperatūr viæ scelerorum . Is igitur mihi ma-
gis probatur sensus . Indignatur propheta quemadmodum superius quasi contra diuinam
prudentiam connuentem , dormitantem . Interea sceleratis prosperè , felicitérque agen-
tibus , nullo metu prohibente , quo minus peragant , quæ cupiant , omnes aduersarios supe-
rant , quounque cogitationes direxerunt , feliciter tendunt . Hanc indignationem totus
versus .

A versu ostendit , quo dicitur , Felicitatūr , prosperantur viæ eius . Secundo , In omni tēpore lon-
gè sunt iudicia tua à conspectu eius . nimirum , tota vita feliciter decurrit , diuturna est impu-
nitas eorū . Iudicia , vñdictæ , vñtiones tuæ , stāt procul ab illo . Demū , si qui sese sceleratis eo-
rū conatibus eos prohibiti obiecirent , eos superat , impetū in eos faciūt , id enim designat
vox Hebraica . Pro eo q; dicitur , Inimicoru suorum dominabitur , Hebraicè , ἱαφιαχ
bahé , efflabit , spirabit in eos , animosq; retundet . Queritur ergo , more suo Dei procrastina-
tionem in vñscendo , vt tarditatem ad postremū (quod solet omnibus penè Psalmis) ostē-
dat clementiam esse , non negligentiam . Fatetur enim eos ad postremum grauiter cadere ,
tanto maioribus suppliciis affectos , quanto fuisset diuturnior impunitas .

Dixit enim in corde suo , non mouebor , in generationem , & gene-
rationem sine malo .

Lara sunt . Si saperet , nisi vesania plutimū apud eos posset , nō infisterent peccatis , in-
giuriarū , scelerū q; vindicē esse scirēt . Nunc autē æternā sibi impunitatē promittētes ,
séq; fore securos in sempiternū , principatū in omne tempus obtenturos persuaden-
tes , exultat , gloriatur secū , semper erimus stabiles , in generationē , & generationē . Hebraica
phrasis , græca quoq; γενναὶ , γενναὶ , Latinī dicerēt in ètate , & ètate in sèculū , & sèculū . Sécu-
lum , ètas , generatio , idem omnia . In omnem ètatem , in omne sèculum , non mouebor , sedi-
bus his securis non excutiāt . Sic secum loquitur . Vt autem versus intelligatur , distincte le-
gendus , vt est in editione Hieronymi . Dixit enim in corde suo , Non mouebor , non excu-
tiāt . Hic punctum figendū . Tum sequitur , In omne sèculum ero sine malo . Properea Græ-
ci editionem Sept. quæ hoc obscurè habebat , adiuuant editione Symmachī , clariss vertē-
te , ἐπειπατίσμαι εἰς γενναὶ γενναὶ , οὐτομεῖται γενναών . Nō vagabor , aut vacillabo in generatio-
nem , & generationem , nequo ero in afflictione . Vagabor , melius illud Sept. εἰ μὴ στελθῶ , nō
excutiāt . Chaldaeus tamen reddidit versum , Non mouebor in generationem , & genera-
tionem ab opere malo . Itaque & is sensus valeat .

Dixit in
corde suo .
Cuius os maledictione plenum est , & amaritudine , & dolo : sub lin-
gua eius labor , & dolor .

Ilias improbitates cum fonte scelerum impietate sequentes describit . Impius erat ,
tum superbus , contemptor hominum , quia Deorum : clato vultu ingrediebatur , ignē
oculis suffusis sanguine , efflabit . Sequuntur aliae pestes , quæ nunquam impietatē de-
seruerunt . Maledictus est , asper , letale virus ore ferens , effundens quidquid vbiq; sordium
est . Sciendum pro dolo , vt est etiam Græcè , Hebraicè est τὸν θοχ , sonat vox , in medio , in-
tus : sonat item auaritiā , vñrā : quā vocem sibi Græca lingua usurpat τόνος τοι . Vñram di-
xit Hieronymus sic . Maledictione os eius plenum est , & dolis , & auaritia . At AuenEsra ma-
uult vocem esse pro , in medio , intus , vt dicat maledictione , os eius plenum est & dolis , & in-
tus sub lingua eius , labor , & dolor . Hoc etiam posuit Chaldaeus . Non quadrat igitur auari-
tia . Loquitur enim de fraudibus , imposturis , caluniis , proditionibus . Aliud ore ferunt , aliud
sub pectori , insidiosi , veniunt in vestimentis ouium , intrinsecus lupi rapaces . Laborem (vt
superius exposuimus) vocat fraudem , imposturam τονελαν , improbitatem , quæ & ipsa in fer-
mone Græco ducitur à dolore τόνος . Vexat enim vexationemq; exhibit omnis improbitas .
Vbi autem dixit , dolor , Hebraicè τὸν αὐεν , sonat interdum dolorem , visitatōr significatus ,
mēdaciū , iniquitas . Chaldaeus ob eā causam , clariorē pro ea ponit vocem , τὸν sheker , mē-
daciū . Dicitq; versus , Sub lingua eius labor , & mēdaciū . Quod quadrat primis , & secundis .

Dolor.
Auen.
Sedet in insidiis cum diuitibus , in occultis vt interficiat innocentem .
Oculi eius in pauperem respiciunt .

Multa secus in fonte . Græcum , μετὰ πλαστῶν , cum diuitibus : Hebraicè חזרה chazerim , cum dñs .
ea vox non sonat diuites , nec quadrat huic loco nomen diuitum : sonat atrium , vil-
lam , vestibulum . Itaque dicendum , sedet in insidiis atriorum , villarum . Et Hierony-
mus cernens hoc significatum , Sedet insidiās iuxta vestibula . Chaldaeus quoque pro He-
braico adhibet . In insidiis , δεδαρθαια , habitationum , villarum . Latitat , inquit , im-
postor in angulis , inter dumeta , in vestibulis . Tu post careta latebas . Luporum est , insidiosè
tendere , corpus deiicere , ne ab ouibus aut à pastore videatur . Is mos insidianum , & inter-
ficiere paratiū . Et is verus significatus . Continuò subiicit simile , In occultis . Quod autem

ait, In pauperem respiciunt: pro *רְאֵת* pauperem, in fonte *רְחֵכָה* cheleca. Miror cur Hieron. Dixerit, oculi eius, robustos circunspectiunt, cum vox chelca, expressè sonat pauperem, idq; vertit Chaldaeus, circūspicit pauperem, debiliorem se, quem interficiat. Quare, enim robustos circunspecti, claret verus sensus, totaq; descriptio pessimorum.

In *infidatur* *in abscondito*, *quasi leo in spelunca sua infidatur, ut rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.*

E *petuntur omnia superius dicta, ut clariora reddantur. Ponitur similitudo, qua crudelitas quorundam hominum, atq; animus efferatus sentiatur. Belua rapax producitur in medium, cui similes rapaces, crudeles, infidiasq; molientes ostendat. Itaq; repetit infidias, repetit pauperem, nempe debilem, egentem, ope destitutum; cui desint humana perfugia. Dicitur autem in fine versus, iuxta fontem Hebraicū. Rapere pauperem dū attrahit eū, ad rete suum, siue laqueū suum. Laqueus igitur est de præsenti versu, nō subsequenti. Nota est tralatio, quam nostri quoque usurpant. Sed leones frequentius in sacris litteris, quod in Iudaea semina leonum sunt, quā peste Italiam carentem laudat Vates.*

At rapida Tigres absunt, & sene leonum Semina.

In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

H *umiliab.* *R*incipium versus est, Humiliabit eum. Hoc paulò secus Hebraicē *רְמַנְתִּי* vi dece*רְשָׁאֹת* iashoach. Et humilians inclinabitur. Referūt hoc constanter Hebræi, ad leonē, ad insidiatorē, qui se se deiciat, inclinet, abscođat, minorē facit, ut magnitudo corporis lateat. Tū aduolat, ruit, adoritur incutū. Hoc lupos facere pastores fertū, sternūt huīi corpus, sensimq; ad oues adrepunt, propinqui faciunt impetum, discerpunt. Ad eundem igitur leonem insidiatorem, applicari debet, humiliabit, inclinabit se. Quod autem sequitur, Et cadet cum dominatus fuerit pauperum: paulò secus ab origine. Est enim clarius, & liquidius Hebraicē *רְמַנְתִּי* *רְבָּעָה* venaphal beazumau. Et cadet in fortibus, aut robustis suis. Sensus Hebrei docentibus, Et irruet cum robustis suis, nempe cum vnguibus fortissimis, cum pedibus illis, manibusq; rapacissimis, validissimis, qui correpta quæq; discerpunt. Totusq; versus describens morem leonis insidiantis, prædamq; captantis. Et humilians inclinabitur, & ruer cum validis suis vnguibus, seu pedibus ad pauperes. Hoc intelligens Hebraicum sonare, diuinus Hieronymus dixit, Et irruet viribus suis valenter.

Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciem suam ne videat in finem.

*I*nc tantum peccant impij, hinc tam ferus animus illis: hæc origo malorum. Aiunt Deum dormire, aut oblitum esse eorū quæ fiant in terris, oculos suos auertisse. Licet velut magno dormiente pastore, in oues grassari. Absce vindicem, qui pœnas reprobavit, abesse cui dolcat, si quis ingemiscat. Vera eos sentire, qui ferant Deū neq; habere, neq; facessere cuiquam negotium. Improbos neq; damnari, neq; damnatos sequi pœnam. Ipsa suis contenta opibus, nihil indiga nostri. Sed hæc vox impiorum est non bonorum, veroruq; philosophorū. Quod ergo ait. Ne videat in finem: monitimus saepè, in finem Hebraicē *רְמַנְתִּי* lanezach, in sempiternum. In æternum oculos auertit à terris. Non ad tempus, sed in eternum se subduxit. Qua de causa contra eorum impietatem indignatus, increpāsq; diuinam tarditatem, subiicit:

Exurge domine, Deus meus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum in finem.

*P*ro, & exaltetur manus tua, in fonte melius, & clarius. Imperat ut tollat manus *רְמַנְתִּי* nefas iadeca. Tolle, eleua manum tuam. Incute plagam, attolle flagellum, potestemq; manus tuā sublatā graui pondere in impios illos demitte. Opponitq; singula singulis. Dicebat, Oblitus est, dormit, extra flammatia mœnia mundi, quiescit. At diuinus Propheta, Ne obliuiscaris, surge, excitare graui veterino, quod tibi peccatores adjudicant: te nihil nostri cernere, somnum æternum dormire fatentes. Ne sit hæc obliuio sempiterna: si prudenter & ad tempus, at non æterna. Iniurias respice deiectorum, humilium, desertorum, quos nullæ opes, nullæ vires subleuant. Augens hanc tarditatis increpationem subiicit.

Propter

A Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.

R *ITAVIT*, validius Hebraicē *רְשָׁאֹת* niez, blasphemauit. Solita multis locis increpat, cur tādiu negligat, cur sua tarditate fieri permittat, vt peccatores impunè vivent, magis insolecant, magis importuni miseris insultent. Quos si qāndo Deus sceleribus eorum permotus, ad supplicium posceret, & miseris spes augeretur, & illi non ita multos sui similes haberent. Nunc autem diuturnior impunitas & frangit animos miseros, & illos confirmat in scelere, permultique eos imitantur. Quare igitur hoc fieri permittitur? Quare crescit improbis audacia, coniuente Dco: dicunt enim scelerati, Deum non curare terras, non requirere quid fiat in terris. Et cùm quid sceleratè peccantes, aliquis timore Dei conatur eos absterrere, iridentes dicunt:

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos.

*S*ollicitat. Cur igitur non castigatur hæc irrisio? Cur tanta contumelia non plectitur? non falsa impiāque opinio tollitur ē terris, improbis sublatis?

Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper: orphano ru eris adiutor.

B *T* *facilius intelligas, proponas Hebraica, ad hunc modum habentia: Vidisti, quoniam tu laborem, & dolorem, & indignationem consideras, ad daūdum in manus tuas super te relinquet pauper, orphano tu eris adiutor. Quorum Rabi Salome interpres, scelus verus est: Vidisti scelerata, notas habes omnes res in terris, oculatissimus omnia cernis, vt Orpheus de Dco, ad Solem ab Homero tralatum,*

Πλάθ' ὄργης, καὶ πάντα ἀλύσεις, καὶ πάντα βρεφεῖαι.

Cuncta vides, & cuncta audis, & cuncta gubernas.

*Q*uid ita? Quia ea natura es, consideras, aspicis laborem, nempe scelus, flagitium, iniquitatem, quod Hebraicē vocatur labor, Græcē *πόνησις*. Nemini enim prodest, vexat autem perpetrantem, & in quem perpetratur. Consideras scelerata, non te latent prava facta: consideras laborem, & dolorem. Pro dolore fons *τέλος* caas, indignationem, exacerbationem, dolor: qua cogunt te scelerati indignari, qua te prouocant, exacerbant. Hæc vides, & taces: sciens, & prudens, desides, moraris: cunctaris, dormitas, abstines flagellum. In manibus *τι τραδ. eos in ma. tu.* etenim tuis est, in tua potestate, ad dandum, vindicandum. Vindičta in potestate tua est. Si velles, non tibi facultas defuerit delendi peccatores. Consideras, aspicis. Tum potestas penes te est. Sub tuo patrocinio, tuoque refugio latitant miseri. In te nanque omnis dominus inclinata recumbit. Quos nulla spes, nullum humanum perfugium subleuat, tibi vni relinquuntur. Tres igitur conditiones quibus prouidentiam diuinam increpat, proponit. Non est (vt aiunt scelerati) somnolitus, oscitabundus, non curans quid fiat. Vider acutē. *T*um ea natura est, vt cum nulla flagitia lateant, acutē cernat: postremo cogit æquitas cum patrocinium miserorum, suscipere. Sic ipse sibi præscripsit, hanc sibi legem tulit, protector esset miserorum, illatas iniurias resiperet, pater esset orphanis. Hæc totius versus vera sententia. Quæ quidem in tralatione Hieronymi perplexior est, habente: Vides quia tu laborem, & furorem respicias, vt detur in manu tua: tibi relinquuntur fortes tui: pupillo tu es factus adiutor. Nomen Hebraicum *רְמַנְתִּי* cheleca, non est hoc loco pro fortis, sed pro paupere: Et caas, sonat quidem furorem, hoc autem loco potius exacerbationem, irritationem, vt solet alibi. Cætera quoque sunt obscura. Mihi clarere videtur fons Hebraicus, Hebrais item eo modo exponentibus.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.

E *X* confuetudine sua, ut scelus impiorum commemorasset, exaggerasset, diuinā quoque prouidentiam penè increpasset, demum prouocat ad vindictam, iubet, orat cam attolere se, norint omnes vindicem adesse. Brachiū haud dubium quin sit pro potestate, qua improbi contra probos vntur. Et hæc precatio qualis illa,

Telum frange manu, Phrygij prædonis, & ipsum

Pronum ferme solo. Secunda pars obscurior. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur in.

HH

nictur. Dicitur enim in fonte, Quare peccatum illius, & non inuenies. Hebræis interpré-tibus quibus ego assentior, est sensus: Ita peccatores, impii, diuum, hominumque con-temptores delectantur, extinguantur, vt si eos requisiros, non sint vsquam. Sit eorum tanta profligatio, vt nemo eos amplius aspiciat, atque ita delectantur, aboleantur, vt non solum mortales, eos requirentes vbi sint, non inueniāt, sed ne tu quidem, qui circumspicis omnia, nullus te locus latet. Quacunque sede requiras illos, cælo, terris, aëre, tartaro, non repe-rias penitus excisos, abominabiliter perditos. Sunt autem futura vice imperatiuorū, quod Hebræi, Græcique solent, Requiras, non inuenias. Est quoque post precationem, vatici-nium, precatus fuerat, impiam manum frangeret, deleret: vaticinatur ita certè fore, re-quires non inuenies, ex omni luce repulso. Qua de causa subiicit:

Dominus regnabit in sæculum sæculi: peribitis gentes
de terra illius.

On s v e t v m Psalmis epiphonema, propositis sceleribus, & iniuriis, quæ fiunt con-tra infantes, in terris, diuturnam impunitatem impiorum sæpius quefti, tum demum velut exauditi, interitum eorum vaticinantur, super eorum strage alacres exultant. Quantopere gloriam Dei, violentiis, rapinis, aspernabilem, contemptibilem, de qua male homines sentirent, feciffent, tantopere crescere, prædicari, celebrari, ex eorum interitu. Regnat igitur Deus, regnat, viget, habet imperium terrarum, dominatur rebus humanis. Poret, & vult, vindex esse flagitorum. Nemo iudicij eius seueritatem quantumuis fortis, E prepotens, effugiet. Huic soli gloria restabit, vt ait alius propheta: Viuit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur Dominum. Is erit verus, is æternus Imperator, licet nunc à peccatoribus contempnatur, in dedecus eius occidant, rapiant. In sæculum sæculi, melius & ad intelligendū facilius, In sæculum sæculum, in ætatem æta tem, tempus & tempus: nempe omne sæculum, omnem ætatem, ad omne tempus. Terra igitur, illius est ædificium, illius opus, hanc ipse fecit, hominibus repleteuit. Prius palatum cōdidit, exin habitatore induxit. Putas igitur sceleratos in hac domo diutius habitaturos? patieturne pater, Rex aquilinius, cui sunt odio peccata, flagitia, cædes, rapinæ, in palatio suo diutius habitare peccatores? Crede mihi, celeriter eos excindet, exturbabit. Illis extinctis, penitusque deletis, Deus regnabit in æternum. Solus ipse nominabitur. Vides igitur finem patientiæ, tarditatis, super qua nemo turbari debet. Hunc versum venustè redidit Hieronymus, Dominus Rex sæculi, & æternitatis. Hebraicè melech olam, Rex mudi, aut Rex æui, Rex immortalitatis.

Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem
cordis eorum audiuit auris tua.

P r e p a r . c o . *R* o exaudiuit, fons per secundam personam, exaudiisti. Et præparationem cordis eorum: est: *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל* takin libam, parabis, stabiles cor eorum: demum attendet auris tua. Proclamat igitur auditas esse preces. Apertè denuntiat (vt hoc quoque clementiam eius ostendat) non eum rerum humanarum esse negligenter, auditam esse misero-rum orationem, Miseris exauditis secutus est interitus scelerorum, eos calamitatibus af-ficientium. Vitam cum luſtu, lachrymisque eos trahere cogentiū, pauperes, inopes exau-ditos, auxilio diuino subleuatos, hos interitu sempiterno deletos. Quod ergo dicit, Stabi-lies cor eorum, sonat, Confirmasti timentes, consolatus es pauidum, vacillansque eorum cor stabilisti: animos eorum confirmasti, quod non modò pollicitus es auxilium, causamque eorum tibi curæ futuram, sed id etiam re comprobasti, deletis illis, à quibus tot iniuri-as accepissent, in quos omnia exempla, cruciatusque ederent. Térque idem demonstrat, Desiderium, supplicationēque eorum perfecisti: confirmasti timentes, auribus tuis at-tentis, benevolis audisti. Non est igitur præparationem cordis eorum audisti. Verbum He-bræum *בְּנֵי* Canan, et si plerunque transfertur à Septuaginta *έποματε*, præparare, & fre-quentius sonat stabilire, confirmare. Ut illud Esaie, Erit mons Domini præparatus in ver-tice montium. Melius: Fixus, stabilitus, impositus omnibus montibus.

Iudicare pupillo, & humili, vt non apponat ultra magnifi-care se homo super terra.

Iudicare

A V D I C A R E ad superiora refertur. Exaudisti inopes, miserorum causam suscepisti: *iudicare*. Quidita? nimur ut iudicare, iudicium faceres pro pupillo, sententiā pro mis-eris aduersus rapaces, violentos, homicidas ferres: iudicium, seueritatemque tuam contemptores illi, immanesque bellux, genus humanum vastantes, experientur. Desig-ghat igitur letalem sententiam, pro pauperibus latam contra improbos. Humilem dixit, Hebraicè *תַּדְקֶה* dak, pauperem, dieiectum, attritum: is Græcè dicitur *ταπηψις*, lingua Italica *Pauper*, *dach*. furpauit, vocans Tapinum, pauperem, mendicantem. Hunc Hieronymus dixit oppref-sum, respiciens significatum, quo designat, attritum, communutum. Quod Latinus dixit, magnificare, Græcè *μεγαλωχεῖν*, gloriari, infolescere, Hebraicè *אֲרוֹז*, superbire, terri-bilem apparere. Idem à principio precabatur, ne sua lenitate perficeret, vt peccatores nia-gis infolescerent: nunc ait ita Deum seueritatem suam ostendisse, vt finem iniuriarum, at-que omnis insolentia coegerit eos facere. Posset autem iuxta linguam Hebraicam, esse sensus, ex verbo aroz, Non addat, non apponat gloriari homo super terra: aut secundum Rabì Salomonem, Non addat amplius exterrere, conterere, affligere hominem de terra: vt verbum aroz, aut sit transituum, aut non transituum non variante sensu. Nomen ho-minis est hoc loco *אָנוֹ* Enos, quod ferè semper in malam partem accipitur.

I N S C R I P T I O P S A L M I X .

B

Lammasach ipsius David.

I G N I F I C A T U R esse carmen victoriale. Victoria est contra peccatores, contra Gi-gantes, *אַנְגָּלִים, גָּדוֹלִים*, cōtra pietatem profanantes, nomen Dei impugnantes: veluti si bellum Deorum contra Gigantes caneret. Canit Iouem contra superbos arma sumptifffe, pios defendisse, eodem atque superiores psalmos argumento. Est oda, aut hym-nus in laudem Iouis, seruatoris, iudicis æqui, res humanas gubernantis, cælitusque respi-cientis, pœnam de contemptoribus suis déque iniustis suscipientis.

P S A L M I X . E X P L A N A T I O .

I N Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ,
Transmigrā in montem sicut passer?

V O D dixit, In Domino confido, est propriè in Hebraico idioniate, In Iouem confido, Iouem spes adiutorem, in Iouem spes omnis mea re-cumbit. Est enim Hebraicè Ichouach (neque enim vereor sæpius monere) Ioues, vocalibus subductis. Ad inimicos loquitur, qui ei præsidium hoc diuinum auferrent. Ipsi autem inimici tantos sibi sp̄iritus sum piferant, vt gloriarentur, iactarent suam potentiam, nihil sibi resistere posse: Hebræis in altissimos montes fugam capiendam esse, terribiles occurentes, om-nemque eorum aciem inclinandam, profligandamque sibi, minantes: neminem esse, qui ferre vieti opem possit: ventosè nimis, ac superbè. His opponit David cælestè præsidium, spem cælestem. Miratur eos tantopere infolescere, vitulari, qui nesciant maius sibi para-tum esse perfugium, fortissimas legiones auxilio venturas. Dicunt animæ eius, Ip̄scmet David velut auicula exterrita fugiat. Est autem Hebraicè *צַפּוֹר*: id sonat quidem pas-ferem, fed & omnes generatim auiculas, vt Græcum *πτερία*, nunc magis quadrat auicula-rum significatus, vt dicat, Transmigrā in montem, vt fugere solet auicula, audito strepitu, sylvis lese occultans. Quis igitur hic est, inquit, qui me iubet timere, pauentem, trepidan-temque fugere? An mihi leue præsidium? an spes inanis?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas
suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.

R o pharetra est *תְּמִימָה* iether, non pharetra, sed neruu, siue chorda arcus, omni-bus celibus. Chaldeus pro eo *נִמָּה* nima, nempe neruum. Hieronymus quoque pro pharetra, posuit neruum. Et Rabì Salomon verbo Italico interpretatus est chordam arcus. Reftè itaque dicitur eos parasse sagittam suam, super chorda,

HH ij

Parauerunt sagittas. quæ fit ex neruis, inde neruus appellata. Parauerunt, melius Hebraicum, vt sœpe monui, **D**magia conenu, firmauerunt, fixerunt, stabilierunt. Et pro sagittas numero multo, est **m** chizam, sagitta vniqa, vt hinc noscas, chördam, seu neruum, non pharetram, quæ multis sagittis completur, designari. Manifesta est igitur tralatio de homicidis insidianibus, laterbras fouentibus, cui noceant expectantibus. Ab impiis vt est Hebraicè, parantur insidia, his noctesque, diésque cor inquietum, impatiensq; est. Iustos, & pios, pro inimicis habent, Designat enim contraria religionis, ac factionis homines, qui delere pios semper parati essent, religionem veram Hebræorum euertere. Iustæ eos appellavit reshaim, impios, eis autem aduersos, rectos corde. Inter hos moribus, vitaq; dissidentes, semper pugna, odium immortale. Obscurum dixerunt Septuaginta. *οὐτούμιν*, cùm luna obscura est, cùm filet, tempus insidiis oportunum, sub luce maligna.

*Pecatores.**Obscurum.*

Quoniam quæ tu perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Perfecisti.

VÆ perfecisti, Græcè *κατηπέντω*, rectè quidem perfecisti, sed Hebraicum variat. Est enim pro perfecisti, **m** hashatot, designat hæc vox vt Hebrei testatur fundamēta, à verbo **m** soth, posuit, fundauit. Eam vocē alia notiore declarans Auen Esra ponit **m** iasod, fundamentum. Per tralationem hæc fundamenta interpretantur Hebræi, præcepta, legem. Ea de causa Hieronymus transtulit, leges dissipatae sunt. Refertur igitur ad superiora consentanea, Peccatores impij tetenderunt arcum, direxere aciem contra E pios, contra religionem, cuius fundamenta iam subruerunt, crebroq; arietis iætū concussa sunt mota loco, euersa. Ea de causa vocantur *θραύσται*, *ἀντίθεοι*. Omnis eorum sermo, omnis opinio, conatus, sudorique omnis contra decus cælestis. Fundamenta igitur sunt præcepta, leges, totius pietatis nerui, fundamenta, quibus ntitur religio. Græci quæ perfecisti interpretantur regnum Dauid, illi à Deo concessum. Sed quanquam non multum variat vocabulum Hebraicum, omnium concensu sonat fundamenta, præcepta, leges, quæ magis religioni, quam regno conueniunt. Quanquā etiam illud regnum, religionis erat præsidium. Quod subiicit, iustus quid fecit? duplex sensus Auen Esra, Eueristi, ait, pietatem, bellum contra Deum suscepisti: at Deus cuius in cælo sedes est, sumpsit scelerato ex sanguine poenas. Non iustus hoc, sed Deus, cuius immensa potestas, fecit. Quid enim potuit iustus, rex pietatis protector, quid sine Deo, cōtra vestra agmina potuisse? At Rabi Salomon: *Vos vos scelerati, vestra hæc omnis impietas*. Nam iustus Dauid, quidfecit? *Quid expæctes aliud à iusto, nisi facta iustitia, & æquitatis? Vterque mihi sensus probatur.*

Iustus quid fecit.

Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius.

*Dominus in cælo.**Cælu templo Dei.*

IVI IN A poësis, carminis ordo diuinus. In impios inuestitus fuerat, vastitatem, stragemque, quam edunt in terris pios, veramque religionem persequentes proposuerat, superbiam eorum ostentarat, querebaturque eos legem Dei, mores institutaq; F diuina vastare: nunc iuxta ritum subiicit, Ne dubites, ait, stat sua cuique dies, & ineuitabile tempus. Est, inquit, qui hæc cernat, tametsi regnum eius à terris recedit, at omnia tamen videt vt q; ait Rabi Salomon, Videt, scitque facta vestra, solium est illic celissimum, at oculi vos cernunt vsque in terram. Dat igitur Poëta diuinus epitheton, reliquis Poëtis vistatum. Semper apud Homerū, arque Hesiodum est, *ὸλύμπια δόματα ἔχοντες*. Superi cælestia templaque tenentes. Est & illud epitheton diuinum Græcis Poëtis celebre, *ἐπίοντα*, Iupiter latissima cernens. Venustè igitur, & poëtica figura, regnum sedemq; Dei vocavit templum, quem admodū Græci Poëtæ dant illi domos cælestes. Et Aristoteles de mundo loquens, Cuius, inquit, suprema pars est, *ὸλύμπιον τὸ θέατρον*, habitatio Dei. Quoniam autem locus ille sanctissimus, ab omni labe disiunctissimus, vbi Deus ab animis beatis, à Diis immortalibus colitur, & adoratur, rectè vocatur templum: declaransq; primum subiicit secundum, Dominus in cælo sedes eius. Hebraismus est. Quorsum enim referas nominativum, Dominus? Dicendum Latinè, Domini in cælo sedes: aut, Dominus in templo sancto suo, in cælo sedes eius. Sedes autem nunc est solium maiestatis eius, thronus regius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

Non

AN O N est in fonte, pauperem, sed duntaxat respiciunt. Oculi, inquit, eius respiciunt. Est quidem in cælo thronus eius, ait, at inde despicit omnia. *Quod Poëta de eodem Ioue similiter canit, Cum Iuppiter ethere summo Despiciens mare veliuolum, terrâsque iacentes, Litorâque & latè populos, sic vertice cæli Constatit, & Libye defixit lumina regns.*

Quod autem ait, Palpebræ eius interrogant filios hominum, Sept. Dixerunt *ξερδεῖσαι*, probant, perpendunt, examinant. *Ιαππονοῦντες λατίνους, μετανοῶντες λατίνους, παλπεῖσαι in quærodom*. Et Hebraicum est **m** ibechanu, probant, scrutantur. Hieronymus quoque transtulit, probant. Dicendum igitur, Oculi eius, indagant filios hominum, palpebræ, nimirum oculi, lumina, acies eius defixa est ad contemplandas res humanas. Hac de causa, vt dixi, vocatur à Poëtis *εἰρύστα*, longius cernens.

Dominus interrogat iustum, & impium. Qui diligit iniuriam, odit animam suam.

RAT hunc quoque Latinus interpres. Nam Græcum *ξερδεῖσαι*, nunquam sonat, interrogat. Potius iuxta Hebraicum **m** bacchan, seruatur, examinat. Deus summus, inquit, non est quemadmodum lignei philosophi ferebant, otiosus, dormitans, res hominum negligens: imò scrutatur, exactè requirit, quid iustus, quid impius agat. Non latet B cum si quid impiè, si quid iuste fiat in terris. Sciendū lectionis Hebraicæ ordinē esse posse, qualem posuit Hieronymus, Dominus iustum probat, impium autem, & diligentem iniuriam odit anima eius. Hoc Hebræis quoque placet exponentibus locum, Deus, inquit, probat, tentat iustum, quemadmodum tentauit Abraham, Job, ipsum quoque primum hominū Adam. Si patitur aduersa iustum, non est negligentia Dei, sed probatio, examinatio. Ut aurum (inquit Salomon) probatur in fornace ignis, sic iustum in fornace tētationis. Fit in aduersis tolerādis fortior, melior, illustrior, prudentior. *Quos amo, inquit, corrigo, & castigo.* Et, Qui parcit virgæ, odit filium. Cum impiis secus sit, non probat, non amat eos Deus, non corrigit, non emēdat vt filios, sed prorsus odit, execratur, detestatur, abiicit, aspernatur. Iusti tentātur, probātur: impij, & quos ad omne tēpus peccare iuvat, odio habētur. Cognoscē discrimen inter iustos, atque impios. Sæpe premunt iustos aduersa: ne putes hanc Dei negligentiā, qui nesciat, aut sciens, & prudens cōtemnat: est probatio, examinatio, correctio vt meliores euadāt. Omnis (ait Augustinus) malus ideo viuit, vt aut corrigatur, aut per eum bonus exerceatur. Excentur igitur boni. Anima autem eius, animus, mens Dei maxima, luminosissima, rerum cunætarum capacissima, impios odio habet. Non curat an emendentur, sunt enim incorrigibiles, inemendabiles: Tanquam deploratos, & perditos contemnit. Beneficium igitur, non sœuties est tentari, vexari. Ordo itaque verus lectionis Hebraicæ est is, quem modo retulimus, consentientibus Hebræis.

C Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

VPER peccatores, Hebraicè, super reshaim, impios, vt respiciat Gigantes illos qui manibus magnis rescindere cælum conantur, aut qui posuerunt in cælum os suum, impios, blasphemos, contemptores. Contra hos, (vt canit Sibylla de supremo tempore) immittet cælestem ignem, & sulphuris amnes. Et quale Poëta noster sœpe cum sacrifici Poëtis congruens, (ab eis enim omnia penè sunt mutuati) de impiis eisdem,

Fulmine dieicti fundo voluntur in imo. Et, Ipse pater media nimborum in nocte, coruscā Fulmina molitur dextra, quo maxima motu Terra tremit: fugere ferē.

Sciendum quod Sept. transtulerunt *πυράς*, laqueos, vocem Hebraicam **m** pachim, amphibolam esse, designantē aut laqueos, aut carbones, & prunas. Hoc postremū nunc acceditibus Hebræorū testimoniis melius ad sensum quadrat. Quid enim est pluere laqueos? mirumq; id etiam Hieronymū posuisse. Rabi Salomon pachim per clariorem vocem quæ sonat omnino carbones, exponit **m** pachamim, Carbones, prunas. Auen Esra dicit, fulmina illa ignea, aut faxa ignea, cum pluua delabentia assimilare Poëtam carbonibus. Vocat igitur Psalmus carbones, aut ipsa fulmina, aut quoniam dicit Deum pluere super

H H iii

*Spiritus
proccl.**Calix.**Pars calicis**Cho. 2. a.**Musicon-
pos. Nym.**Aequit.
vid. vul. e.**In finem.
Lamma-
Zeach.
Pro oct.
Instrumen-
ta musica.*

peccatores sulphur, concretos ex sulphure, ignitosque lapides, quale pars est cecidisse, cum D Sodoma cremata cælitus est, Lapi des sulphureos, Carbones prunasq; sulphureas cogestas, congelatas. Has Poëta canit Deum immittere in impios. Vide genus supplicij. Et quod ait, Spiritus procellarum: est Hebraicè, Et ventus tempestatum. Ventus tempestas, procella: vñà, inquit, ruent in eos lapides sulphurei, ignis, ventus, tempestasq; & procella. Hæc erit pars calicis eorum. Calix figuratè in sacris litteris vocatur gustatio, sensus, experimentum. Bibere, haurire, gustare supplicia dicunt. Hæc ait, bibent, haurient, experientur, gustabunt. Calicem vexationum inuenies in sacris litteris. Et Christus amaritudinem, suppliciaque sua vocavit calicem. Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Quod dixit, pars calicis, pro Græco μέρης, parte, Hebraicū מְנַת menath, distributio, numeratio, summa. Hæc ait summa est eorum, quæ gustabunt, experientur, sentire cogentur, carbones sulphurei, ignis, tempestas atra. Quibus omnes ferè calamitates continentur.

Quoniam iustus Dominus, & iustitiam dilexit: æquitem videt vultus eius.

SORDO diuinus Psalmoram, quos de diuina prouidentia, sacri Poëtae cecinerunt. Prius queruntur dormitare prouidentiam, incusant illius tarditatem, proponunt impiorum audaciam, contra bonos, & pios: demum affirmant hæc volente Deo, & ad optimum finem dirigente fieri. Nam quos pro scelere eorum vlcisci velit, quo grauius ex cōmutatione rerum doleant, solere diuturnis impunes dimittere. Et supplicium quod vbi peccasset exiguum fuisset, si differatur, grauitate, magnitudine fieri terribilius, exageratis in eos cunctis suppliciis, quæ sulphure, & igni, tenuisque procellis à Poëta designantur, vt nostri flatus secundos, & aduersos, procellas, iætusque fortunæ memorant. Est igitur iustus Dominus: diligit iustitiam, æquitatem. Huic comes it, vt ait Aristoteles, μυστήριον τόπος θεοῦ, Iustitia sceleris inimica. Vultus eius videt æquitatem. Quemadmodū superius dixerat, Oculi eius scrutantur, respiciunt filios hominū: res hominū respiciunt. Superius palpebrae, nunc vultus. Vultus eius scrutatur, respicit æquitatem. Hic flectitur, hic defigit lumina. Circumuagus obambulans, vbi quid iuste, piéque fieri videt, hic subsidet. Hoc spectaculo pascuntur oculi eius, hoc respiciunt. Est alia quoque in Hebraico lectio, æquitatem vident. panemo, facies eorum: hanc sequitur Hieronymus. Sed Hebreis eruditibus placet magis, vt panemo, sit relativum ad Deum, non homines, quod exemplis quoq; probatur.

P S A L M I X I . E X P L A N A T I O .

Rætitulatio est, iuxta tralationem Sept. In finem pro octaua, Psalmus David. Hæc ad Hebraicum, quemadmodum sapis monuimus, & clariora erunt, & veriora. Pro in finem, lammazeach, ad canendum carmen triumphale. Est, ait, hoc quoque carmen viatoriale, est ἑταῖρον. Est exclamatio, qualis viatoris exercitus. Secundum quoque pro octaua dicendum. Super octichordo. Proponitur genus carminis, & quibus organis musicis caneretur. An barbito, an cithara, an cymbalo, an tubis, aut cornibus. Quæ omnia memorantur in Psalmis, vt, In decachordo, & psalterio psallam tibi. Et, In cymbalis benefonibus. &, Laudate eum in sono tubæ. Laudate in psalterio, & cithara. Laudate eum in tympano, & choro: Laudate eum in chordis, & organo. Laudate eum in cymbalis benefonatibus. Quo loco omnia ferè genera musices memorantur. Itaque titulus ferè dicit, quæ Psalmus præcipit. Ad laudandum cum octaua. Psalmus quem nunc protuli, inuitat ad laudandum variis instrumentis. Hoc in exordiis psalmi se facturos ostendunt, cum prædicunt, Ad laudandum, triumphandum, cum octichordo. Aliquis aliis psalmus cum cithara, aut cum cymbalo, vel tympano, vt videbis in principiis aliorum psalmorum. Hæc sunt longè clariora, & perceptu faciliora. Et in hac sententia sunt Hebrei. Nam Chaldæus paraphrasticus declarans octauam, οὐκ αὐτοὶ οὐδὲ αλκινοὶ, detinnaia nime, Super cithara octo chordarum. Eadem refert Rabi Salomon. Auen Esra quoque nominat musica instrumenta, quæ sub eo nomine designantur. Est psalmus in Iouem, iudicem eorum, quæ fiant in terris. Et quasi appellat eum psalmus velut nositer: O qui res hominumque decūmque

Aeternis regis imperis, & fulmine terres.

Canit omnia nutibus eius esse subiecta,

implorat auxilium.

P S A L M I

A

P S A L M I X I . E X P L A N A T I O .

SAluum me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminuta sunt veritates, à filiis hominum.

EFECIT sanctus, duplex sensus, aut ipse Dauid sanctus, pius, Dei cultor defecit, fessus est tot incommidis, iam succumbit, labitur, vires, animus. Defecit que eum deficiunt. Quapropter tu fer opem, ad suis propitiis, labenti portige dextram. Aut iuxta Hebreos, omnia me mala circumstant. Deficerunt me omnes. Vel, sanctus sentit cum hostibus. Omnia Israëlitarum coiuit coniuratio, non improbos modò, sed probos quoque in societatem asciuerunt. Etiam bonorum animos ab amicitia mea auerterunt. Tu solus superes, ait. Quod ait, Diminutæ sunt veritates: in fonte τῷ πασὶ, defecerunt, quasi euānuerunt. Omnes, ait Rabi Salomon, mentiuntur contra me: vestigantque locos, in quibus sunt. delitui, renuntiantque ipsi Saul. Ecce, Dauid, inquietus, aufugit, latitat apud nos. Defecerunt τῷ πατέρᾳ emunim, vt est Hebraicè, veritates, aut fideles, vt transtulit Hierony. Defecerunt fideles. Sciendum, iuxta sermonem Hebraicum, & Auen Esra, sensus esse posse, Defecit sanctus, is Hebraicè est τῷ πατέρᾳ chafid, misericors, beneficus, Defecit qui beneficium prestat. Non adest quisquam, qui mihi beneficium præstet. Quoniam diminutæ sunt veritates, sublati sunt fideles, imperfecti sunt, non sunt amplius super terra. Prior tamen sensus probatur ex sequentibus.

Vana locuti unusquisque ad proximum suum, labia dolosa, in corde, & corde locuti sunt.

ANNA rectè sept. μάταια, quod Hebraicè τῷ πατέρᾳ saue, mendacium. Hierony. hoc trans- **V**tulit frustra: sed melius mendacium, quod Chaldaeus expressit ponens pro eo τῷ πατέρᾳ sikra, mendacium. Queritur enim eos aliud ore loqui, aliud in corde celare. Cuiusmodi homines Homerius vñq; ad inferos fore sibi hostes dicit, pro proximo est τῷ πατέρᾳ rechu, sonat quidem proximum, sed & amicum, queriturque eos loqui proximo suo falsa. Quod dixit, labia dolosa: distinguendum est, ne iungas sequenti, Labia dolosa in corde: sed, labia dolosa sunt eis. dolosa Hebraicè τῷ πατέρᾳ chalacoth, adulantia, dulcia, mollia: est eis os adulás. Vox quidem amici, at subest in peccatore scelus. In corde & corde locuti sunt. Hebrei rectè **I**n cor. & mihi interpretari videntur. Duobus cordibus loquuntur, propterea duplicavit cor cor. **C**or. locutio. Sunt ei duo corda, os quod modo coram me dulcia fundebat, paulò post conuersum, fundit acerba, atrocia, dira. Duplex animus, duplex mens eis, duo corda, due mentes, nunc platica, post inimica, atrox. Duobus cordibus, duabus animis loquuntur.

Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

CABIA dolosa, quemadmodum dixi, τῷ πατέρᾳ chalacoth, adulantia, dulcia, mollia, palpantia, propterea dolosa, fraudulenta. Disperdat, Hebraicè simile quid, τῷ πατέρᾳ iecarath, interficiat, perdat, aimoliatur, cuertat: estque vel imperatiuum, vel futurum. Efferut enim Hebrei quemadmodum Graeci imperatiua, futuri: Chaldaeusque paraphrasticus adiecit, Tollat Deus de mundo, vniuersa labia dolosa. Maxima imprecatio aduersus maximum scelus. Linguam magniloquam, Hebraicè, loquentem magna. Quæ sint porrè hæc **Ling. ma-** magna, declarat inferius. Innuit igitur non tam insidiosos, mendacésque, quam superbos, arrogantes, minaces, crudeles, præfractos, inflatos. Linguaces, procaces, θεομάχοις, αὐτοὶ θεοί, hos item Graeci dicunt μέγα τύποι magna spirantes, Et cælum territat armis, ventosa in lingua, Det libertatem fandi, flattusque remittat. De Turno Drance. At Turnus de Drance:

Larga quidem Drance semper tibi copia fandi.

Latinus larga, Hebreus, magna. Ille loquacitatem, noster superbiam, arrogantiam, infolentiam designat.

Qui dixerunt, Lingua nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est?

EBRAICE propriè, Cum lingua nostra inualescemus, corroborabimus lingua nostra, potentes, eximos nos faciet. Intendamus vocem, in hac omnis spes nostra. An magni-

Mars. tibi maiors ventosa in lingua, latius, inflatiusq; res prædicantes, exaggerantes. Quale mon-
strum, quod insignis poëta describit:

Hæc tum multiplici populos sermonem replebat.

Lab. noſt. à nob. ſunt. Quod ait, Labia noſtra à nobis, Hebraicè, Labia noſtra nobiscum ſunt. Etiam Græcè, ſed Latinus non reſtè τὸν χελῆν περὶ ἡμῖν. Labia noſtra apud nos ſunt. Eſt, inquiunt, nobiscum eloquentia: nos domini loquendi, poſsumus quæ volumus loqui. Habemus fermonem in potestate. Inſignem igitur eorum superbiam, insolentiamque deſcribit. Contumeliosos, intractabiles oſtendit, genus infociabile.

Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus.

Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.

Miferis. I T V S pſalmorum proponentium prius rapinas, cædes violentiasque hominum ſu-
per horum impunitate querentium, demum auxilium Dei, propenſamque ad im-
probos vlciscendos voluntatem decantantium. Quod dixit, propter miſeriam, He-
braicè miſeria, τῷ shod, reſtè Hierony. quod Græca vox etiam demonſtrat τὴν τῆς ταλαι-
πωέας, Propter afflictionem, vexationem. Pauperes dicit, ope deſtitutos, quemadmodum ſa-
pe dixi, quos omnia deficiunt, niſi deus adſit propitius. Itaque eodem vocat inopes, &
Pauperes. Ecce igitur Deus non dormitat, non despicit, neſligitque res hominum. Aduer-
tendum quod in hoc verſu quoque eſt, nō de ſequenti, Ponam in ſalutari, fiducialiter agam E
in eo. Quod dixit, Ponam in ſalutari, eſt, ponam pauperes in ſalute, in loco tuto. Mirum
enim cur Septuag. transferant τοτὲ τοι, ſalutare, quod eſt τῷ iechua, ſalus, in columitas.
Fiduciali-
ter agam
in eo. Quod autem ait, Fiducialiter agam in eo, Græcum magis respondet ad Hebraicū, παρ-
οδομήγη, audacter loquar, iuxta Hebraicū τῷ iaphiach, inſuſſabit, ſuperbē, arroganter
loquetur. Non eſt igitur per primam personam, ſed tertiam. Refertur iuxta Hebræos, ad
eum qui ſeruatus ſit, qui erit in tuto. Quem Deus ponet in loco tuto. Ego (inquit Deus)
ponam eum in ſtatione tutissima. Loquetur audacter contra hostes, nihil amplius trepidabit,
nihil extimescat, fiducia, ſpēque plenus. Posſet iuxta Auen Eſra, referri ad eundem
ipſum Deum. Qui eum eripiet, ponet in arce ſecura, loquetur pro eo, aut loquetur ei ipſi,
quem eripuit: promittet, poſſa seruabit, implebit. Deus loquetur ei, & quæ ſucrit lo-
cutus, adimplebit. Eoque ſubiicit:

Eloquia Domini, eloquia caſta, argenteum igne examinatum,
probatum terræ, purgatum ſeptuplum.

Caſta. Ideo fidem illi. Ob id non eſt illi ſi-
dendum. Ignē ex-
aminatum. Probatum
terra. AſTA Hebraicè τήν τεχοροθ, pura, munda, caſta. Quæ loquitur Deus, in-
quit, veriſſima ſunt: caſtiſſima veritas. Et (vt inquit Rabi Salomon) penes eum eſt fa-
cultas adimplendi, quæ loquitur, quæ pollicetur. At eloquia hominum, non ſunt
munda, quoniā nequeunt fidem promiſſorum adimplere. Sic Auen Eſra: Deus, ait, ſer-
uabit, eripiet, innoſentem ē manibus eorum, qui linguis ſuis ſuperba loquuntur. Quoniā F
id ipſe promittit, & quæ promittit, vera ſunt omnia. Comparat deinde verba Dei argen-
to puō, mundo, excolato, purgato. Quod dixit, igne examinatum, vnicō verbo dicitur He-
braicè τήν aruph, excolatum, examinatum, purgatum. Et quod dixit, probatum terræ, He-
braicè examinatum, ſive purgatum τήν ιερίν bealil, laarez. In vase terreo, in vase quo colat-
tur argenteum, quod Hebraicè vocatur alil, quod terræ ſubiicitur. Probatum, inquit, in vase,
in terra. In vase, quo probantur, excolantur metalla, argenteum, aurūmque. Hoc ſua lingua Chaldæus vocavit τήν cora. Quanquam eſt etiam Hebraicū nomēn τῷ cor, fornax,
focus, vt dicat, Purgatum in fornace, in terra, ex fornace, ſive vase in terram deſluens. Aut
iuxta ſenſum aliorum, probatū in vase, ipſi terræ, omnibus hominibus, vniuersæ terræ pro-
batum. Sed ſuperiora meliora. Chaldæus enim etiam dixit, probatum in vase ſuper terra,
vt oſtentat ritum excolantium metalla. Quod dixit, ſeptuplum, Chaldæus idem expreſſit,
ad Hebraicū, ſeptem vicibus, ſepties repurgatū. Senſus omnis igitur, dicta Dei poſſa
Dei, ſunt pura, munda, fidelia, nihil fraudulentum, falſum, ſimulatum, adulterinumque ha-
bentia. Impletur, veniunt ad exitum. Fidelia, inquam, & integra, vt argenteum ſepties ex-
colatum, repurgatumque in vase fiſtili, terreo, in terra.

Tu domine ſeruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum.

S E R V A B I S

A S E R V A B I S nos, vt Græcè οἱ φυλάξσουσι, ſecus Hebraicè תְּמִרֵם, cuſto-
ſeruabis dies, ſeruabis ea. Tu domine cuſtodies, ſeruabisque illa ipſa eloquia: implebis, aut re-
pones promiſſa illa tua. Habes parata, repoſta, miſeriſ, ac pauperiſ, vt ait Rabi
Salomon. Repones, conſeruabis eloquia, ac promiſſa hiſ quos nunc ſceleratiſ perfequuntur. Hæc lectio eſt quoq; apud Chaldæum תְּמִרֵם, Conſeruabis ea iuſtis. Auen
Eſra quoque ait, Seruabis ea, par eſt referri ad eloquia Dei. Quod verò ſequitur, Seruabis Et cuſto-
nos à generatione hac in æternum: reſtè hoc ſubiicit, Deus conſeruat, habet repoſta iuſtis dies.
promiſſa. Propterea orat, vt interea ab omni calamitate ſubducantur, à generatione hac, *Agene-
tione hac.*

In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudinem tuam
multiplicasti filios hominum.

B A N T A eſt impunitas, tantus numerus malorum hac atate ſcelerata, vt quoquod te Intir. imp.
vertas, in eos offendas. Et vt diuſ Petrus de diabolo, Circuit quærens quem deuo- amb.
ret. Et Satan apud diuum Iob, Circuiui terras, & perambulaui eas. ſic pſalmus, im-
pios ministros eius ait omnem angulum euoluere, vbiue vagari, niſquam non praefo eſ-
ſe vt rapiant, interficiant. O tempora! O mores! inquit: iuſtitia terris excessit, viſ, audacia
nunc triumphant, niſquam tuta fides, niſil intactum crudelitas relinquit. Impietas, arro-
gantia, fraudūmque omne genus dominantur. Quod autem dixit, Secundum altitudinem Secundum
tuam multiplicasti filios hominum, ſecus eſt in fonte, מִן־תַּהֲרָה kerum zulluth libne altitud. tu.
adam. Verba ambigua, cāque multarum ſentientiarum. Rum nonnulli accipiunt (vt paſſim mult. fi. ho.
ſignificat) multitudinem, altitudinem. Secunda vox, zulluth, ducitur à zalal, deſpicere, con-
temnere. Iuxta has ſignificationes, Rabi Salomon, & Auen Eſra ſic interpretantur: Zal-
luth, inquiunt eſt deſpectus, contemptus, atque dicit pſalmus, Secundum altitudinem, qua
Deus exaltauit me, promouitque in Regem, eſt deſpectus filiorum hominum, quia videli-
cet inuident, exedunt, incidunt, inuidia, atque hi ſunt, qui in circuitu ambulant. Pro-
pter inuidiam (inquit Rabi Salomon) quod oculus eorum liuidus eſt, cum me videant ex
rure, pectoribꝫ ſque paſcendis aſſumptum in Regem, ex humili loco ad maximam dignita-
tem proeſtum. Eueſtus eſt, inquit, vir deſpicibilis, vt illi iudicabant. Eſt alia interpreta-
tio, quoniam zalal, ſouat etiam deuorare, deglutire. Et rum, putant eſſe mutatis litteris,
quod ſaſe fit, qui dicitur בְּרֵי rem, niſi rhinoceros: In circuitu impij obambulant, ſi-
cut, rhinoceros deuorare filios hominum. Hæc interpretatio quoque Chaldæi eſt, ſed pro
rhinocerote ponit נְרִי aluca, ſanguifugam. Interpretatūr que, In circuitu impij ambulat, ſanguifug-
ſicut ſanguifuga, נְרִי דְבַשׁ נְצַחַת quæ ſugit ſanguinem humanum. Hæc interpretatio ḡ.
fortaffe verior, & ad totum pſalmum aptior. ſaſe enim in his carminibus, ſanguinarij, cru- No misſu-
deleſ, leonibus, tauris rhinocerotibꝫ ſque cōparantur. Hieronymus in ſuo pſalterio ex He-
braica veritate iuxta primum ſenſum reddidit, Cūm exaltati fuerint vilissimi filiorum ho- plena cruo-
minum. Sed hunc ſenſum melius ex Hebraico intelliges, ſi referatur in Dauid. ris birudo.

P S A L M I X I I . E X P L A N A T I O .

G H I V I C pſalmo conſuetus titulus eſt præfixus Lamnazeach, ad triumphandum, ca- Lamna-
quendum validē, alacriter: tum dicitur eſſe pſalmus Dauid. Oratio eſt ad ſummu ſeach.
Iouem, quem in principio appellat: orans quale in ſuis pſalmis, quos hymnos vo-
cat, Homeruſ in pſalmo in Iouem,

Ἐλπίδια εὐρύτα κρονίδια μέντη.

Su placidus qui cuncta vides, venerande ſupreme.

Implorat eius auxilium, cupit præſentem eſſe calamitatibus, quibus eſt circumuenitus. Ni-
fi quid auxilium ab eo ſit, futurum vt hostes eo ſuperato trophæum ſtatuant, exultent, in
omnes partes nuntios victoriae dimittant, inſolenter gloriātes. Hoc autem futurum ſi diu-

tius cunctetur, expectet, connueat, oscitanturque negligat. Itaque primam vocem quam D^{icitur} tulit, increpatio est diuinæ tarditatis, qui sciens, & prudens, pios vexari finat, impios, parta victoria, lætari, triumphosque agere, omnia suis viribus tribuentes, nihil sibi resistere posse iacentes. Vbi igitur orationem habuisset, velut propheta, certusque preces suas exauditas, redit ad alacritatem, sibi salutem, liberationem promittit.

VSquequò Domine obliuisceris mei in finem?
Visquequò auertis faciem tuam à me?

In finem.

N F I N E M , fons, *νεζαχ*, perpetuò. Et pro eo Chaldeus, *נְצָחָה* in secula. Cur perpetuò mei obliuisceris? cur perpetuò immemor es nostri? Nunquamne leuari obſidione fines?

O pater, *ὁ πατέρας*, Diuūmque eterna potestas.

Námque aliud quid sit, quod iam implorare queamus,

Nisi (aiunt Hebrai) tuleris celeriter opem, in eam suspicionem cadam, te res hominū negligere, & velut hominē obliuione capi. Hocq; multi mortales crediderunt. Et super cardines, inquiunt, caeli ambulat, ultra flāmantia mēcīa mundi.

Deum nec habere, nec facessere cuiquam negotium. Opis non indiga nostra, maiestas eius.

Talia mortales sepe suscipiunt.

A uert. fa. Resoluit figuram qua Hebraicè dicitur eodem sensu, abscōdis faciem. E Faciem autem dixit abscōdi, ab humanis sumpta figura, quas, aut odio habemus, aut contemnimus, ab his oculos auertimus, siue non valentes aspicere, odio abducente, siue contennentes. Ac quos diligimus, libenter item, sepiusque respicimus. Multò grauius est, cùm principes faciem abscondunt, cùm interdicunt, ne in conspectū eorum veniamus, aut ipsi vltro se se calant. Haec per tralationem Deo tribuit Vates, datis Deo, moribus terrestrium principum. Qua figura in contrarium Latinus designans lætitiam, voluntatēque beneficiendi, de suo Ioue cecinit,

Olli subridens hominum sator atque Deorum,

Vultu quo cælum, tempestatisque serenat.

Visquequò ponam consilium in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Visquequò exaltabitur inimicus meus super me?

Visquequò. Ponam con- **V**A T E R inculcat vsquequò. Ponam consilium in anima, est sollicitari timore, cura, pauore. Ingeminant cura, dicta, quod cor vrant, Græcè μελεδῶες, quod pascantur, vorient̄ membra. Consilium acerbum, pauoris plenum, Curam atrorem, curarum fluctuat æstu. Quandiu, inquit, sollicitabor: quem ad finem excruciarob? Et curæ tristes animum obsidebunt? Ultrices posuere cubilia curæ. Declarat secundo, quod cōsilium sentiat, dolorē in corde meo per diem. Ecce cōsilium. Instantibus vndiq; malis, imminentibus ho- *Dol. in cor.* stibus à tergo, metus animum excruciat. Et quemadmodū Græci explanant, Noui, inquiūt, ò Deus, vis me velut certaminis spectator, præmiorūmque distributor, multis sudoribus profusis, viētorem nobilium ostendere. At hi qui mecum sunt, arbitrantur me à te derelictum. Docere enim prophetam, non quasi seipsum consolantem, sed nos monentem, vt si supplicantes int̄erdū non exaudimur, ne ob eam causam animo deficiamus, appellass̄e que auxiliū diuini, tarditatē, obliuionem. Est autem de præsenti versu. Exaltabitur inimicus meus super me. Superior hostis insolectet, gloriabitur, inuolabit. Hoc fit cunctante Deo, fuit inimici nostri insolentiores.

*Respice.**Aquila.**qui ex bo-**rebus, ab asti-**bus, seu sol-**striali o-**ntricis parte**venit.**Illumina**oculos.*

Respice, & exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne quando obdormiam in morte.

VE N V S T E dixerunt Septuag. Θεοὶ, respice, quod Hebraicè *תְּבִיבָה* tabbita, consertere, flectere. Vultum abscondisti superioris dicebat, nunc precatur, ostendat, vultum, inquam, quo cælum, tempestatisque serenat. Si modo respexerit, omnis auolabit tempestas, latitia, alacritasque redibit. Omnis in illo vultu serenitas, infatibilisque voluptas. Ut Aquilo toto cælo fugat nubes, vt locus ubi consistant non supersit: sic vultus ille diuinus omnes merores dissipat. Itaque infert, Illumina oculos meos, congru quidem.

Exercent

A Exerente eo vultum, diuinōsque oculos terris ostendēte, maxima, vniuersaliss̄que alacritas diffunditur, implentur omnia lumine immenso, vtique, & oculis prophetæ à tāto splendore illuminandis. Illumina igitur oculos, est, splendore, & claritate diuina comple, ostende in eis oculis lucem vultus tui: offunde eos claritate tua, offer suauissimam illam oculis meis lucem, qualem Apostoli viderūt in monte: visa, ineffabili gaudio repleti sunt, vt ibi perenniter esse cuperent, omniū obliuiscerentur, multò magis, quād si loton comedissent. Hanc quæſo videant oculi mei, impletantur ea. Quod ait, Dormiam in morte: differit ab Hebrews appositè, somnum letiferum, mortalem designare.

*Apud
Erasm.
Dormia in
mort.*

Olli dura quies oculis, & ferreus urget.

Somnus in eternam clauduntur lumina noctem.

Eiusmodi somnum Vates precatur à se repelli. Splendore illo diuino fugari somnum letiferum, ferreum. Homerus simili quadā figura, fratrem Mortis, somnum appellat, *γεότυμον ιερόνομον*. Mors igitur, omnis mēror, & calamitas discedent, adueniente Deo, claritatēq; sui vultus ostendente. Atque hic tres Poëticæ figurae venustæ: quod vultus Deo tribuitur, quod huic vultui claritas, quod mors somnus appellatur. Et aut dulcedinem diuinæ claritatis, mērorisque discessum postulat, aut precatur illuminari ne peccet, ne labatur.

Ne quando dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.

Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero.

B **R**æterquam quod miserum estvinci, ipsa quoque viētorm insolentia, calamitatem, doloremq; auget viētis. Qualem meruit Pallanta remitto. Vbi nunc Maxentius illa, Effera vis animi? Tunc ille, Hostis amare, quid increpit? Hanc igitur hostium lætiāam cupit, orat non diutinā esse. Declarat triumphos in castris hostiū futuros, si loco cesset. Qui tribulat me Hebraicè *νεζαχ*, vexatores mei, inimici prementes. Exultabunt, effrentur lætitia, carmen triūphale concinent. Si motus fuero, Hebraicè *νεζαχ* emmot. Si lapsus fuero, si quatiar, sedibus securis excutiar, si regno pulsus. Haec Græci referunt ad animos. Si me viderit inimicus in scelus mortiferū prolapsum, verè exultabit, quod casus noſter addit ei lætitia. Exultabunt ergo, exiliēt, irridebūt, cecidisse, qui se in sempiternū securū iactabat.

Ego autem in misericordia tua sperau: exultabit cor meum in salutari tuo. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi.

Vare non extimescat, néue animis deficiat, ostendit magnā se spem habere in misericordia Dei. Hanc sibi Spiritus, animosq; & alacritatem restituere: hanc vnam sibi salutis viam apertam esse. Tribuit cordi exultationem, alibi quoque alacritatem, reliquosque affectus, quemadmodum Homerus qui pauorem dat cordi, *κραδίωτε ἐλάφοι*, cor cerui, dicens habere timidos. Et ille ad suum cor loquebatur impendente leto,

Τέλαχι δὴ κραδίν, οὐκέπερ ἔλλοο τὸτε ἐτλη.

*C*or patere hanc cladem, gravius nam sepe tulisti. Est crebrum apud eum φίλον χῆρ, amicum cor, charum cor. Ita nunc Vates facer, exultare cor in salute à Deo afferenda. Pro otōtīoy, vt sepe monui, est clarus in fonte τοῦ Ιεσοῦ, salute, IESV, Seruatore. Salutare non est dicendum: Sic, Quia viderunt oculi mei salutare tuum: potius, salutem, aut IESVM tuum. Et, Non tūm fecit Dominus salutare suum, Salutem suā, aut seruatorem, siue IESVM suum. Igitur velut iam parta viētoria, decantat in fine carminis θηγίνων, iam sibi redditam alacritatem, salutem, felicitatē vaticinatur. Ceterū superuacaneo additur apud Græcos, & Latinos,

Et psallam nomini domini altissimi.

I N S C R I P T I O P S A L M I X I I I .

In finem Psalmus David.

HANC inscriptionem Chaldeus more paraphras̄ declarans, Ad laudandum in spiritu prophetæ per David: ostendit hic abstrusa rerum futurā mysteria decantari. Quādam liberationem viētiorāmque ex inimicis. Ac Rabi Salomon duos ait Psalmos edidisse David super impiis principibus: alterū super Nabuchodonosor, alterū super Titum, qui vterq; templum Dei euerterint. Nunc esse super Nabuchodonosor, hoc auguratur, quoniam Rex ille præ ceteris barbarica insolentia insignis, pro Deo haberet, colit vt Deus voluit. Simul reditū in patrias terras canit Psalmus, quod de

Babylonica captiuitate quadrat: idque Chaldaeus paraphrastes sénit. Quidam Græcorum referunt dictum contra Senacherib Regem Assyriorum, qui cōtra verum Deum sub Ezechia locutus eset. Sed quoniam nō fuit eo tempore populi captiuitas, cuius meminit Psalms, reiicitur à Nicolao. Præter hāc sententiā, potest Psalmus esse vniuersalis philosophia, de dīctō, de impiis blasphemis, omnīque illa præteriorum temporū generis humani colluie, omni ferē mundo simulacra, aut cælestia lumina Chaldaeos imitata, colente: tum mortalibus nescio quibus, qui sibi sapiētiae titulos tribuebant, absurdas de Deo opinōes proponentibus. In hos inuehitur, stultorum esse, nō sapientum negare Deum verū. Habere sapientes, irrefagibiles rationes, quibus Deum sentiat, & sciant, has, stultos videre non posse.

Deū scire.

P S A L M I X I I I . E X P L A N A T I O .

Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum.

Cor.

Inspiens.

AEP I V S admonitum, Hebraicam linguam cordi tribuere locutionem: cor autem esse pro mente, animoque. Dixit in animo suo, cogitauit, persuasit sibi: hæc secum, Méne incepto desistere vītam? ita insipiens, hæc secum. Insipiens, Latinus ad Græcam vocem Λόγος, demens, Hebraicè נָבָל, demens, ingratus. Latius etiam Chaldaeus expressit, paucis E additis, quid sibi velit. Non est Deus, non est sultana, principatus, potestas Dei super terra: ea scilicet, quæ superius sèpe questus fuerat: Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus. Et, Vsquequid peccatores Domine gloriabuntur? Posuerunt in cælum os suum. Itaque nomine stultorum, vel insipientium, comprehendenduntur non modò, qui sentiunt cum Diagora, & Protagora, quorum alter nullum esse Deum, alter an eset dubitare se dixit: sed etiam Lucretiani impij quidam philosophi, qui potestatem eius præscriperunt vsque ad globum Lunæ, terras minimè attingentem, nostrarum rerum nihil videntem. Hos præcipue Psalmus designat. Longè enim paucos inuenias, quibus non sit persuasum, esse numen aliquod adorandum. At bene multi mortales, quoniam vix quæ sunt antè oculos credimus, apprehendimus, opinantur eum apud nos nullum esse, nec rebus humanis, nec bonorum, malorumque factis interesse.

Ip̄fā suis pollens opibus, nihil indigā nostri.

Hoc autem opinantur, aut quod paulo secretiora propter oculorum obtusam aciem, non cernunt, aut quoniam effrænatis cupiditatibus efferuntur, ne quis metus eos absterreat, neminem esse prædicant, cuius interst̄ pœnas delictorum reposcere. Libenter autem cedimus quæ volumus. Hæc opinio quamcunque habeat originem, fons est reliquorum malorum, propterea subiecit, Corrupti sunt. Hæc sciens Latinus philosophus (iure enim profanis collatis, sacros autores illustrare, atque aperire quid loquuntur, queas) Sunt, ait, F philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum proculigationem, Deos. Quorum si vera est sententia, quæ potest esse pietas, quæ sanctitas, quæ religio? Quibus sublati, perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio: atque haud scio, inquit, an pietate sublata, fides etiam, & societas humani generis, & vna excellentissima virtus iustitia tollatur. Hæc ait philosophus ille. Iure igitur noster sciens hunc omnis esse sceleris fontem, atque inde totius vitæ confusionem, fidei, societatisque humani generis, atque iustitiae euersionem sequi, subiecit post nefariam eorum sententiam, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Quod Hebraicè eodem sensu, ordine alio dicitur: & vt Chaldaeus expressit, Corruerunt, abominabilia fecerunt opera sua, quidquid agunt, abominabile, nefarium est. Sublato enim illo fræno timoris Dei, præsentis, ac cernentis omnia, multò magis quā equi, omnēsque bestiæ, homines efferuntur, exultant, in omnes errores, proclinati, delabuntur. Propterea non est ex eis quisquam, qui bene, ac laudatè agat. Ipse igitur, quasi de cælo aduersus impiam hanc turbam missus testis, eorum sententiæ contradicens, ostendensque Deum secus quā illi prædicens, videre, ac scire cuncta, subiicit:

Nō est, qui faciat bonum.

Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requiriens Deum.

AVD I S

AUD I S contrarium quā paulo antè testimonium. Stultus, vt Lucretius, Non est Deus: & si est, nescit nostra, regnans ultra flammantia mœnia mundi. At sapiens, diuinusque afflatus, Imo est Deus, & regnat quidē in cælo, remotissimis à terra locis, ac inde (quod ei facillimū est) prospicit omnia, cernit, si quos iustitia, fides, pietas delebet: quanquam horum numerus peregrinus est. Hoc præsca theologia, quoniam exordio cæli propinquior omnia diuina, melius quā posteritas cernebat, vbiq; decantat, vt Homerus;

*Zεὺς δὲ αὐτὸς νέπει ὅλον ὥπλυμασ ἀθρόποιοι,**Ἐθλοῖς ἵδε παχοῖς, ὅππως θέλησιν ἔδει το. Et,**-Πρὸς γὰρ δίὸς εἰον ἀπάρτες**Ξενώντε πλαχότε δύσις δὲ ὀλύμπια φίλητε.**Iuppiter ip̄fē bonum tribuit mortalibus omne,**Vt libuit, mittens cuicunque bonisque malisque,**Ab Ioue sunt omnes homines, peregrinus inopique.**Muneraque exigua, aut grata.**Ex Deo;
omnia.*

Sic quidem sapientes loquebantur, oppositi vesaniae improborum. Dupli autem sensu potuit dici Deum requiri, an sit sapiens quisquam. Respicerem, bonos in primis, ac sapientes. Hos attente requiri, & velut hominem, velut amantem diligenter, indagare, vt eos diligit, amplectatur, tueatur, vt sibi charos, gratosque, quemadmodum confitetur Aristoteles, eundem esse sapientissimum, beatissimum, atq; θεοφιλέστατον, Deo charissimum, B cuius est Dei amantissimum. Eiusmodi requiri Deum, an inueniantur in terris, Alterum sensum quem Græci adhibent, requiri velut prouidentem, gubernantem, vt curet laborantes, open eiū implorantes, parte alia quemadmodum de peccatis Sodomaæ scribitur: Clamor Sodomorum venit coram me, descendam, & videbo. Vt respiciat velut iudicē feuerus, bonisque à malis iudicio suo separatis, vnicuique congrua tribuat. Cernis item hoc loco, eundem esse intelligentem, atque Deum requirentem, iuxta veterum sententiam, qui diffinierunt simul pietatem, ac sapientiam confitere, nomine duntaxat differentes. Esse sapientiam, ipsam pietatem. Qui dicit sapientem, dicere esse pium, dicere cognoscētum Dei, finēmque totius philosophiæ, cognitionem Dei, nempe sapientiam: Philosophiam autem esse rerum cauſas requirere, vt his repertis suprema causa cognoscatur. Huius autem cognitionis fructum, esse amorem, cultumque Dei, nimirum pietatem. Itaque eundem esse intelligentem, sapientemque, ac Deum requirentem, quod is verè philosophatur, qui Deum querit. Et is verè philosophus, aut non quidem amans, sed possessor sapientiæ, qui Deum reperit, cognovit, cognitum amavit. Hanc esse sapientiam, hanc pietatem. Hoc Deum in terris exactè requirere. Sed vt Sodomaæ non sunt decem iusti reperti, propter quos reliqua ciuitati Deus parceret, sic psalmus exclamat:

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad unum.

C E CLINAVERUNT, subaudi Auen Esra, de via recta: propterea Chaldaeus, Declina. B hauerunt retrosum, videlicet in contrarium, versis animis, euersa ratione, velut cæci, duce, & ratione carentes: perinde si flumina vertere retro cerneret, Xanthe retro propera. Dicitur de mortalibus cū viuunt animis aueris, amissa sapientia, enormiter, stupende, depravatè: velut si arbores nō amplius in cælum mitterent ramos, sed vel deorsum, vel in dexteram, sinistrāque. Hebræi cōtendunt hoc præcipue dictum de idololatria suorum temporum, propterea quod de plebe sua, quam deuorēt, sermo sit inferius. Quos prophetæ tantis erroribus detineri videntes, & in vna re, quæ summa rerum humanarum est, peccare, iure deplorabant eorum depravatum, ac penè monstrosum iudicium, præpostérāque vitæ rationem. Nec habebant amplius, quod contemptibilis dicerent, quām ηγεωθοῖ, inutiles facti sunt, aut quod est Hebraicè ηλλαχου, factuerunt, corrupti sunt, contabuerunt, contaminati, execrabilis facti. Obseruatürque à Græcis, quod declinasset, à recto que itinere excidissent, quod corrupti essent, indicari natura factos fuisse rectos, ipsos naturam, imaginēmque suam corrupisse. Hierony. verbum neelachu, translit conglutinati sint. Non video quo sensu, & quam ob causam. Obseruare operæ pretium est in exemplaribus Latinorum redundare tres versus adiectos huc, & tralatos ex alio Psalmo, quos in hoc Psalmo neque apud Hebræos, neque Hieronymum, neque etiam Græcos reperies. Obelisco eos confodias.

II

Nonne cognoscunt omnes, qui operantur iniq[ue]itatem, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis, dominum non inuocauerunt.

Cognoscet. O g n o s c e n t Hebraicè יהָי iadeu, cognouerunt. Admirationem esse Hebreus
Auen Esra testatur, Nónne cognoscēt, non resipſcent, attollent oculos? Non co-
gnouerunt, non viderunt, non suas vires hoc fecisse, sed facultatem eis Deum dedi-
ſe. Scelerati, execrabilēsque illi, qui perpetrant facinora, flagitiis insueti, velūtque lupi ra-
paces, in bonos, piósque, impetum facientes: nónne scire debuerunt à Deo, nō suis viribus
euensis, vt prosternerent populum Dei, vorarent, consumerent, factum hoc diuina prouin-
Dominum
non issuo. dentia, nō viribus humanis? Ostendénsque eorum impictatem, animosque alienos à Deo,
subiicit, Deum non inuocauerunt. Hoc Chaldaeus expediens, Deum non benedixerunt.
Victoriis potiti, profligata, captiuáque abducta plebe Dei, non benedixerunt Deum, non
gratias egerunt, sed omnia audacia suæ, viribúsque tribuerunt. Mutata est persona, vt vi-
demus, cùm superius, psalmus sit locutus, nunc ipse Deus, qui plebem suam nominet. Quā-
quam Græci putant posse Dauid esse, qui plebem suam nominet, quam Babylonij, Asyrii-
que vorent, absurmant, inflatius seſe iactantes.

Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor: quoniam dominus in generatione iusta est.

Vbi non erat timor. additum est in interpretatione Septua. quæ Latina quoque est
Vbi non erat timor. Itaque nec in Hebraico, neque in editione Hieronymi habetur. *Non cis formidinem, pauoremque intentat,* propterea quod nō intuocauerunt Deum, quod sibi tantos spiritus sumperserant ut à se ipsis profectam non à Deo victoriam contra Hebræos prædicarent. Fregit Deus eorum audaciam, & his, qui prius fortes, intrepidique viderentur, superuenit pauor immanis, calamitatibus acerbis illatis, exploratūmque habuerunt, Deum auxilium ferre suis, præsentemque esse si quando vexantur, expectantem ut his veluti flagellis excitati redeant ad sanitatem. At si hostes, quod Deus causa suorum corrigendorū fecit, sua fortitudine factum gloriantur, non sinet Deus hanc eorum inanem iactationem esse diuturnam, conuersaq; fortuna, fortia pectora suis, rerum secundos euentus cōcedet: hostes autem pauore perculsos, fuga, atque ignominia contemptibiles efficiet. Est enim Deus in generatione ista, est protector bonorum, adeo rebus iustorum, nō procul absistit. Rabi Salomon hunc pauorem hostium interpretatur, cū filius regis Nabuchodonosor, qui captiuos egit Hebræos, luit pœnas sceleris paterni ablato ei regno. Posset esse vniuersalis prædictio, contra idololatras omnes infestos Hebræis ea tempestate, cum soli omnium gentium Hebræi verum Deum colerent.

Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.

Cōfūdīstū.  O N F V D I S T I S, Græcè κατηρχωμένη, vituperastis. Hoc sensu dictū Hebrei, & Chal-dæus testantur: Quā spem in Deo habuisse inops, misérque, vos propter incredibilem superbiam, vituperastis: inanem spem illam, vanāmque, & fallacem prædicastis: **Consilium.** Consilium illud suum, quo confugere ad Deum, & in eo se tutum fore miser sperabat, vos irrisistis. Est & is sensus, quoniam Hebraicè est per futurum τινὰ tabishu, vituperabitis, vel erubescitis. Noritis, inquit, vos διὰ quicunque vestris freti viribus, in bonos insultatis, consilium pauperum, quo optimè consuluerunt, erubescetis, erit vobis illud consilium ignoriniae, dedecori. Irridebatis illud consilium, sed vestra demum erit dementia, consilium illud sapientissimum cōprobabitur, plenum prudentiæ, vestrum stultissimum. Coarget illud consilium vestram stultitiam, falsāmque persuasionem, atque irrationem ostendet. Est igitur sensus: Ob cōsilium inopis erubescetis. Prior magis Hebrais probatur, ut dicat, Propter summatam cæcitatem, dementiam, consilium inopis, spem in Deo habentis, improbastis. Dicitur autem Græcè, ὁ δὲ κύριος ἀντὶ At Deus, spes illius est. Quanquam Hebraicè est, ut Latinè, pro spe, in Hebraico τινὰ macheſehu, refugium eius.

Quis dabit ex Sion salutare Israël? cùm conuerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultauit Iacob, & lætabitur Israël.

V E M A D M O D V M ipem inopis Deum summum esse, non fictios illos Deos dixerat: sic nunc primum rogat, quis præsidium Hebræorum, quis spes corum. Rogat autem

Atem idololatras H̄br̄ais inimicos. Quem, inquit, putatis eorum pr̄esidium, qua sp̄e Iudeos nisi creditis? Quis eis salutē afferet? certè Deus, ille Deus. Nominat Sion, vnde salutem venituram vaticinatur, vclut alio psalmo, Virgā virtutis suę emittebat dominus ex Sion. Et, Exaudiuit me de monte sancto suo. Exponitur igitur ab H̄br̄ais, Gracisque vñanimiter, quod in monte Sion esset arca, & propitiatorium, vnde respōsa dabantur, vbi sedes Dei crederebatur esse: inde salutem, inde robur, & pr̄esidium mitti sibi persuadebant, vbi preces ante arcam habebantur. Accidit igitur simile quid in sacris litteris, atque profanis. Vt enim profani poëta non desinunt celebrare Parnasum montem in Delphis, propter templum, & oraculum Apollinis, ea tempestate celeberrimum: si propter oraculum veri Dei, propter facellum, vbi arca erat, & propitiatorium, sacri decantant Sion, ab eo monte, salutem mitti carentes. Itaq; per interrogationem postulat, vt declareret quod interrogauerat, *Quis det ex Sion salutem?* Quod alio psalmo aperte denuntiat: Virgam virtutis suę emittebat Dominus ex Sion. Nunc vbi rogasset, subiicit respondens, Cūm conuerterit Dominus captiuitatem plebis suę: cūm reuocauerit captos, cūm miserit in patriam miseros exules: cūm reddiderit eis patrium solum, conspectum dulcis patriæ, cuius amore sapiens ille fertur immortalitatem repudiasse. Tunc, inquit, triumphus erit: tunc lætitia, iudi, chori, festi que dies. Vt ipsi montes, fylaxq; latabantur, valles responsabant. Est autem in Hebraico (vt sapius monui) pro τονδεσι salutare, clarius, & melius των· ieshuah, salus, I e s v's, seruator. *Quis dabit salutem, aut seruatore, ex Sion?* Et forsan à monte Sion canit venturum seruatore, qui capiuit libet, quoniam inde salutis humanae fuit initium, plurima mysteria illuc celebrata. Nominat autem Iacob, & Israël, poëticè bis eundem duobus nominibus decantans: veluti si dicas Istrum, ac Danubium: Romanos, & Quirites. Cognominatus fuit Israël, cūm luētatus cum Angelo eum superauit. Itaque Israël est superoperator Dei, à verbo in futuro των isra, & nomine Dei El. Non ergo designat (vt plerique putant) vir videns Deum. Nam vir dicitur των ish, nomen non est in hac compositione.

PSALMI XIII. EXPLANATIO

NO T V S titulus, quo dicitur Hebraicè מִשְׁנָה misnora le Dauid, psalmus ipsius Dauid. Hunc psalmum ferunt Graeci iure propinquum esse superiori: quoniam ut ille generatim contra homines, eos stultitiae condemnans pronunciauerat, sic nunc ratione vitare stultitiam possit, sapientesque fieri docet. Quæ conditiones reddant hominem insipientem prius, nunc quæ sapientem, diuinæq; felicitatis participem. Exordium, sicut que stultitiae illuc, virtutibus omnibus auferre stabilimentum, pietatem: hic proponere veluti finem bonorum, ad quem dirigenda sint omnia, ut in tabernaculo Dei colloceris. Is enim totius philosophiae, omnis humanæ vitae finis. Ne quis igitur desperet, ad sapientiam nunquam aspirare posse, quoniam vniuersos insipienter peccare asseruerat, viam facilem, planamque ostendit. Finis autem, siue fructus sapientiae, felicitas. Hanc ostendit, eam appellans, habitare in tabernaculo eius. Iter quoque monstrat, quo ad eam peruenias.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut qui
requiescat in monte sancto tuo?

TABERNACULUM Græcè οὐδέων, tentorium, scena, vnde Scenitæ Arabes, quod habitant sub tentoriis. Tabernaculum non æquè venustum, commodumque. Vocat tentorium, & montem sanctum, aut (quod Hebrei pariter & Græci propoñunt) tabernaculum, sive tentoriū, quod fecit Moses, tabernaculum testimonij, quod simul cum arca positum erat in monte Sion. Propterea montem sanctum eius nominat, vbi tabernaculi meminisset, simul & tentoriū, & montem, in quo erat arca nominans. Arca sub tabernaculo, totum autem in monte Sion. Aut iuxta Euthymium, quoniam terrestris Hierusalem οὐτούς (vt ait diuus Paulus) respondet cœlesti: & templum in terris, est imago cœlestis, sub nomine tentorij, montisque sancti, habitatio supra designatur. Nam quæ poterat esse in illo tabernaculo habitatio, vt roget, quis in eo habitet, quod vix fortasse duos, aut tres caperet? Et eò nemini licebat præter quam sacerdotibus ingredi. Iam illud tabernaculum aperte cælum exprimere, ac designare cognitum est: & colores, quibus constabat, quatuor elementa refert Philo eruditissimus denotasse: cæruleum, fuscum, tabernaculum, mons sanctus.

hyacinthinum, aërem, byssinum terram, pùrpureum aquam, coccinum ætherium. Sic quodd pars tabernaculi, plebi, omnibusque animantibus, altera solis sacerdotibus initiatisque pareret, illa terram designari, que cuncta monstra, bonosque, & malos capiat. hac cælum, quod puris, initiatisque duntaxat liceat aspirare, autores fermè sunt omnes. Igitur per sensus occultos, quod Græcè dicitur, οὐδενία, tabernaculum, vel tentorium, & mons sanctitatis (vt est Hebraicè) cælum intelligemus, qui verè dicitur mons, ὁρός, supremus terminus, totius mundi vertex. Et verè mons sanctus, ubi nulla fraus, ubi campus veritatis (vt ait Plato) ubi diuina spectacula, & vt idem diuinus Plato de loci illius incolis φθένος οὐδενίας χρόνος, diuinam gentem, inuidiam non attingere. Ibi quoque templum sanctum, quo Deus piè, purèque ab animis deificatis colitur, laudatur, celebratur. Hanc cælestem habitationem describens antiquissimus, idemque doctissimus vates Homerus,

Οὐρανὸν δὲ φασὶ θεον ἐδειπόλεις αἰρεῖ
Εὑμεναί, τὸν ἀέρα μοντεύοντα πάντας τούτος τοῦτον
Δεύτερα, τὸν Χελώνην πάντα μαλακήν
Πέπλαται ανθρόπος, λευκός, τοτὶ διπλοῦν αἴγαλον.
Τὰ εἰς τέρποντα μάκρες θεοί πάντα πάντα.
Venit Olympum, ubi furtur sedes esse Deorum
Firma, hac ventis haud quittatur, minus hymenibus ullis
Alluitur, piue nec tegitur, nec rubibus aether,
Nigrescit, paucim sed fusa est purior aura.
Hic divi degunt, felices tempus ad omne.

Hunc igitur mōtem, has sedes Hebreus Vates cecinit.

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: qui loquitur veritatem in corde suo.

*sine macula.
Ingreedi.*

SI NE macula, vniq̄o verbo Hebraicè tamim, perfectus, absolutus, Græcè quoq̄ dñm̄, inculpatus, immaculatus, purus. Auen Esra Hebreus interpres, orationi puritat dcessit, Qui ingreditur viam perfectam, puram, in dīctis, ac factis. Congruè dixit, ingredi, referens ad finem ingredieendi quem proposituit. Est enim finis ingrediendi, aut ambulandi, vt quiescas, vt habites. Venitur itaque ambulādo, demum ad quietem. Via qua ad montem Dci peruenias, est integritas, iustitia, veriloquentia, si sit os veridicum, multò magis, si cor ori respondeat. Si cor fons omnis eloquij, vera sentiat, si mens sit veridica, sine dolore, fraude. Amplexus est primo nomine generatim cunctas virtutes. Qui ingreditur perfectus, absolutus. Id enim sonat Hebraicum. Nam Chaldæus id trāstulit: Qui pergit εντός ιών bisli metha, inperfectionem. Exin omnes virtutes explicat, quæ nomine perfectionis continentur. Nempe iustitia, tum mētis integritas, veritas, seu fides. Iustitia, & fides, duæ singulares virtutes. Fidem enim designat, cūm ait, Qui loquitur veritatem in corde suo. Est enim fides (vt Latinus philosophus definit) factorum, dīctorumq; constantia: animus fraudibus abhorrens. Proposuit igitur quatuor mirum in modum obseruanda, incessum, viam, ut innueret monte, ubi quies optata, velut Poëta campos Elysios nominauit, appellans eos montem sanctum. Tum iter ad eos, exin complexum, societatemque virtutum, absolutiōnem: dein iustitiam, nouissimè fidem. Declaransque apertius, quod proposuit, subiicit:

Mons sanctus. Elysij capi, a profectio-

**Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum:
& opprobrium non acceptit aduersus proximos suos.**

*qui p̄iè vixi-
sēt, eo pro-
ficien-
tur.*

*Nec fecit
proximi suo
mal.
Et opprob-
rū acceptit.*

HO C erat, Qui loquitur veritatem in corde suo. Egit dolum, resolutus Græcū verbum Latinus, εδόθων, dolum fecit. Hebraicum verbum est, ηγαλ, ducitur à pede, designtq; deferre, accusare, explorare, mores, ac dicta cuiusque, vt vituperes, calumnieris. Inde dicuntur exploratores, ηγαλ meraghelim. Itaq; Auen Esra ait hoc dīctū in Psalmo de reuelatione rerum arcanarum, Qui non egit dolum in lingua sua: nimisq; non detulit, non accusauit, infamauit, sugillauit, non explorator fuit vitæ cuiusquam, vt eam producere, infamaret. Hoc melius quam quod Hierony. Qui non est facilis in lingua sua. Nam ragal, sonat accusare, deferre, ex consuetudine delatorū. Propterea subiicit melius declarans, Nec fecit proximo suo malum: non nocuit lingua, nō labem inussit, nō est criminatus. Declarans id tertio, Et opprobriū non acceptit: Hebraicè clarius, Et opprobrium, siue dedecus, non ηγαλ nasa, tulit, leuauit: non leuauit, sumpsit dedecus infamiae contra proximum suum:

non

Anon inflxit notam. Declarauit igitur quæ sit iustitia, fidésque, atque perfectio, quæ proposuerat, quo itinere venitur ad campos Elysios. Id ferè omne est, innocentia, charitas, benevolentia erga proximum, si neminem dīctis, factisque offendas. Proponit alia.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius, malignus: timentes ali-
tem Dominū glorificat, qui iurat proximo suo, & non decipit. *Lactant.*

DNI nihilum deductus est, vnicō verbo Hebraicè, & Græcè οὐδενία nihilatur: vt sic *Ad nihilum deductus est.* dixerim, pro nihilo habetur. Hebraicè ηγαλ nibze, despicitur, contēnitur. Sensus igitur, Improbis est illi contemptibilis, despicitur ab eo, habetur pro nihilo: veluti contemptissimas fôrdes, foetidissimam cloacam, vilissimum sterquiliniū existimat omnem improbum. Ad hunc clariorem sensum reddidit Hierony. Despicitur in oculis eius improbus. Ecce igitur alia pars totius probitatis, ac perfectionis. Tum neminem violes, iustitiam, fidemque ferues, criminibus ne circumuenias, dedecus & infamiam ne infligas, pietatem autem plurimi facias. Et vt alio Psalmo habetur, Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescem? Odio habeas impios: ab eis oculos, animumque auertas: res abominabilis, execrabilis, (vt est Hebraicè) tibi habeantur. Nam quod dicitur in nostra tralatione, malignus, & Græcè παντός, Hebraicè est, ηγαλ nimas, abominabilis, execrabilis. Despicitur, inquit, in oculis eius, ille qui est abominabilis. Timentes autem Dominum *timētes autem dominum glorificat;* scilicet, hæc summa rerum est, vt magno honore pietas habeatur. Hæc in nostris sensibus, opinionibusque primum obtineat locum, proximum autem pietati est, vt iuslum gloriandum, quod fit teste Deo, serues. Hunc honorem Deo deferas, vt quod nomine eius in uocato, promisisti, firmum sit, ac stabile. Hinc dicitur Græcè plus, εὐφρός, bene, ac sancte iurans, qui bene iurat. Suntque idem, vt est apud Aristophanem εὐφρός, στόος bene iurans, ac sanctus. Audis illum quoque sapientem, de pietate, Nec iura vana per ipsum, &c. Non afflimes, inquit in sacris litteris, nomen Dei tui in vanum. Hebraicè ηγαλ leschaue, in mendacium falsum. Est ergo pars pietatis bene iurare. Sed sciendum est Hebraicè vocem hanc nullis notulis subscriptam γι posse designare, aut amicum, proximum, aut malum. Si notulas subscribas, significata dirimuntur, γι rea, proximus, γι ra, malum. Nunc scribitur vt malum designat, estque verbum γι lechara, ad affligendum, vexandum. Atque Hebrei huic sensui maximè accedunt. Iurat, inquit, vt affligat seipsum, & corpus suum, vt maceret, p̄temat, resecet corporeos appetitus, quod in Noë dicitur, omnis caro intenta ad malum. Atque vt iurauit, facit, exequitur, non piget facere, quamquam contra seipsum. Voluntque similem esse sensum ei quod ait alibi David, Iurauit, & statim custodiare iudicia iustitiae tuæ: Hunc sensum proponunt omnes, Auen Esra, Rabi David, Chaldæus interpres. Ipse etiam diuus Hieronymus qui transstulit iuxta sensum Hebreorum, Iurat vt se affligat, & non mutat. Mihi valde probatur antiqua lectio Sept. interpretum, propterea quod hoc toto Psalmo agitur de integritate, innocentia, iustitia. Iteratur, saperisque nominatur iustitia erga proximum, vt eum non offendas lingua, ne crimeris, ne dedecus infligas, de honestes, viciuperes: tum ne fallas iureiurando, ne per iuramentum circumuenias. Propterea subiicit similia: Qui pecuniam non dedit ad usum: non accepit munera contra insontem. Næc mihi vehementer probantur, quod antè, & post similia ponuntur. De affligendo seipsum, sermo nullus. Legeruntque Septuag. Qui iurat γι lecharea, proximo. Scire quoq; operæ pretium est, quod dicitur, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, adhibere Hebreos sensum, quem ipsi diximus, sed similem huic, quod dixisse cōtendunt prophetam, Iurat vt affligat seipsum. Sic illud, Ad nihilum deductus est, Hebraicè duo verba passiva, ηγαλ nibze, nimas, despicitur in oculis suis. Tum reperit ηγαλ nimas, contemptibilis est, abominationi est: totumq; volunt referri ad eum ipsum sanctum, probumq; qui ipsi sibi sit despetui, cōtemptui: qui in oculis suis displiceat sibi: ipse sibi nunquam satisfacit. Est sibi cōtemptibilis: facit quod Christus nos docuit, Et cum omnia feceritis, inquit, dicite, Scrui iniustiles sumus. Hoc tollitur elatio iniusta Deo, tumor premitur, fastus deiicitur. Huic ergo volunt simile subiicisse prophetam, iurauit vt affligeret seipsum ieiunando. Sed, vt dixi, consideratis his quæ Psalmus decantat, totoque ordine versuum diligenter animaduerso, & antecedentibus, consequētib⁹que perspectis, videtur sensus esse in primis, vt dicat, Despicitur in oculis suis improbus. In secundis, iurat proximo suo, & non fallit, decipit, pro quo verbum est Græcum clarissimum, οὐτεν̄ infirmat, infringit: iurauit, & non infirmat, infringit, destruit quod promisit.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram: & munera super innocentem non accepit.

D

Qui pecuniam suam

EN V S T E Latinus pro Græco ἀργύειον, argento, pecuniam dixit. Latini pecuniam a pecudibus, quarum imaginibus erant impressæ, aut quod ex corio pecudum fierent, dixerunt: reliquæ nationes, Græci, Hebrei, Galli ab argento. Nunc ergo dicitur, Qui argentum suum non dedit ad usuram. Duas præclaras probitatis partes adhibuit, qui bus ambabus avaritia refellitur, negatürque his inesse, qui cupiunt aspirare ad montem Avaritia. Dei. Avaritia ab auendo, inflammatæ, infatiabiliter cupido: similiter Græcè φιλοχρηματία, amor pecunie, cùm omne studium in possidenda pecunia posuerit, omnem huc cogitationem defixerit, aut per usuram, iniustumque augmentum contrahit pecunias, aut corruptit animos iudicium, muneribus accipiendis: qui si avaritia vacarent, vtique præferrent æquitatem cunctis muneribus. Avarus autem nihil auro, argentoq; existimans præclarus, incestat omnia, nihil impollutum foeda ingluies relinquit, nec finit eum cernere verum cupiditas. Excecat oculos iudicium, vt plerumq; damnent innocētēm: nullam animo videnti veri vim relinquit. Propterea radix omnium malorum avaritia, inimica iustitia. Omnia corruptens, charitati humanaq; societati inimica, commodis alienis infesta, cripiens cuique quod suum est, benefaciēdi nescia, crudelis vbique: nullius ordinis, atque rationem habens, lucem, alacritatem hominibus eripiens, replens fordibus omnia, ubi versatur. Surripit alumentum, surripit vestimentum: oblata pecunia molitur homicidia, crudelitatem, euersiōnem familiarum, nemini parcens, si modū spes præda affligerit. Avarus, in omnes homines, qualis lupus in oves. Vide igitur quibus pestibus caret, qui caret avaritia: quām neceſſe sit hac mūdum, purumque esse, qui cupiat attingere cœli palatium, ad quod charitas, iustitia, mansuetudo dicit. In contrarium, trahit in Tartarum avaritia, crudelis cum crudelibus futura. Dicit ergo, Munera super innocentem non accepit, contra innoxium, immeritum, non tulit sententiam, largitione corruptus.

Qui facit haec, non mouebitur in æternum.

No *moue-*
bitur in æ-
ther.

R I N C I P I O dixit, Quis habitabit? nunc non mouebitur, designans æternam habitationem. Qui non mouetur, non eiicitur extra patriam. Aut, mouebitur in æternum, Hebraica phras, In æternū habitabit, in omne ævum incola cœlestis erit. In omnem æternitatem, securus, certus habitator erit. Nunquam hæc illi felicitas defuerit. Fons ille perennis voluptatis, nunquam eum deficiet.

P S A L M I X V . E X P L A N A T I O .

Michtham.

IT V L V S huius psalmi est, Tituli inscriptio ipsi David. Est autem hoc apud Sept. in Græco idiomate, σπλογχαφία, columnæ inscriptio ipsius David, Latinus, titulum dixit, verè ipsum columnā. Nam in testimonium, ac titulum, erētā columnæ inscribebantur. Sed ut hoc melius noscatur, sciendum Hebraicam vocem, quam Septuag. transtulerunt, σπλογχαφία, esse σπλογχαφία miktham: ea potest in duas resoluī, mak, tham, prior signat, attritum, humilem: posterior, simplicem. Hunc igitur significatum, plerique ex priscis Hebræorum, quos meminit Rabi Salomon, secuti sunt. Hoc etiam posuit Hierony. transferens, Humilis, & simplicis David. Sed is significatus cæteris non placet, proponuntque magis, quod Septua. in Græcam dialeūtum transtulerunt. Nam eadem vox Hebraica miktham, potest duci, & id Hebrei comprobant, à σπλογχαφίᾳ kethem, massa aurea, insigne, & aureum quiddam. Inde aliud nomen, addita solita littera, eiusdem, significatus machtham. Itaque Rabi Salomon interpretatur hoc, coronam, quasi propria Deum vocauerit coronam, decūsque suum, ac præsidium: atq; in hunc, psalmum spectare. Hoc quoque exhibuit Burgensis. Sed iidem proponunt etiam id significatum, michtham, esse genus instrumenti musici, insculpti auris cælaturis. Qui significatus positus est à Sept. Ponitur etiā à Chaldaeo, transferente vocem Hebraicā michtham, σπλογχαφία gliphatheriza, cælaturam, sive sculpturā reētam, pulchrā. Vbi vocem Græcam usurpauit γλύπω sculpo. Hoc placet Salomoni, placet Auen Esra, mihi quoque probatur, propterea quod omnibus ferè psalmis nomina musicorum instrumentorum prænominatur, vt sibi docui. Dicitur itaq;, Carmen David quod cecinit instrumento, vocato Michtham, Græci exposuerunt, hanc coronam, sive decus, quasi trophæum Christi, quasi columnam, erētam, ac titulum,

in quem

Ain quem psalmus editus sit à Dauid. Vult enim etiam Auen Esra titulum designare, præter significationem instrumenti musici, quasi psalmum nobilem, psalmum pretiosum, psalmum aureum: propterea de Messia est, quasi Messiae trophæū decantans, eo sensu ab Apostolis acceptus. Et tuum sensum minimè aspernor.

C Onserua me Domine, quoniam spe-
raui in te.

ON S E R V A, Hebraicè, custodi, esto mihi præsidium. Nanque in te omnis spes inclinata recumbit. Iustis de causis, ait, à te debo iuuari, quod spes omnem in te posui: tu verò nec debes, nec potes, tua clementia fratres fallere. Potes enim iuuare citra laborem, si velis. Velle autem debes, ne qui sperant in te, in eum sperasse videantur, qui vel nesciat spes eorum, vel sciens negligat. Neutrum summae maiestati ascribendum, quam nec inscītia, nec malitia attingat. Ad hæc diligimus eos, charōsque habemus, qui in nos sperant, qui nobis hunc honorem deferunt, vt fore sibi nos beneficos confidant, prædicent, nos in numero bonorum habentes, qui nos humanos, ita stros arbitrentur: qui non consideret, id credulitati eius ascriberet, à quo crederet se non iuuandum.

Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum
meorum non egis.

VAN Q V A M non admodum refert, Dixi, Hebraicè secunda persona fœminæ *Dixi.* **אָמַרְתִּי** amarethe, Dixisti tu ô anima cuiusque, atque ipse met. Itaque ad sensum non *Bonorum* *meorū non* refert. Quod ait, Bonorum meorum non egis: dicitur in fonte, Bonum, aut Bonitas mea non super te. sensuque iuxta Hebraeos, Bonitas, felicitas mea, beneficia abs te *eges.* accepta non sunt super te: quoniam non mea probitatem, atque iustitia mihi benefacit. Propterea non sunt super te mea benefacta, mea pietas, mea iustitia. Nihil tibi feci, mea beneficia non sunt super te, sed tua potius super me. Nihil tibi gratum contuli, quo te iuuare possem. Est alius sensus iuxta Chaldaeum, vt subaudias nisi, Bonitas mea, aut bonum meum non est nisi à te. Scd primum melius. Hoc ergo dixit anima ciuius, Deum non habere beneficium, aut gratiam, acceptam ab ipsa anima, vt ei reddat tantudem. Omnia ex mera bonitate, clementiāque Dei profecta esse. Eadem clementia, ac benignitate flectere, inquit, nunc ad conseruationem mei. Nam est alio in psalmo: Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues: mea volatilia celi. Itaque si sacrificas, das Deo sua, non tua. Is est sensus verus. Hieronymus posuit illum Chaldaei, Bene mihi non est, sine te. Magis acquiesco priori, qui est in editione Septuaginta & nostra Latina. Rabi Salomon his verbis, hunc exponit, Beneficia quæ tu mihi confers, non sunt super te, vt ea mihi velut ex debito reddas, quia non ex mea iustitia, tu mihi bene facis. propterea Dominus Deus meus es, beneficus, salutaris, placidus, dator bonorum, non acceptor, quia non in- C diges. Es enim αὐτός, shaidai.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes volun-
tates meas in eis.

D fontem quo clarius intelligantur reuocanda sunt. Græca habent apertius, Sanctis qui sunt in terra eius, θαυμάστους ὄντες πάντα τὰ τελεῖματα αὐτῶν, εἰς, mirificauit Dominus omnes voluntates suas in eis. Longè clarius hoc quam Latinum. Dicitur in Latinis Dominus. Tum, non voluntates meas, sed voluntates eius, dicendum est. Simili ferè sensus est in Hebraico ad hunc modū: Sanctis qui sunt in terra, בָּרוּךְ הוּא vea dire, col chephzi bam. Et magnificis, omnis voluntas mea in eis. Omnis, inquit, mea voluntas est in sanctis, & magnificis, qui habitant in terra. Consentient ergo Græca cum Hebraicis, excepto verbo mirificauit, pro quo est nomen mirificorum, in fonte Hebraico. Vera igitur lectio est, in sanctis, & magnificis, sive mirandis, est omnis mea voluntas. Quos diximus mirificos, sunt Hebraicè adire. Eos Hieronymus interpretatus est, magnificos, de-signat mirandos, fortis, excellentes, honoratos. Atque sensus iuxta Hebraeos, & veriorem hanc lectionem. Quoniam, inquit, bonitas mea non in te, non à me sunt in te profecta beneficia. Quid enim mortalis potest Deo conferre? Omnis tua voluntas sit in sanctis, colen- tib[us]que te. Scire opereprærium est hoc aut à Prophetā dici ex persona Dei: s[ic] enim sit

personarum mutatio in hoc poëmate, vt prius ipse locutus, continuo subiicit personam D
Dei, qui iuxta postulationem ipsius prophetæ respondeat: Omnis mea voluntas est in ter-
ra super sanctis, probisque quos pietas, ac virtus a reliquis distinguit, præclaros, insignes.
Super his, inquam, est omnis mea voluntas, hos amo, hos amplector propter meam in eis
(vt Aristoteles ait) similitudinem. Sunt enim, inquit sapiens ille, boni, sapientésque ἡαις σογ-
γενέσιοι, propinquissimi, simillimi D co, amici, familiares, Domestici. Facti estis, inquit di-
uus Paulus, amici Deo. Erga hos omnis est mea cupiditas, inquit: hos attendo. Hi sunt in
primis Apostoli, de quibus Ecclesia canit, Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis con-
fortatus est principatus eorum. Et principes, procerésque appellati. Voluntas igitur mea,
dicitur aut de Deo, qui suam voluntatem affirmet esse erga sanctos, bonosq;. Aut est sermo
prophetæ, qui quasi fundens orationem, ad aspectumque Dei conuersus exclamat, Omnis
hæc mea oratio, intentaque petitio est super sanctis probisq; qui sunt in terra. Hos innuo,
hos oratione mea designo. Populum scilicet Hebraeorum, qui soli verum Deum colerent,
cateris toto terrarum orbe simulacra colentibus. Propterea subiicit, populus diversis ri-
tibus. Vterque mihi sensus probatur, Græci cum Latinis referunt hoc in Apostolos, cre-
dentesque populos per eos, qui verè sint sancti in terra, verè honorati, mirifici. Quo sensu
ferme congruunt cum superiore.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt: non congregabo conuenticula eorum, de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

E

Ro ~~actio~~ infirmitates, fons ~~mon~~ azebotham, idola eorum, vt transtulit Hieron. & Chaldaeus vocem notiorem subiiciens ~~mon~~ zilemanehon, imagines, simulacra eorum. Potest item actuum esse ~~mon~~ irbu, multiplicabunt. Sunt, ait, simulacra vbiique, festinant, coëunt ad fana Deorum, maëstant hostia, fundunt sanguinem. Hos ego detector, cum his nullam hi societas. Nominauerat igitur primū sanctos, ac honorandos, erga quos sit omnis eius cupiditas, voluntas, desideriū. Prosequitur memorans alios, qui verū Deum nescirent, simulacra colerent. Toto enim hoc psalmo felicitatis suę cumulum recenseret, quod data sit ei vita, sors, habitatio inter sanctos, Deumq; verum noscentes, & adorantes, quod data sapientia, vt Deum nosceret, quod sit diuinitus ad egregia, præclaraque electus. Agitque ferme gratias pro eisdem, atque Socrates aut Plato, quod natus esset masculus, non feminina: quod Græcus, non barbarus: qui sapientia moribusque à Græcis longo interuallo distaret: quod Atheniensis non Thebanus. Pro similibus David habet gratias imprimis, quod ei datum sit verum Deum colere. Propterea psalmum hunc inscripsit coronam, triumphum, gloriam David. Detectans igitur mores, vanitatēmque gentium, exclaims, Sunt apud eos innumerā simulacra, ad quā adoranda concurrunt. Hinc, quas illi vocant, Panegyris, Panathenaica, Saturnalia. At ego, inquit, non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Quod in fonte verius, & clarius habet, ~~מִזְבֵּחַ בָּל~~ a sibi niscif kehem, Non libabo libanīa eorum de sanguine, vt trāstulit Hieronymus. Nam verbū Hebraicum ~~מִזְבֵּחַ~~ nafach, à quo fit futurum asifik & nomen verbale neseck, sonat libare, miscere. Quapropter Chaldaeus declarans sensum huius loci, paucis adiectis, Multiplicant idola sua, & postea festinant, vt sacrificent sacrificia. Non recipiam voluntariē libania eorum, nec sanguinem sacrificiorum. Sic Chaldaeus, Tantopere eos detectatur David, vt nec nominare s̄e velle dicat nomina eorum. Locus igitur ad fontem Hebraicum habet, Non libabo eorum libania de sanguinibus, & non nominabo nomina eorum in labiis meis. Declarans etiam Rabi Salomon hunc locum, Ast ego, inquit, non ero quemadmodum illi, vt fundam sanguinem ad cultum idololatrię, neque nominabo cultum simulachrorum labiis meis: iuxta videlicet illud Pauli, Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur in vobis. Subiicit veriorem cultum, syncerāque sapientiam.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui
restitues hæreditatem meam mihi.

Nilait,

Ait, mihi commune cum illis. Sed verus Deus, vera pietas, vera sapientia, et
Nomnis mea possessio. Deus, inquam, est, quem ego mente complector, possideo
Contra omnia bona mea in illo,
*D*icitur alius filius sibi congruit auro,
As! ego totus hic sum. Græcè, & Latinè dicitur, Pars hæreditatis, quod Hebraicè נְתָנָה
menat chelki, Distributio partis meæ:nempe mea pars, mea distributio, possessio. Pars, sori
qua mihi contingit, qua mihi obuenit: Bona qua mihi pro mea forte, & parte, portione
contigerunt. Quod autem air, Calicis mei: calicem ex confuetudine litterarum vocat par-
ticipationem, haustum, possessionem, sortem. Potationem, siue haustum vocant Hebraica
priuato sibi loquendi genere, quod datur velut peculiare, ut id quasi degustes, sentias, haus-
rias, possideas, absorbeas. Dicimus, & nos gustum bonorum, & malorum, deuorare iniu-
riam, mouere stomachum. Simili locutione Hebrai calicem, seu poculum vocant, quo
cuique pro sua sorte datur. Quod autem ait, Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi
pro restituës, Hebraicè תְּשׁוֹרֵת tomik, quod Rabi Salomon exposuit תְּשׁוֹרֵת hanichota, qui
escere fecisti manum meam super partem bonam: nimirum posuisti manum meam super
hæreditate bona: autor fuisse ut ego meliora capescerem: tu ea proposuisti, ego elegi pro
posita. Gloriatur igitur vera, solidaq; gloria, ut cui datum sit verum Deum colere, & agno-
scere. Hanc sortem præclaram sibi appellat, celebrat, nanque omnibus locis exclamat:
Beatus vir qui timet Dominum. Beatus homo, quem tu erudieris Domine. Beata gens cu-
ius Deus, est verus ille. Subiicit inculcans similia:

Funes ceciderunt mihi in præclaris : etenim hæredita
mea præmala est illa.

V N E S, Hebraicus loquendi ritus, quoniam funibus agros metiebantur, ac partie- Funes.
bantur, vocat mensuras, dimensiones. Pro præclaris Græcæ ~~ex~~ ^{et} pœnæ, optimis, He-
braicæ ~~מִזְבֵּחַ~~ neimim, pulchris, iucundis. Hieronymusque vertit pulcherrimis. Sym-
machus similiter ἐπὶ τοῖς καλλίστοις, inter pulcherrima. Aquilas ἐπὶ τοῖς εὐθεπέστοις, inter venusta.
Vbi ait, Etenim hæreditas mea, præclara est mihi: est in fonte perspicue. Certè hæreditas
pulchra mihi est. Hieronymus, Et hæreditas preciosissima mea est. Græcum quoque dixit
~~καλλίστην~~, optima. Funiculus hæreditatis vestræ. Pro funibus, Hieronymus dixit linea. Sed
melius funis, vt sonat Hebraicum, ~~מִזְבֵּחַ~~ chabalim, Græcumque σχίνη. Ergo vera, solidâ-
que gloria elatus exclamat, En mea portio, hæreditasque præclara, egregia, beata. Ceci-
derunt partes, fortes mihi, in optimis locis, in rebus optatissimis, iucundissimis. Data mihi
sunt optatissima, præclara, præstantia. Hæreditas mea, seu pars mea longè diuina est. Ita- Pietas à m-
que de seipso prædicat David quod sapientes insinuerunt natura didicerunt, & apud omnes trice nob-
prædicauerunt, beatum eum esse, qui simul natus cepit parere mandatis Dei, iustitiâque colenda eç-
sectari. Sic enim Aristoteles scriptis de iustitia diuina in libro de Mundo, ἡγεῖσθαι μονοτόνων μέλ-
λον μαρτυρίας τε καὶ εἰδαίμονος ἐργῆς εὖθε μέτρος εἴναι. Cuius à principio sit amplexator, & possef-
tor, qui felix, atque beatus esse cupiat. Ne putes autem gloriari David aliqua felicitate
corporea, non potius possessione sapientiae, quæ vera gloria, veræ diuinitatæ sunt subiecta.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum . insuper & v
que ad noctem increperunt me renes mei.

V o d Latinus dixit, Increpuerunt me renes mei, clariss, & verius, & ad antecedens
magis respondens, est Græcè ἐπιδευτα, erudierunt, docuerunt. Hebraicè יְהוָה ifse-
runt, erudierunt me: quod Hieron. etiā posuit. Dicit igitur, Gratias immortales im-
mortali Deo semper habebo, qui mihi sapientiā, consiliū, solertia largitus est. Sapientiā, in-
quam, non huius mundi, sed veram, germanam, legitimam, dignam nominē sapientiā, vt
Deum noscerem, colerem, hunc notum haberem, huic gratias agerem. Hæc sapientia mihi
diuinitus data. Nihil enim (inquit sapiens ille) donare mortalibus potuit Deus, præclariss
sapientia. Hoc (inquit David) tantopere possideo, vt super eo nocte s̄que, diē s̄que cogitem:
hoc renes mei, (quibus per similitudinem, quemadmodum cordi, & pectori tribuitur co-
gitatio) erudiunt me, docent, subiiciunt ante oculos. Hebraicè igitur datur cogitatio, sen-
sus ratiocinatio renibus: quæadmodum Latinè, & Græcè datur intellectus & sensus cordi,
ac pectori, cùm dicimus pectus secundum sapientia, dicimus cordatos, contrā, vecordes.
Similiter Hebraicè יְהוָה kelioth, qui renes siue præcordia interpretantur ea qua: Græcè

dicuntur ἡμίς, ἡθος, cor, peccatum : cùm sàpe ad cor, peccatumque suum inducit Homerus homines loquentes, veluti ad seipsum. Nota igitur Hebraica locutio, vt dicendum sit, si clarus Hebraicam phrasim resoluas: Insuper omnibus noctibus erudit me peccatum meum. Impleuit enim Deus sapientia peccatum meum, hoc me noctibus erudit: veluti poëta de sapiente suo:

At pius Aeneas per noctem plurima volvens.

Nox.
Renes.

Est enim nox ob quietem, cogitationibus, meditationibus, consiliis agitandis opportuna. Eruditor, ait, doceor per noctem à pectori meo. quod Deus replete sapientia. Etiā Græci sentiunt renes intelligentes esse λογικής, ratiocinationes, cogitationes. Quapropter nimium longè recedit Nicolaus suis alegoriis. Potest enim psalmus etiam de CHRISTO explicari, iuxta sensum supernè resonantem, amotis illis.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam
à dextris est mihi, ne commouear.

Prouidebam dominū in conspectu meo semper.

N originē non est ὥραρόμην, prouidebam, sed νόστιμη shuithi, posui. Posui, inquit, praefixi Dcūm ante oculos meos. Hæc enim sapientia est, ob quam gratias agit, hanc peccatum eius per omnes noctes erudit ipsum, sibi proponit Dcūm ante oculos, quem noctes, atque dies meditetur, super quo cogitet assiduē. Factum id, quoniam tribuit ei Deus intellectum, sapientiam, hæc pectoris cius fœcunditas. Quæ sit hæc fœcunditas, quæue nocturna, in qua pernoctetur, pectoris eruditio, docet subiiciens simile, Proposui Deum ante oculos. Quid ita? quia is meus autor, is protector, defensor, is certus salutis portus. Semper adest mihi, ne qua me circumstet calamitas: hæret lateri meo, afflitit comes, nunquam me deserit hæc fida custodia. Quasi stipator σιδηροφόρος, excubitor. Propterea non commoucor, non cedo; non ruo, firmus sum, stabilisque protegente, ducente Deo. Ob hanc causam benedico, laudibus celebro, in oculis gero ipsum, nocteque, diesq; cogito, in illum omnia desideria mea requiescunt: ille, meus ignis, mea certa, & sola voluntas: deperco illum: non possum cius vñquam obliuisci. Inculcat similia.

Propter hoc lætitatum est cor meum, & exultauit lingua mea:
insuper & caro mea requiescet in spe.

Lingua. Anima. Gloria.

Caro mea requiescit in spe. Cor. Anima. Caro. offa.

Ε T E R A conueniant. Pro lingua mea est in fonte κεβοδι, gloria mea. Idq; etiā Hieronymus posuit. Interpretantur H̄bræi, animam velut (quod ait Plato) ηει τα τον οὐ πιμότωτον τὸν ηει τὸν λύχνον, esse animam id, quod in nobis est diuinissimum, ac pretiosissimum. Exponit igitur Auen Esra gloriam meam, τὴν γὰν haneshamā, animam, flatum. Chaldaeus nihil dissimile posuit, sed duntaxat ἦν aickari, gloria mea, pretium meū. Quod igitur in homine nil est anima charius, nobiliusq; vocant eam gloriam, veluti, sàpe scribit, φίλον καὶ φίλας ητορ, ηθεατι φίλοιστ, charum cor, chara anima. Quod item dixit, Caro mea requiescit in spe, est in fonte, Caro mea ηει τὸν iskon labetach, habitabit securè, cum fiducia. Hieronymus quoque, Habitabit confidenter. Tria igitur dicit, exultare, lætari, plena fiducia, spe, & alacritatis. Cor, animam, carnem. Caro totum corpus, anima sensus ipse. F. Confimile est alio in psalmo, Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? Totam corporis compaginem ait exhibarescere, maximum gaudium designans, immensamque voluptatem, quam ex vera sapientia, notioneq; Dei perciperet, infatibili gaudio circunfusus. Ogaudio solis nota piis Admirandas enī ait Aristoteles, voluptates habere sapientiam. quas putas veram sapientiam habere, ac largiri voluptates? Exponunt igitur H̄bræi, Carnem ipsum corpus, quod in hoc mundo, & hac corpore vita, magna cum spe, & fiducia vivat, habitet, à doloribus, calamitatibus, morbisq; securum, assistente diuina custodia. Altius autem diuui Apostoli spiritu sancto sublati, de Messia, & eius resurrectione senserunt.

Quoniam non relinquas animam meam in inferno: nec dabis
sanctum tuum videre corruptionem.

Infernum. Non derel. ani. me. in infer.

I c, ait Auen Esra grauis H̄bræorum interpres, explicat causam cur exultet, lætitatur cor eius, quia non morietur, non peribit anima. Pro inferno, Hebraicē τὸν sheol, fossa, sepulchrum. Sàpe cadem vox est pro inferno. Diciturque propriè in fonte, Quoniam non relinquas animam meam ad infernum, sive sepulchrum: nimirum, Non sines animam meam descendere ad sepulchrū. Designat itaque eum non peritum. Non sines eam à te diuelli, ac separari, cui sapientiam, ingeniumque dedisti. Agit igitur gratias,

Agratas, lætitatur, gratulatur, quod ei pietatem largitus sit, quod ab interitu, à calamitatibus per eum sit liberatus. Quod paucus omnis abscesserit, qui impendebat, eum peritum, atque hostes ei cladem, vastitatemque allatuos: quo metu liberatus, agit gratias, appellans hanc liberationem, nunc, quod caro, seu corpus eius habitat securè: nunc, quod non descendet ad interitum anima eius, nimirum, vita eius, vt sàpe exposuimus, vita, ipsam, vt illud Christi, Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam. Qui vult seipsum salvum facere, perdet seipsum. Sic dare animam suam, pro amico suo, dare seipsum. Nunc quoque, Non relinquas animam meam in infernum: non sines memet perire, descendere ad sepulchrum, interire, labi in interitum. Hoc melius ex sua cōsuetudine explicans, exaggeransque, Nec dabitis sanctum suum videre corruptionem. Videre interitum, perdi, profligari, dcleri ex libro viuorum. Pro hac salute gratias habet, pro sapientia quoque, nimirum pro salute, sanitate, felicitate animi, atque corporis. Quod si iuxta sensum Apostolorum exponatur hoc vaticinium, de Christo, clarus quoque est sensus de resurrectione Messiae: de quo Psalmi mirificis modis cecinerunt, occulta ratione loquendi, arcanisque figuris innuerunt. Neque verò Apostoli, qui paulò ante ex inscitiae tenebris pedem promouissent, ex seipsum cognoscere de Messia scriptum hoc oraculum potuissent, nisi Spiritus idem qui prophetas afflasset, Apostolos quoque, quo præcedentes afflatus noscerent, erudiisset. Credamus igitur illis Psalmorum sensus interiores nobis endantibus, quibus assurgere debat omnis Iudaica turba si saperent, nempe totius suæ gentis doctissimis, qui non ab hominibus, sed à Deo sapientiam haussent. Atque interpretantibus illis, omnes H̄bræorum interpres obmutescant, intentique ora tenebunt, nihil ausi hincere contraria, sua dicta, humana, illa ex fonte diuino manatia noscentes. Propterea Psalmum hunc inscripsit David, coronam, triumphum, decus suum, veluti de Messia Rege regum.

Nec dabis sanctū tuū vid. cor.

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo:
delectationes in dextera tua, vñque in finem.

T A quidem Græca habent, at Hebraica clatiore quodam filo, ad hunc modum, vt vertit Hieronymus, Ostendisti, (aut notam fecisti) viam vitæ, copiam, (vel abundantiam) lætitiarum vultus tui, τὴν ηει nehimot, dulcedines, voluptates, in dextera tua æternas. Tres igitur accusatiū subsunt verbo, Ostendisti, sive notam fecisti. Primum semitam vitæ: tum, plenitudinē, sive abundantiam, Hebraicē τὴν sopa, lætitiarum: demum, dulcedines in dextera tua æternas. Nam quod suo more Sept. transferū εἰς τέλος, in finem, est iuxta Hebraicum τὴν nezach, æternū, sempiternum. Hunc locū, vel ipsi H̄bræi, turbidos oculos, à caligine terrestri tollentes, de rebus æternis interpretantur. Principio quod. *Notas feci.* Septuaginta translulerunt per præteritum ἐγένετο, notas fecisti, est in fonte per futurum *fi.* τὴν ηει todieni, notam facies. Itaque volunt esse de vita futura vatinicum: Cadente corpore *vita.* mortalí, lapsabundo, tum via vitæ patet facienda, per quam auolet animus ad supernam re- *Plenitudo* gionem, quæ vocatur locus vitæ, campus veritatis, vbi verè viuitur, & viuitur æternū, *lætitiarū.* Cum Angelis vt ait hoc loco concordans cum Christianis, Iudæus Auen Esra. Copia vera lætitiarum est, quam alibi vocat, torrentem voluptatis. De qua etiam cecinit: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vides copiam, torrentem, satietatem, quam Deus effundet his, quos in sua regna vocabit. Quam Messias idem prædicens mortalibus, *Cum γν. veniat ad me, flumina de ventre eius exibunt aquæ viuæ.* Hæc igitur est copia, is fons, is *tū tuō.* torrens lætitiarum. Est autem libertas lætitiarum in vultu eius.

Vultu quo cælum, tempestatisque serenat.

Omnis in illo vultu voluptas, quem videntes Angeli, sanctique animi, insatiabili gaudio repletur, longe magis, quā si formosissimam mulierem quis cernat.

Circumstant anima dextera, lenaque frequentes.

Nec vidisse semel satu est: inuit vñque morari.

Quod autem ait, Delectationes in dextera tua: iidem quoque H̄bræi interpretantur ap- *Delectatio-* positè, vt Auen Esra, delectationes, quas eius dextera largitur: voluptates, dulcedines, bo- *nē in dex-* norum affluentias, quas donat dextera, donat diligentibus se. *Quia, vt ait alius, Nec oculus* *teria tua vñ-* *vidit, nec auris audiuit, quæ preparauit Deus diligētibus se.* Voluptates autē æternas, inde- *que in finē.* ficientes, inexhaustas. Is sensus melius ex H̄bræis percipitur quām ex tralatione Hieronymi, qui vertit, Ostendis mihi semitam vitæ, plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum, decores in dextera tua æternos. Est igitur in calce huius Psalmi præclara philosophia de

bonis aeternis, aeterna voluptate, insatiabili gaudio: de claritate, & gloria diuini vultus, cui Dtribuit ineffabilem iucunditatem. In monte facies eius resplenduit, vt sol. Ea fuit imago claritatis, qua fulget vultus eius in caelo, spectantibus Angelis, eoque cibo fruentibus, qualisque videri caliculis, & quanta solet. Non enim eodem vultu mortalibus apparuit, atq; caliculis. Illic, illuc gloria sua diutias ostentat, splendoris sui magnitudine, voluptatis fontes aperit. Quod perspectum habens David, nec alibi, quod animos explorare nos possit, intelligens exclamat alio Psalmo, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psalmum. (vt ostendimus) Graeci, atque Latini ex sensu Apostolorum, de resurrectione Christi interpretantur, quem sensum ex Spiritu Sancto, non humano ingenio proficiisci palam est.

P S A L M I X V I . E X P L A N A T I O .

N S C R I P T I o Psalmi est, Oratio David: quam ferunt Graeci, Latinique editam, cum eum persequeretur Saul, multasq; eiusmodi, in libro Psalmorum haberi. Apud Hebraeos mirum super hoc silentium. Assentiamur ergo Graecis, ac Latinis. Principio quod ait,

Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam, auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

FONTE duntaxat, Exaudi iustitiam. Et Hieronymus transtulit, Exaudi Deus iustitiam. Est quidem Hebraicè זְדֵקָה zedek, iustitia, non iustus, qui dicitur צָדִיק zadik, Quid Vates innuat exclamans, Audi iustitiam, docet Chaldaeus iuxta, atque Hebrei. Prior hunc locum reddens suo idiomate זְדֵקָה יְהוָה קָבֶב Kabbel, adonai peggithi bezdaca, Accipe Deus orationem meam cum iustitia: nimirum, quae cum iustitia fit, quam iuste fundo: veluti apud nostrum:

Inflaurate, pio si penas ore repono.

Si preces has ore pio profundo, loquar (ait Abraam interpres) iustitiam, veritatem, Nam Deus mendacium non exaudit. Subiicit simile more Psalmorum, qui testibus Hebrais explanatoribus, saepius eandem sententiam diuersis nominibus iterare gaudent. Intende deprecationem meam. Pro ἀδικίᾳ, deprecatione, est in origine ἡρή rinathi, clamorem meum. Declarat enim Auen Esra, & Chimchi, rinah, esse vocem contentam, clamorem vociferationem. Itaque orationem auget, prius dixit, Exaudi: dein, Accipe clamorem, placidas aures aperi ad clamorem meum, cupiensque exaudiri, iterat similia, Auribus percipe orationem meam. Quod ait, Non in labiis dolosis: orationem inquit, autoribus Hebrais, quae non fit cum mendacio, cum labiis mendacijs, vt reddidit Hieronymus. Immitte in aures tuas hanc orationem, quae non fit cum fraude, vt aliud loquari, aliud sentiam, aut petam non necessaria. Exponamusque hostium insidias, eorum interitum efflagitem, minimè merentium, Nec me, vt ego lamentor, me persequentium, aut quod feram eos esse malos, nefarios. Puramque dolo, & mendacio orationem suam proponit, vt Graeci explanant, repetens quod impetu esse primo protulit, Exaudi iustitiam, tantum non exclamans, O facinus indignum! O scelus in quod: iustitiae tuae gladius animaduertat. Vera loquor, δο pater, qui res hominumque Deumque aeternis regis imperiis. Itaque hoc flecte animum, percipe quæloquor: dignus sum cuius tu preces audias.

De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui
videant æquitatem.

De vultu tuo. **V**o dixit, De vultu tuo, Hebraismus est. Abs te, à vultu tuo, à conspectu tuo, à iustissimo, atque æquissimo tribunal tuo, ab incorrupto iustitiae throno iudicium veniat: Quemadmodum est apud Graecos logographos, iustitiam esse πάρεδων δίδει, Assidentem Dco, iuxta solium eius confidentem. Ab hoc solio postulat venire iudicium, ius, iustitiam, æquitatem, æquissimam sententiam ferri pro eo. Hanc enim à principio impletaverat. Aliam figuram, similem sensum redolentem subiicit. Oculi tui videant æquitatem, vt Poëtæ à sacris mutuati tribuunt suo Ioui, vultum, oculos:

Vultu,

A vultu, quo calum, tempestatesque serenat. Et
Oculosque ad mœnia torfit.

Pari figura, noster, omnibus infuscatis Poëtis affluentissimus præceptor, Oculos, ait, tuos illos, quibus maria, ac terras circunspicis: ob quam causam, te Poëtæ vocant εὐπόντα, omnia intuens,

*Πένθος ὁρῶνται πάντες, καὶ πάντα βεβλεύεται.
Cuncta vident, cuncta exaudiens, in me flecte.*

Videant æquitatem, quæ postulo num vera sint. Respiciant vexationes meas, aut pietatem meam: mea iustissima facta respice, quæ tibi deictus sim, quanta te religione colam. Hoc respiciens, cernes me auxilij tui iustum, verumque imploratorem. Ostendit, quæ sit æquitas:

Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est
inuenta in me iniquitas.

Hoc erat, videant æquitatem. Probasti, Graecum ad Hebraicum ἤγαντα examinasti, perpendisti, scrutatus es. Sensus intimos, atque arcana peccoris latebras perspicere *probasti*, potuisti. Nocte autem, quod (vt ait Auen Esra, assentitur q; Nicolaus) cogitationes, factaq; nocturna magis hominum oculos aufugiunt. Ea tametsi latent humanos oculos, canit non latuisse diuinos, nō diurna modò, quæq; luce illustrantur, cernentes, sed etiam, B quæ nocturnis tenebris absconduntur. Omnia, ait, tibi sunt in conspectu. Is sensus mihi magis arridet, quæcumq; recenscat facinus nocturnum admissum cum Bersabe, quod proponit Rabi Salomon. Minus, quod noctem, vexationem appellat, quod à Graecis ponitur, in quibus sit probatus. Sed canit, quale alio psalmo: Si ascendero in cælum, tu illuc es; si descendero in infernum ades. Si sum pingo pennas meas diluculo. Omnia oculis eius esse perspicua, noctem nihil prohibere, quemadmodum nostram aciem, quo minus omnia cernat. Quod q; ait: Igne me examinasti, Sept. declarauerunt vim vocis, Hebraicè, ψαλμος zeraphthani, designat probare vt aurum igne probatur. Non variat sensus, tametsi habeat fons, Probasti me, non inuenies scelus meum, siue mala cogitatio mea. nempe μωζαθοθι, non transibit os meum. Ad os, inquit, scelus ex peccatore nullum veniet. Nulla me scelerata cogitatio coquinabit, vel cogitantem, vel loquentem: tam animus erit prauis cogitationibus purus, quam os sermonibus inquis. Inculcat scilicet ex consuetudine sua, similia, semper efficiens clariora. Exaudi iustitiam, videant oculi tui æquitatem. Respice pios, Maximè enim in eo iustitia tua versatur, vt pios ab iniuriis, maleficiisq; improborum defendat.

Vt non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum
tuorum, ego custodiui vias duras.

Mersus est digerendus. Erat superior versus, Non intenies, cogitatio mea non transibit os meum. Sequitur iste, Ad opera hominum, propter verba labiorum tuorum, ego custodiui, aut obseruavi, vias ψαλμος pariz, latronis. Locum obscurum sic Hebrei declarant, Opera inquit hominum, & verba labiorum tuorum obseruo. Illa vt deictem, declinem humana facta, plerumq; non recta. Tum propter præcepta tua, detecto viae improborum, vias pariz scelerati, latronis. Causo igitur à factis hominum: in numero improborum, quoad eius mihi datum est, censeri fugio. Non est mihi societas cum improbis. Et propter verba labiorum tuorum, propter præcepta tua, propter leges tuas, quas tulisti: cauco, obseruo vias sceleratorum. Is verus sensus. Nam ubiq; suam innocentiam proponit, iustitia tuam Deus attedat, precatur, orat, oculi eius videant æquitatem suam, pios tueatur à maleficiis improborum. Nunc autem ostendit hanc suam iustitiam, quod humana facta imitari refutit, quod mores improborum execratur, auertitur, vt alio psalmo, Non est inuenta in me iniquitas. Hunc sensum adhibuit Rabi David etiam dissidentes ab Abraam, qui & mihi vehementer arridet. Incipit igitur versus: In operibus hominum propter verbum labiorum tuorum ego custodiui vias scelerati. Bis enim subaudiendum est, Custoditi, vel caui, caui opera hominum, caui semitas improborum. Secundumq; declarat primum. Quæfentiat opera hominum, nimirum vias scelerati.

Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

K K

Perfice.

Geffice, Græcē melius ad Hebraicum, κατά ρησα, perfice, apta, fac aptos, instructos. Sed Hebraicē clarius, vt transtulit Hieronymus, γεν tamoch, sustenta, sustine. Et Chaldaeus γε seid, sustenta, suffulci. Itaque implorat, vt solet, ad pietatem consequendam, auxilium diuinum. Pone, inquit, pedem meum in semitis tuis: dirige gressus meos: viam mihi monstra: irradiet mihi vultus tui claritas: offunde mihi pergenti, lucem tuam, vt semitas, quas tu præcidisti, ingrediar, hic mea vita decurrat, ne pes labatur. Labitur autem cum semitis, quibus ad te venitur, relictis, iter deuium, seclusumque à commercio diuorum, sequitur,

*At leua malorum,**Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.*

Hoc iter, quod refugit, detestatur, execratur. Vult autē viam, quæ dicit ad superos. Hūc veriorem sensum, transferens Hieron. scripsit, Sustenta gressus meos in callibus tuis, & non labentur vestigia mea.

Ego clamaui quoniam exaudisti me: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Goniam exaudisti, rectius in fonte νανη taaneni, exaudies me. Id Hieron. item, Ego inuocau te, quia exaudisti me, clamaui, quoniam certus eram te exauditum. Propterca preces easdem adhibet, inculcat, & sèpius vt spē quam prædicat, clarius ostendat. Probat se à Deo exaudiri. Hinc oratio, hinc deprecatio pernox, diurna, & sèpius repetita. Tribuit, & vt solet, ex affectionibus humanis, aures Deo.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te à fessitudinibus dexteræ tuae.

Mirifica.

Mirifica, ex Græco μαριφειον, Hebraicē est מְרַחֵל haphle, sonat tum mirificare, tum separare, sciungere, segregare, vt alio psalmo: mirificauit dominus sanctum suum: segregauit, selegit, seposuit sibi. Similiter nunc Hebrai verbum hoc declarantes, ponunt notiorem vocem νανη hiphris, segregauit, selegit. Vnde phariseus segregatus. Est verbum Latinum, litteris, quod sèpe fit, versis, paras, Hebraicum, Latinum inuersis litteris separare. Sensus Magistris placet, quibus ego assentior. Segrega misericordiam, beneficium tuum ab hostibus meis. Atq; Rabi Dauid explicans sensum νανη νανη segregata, & fac transire misericordiam, beneficium tuum à viris illis, qui consurgunt in dextera tua, quia omnes illi nouerunt, quod regnum mihi est abs te, & qui mihi rebelles sunt, tibi quoque. Hac interpretatione fit clarum, quod quidem satis, superque perspicuum est, ordinem istius versus confusum esse in nostra tralatione, digerendumque esse iuxta fontem: Segrega misericordiam tuam, seruator confidentium, à consurgentibus, aut resistentibus, in dextera tua.

Qui saluo.
spe. in te.

In fonte non est, qui saluos facis sperantes in te, sed duntaxat, qui seruas confidentes, seruator confiditum. Iuxta hunc ordinem edidit Hieron. Mirabilem fac misericordiam tuam, saluator sperantium, à resistentibus dexteræ tuae. Discrepat in eo duntaxat cum Hebrais, F quod verbum supradictum, contendunt omnes designare nunc, non mirificare, sed segregare, separare: caditq; super inimicos, nō super sperantes, & cōfidentes. Quem sensum aperiens Chaldaeus, adiuuansq; paraphras transfert, Segrega bonitatē, seu clemētiam tuam, redemptor eorum qui sperant, ab illis, qui stant, surgunt contra eos, manu dextera tua. Est in alio exemplari secundo loco νανη perah, vlciscere illos. Itaq; verus sensus est, segregatio misericordiae cadat super rebelles, super resistentes. Ablatamq; his suam beneficentiam, orat ad eos, qui confidunt, transferri. Illis auxilio diuino destitutis, confidentes, & sperantes ope celesti subleuari. Ac iure merito destitui, quoniam resistant, rebelles existant. Hoc omne cum dextra potenti faciat, discedentem ab illis clementiam ad pios trāsmittat. Hoc dextra eius præpotens faciat, hoc moliatur. Prosequitur, preces easdem exaggerans.

Dextra.

Custodi me, vt pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me.

Pupill.

Hebraicē poëeos duæ figuræ, pupilla, alæ. Nil pupilla carius, nil toto corpore spiritualius. Quid enim luce dulcius, quā pupilla contingimus? Vocatur Hebraicē, (quemadmodum Græcē, & Latinē pupilla) νανη ishon, veluti si diminuitum

Atiuum sit ab νανη vir, inde parvus vir. Hoc Græcē νανη, puella, Latinē pupilla, pròpterea quod effigies hominum exiguae in ea exprimitur. Talem depositum à Deo custodiā, qualis custodiuntur oculi ab hominibus. Altera figura protegendi ab avibus, cùm matres summa charitate alis extensis, pullos ab iniuriis defendunt.

A facie impiorum, qui me afflixerunt: inimici mei animam meam circundederunt.

Andem, quæ figuris, suppressisque nominibus postulauerat, nunc aperte ab inimicis circum crudelitate defendi precatur. Defende (ait) me, protege à facie, à conspectu sceleratorum, qui nunquam non ceruicibus impendent, vitam meam, vt etripiant, longa cinxere corona. Totumque me indagine cingunt, genus hostis longè atrocissimum, monstrum horrendum, pernix, inquietum, impatiens donec sanguine meo potiatur. Affligunt, vexant, cruciant. Metus asper instat, ingeminant curæ atroces. Circundederunt animam, nempe vitam, insidiis vbique dispositis, vbique pavor, & plurima mortis imago.

Adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

Era sunt, quæ à philosophis, oratoribusq; sèpius scribuntur, ex fatigatae nasci superbiam. In philosophia Platonis, insignis Philo, γένης ἡγεμονίας πλούτου της θεοῦ, esse violentiam, atque superbiam, legitimam prolem intemperantia. Apud prophetas est, Sodomæ superbiam fuisse ex abundantia panis. Solon sapiens, σοληνοπολιτευον, felicitatem procreare violentiam. Campanos agri felicitas, crudeles & superbos reddiderat. Hoc igitur memorat Vates, præpingues sunt, opulent, eoq; superbè loquuntur. Concluserunt igitur, est, auxerunt, aceruerunt, pleni sunt adipē, plenus, ingens, tumet aqualiculus. Conspicata est pinguedo, crassities eorum condensata, cōclusa, accumulata. Hæc ori suggesterunt superbiam: hunc sensum declarans, aperiensq; Chaldeus, Diuitiae eorum ingentes: pinguedo eorum operit os eorum, loquuntur superbè. Est alter sensus etiam, apud Hebreos, & Nicolaum, vt sit adipē, pro visceribus, præcordiis. Clauerunt viscera, obstruxerunt præcordia, ne misereantur. Obduratum est peccatum, adamantineum, ferreum. Is sensus Græcorum quoque est, declarat pro ceteris Euthymius, αὐτὸς δὲ τὸν καρδιακὸν τὸν αὐλαγγαληοῦ, Adips, ait designat ei cor, & viscera: circa quæ sit plurimum adipis. Misericordiam, inquit, excluserunt, foras proiecerunt: uterque sensus probandus. At Hieronymus transtulit, Adipe suo concluserunt. Mē inopem sua pinguedine, luxu, insolentia concluserunt, presserunt, afflixerunt, eodem pertinet.

Proiicientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

Cro protiicientes me (id enim Græcē εκελόβει) fons νανη ashurenu, nimirum, gressus nostras, semitas nostras, incessus nostros. Subiacent autem duo accusandi casus eidem verbo. Primumq; iuxta Hebreos refertur in populum, qui sequeretur Dauid: secundum ipsum Regem, ducemq; exercitus. Semitas, ait, nostras, omnemq; incessum inimici obseruant, cingunt, insidiis nos adoriri parati: vitam, imperium, religionemq; eripere: aras, & templum diruere. Gressus igitur nostros exponit Rabi Salomon νανη acabenu, vestigia nostra. Chaldaeus quoq; ponit νανη iste uaranana, gressus nostros. Itaq; non est proprieates. Declaratq; eorum animos certos inuadere. Figunt, inquit, oculos, in terra, respiciētes quo nostra vestigia ferant, quo tendere pergent. Oculos à contemplandis nobis nunquam dimouent, fixique manent. Quod ait, Statuerunt declinare in terram: Hebraicē liquido, Oculos suos ponunt, vt fleant in terram. Fleant oculos in terram. Hic hærent peccatore toto, vbi nostra vestigia signent iter: hæc obseruant noctesque, diésque: nulla quies oculis eorum. Descriptio est crudelium inimicorum, vt exposita calamitate, & veleti cælesti medico vulneribus enudatis, audentius remedia poscat. Declarat apertius quid sentiat:

Suscepunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.

suscepere.

Suscepunt, ut est Graecè ὑπέλασον, diuersum est in fonte, secusq; exponitur à gente idiomatis sui haud ignara. Pro verbo, Suscepunt, est nomen νωτι dimonio, similitudo eius. Est, ait, eius similitudo, vt leonis: est leoni simillimus: caditq; autoribus Hebrais super Saul. Huc leoni rapaci cōparat, vt alio quoque psalmo, cuius inscriptio: Super verbis Κυσί, Ne forte rapiat sicut leo. Chaldaeus quoque iuxta Hebraicū reddidit γε ποντος demuthēa ek aria, Similitudo eius velut leonis. Eodē modo reddidit Hieronymus, inculcat simile vt solet. Et sicut catulus leonis. Nullū est inter hæc discrimen. Idem sensus.

Exurge Domine, præueni eum & supplanta eum: eripe animam meam ab impiο, frameam tuam ab inimicis manus tuae.

Nersus est, Vsque ad frameam tuā, præueni eum. Est in origine τὸν πόντον kadema, panau, Præueni facie eius: nimirū, occurre venienti, & aduersum me properanti. Retunde illius impetum cōprime audaciā, prior ipse venientem aggredere. Deiice in terram.

Te' um frange manu, Phrygij prædonis, & ipsum

Pronum sterne solo. Supplanta eum, est τὸν πόντον hacrichu, Incurua eum. Id nimirū, quod Septuaginta reddiderunt τὸν πόντον, supplanta. Nam id sentit, & exposuit Rabi Salomon. Est autem versus (vt monstrauimus) Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum, eripe animam meam ab impiο, frameam tuam. Sciendum quod Latinus sapenumero delectatur reddere, frameam. Græcum ad Hebraicum habet πομφῆα, romphæa. Hoc Hebraicē claritiq; est, τὸν πόντον chereb, gladius. Eripe, ait, animā meam ab impiο, qui est gladius tuus. Quid sentiat dicens impium gladium eius, duplex sensus, alter apud Chaldaēum, alter reliquos Hebraeos. Eripe, ait, animam meam ab impiο, qui gladio tuo occidendus est, cuius cædes gladio tuo debetur. Alter apud Hebraeos: Eripere, inquiunt, tuum est, tuus quoque gladius, tua cædes. Mors, & vita in tua potestate. Tu potes eripere, potes item interficere. Tuus est gladius, tuum ius, tua potestas plectendi. Ad illud exponentes quod alibi dicuntur, Ego occidam, & ego viuiscabo. Impius igitur est gladius eius, per quem castigat malos. Posset esse sensus, vt τὸν πόντον charēbecha, non sit casus nominandi, sed ablatiuus, prepositione deficiente, quod s̄e fit, cum gladio tuo. Eripe animam meam ab impiο, cum gladio tuo: impium me persequenter, in meū exitū vigilante, interfice gladio tuo, vt alibi, Accingere gladio tuo, super femur tuū potētissime. Et, Si acuerōt fulgor gladiū meū. Et Gladius ex vtraque parte acutus procedens ex ore eius. Celebrat igitur gladiū hūc Dei, quo cedat, stragam edat impiorum, bonorum necem appetētum, pestem, vaſtitatē anhelantūm.

Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum, de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filii, dimiserunt teliqias suas paruulis suis.

Ab in. ma. tuis.

Secundum in superiori versu adiectum erat, Ab inimicis manus tuae, ad hunc spectat: neq; est Ab inimicis manus tuae, sed totus versus habet τὸν πόντον mimetum iadeca adō Fai. Nempe, A mortuis manus tuae Domine, à mortuis, Tum sequitur totum carmen oppidō quād perdifficile. Exponitur ab Hebrais, cāque interpretatio forsan vera est. Mortuos appellat, quos superius gladio eius occidendos. Qui gladio eius debebantur, enīc eius mactandi, trucidandi, abolendi. Precabatur se ab eorum crudelitate eriperet. Nūc eos appellat mortuos manus suae, manu Dei interficiendos, qui manu eius sunt delendi. Hos Septuag. interpres non video cur appellauerint ὀλύμπους, paucos, cūm sint aperte in fonte τὸν πόντον mortui. Residuum versus est, vt dixi, τὸν πόντον τὴν πόντον mimethim meche led cheilcam bechaim, A mortuis, substantia pars eorum in vita. Hoc exponitur ab Auen Esra, & Rabi Dauid, Nam in fonte non est verbum αὐθεντισμόν, diuide eos, sed nomen τὸν πόντον cheilcam, pars eorum, diuisio eorum. Terra quoque in Hebraico nusquam est. Et pro ὀλύμπους, paucis, quemadmodum dixi, sunt methim, mortui. Pro inimicis item sunt mortui, Bis enim nominantur mortui, totusq; versus habet, A mortuis manus tuae Domine, à mortuis, substantia pars eorum in vita. Exponit igitur Auen Esra: Eripe, ait, me à mortuis, manus tuae, qui sunt plaga tua, cædes, mactatio, quæ fit manu: quos tua manus interficiet. A mortuis, quorum est omnis voluntas, vt sint filii mundi huius, nam cheled, inquit, quod nos redidimus substantiam, est res minimè subsistens, vt alibi dicitur: & substantia mea tanquam nihil ante te. Hi cupiunt viuere ad omne tempus, omnis tua bona voluntas est,

vt co-

A vt eorum venter impletatur in hoc mundo, in eo oblectentur, gaudeant, exultent, posteritas eorum satietur, residuumq; posteris relinquant. Rabi quoque David hanc sententiam fecutus, eamq; apertius declarans, Eripe, ait, vitam meam à mortuis, qui sunt plaga manus tuae. A mortuis, inquam, qui sunt de hoc mundo, propterea, quod non respiciunt ad mundum futurum. Nisi, quod voluntas tua, & bonitas tua impletib; ventrem eorum in mundo isto. Saturabuntur filii, nimis replebuntur, satiabuntur filii eorum, in vita eorum cum ipsis, & reliquias suas post mortem dimittent paruulis suis, nempe filiis filiorum suorum. Hec interpretatio mihi quoq; probatur, quoniam postea, vitam æternam, vitam, quæ existit in visione gloriae diuinæ commemorat. Duas proponit vias, alteram mundi huīus alteram mundi superni. Despicit, abominatur primam, recusat censeri cum his, qui se vitæ huius voluptatibus dederunt, qui spes suas omnes hic collocarunt. Residuum igitur eiusdem versus, quo Græci interpres dixerunt, De absconditis tuis Abscondita, quod Hebraicē est τὸν πόντον zephinacha, ab conflio tua, siue thesaurus tuus, quod reddidit Chaldaeus τὸν πόντον siutach, thesaurus tuus. De hoc ait Auen Esra, Et omne bonum absconditum, quod iacet penes te, est vt impletat ventrem eorum. Effundis, ait larga manu cupidis illis opes tuas, aperis illis thesauros tuos, vt beatè agant in hac vita, non admittendi ad futuram. Assecuti sunt, quod voluerunt, voluntat inceps voluptates, affluentibus vndiq; bonis, quæ tua liberalitas largè profudit. Est igitur sententia clara, de beatis huius seculi, de Crocifis, & Crassis, Sodomeis, Campanis, & Sybaritis. Sciendum tamen propter amphibologiamocabuli mortuorum, factum esse, vt omnino diuersum sensum Chaldaeus ficerit secutus, interpretans mortuos, afflictos in hoc mundo, vexatos, ob iustitiam. His ait parata esse bona, quæ neque oculus vidit, neq; auris audiuit. Atque ait, Et iustorum qui deuouerunt animas suas, propter te ad moriendum in terra, pars eorum in vita æterna. Et thesaurus tuus bonus impletib; domos eorum, saturabuntur filii, & relinquunt reliquias suas paruulis suis. Fortasse & is sensus minimè despiciendus. Græci tamen, ac Latini conueniunt cum Hebrais.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo satiabor cūm appetuerit gloria tua.

Sparebo conspectui tuo, fons clarus τὸν πόντον echase, penēcha, Videbo faciem tuam. Idq; etiam transluit Hieronymus. Pro, Apparuerit gloria tua, est Satiabor τὸν πόντον behachiz themunatheca, In euigilando similitudine tua. Hieronymus autem, Cūm euigilauero similitudine tua, Sed enim similitudinem Hebrai quoq; de futura beatitudine interpretantur, multis verbis edifferentes. Imprimis Auen Esra, Ego, inquit, scus quād quos superius commemorauit, duntaxat cupio videre faciem tuam, quoniam iustitia cuius obseruator fui, fuit in causa, vt deleat aer videre faciem tuā, vt intelligere opera Dei, quæ sunt omnia facta sapiētē, in æternūq; subsistunt. Satiaborq; vidēdo similitudinem tuam, non quemadmodum impletur venter illorum, atq; hoc non per insomnium, sed euigilando. Hæcq; visio non est in visione oculi, sed in visu mentis, & scientiæ, quæ sunt visiones Dei in veritate pura. Atq; hæc non percipiunt, nisi qui sapientiam animi didicerat. Hæc omnia declarans melius Rabi Dauid, In iustitia apparebo conspectui tuo. Sceleratis non est cupiditas mundi futuri. Non ita ego, inquit, sed potius cupio videre cum iustitia, at que incipio videre faciem tuam in seculo futuro, cūm iuste operor in hoc mundo. Satiabor cūm euigilauero, aut, per vigiliam, clara in luce, video similitudinem tuam. Satiabor, examplebor hoc cibo, contra quem illi qui fatientur vanis voluptatibus Satiabor in seculo futuro, vigilando, quia non morietur, non dormiet anima mea. Secus quād quod alibi dicitur, Somnū æternū domierūt. Facies tua, & similitudo tua, est cū mēs attingit quoad cī fas est, gloriam Dei, sciuncta anima à corpore. Quod Mosi quidem viuēti datum fuit ceteris prophetis non item, quibus post mortem, datum fuit videre eam similitudinem. Hæc sunt explanationes, sed prior, vt Rabi Dauid testatur, speculationem operum diuinorum, in hoc corpore proponit, qua se glorietur propheta delectari, velut ille:

Me vero dulces ante omnia Musæ,
-Calique vias, & sidera monstrant. Et,
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

Iustitia, quæ mihi semper placuit, fuit in causa, vt contēplarer, speculatorer, totū me factis diuinis contemplandis dederam, non quemadmodum illi studio voluptatum flagrantes.

K K ij

Eff de hoc mundo.

De abscondit. tuis.

Apparebo consp. tū.
Cū appar. gloria tua.

Videre igitur faciem, atque euigilare ad similitudinem eius, nempe visione clara cernere, retulit AuenEsra ad contemplationem, & philosophiam, ex qua admiratio Dei existit, ex admiratione, cultus: ceteri ad sacerdotium futurum, ad rerum aeternarum purum, clarumque aspectum. Ad quem iustitia dicit comes nobis in caelum. Atque, ut versum intelligas, ex consuetudine Psalmorum discas, in quibus eadem res diuersis nominibus exprimitur. Quid sit similitudo eius, quid euigilare, disces ex primo, videbo faciem tuam. Euigilare, videre: si militudo, facies. Vtque sensus probandus, Graeci ac Latini de gloria futura.

P S A L M I X V I I. E X P L A N A T I O.

Puer. Nscriptio clara est, quo tempore, quas ab causas editum hoc carmen triumphale, vere opinio, quo laudes ob deuictos hostes canuntur: victoriae diuinatus parta praedicantur. Pertinetq; non ad unum modum facinus, sed vniuersam vitam complexus animo Vates, quas clades Dei beneficio euitauerit, quam prodigiosè liberatus fuerit, versibus prosequitur. Inter inimicos in primis commemorat, in titulo, Saulen: atque in titulo dicitur. In finem, pro quo, in fonte, Lamuazeach, ut doceat esse carmen triumphale, vectoriale. Dicitur ite puer Domini Graecè id quidem *περὶ* at Hebraicè melius *מִלְחָמָה* la ebcd, seruo, cultori. Et genitio est efferendum, Pueri, seu serui cultoris Dei, David. Cum ait, In die, qua eripuit eum Dominus: declarat apertius Chaldaeus, pro omnibus diebus, in quibus eripuit eum Dominus. Est igitur carmen *εὐχαιρίσιον*, pro cunctis victoriis in vita partis. Cecinit iam senex, iam canens receptui.

Diligam te Domine fortitudo mea.

Amor, filius bene- ficij. IN IS humanæ vitæ, scopus, quod cuncta tēdunt, actio nobilissima, cui reliquæ cedat omnes, pietas insita pectoribus, nullis casibus euellēda. Amor opificis nostri: amantes admiramus, colimus, suspicimus, laudamus, præceptis eius obtemperare gestimus. Redditur causa, cur amandus. Quia fortitudo nostra, robur, propugnaculum. Refugium, si gignit amorem, beneficium, ubi plura beneficia.

Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Deus meus adiutor meus, & sperabo in eo. Protector meus, & cornu salutis meæ.

Sala petra. Vnde omnem esse versum, vel ipsa Hieronymi editio abunde testatur. In his nominibus, Hebraicæ lingua figurae clarescunt. Nam pro refugio, est *πέρι* sala, petra. Deus est petra, quasi propugnaculum, arx munitissima, saxum inexpugnabile, scopulus inaccessus, ad quem, qui se recepit, metu liber erit. Explicuerunt figuram Sept. *τρόπωμα*, firmamentum Hieronymus ad Hebraicum, petra mea. Atque, ait AuenEsra figuratè inquit, ut homo in loco edito non timet deturbari. Inculcat idem cum ait, Adiutor meus, pro eo in fonte *τῷ* Zuri, petra mea: nempe, silex, robur. Tum, Protector meus, Hebraicū *τρώμα* maghi, scutum meum. Redditur recte protector. Protegere scuti est. Cornu salutis, Hebraicæ poësis figura. Cornu ab animantibus, quorum vis in cornibus, ceruis, tauris, rhinocerotibus. Simile quid esse Deum sibi, præsidium, defensionem, *όπλον*, arma sua, quibus (quemadmodum animantes illi, cornu) se defendat, salutemq; sibi querat. Cornu salutis, cornu salutare, quasi gladius salutaris, telum salutare, clypeus, quo sibi salutem peperit. Telum quo, factō in phalangas hostiū impetu, perfregit, in fugam vertit, delenit. Susceptor meus, Graecè melius, *ἀπλήπτως*, protector, defensor. Id sonat Hebraicum.

Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluu ero.

Acile est intellectu quid innuat, cur Deus sibi velut præsidium, robur semper astiterit. Quoniam illius opem implorasset, flens, ac supplex auxilium postulasset, atque exemplo exauditus esset, celeriter venisset calitus auxilium nullis Psalmis non predicit, quam vim oratio habeat, quantum in ea præsidij insit, quam sit cum in reliquis rebus, tum verò in bello ducibus, necessaria.

Circun-

A Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

O x, quam Sept. transtulerunt *אַנְשֵׁי* dolores, Hebraicè *בְּנֵי* amphibola, nunc dolores, *וְ* nunc funes, nunc societatem, cuneumque designans. Itaque verti potuit, Circundederunt me funes mortis, ut respondeat verbo circundandi. Astringebat, ait, vinculis tartareis, clades, calamitatis, obsessu tenebat. Premebat, alligabat carcer teterimus. Aut, Agmen malorum incubuerat: instabat cœtus omnium miscriarum. Obsidebant agmine facto, diræ facies, inimicæ numina, vbiique pavor, & plurima mortis imago. Hieronymus alterum secutus est reddens, Circundederunt me funes mortis. Chaldaeus autem, ut Sept. dilucidans, Circundedit me inquit, *בְּנֵי* acha, angustia, dolor, pressura. Pulchra igitur figura, siue funes, siue dolores mortis dicas. Altera, torrentes iniquitatis: Quasi impetus, *תְּרֻנֶּתֶס*, copia exuberans omnium calamitatum. Pro iniquitate est *בְּנֵי* Belial, torrentes Belial, nomen infame in saeculis litteris, nomen pessimorum siue hominum, siue dæmonum. Propterea hoc loco Hieronymus vertit, Torreteris diaboli. Dicitur nomine, ut Hebraicè placet) bal, nō, iaal, profuit, inutilis, nō peste pestilens, perniciosus, nomine congruū dæmonibus, hominibusque sceleratis. Torrens improborum, sceleratorum tempestas: iruebat, instabat.

Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.

A M expositum nomen *בְּנֵי* chabalim, posse dolores, & funes significare. Ita nunc aut dolores inferni, aut funes. Funes inferni forsitan verè transtulit Chaldaeus *בְּנֵי* misriath chaibim, agmen inimicorum, cœtum, concilium, exercitum: funes multiplices coniuratos, coactos in mea pernicie, manus impias. Inferi, quasi letales, extiales, mortiferos, ad destruendum, delendum, interficiendum coēentes. Quod ait, Præuenerunt: est, ante faciem obuersabantur, ante oculos occurserunt, constiterant exaduerso, inimicorum acies. Laqueos mortis eos appellant, nimurum, ad præcipitandum in mortem, in barathrum, in interitum, in perniciem. Ut me in ruinam impellerent, propterea transtulit Chaldaeus. Præuenerunt me armati armis letalibus: ante aciem constiterant, priores ipsi concurrerunt facturi in me impetum. Hinc recte Rabi Salomon exposuit præuenire, festinare, præcipitare moras omnes.

Et in tribulatione mea inuocauit dominum, & ad Deum meum clamauit.

Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

S versus est carminis Hebraici. Est eiusdem rei multis nominibus iteratio. In uocauit, clamauit. Exaudiuit, clamor meus peruenit ad aures eius. Sic, in conspectu, in aures, Exaggeratur oratio, dilucescit repetita: subsequens nomen, est antecedentis declatio. Neque est in Hebraico *ἐν ταῖς ἀγράντησι*, de templo sancto suo, redundant duntaxat, De templo suo. Templum, ut est in reliquis psalmis, aut terrestre, aut cœlestis, primū quod illic preces habebantur, responsa dabatur. Auen Esra caelum, in quo decreta eius sint scripta, signata, inde in terras descendant. Affirmat Rabi Daud, de templo, de celo, inquit, exaudiuit vocem meam, cum ad eum clamarem. Consentunt Graeci, quorum sententias conflauit Euthymius, is scribit, *καὶ οὐκέτι πάντας τοὺς μαρτυρεῖς σύντηλον*, Templum sanctum, *αὐτοῦ*, aut caelum sentire par est, aut tabernaculum testimonij. Ipsi iidem docent, quas aures diuinæ sentias, non nostras scilicet mortales, sed auditum per omnem mundum pertinentem, non sonos modum, sed silentia quoque nudisque cogitationes excipientem. Quas aures doctissimus, idemque virtutissimus vates Orpheus agnouit,

Πλεθράς χρή πάντας ἀνθρώπους, καὶ πάντα βρεφεῖς,
cuncta vides, & cuncta audis, & cuncta gubernas.

Commota est, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt: quoniam iratus est eis Deus.

V P L E X explanatio furoris huius, vltionis que diuinæ. Chaldaeus, quem sequitur Nicolaus, amplexus alia saecula, quibus ira Dei clarior fuit, retulit in Pharaonem, ut quanta sit aduersus sceleratos indignatio Dei, quæ suos inimicos corripuerit ostendat.

X P L E T V R descriptio cælitus diuinæ maiestatis descendantis, tenebræ, caligo, tempestas, horror, tonitrua, fulgura consequebantur.

Fulgores nunc terrificos, somniumque, motumque.

Præ fulgo-
re in con-
spicere
Et Clarius poësis Habraica noscatur, digerendus orationis ordo. Præ fulgore, clarius Gre-
cæ & Hebraicæ ἐποντικῆς τηλαιχοτονίας, A fulgore ante eum: ob fulgorem, qui eum
præcedebat, nubes transferunt, Fulguris descriptio, vt apud nostrum,

- Crebris micat ignibus aether.

Propter tonitrua, fulgura, quassatae, disiectæq; nubes discesserunt, euanuerunt. Primū terris, totōque cælo horrebant tenebræ, nubibus densatis, aqua grauidatis. Ecce nubibus accensis, propterque collisionem, fulguribus editis, nubes illæ transferunt. Aut quod ait Rabi Dauid, Nubes illæ ignibus accensis super castra inimicorum transferunt, ceciderunt. Declarat quæ nubes, nimirum, carbones, ignis, & grando, fulgura, fulmina cælestia, velut carbones è cælo cadentia, quicquid contigerunt, non minus quam carbones exurentia. Hęc transferunt, aut aduentante Deo transibant, toto cælo spargebantur, suspiciebatur, vt alio psalmo: Dominus venit, & in circuitu eius tempesta validæ: inimicorum, fulgura, grando, carbones ignei, fulgor accensarum nubiū. Aut hæc ipsa super inimicos, vt alio psalmo: Ignis, grando, uix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Et intonuit de cælo Dominus: & altissimus dedit vo-
cem suam, grando, & carbones ignis.

V N T hoc quoque versu, Carbones, ignis, grando, eos omiserunt Septuag. post hor-
rendam terris, cæloque incumbentem nigrarum, aquaque grauidarum nubium no-
tæ, simul iisdem nubibus accensis, necessario fragor earum collisarum sequeba-
tur. Vates Latinus in simili descriptione,

Intonuere poli, crebris micat ignibus aether.

Descendente Deo, nubibus horrendis, tenebrōsisque toto cælo diffusis, sequebantur ignes, tonitrua, grando, nimbus, tempestas. Videre est hoc loco, ab hac diuina, ac longè ve-
tustissima poësi, sumptissime profanos vates multa. Nam quem Homerius vocat ἡμέρη, al-
titonantem, aut ἡμέρη, nubium cōgregatorem, ecce in sacris carminibus intonat, dat
vocē suam, nubes congregat. In terras fulmina iaculaatur, quas sagittas poëta sacer appellat.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multi-
plicauit, & conturbauit eos.

A G I T A S, vt dixi, fulmina vocat. id ipse declarat, Fulgura multiplicauit: ingemi-
nant, inquit, fulmina:

Toto genitor, qua plurima cælo,

Deicte in terras. Hæc sunt diuinæ sagittæ, quas multiplicauit, magnóque earum numero
super hostium castra proiecto, eos dissipauit, deleuit, profligauit. Omnis ille exercitus im-
piorum imperfectus cælesti plaga. Sagittas Deo quoque suo tribuit Homerius,

Tίσθε δαναιοὶ εἴπερ δύσπαια οὐτοὶ βέβαιοι.

Atque tuis telis lacrymas ulciscere nostras.

Declarat igitur secundum, quas sagittas innuat. Atque hæc, aut reuera acciderunt, quod
multis exercitibus cuenisse memoratur, vt fulminibus delerentur, vt exercitus Brenni: aut
quemadmodum Homerius pestilentiam cælitus in exercitum Graecorum immissem, sa-
gittas Apollinis vocat, quas torserit in Danaos, sic plagas cælitus illatas, sagittas & fulgura
noster appellat.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt funda-
menta orbisterrarum, ab increpatione tua Do-
mine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Aqua. S est versus omnis. Est hæc quoq; testibus Hebrais, figura, tropus, inuolucrum, adū-
bratio. In sacro poëmate crebrum est, vt clades, vexationes, aquæ vocentur, veluti
torrentes, aut hymbres inundantes, quibus velut vndis, sæpe periculum est ne suffo-
cetur homo, cum geminatis fluctibus incumbunt, ceruicibus impendent. Exemplum ex
aliis psalmis: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam.

Eripe

A Eripe me de luto, vt non infigar, & de profundis aquarum. Nonne nostri quoque, fluctus,
curas atroces appellant? Irarum fluctuat æstu. Curarum fluctus. Ad hanc figuram, locum
Hebrai explicant, rectè mea, quidem sententia. Sublatis hostibus, qui clades, vexationes
que afferebant, sublatis angustiis, quæ fluctibus affiniiles incubuerant, apparuerunt valles, Apparue-
rant fontes aquarum.
apparuit solum. Descriptio est exicationis, fluctibus illis siccatis, exhaustis, spirante Deo,
apparuit solum, apparuit alucus. Tanto spiritu Deus fluit, vt longè latèque fluctibus misé-
riarum proiectis, exhaustis, ipsa terra apparuerit. Nihil fuit reliquum fluctuum illorum.
Quas igitur Sept. dixerunt πηγæ, fontes, sunt Hebraicæ πηγæ apichim, interpretantur He-
brai, diffusiones, torrentes. Hic exhaustis apparuit alucus, denudatum est profundū, Chal-
daeus, profunditas. Abiere metus omnis, & iræ concessere Deum. Chaldaeus dilucidans in-
terpretando pro fontibus posuit πηγæ amike maia, profunditates aquarum. Clarus igit-
tur est sensus, flante Deo, & terribili voce intonante, increpante, (id enim est, Ab increpa-
tione tua) vexationum fluctus illos abiisse, euanuisse, profundumque solum, ac funda-
mentum apparuisse.

Quanta per Idæos favis effusa Mycenis

Tempestas ierit campos,

Nec mireris quod dicat, fundamenta orbis terrarum, pro orbe terrarum. Hebraicum
τεβελ, terra ipsa, solum ipsum, fundamēta terræ, profunda terra. Inducit igitur seipsum,
velut fluctibus oppressum, cælique ruina,

B Tum verò graniter commotus, & alto

Prospiciens genitor, summa placidum caput extulit unda.

Et dicto citius turrida equora placat

Et vastus aperit Syrtes, & temperat equor.

Talis fuit Deus diuino Poëta, tempestatis oppreso. Is sensus clarus ex sequentibus
percipitur.

Misit de summo, & accepit me: & assumpit me de aquis multis.

X aquis, & tempestate, atque nimbis diuinitus creptum se canit. De summo, Graecæ
ad Hebraicum ἔψη, ex altitudine, ex alto, è cælo. Misit opem cælitus, auxilium ab
alto. Hoc auxilium plerique Hebreorum, Angelum interpretantur. Misit Angelum
fuum, qui me eriperet. Non moror Graecos nunc, quoniam diuersum iter abierūt, ad tem-
pestatem Christi, & Apostolorum Psalmum transferentes, vt Chaldaeus, quem sequitur
Rabi Salomon, & Nicolaus, ad res Aegyptiacas, oppressumque Pharaonem. Claruit figura,
tropus, parabola poëtica. Declarat deum, euoluisti que figuram.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui
oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

C A est consuetudo Psalmorum, vt quod primò obscurè dixissent, paulatim idem re-
petentes, apertius eloquantur. Tempestatē igitur, fluctusque, quibus penè depressus
eficit, atrocissimos hostes fuisse canit. Quod ait, Quoniam confortati sunt super me, Confortati
Graecæ, ὅτι τερπεται οὐτοὶ εἴπερ. Hebraicæ clarus ων ων amezumimenni, fortiores, validio-
res me erant. Hostes illi me viribus superabant: propterea opem mihi tulit. Superare
viribus humanis eos non poteram: allatum diuinitus auxilium, Beneficio immortalis
Dei, neque hostibus diutina lætitia, neque mihi longior relietus est dolor.

Praeuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est

Dominus protector meus.

R A E V E R V N T, testibus Hebrais, respondet ei quod superius, Praeuenerunt me
laquei mortis. Celeriter procurerant, occupauerant, impetum fecerant hostes, au-
di nocendi, bellum priores indixerant. Ille dies mihi longè grauissimus fuit. At Deus
non me deseruit, respexit, dexteram extendit ad me protegendum. Afflictionem dixit,
Hebraicæ πηγæ ed, ruinam, occasum, interitum, excidium. In die tulit opem, qua mihi peni-
tus excidium imminebat. Et fuit mihi protector, vel vt in fonte, πηγæ lemisan, sustentatio,
firmamentum, vt transtulit egregius docto.

Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.

D

LATITUDINE. **I** G V R I S Hebraicis ludit. Ut calamitates, & clades, vexationesque vocat pressuras, angustias, quia premunt, terunt, astringunt, molestie: sic ex his euasisse, in latitudine venisse dicunt. Et dilatare est illis gaudio perfundere, latitudinem dare, vincula misericordiarum dissoluere. Vt, In tribulatione dilatasti mihi: nimurum, oppresso, & astricto vinclis molestissimis, latitudine dedisti, cælum aperisti. Nunc, in latitudinem, in libertatem eduxit, quasi carcerem, quem Græci ob hanc causam vocat εἰρηνή, aperuit, vincula rupit. Nam superius, In tribulatione, nempe in angustia, inuocauit dominum. Et paulò superius: Se fluitibus oppressum, iamque in profundum mergendum, nunc extractum: quoniam voluit me nempe cui mea pietas semper cordi fuit. Est enim iudex dominus, æquus, non deserit pios, iustos, quod nonnulli queruntur, vt ille, latosque diu florere nocentes, Vexarique pios. Et Lucretius de fulmine,

*Et potius nulla sibi turpi conscius in re
Voluitur in flammis innoxius, inque pedibus.
Turbine celesti subito corruptus, & igni.*

At melior, vetustiorque Vates, Est Deo grata pietas, tuerit iustos: eos, si vsus postulat, ab iniuriis defendit.

Et retribuet mihi secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum.

E

OL V I T me, dixerat paulò antè: nimurum, propter iustitiam meam. Iustitiam, teli-gio fecit me illi charū. Nam, vt ait priscus Vates Homerus de Diis, οὐκέτι πολλά στονού. Dij venerantur, in pretio habent iustitiam. Juxta hanc, me remuneratus est abunde, defendens me à maleficiis improborum. Erant mihi manus castæ, nullis sceleribus eas co-inquinaueram, non rapinis, non cæde. Hac innocentia, gratiam, amicitiamque eius redemi. Inculcat, illustratque exaggerando.

Quia custodiui vias Domini, nec impie gessi, à Deo meo.

VIA.

*Nec imp
gesi, à d.
m.*

VI A S, precepta, leges, imperia, iussa, decreta, velut vias ante oculos mortalium præcisa, signata: itinera, per quæ nos incedere iussit, ne quenquam falleret infictia, atque à Vera felicitate abduceret. Hac iter Elysium vobis. Nonne semitas has cecinere Poëta, ferentes alteram quidem ad superos, alteram in barathrum? Ille quoque commemorat iter decium, seclusumque à consortio Deorum. Imperia Dei distribuūt Hebræi, alia iubere, præcipere: alia interdicere. Illa vt facias, hæc ne facias. Vtraque proposuisse, prophetam fecisse, quæ imperaretur: tum abstinuisse his, quæ vetarentur. Nec impie gessi à Deo meo. Aptius per Græcum vñco verbo redditur Hebraicū, ἀπεσθένθησθαι, Hebraicum ἀπεσθανθαι, A Deo meo. Resoluit Chaldæus: Et non ambulaui in impietate coram Deo. Nec memet impie gessi coram Deo, auertique memet impie à cultu eius.

F

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iusticias eius non repuli à me.

VD I C I A, iura, sanctiones, placita, leges, decreta, scita. Hæc, ait, iugiter ante oculos meos obuersantur: nunquam animo delabitur: insident, adhærescant pedori. Iusticias autem dixit, id Hebraico clarius innotefecit, ων chucotau, instituta eius, mores ab illo prescripti, designati mortalibus, ne per inficiat laberentur. Hos omnibus viribus amplector, seruo: rerum ceterarum curam, quoniam hoc præstare existimabam, prorsus amandalui. Quod me totum pietati, benéque factis dedidi, quod magni patris imperiis parere prestantissimum existimau: quod ab hac sententia nunquam destiti, asseditus sum, vt tum in præliis, tum qualcumque mihi inimici infidias parassent, præsidio ciuis securus fuerim.

Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab ini-
quitate mea.

RA E T E R I T V M est vñcti vñcti. Fui immaculatus, Hebraicè ὄν thamim, perfectus, & absolutus, integer. Lex domini immaculata, perfecta, integra. Chaldeusq; hoc loco shelim, perfectus, Græcè ἀμόρος, sine momo, citra notam. Iniquitate mea: quasi à peccato

À peccato mentis meæ, pectoris mei. Rectam mentem præstare conabor: aberit praua voluntas: non habuerit in spiritu meo domicilium scelus vñctum.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

Ecce saepius elocutus est, Iustitiam, innocentiam manuum, castitatem proposuit. In conspectu oculorum. Poterat Latinus rectius vertere Græcum ἐνώπιον τὸν ὄφαλον, *In conspectu oculorum*. Ante oculos, in oculis, sub oculis. Castitas, ait, puritasque manuum sub oculis tuis erat, in conspectu tuo. Viderunt oculi tui hanc castitatem, hanc iustitiam. In conspectu tuo res geregatur. Nullum enim meum factum te latere poterat.

Cum sancto, sanctus eris: & cum viro innocentem,
innocens eris.

VR SE gratum illi fuisse prædicet, cur manum eius castitatem Deus adamauerit testibus Hebraicis, causam ostendit. Est enim Deus cum sanctis sanctus. Similitudo facit, vt eos amplectatur, vt olim apud Pythagoreos prouerbiū erat: ισθητι φιλια, similitudinem amicos facere. Et Aristoteles, mentes castas, æquas, puras à Deo, ut suī συγγενεῖς, propinquissimas diligi. Hunc locum exponens Rabi David, Hæc ait, est consuetudo tua, cum sanctis apparer sanctitas tua, cōsque beneficiis accumulas. Scindum pro innocentia, Græcè ἀμόρος, Hebraicū, vt superioris docuimus est ὄν thamim, perfectus, integer. Itaq; melius exponitur, Et cū perfecto perfectus eris: nēc, vt ait idē magister: Et cū perfectis, appareat perfectio tua, & rectitudo tua, bonitas, clemētia, splendor. Nomen ὄν chafid, quod solet sanctus interpretari, sonat Hebraicū, beneficū, benignū, vt chasida, ciconia, quod benefica sit erga parētes. Hinc Græcè ἀππελαργεῖν. Itaq; dici posset, Et cū benignis, benignus eris. Respōdet ergo ei, quod dixerat superioris, Et ero immaculatus cum eo. Nimirū, perfectus, integer, vt ipse est. Græci sanctum interpretantur, qui iussit erga Deum innocentem, erga homines. Locūmque exponunt similiter, vt Hebræi. Reddere cum cuique pro meritis, talēmque se cuique ostendere quisque sit.

Et cum electo, electus eris: & cum peruerso,
peruerteris.

NCVLCA T EX consuetudine sua, eandem sententiam verbis diueris. Nam quū Sept. dixerunt ἀλεπτον, electum, Hebraicè ὄν nabat, purus, innocuus, mundus. Refertque electus: superius dictum, Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Enim mundus, sanctus, innocēs, integer, perfectus, rectus, eadem. Quod dixit, Electus eris, clarus ex fonte ὄν tibebat, mundus eris: præbebis te mundum, innocentem, æquianimum. At contra peruersum, prauum, noxiū, simile illi te redes, seposita ad tempus clementia tua, indua contra crudelē crudelitatem, vt par parti referas, ad talionem. Hæc omnia Chaldæus mira quadam sua opinione retulit ad priscos. Mundum, innocentem, purum, Abraham, Isaac, & Jacob: peruersum Pharaonem interpretans.

Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos
superborum humiliabis.

NNO C E N T E M, humilem, demissum, populū suum esse demonstrat, peruersos, & superbos, hostes, vera pietatis inimicos, nunquam non bello pauperes Hebreos persequentes, impetu in aras, sacra, ceremonias eorū facere conātes, perpetuis odiis, propter religionis, legūq; disceptū ab eis dissidentes: quos si bello superassent, sublata vera, ac planè cœlesti eorū philosophia, simulachrorū suorū detestabilem cultū intulissent. Hoc est,

LL

quod toties aduersus eos Dei implorant auxilium, non minus scelaborare, ne fortunas eorum hostes diriperent, urbes popularentur, coniuges in conspectu eorum vexaret, quam ne religionem, qua nihil in terris melius esset, penitus delerent. Populum humilem dixit fons ^v anni pauperem, humilem, deicatum. Oculos autem superbos, quod ingentes sibi spiritus sumperant. Homines esse feros, barbaros, iracundos, veluti, qui manibus magnis resindere cælum, aut qui montes montibus imponere conabantur. Vel,

Componens manibusque manus, atque oribus ora.

Omnis cruciatus ab his expectandos.

Quoniam tu illuminas lucernam meam: Deus meus illumina tenebras meas:

VCERNAM, cum sit tropus, figuratusque loquendi modus, alij regnum interpretatur, alij bonum genium, propitium numen, fortunam secundam. Pulchre quoq; Græci lucernam animæ, mentem esse: tenebras, furorem, cupiditatem, egritudinem. Illuminasse mentem, malas cupiditates abstulisse. Si figuram euoluas, est velut si Latinè dicat, Praeclarè mecum fecisti, splendor tuæ clementiæ mihi semper præluxit, fauor tuus, benevolentiæ tuæ radius, vita meæ semper illuxit, erat fidus Achates. Non leue præsidium me comitabatur. Luce tua iradiabar, dextra, leuaque cedebant tenebre, diræ facies, aduersi demones. Lucernam suam dixit, velut accensum radium, ex lumine divino. Designat clemétiæ, Dei optimam voluntatem, præsidium, quemadmodum sub tropo tenebrarum, calamitates, incommoda, dolores, ruinae describuntur. Posset etiam lucerna esse, iuxta sensum Græcorum, pro doctrina, sapientia: vt, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et, Illumina oculos meos ne quando obdormiam in morte.

Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo transgrediar murum.

ERIPIAR. **R**EBVM Hebraicum, quod hoc loci est ^{την} aruz, est duarum significationum. Duciatur à ^{την} razaz, siue ^{την} roz, sonat confringere, conterere, etiam currere. Vox quoque ^{την} quam Sept. transtulerunt ^{περιγένεσθαι}, tentationem, Hebraicè ^{την} ghedud, sonat vbiq; armatum, accinctum, paratum ad dimicandum. Hieron. in suo psalterio, & Regum secundo vbi canitur is psalmus, transtulit accinctum. Ergo dicendum, Quoniam in te curram accinctus, curram contra accinctos, armatos intrepidè. Aut verius, cōfringam armatum, accinctum. Hoc postremum clarius, & verius. In te, inquit, per te, te duce, te adiutore cōfringam, conteram, delebo adueisarios, armatos, paratos ad dimicandum. In fugam coniectos, quātum vires ad lassitudinem sufficient, hostes, armatos delebo, te duce, te exercitum meū præente, prælii nostris præsente. Hunc sensum declarat quod sequitur: Et in Deo meo transgrediar murum. Hostium murum ascendam, militem meū, in urbem hostium intromitta. Succedā muro, victoria, auspice Deo, potitus. Capta urbe, & muro, à milite meo, occupato. Non est igitur ^{παθομεια} liberabor, eripiar, sed cōfringam, conterā, delebo, testibus Magistris, qui & illum sensum probant, vt dicat, In te curram, aduersus armatos, accinctos, non timebo eos. Vtrunque melius, quam, Eripiar à tentatione.

Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igni examinata: protector est omnium sperantium in se.

EBR A I S M V S, saepius in sacris litteris occurrentis, quem nisi sermoni Latino aptaueris, solleccismus efficitur. Quorsum pertinet casus nominandi, Deus meus, cui verbo nuditur? Ergo ex origine dicendum, Dei impolluta via: via Dei impolluta. Est q; duntaxat ha El, Deus. Impollutam Latinus dixit, quam alibi immaculatā. Græcè idē nomen ^{λευκος}, sine labe, nō inquinata, non sordida. Hebraicè, vt monuimus, ^{וְאַתָּם} tamim, perfecta, absoluta, eadem omnia. Viam sentit, cōsuetudinē, studium, naturā, geniū, mores. Natura Dei, inquit, est incorrupta, impolluta. Mores ciuii castissimi, sanctissimi. Nihil in promissis eius falsum, fraudulentum: Sermones eius veri: quod pollicetur, absolvit, peragit. Quod docet, plenū veritatis. Leges eius, ac dicta, scita, ac decreta plena sunt æquitatis, plena prudētia, plena salutis. Que Sept. dixerūt Græcè ^{λόγια}, eloquia, Hebraicè ^{וְנִיקָדָשׁ} vnicus numerus ^{וְנִקָדָשׁ} imrath, sermo, oratio. Et pro ^{την} φορδια, quod Latianus dixit, igni examinata, nudū, solūq; verbū Hebraicè ^{וְנִירָה} zerupha, Nimirū, repurgatus, excolatus. Tralatū ab his, qui purgat metallū. Sermo, inquit, Dei, purus, verus, auro intentior. Solot poëma diuinū, bis, terq; eadē sententiā inculcate, vt planius intelligas. Quid sit immaculata via eius, disce ex sequētibus.

quia

A quia sermo eius veridicus, quia suos non deserit, non est suorum, qui spem in eo collocauerunt proditor: protegit, fouet, amplectitur. Non despicit, auerfusque refugit, qui ad auxilium suum confugerunt. Occasioni non deest. Ea est natura Dei, ea consuetudo, hi mores.

Quoniam quis Deus præter dominum? a. ut quis Deus,
præter Deum nostrum?

RO T E G I T, ait, suos, quod ei non deest facultas, quippe qui est vetus Deus vera maiestas, verū numen, cui comes it in mensa potestas, & ratiopere magna beneficiendi voluntas. Nō est aliud deus, cui meritò diuinū nomen ascribatur. Quisquis apud exteriores nationes præter illum, Deus dicitur, falsò dicitur. Secundo loco vbi dixit, Aut quis Deus, pro Deo in fonte ^{την} zur, petra, robur, præsidium. Aut, quod aliud præsidium est ^{την} quam, quoquod te verteris, cui niti intrepidè possis, præter quā huic vero præsidio, robori, <sup>Quis Deus
præter deus
no.</sup> propugnaculo, saxo inaccesso, inexpugnabilis?

Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam.

VM sit ille præpotens, iniunctis viribus, iure venit ab illo robur in pectora nostra. **Virtus.** **B**rutum verè nunc dixit, quod Græcè ^{ἀνάπομπη}, potestate, vim. Virtutem in præliis, militarem virtutem. Cinxit, quoq; pulchra metaphorā. Accinxit, armavit, vestiuit. Hæc arma, quibus accinctus prodibat in aciem, tela inter, & hostes: ipse animos, virésque ministrat. Immaculatam autem viam posuit, quoniam via eius, præclara, sacra, plena bonitatis, ab ea descendit bonitas, virtus. Ut ab illo prodit in nos fortitudo, studium, alacritasque pugnandi: prodit etiam bonitas, iustitia. Non misericordia est largitor sapientiæ, probitatis, quā virtutis in præliis. Dat fortia pectora, dat quoquid sapientes animos. Ex eodem fonte diuino, fortitudo nobis, atque pietas, sapientia.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me.

ER F E C I T, Græcum ^{νέατα πριγέλιδης}, melius perspicitur ex fonte, quod trastulit do- ^{perfecti}ctor egregius ^{την} meshau, coquans pedes meos ceruis, ponens pedes meos ve- ^{τηλ. off. 2.} lut cerui: ceruorum velocitatem, si quando fuga opus esset, mihi dedit, altissimosq; montes petebam, locorum difficultate tutus. Declarat Rabi David sensum: Si cogebat, ait, fuga incitatus, manus hostium elabi, ceruorum velocitas mihi dabatur: non timor addidit alas, sed Deus. Fugit oyoy Euro. Et in altissimis locis, quod minimè dabatur hostibus accessus, statuebat me Deus idem. Is sensus ex Græco quoque posset intelligi. Nam Græci exponunt, ^{Εἰς την πριγέλιδην ἐν της Κύπρων, ἡ τελεῖα, coaptans, & perficiens, disponensque pedes meos} ad cutsum, cum cogebat mihi pedibus querere salutem: vt cum cerui fugientes, sese ad altissimos montes recipiunt.

Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti, vt ar-
cum æreum, brachia mea.

ECENSET memoriter beneficia: dedisse velocitatem in præliis, quanta est ceruorum, **Tel. off. 2.** **B**rum sapiendorum, pro re, & tempore, docuisse. Ad hanc vires ingentes, vt penè ferreus esset. Sciendū, quod Septuag. transtulerunt, ^{χρήστος χαλκην τε: βέργα χαρδίδης μη.} Et posuisti arcum ferreum brachia mea, posset reddere Hebraicum, alios sensus, propter verbū polysemum ^{την} nichatha, Id magistris astipulatis, posset designare, Fregisti, rupisti: aut pér patiens, Fractus est: referturque ad arcum. Brachiis autem decessè præpositionē ex consuetudine poēmatis luius. Erítque sensus, Et fregisti arcum ferreum, cum brachiis mīcis: siue, Fractus est arcus ferreus. Nam Rabi David supradictam vocem, alio clariorem, Et arcus, ait inimicorū, brachiis meis erit ^{την} nisbereth, fractus. Chaldaeus tameū, sensui Græcorum acquiescit, pro Hebraico clarissimum verbū ponens ^{וְנִירָה} vmath chiph, qui corroborat, confirmas velut arcum æneum, brachia mea. Itaque omnes hi sensus, quibus sua cuique ratio subest, probari possunt.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuae, & dextera
tua suscepit me: & disciplina tua correxit me.

D

Protectio. **S**est versus pro protectione, in fonte est νω maghen, clypeus, ut transtulit Hieronymus. Protectio, aut clypeus salutis. Hebraismus, clypeus salutaris, scutum quod salutis esset protector. Scutum, quo salus constat, sive ipsa salus, quam metaphoricā, scutum vocet. Suscepit, clarus Grēcum, & Hebraicum, ατελέτη, sustentauit, adiuit, protexit. In origine ενών tisadeni, sustentauit, sustinuit me. Hieronymus, Confortauit, eodem sensu. Quod maximè conuenit dexteræ.

Da dextram misero, & tecum me tolle per undas.

Quod ait, Et disciplina tua correxit me in finem, non est in fonte, εἰς τὸν οὐρανόν, in finem: redūdat, dignum obelisco. Et pro πανδέσια disciplina, est melius, & clarus τῷ νῦν aneuathecha, māsuetudo, clementia tua. Nam Hieronymus quoque transtulit, mansuetudinem. Et Rabi

Correxit. Dāuid pro eo subiicit clarus, τῷ νῦν chasiduthcha, beneficentia, clementia tua. Et προάρπαστος, correxit, est in fonte, τῷ νῦν tarbeni, multiplicauit, auxit. Egregius etiam doctor, Multiplicauit. Vnanimiter ab omnibus Hebræis asseritur. Atque iuxta Hebræos loquitur, cum ex humili loco, ad maximam dignitatem proiectus est: aut potius, qui in bello exiguus esset, paucis comitantibus, parua manu, exiguo numero, at Deus eum multiplicauit, quoniam vires dedit. Clemētia tua, inquit Rabi Dāuid, fecit hoc, quia mihi vires non suppetebant, sed tua clemētia multiplicauit me, cui paucitas esset militum, hostes autē turbatingens, quae contra me in acie constiterat. Clementia autem, & beneficio tuo factum est, vt ego superior fuerim, deuictis, & in fugam coniectis hostibus. Vides quantō melior sit is sensus, dilucidè profluens ex fonte. Confodiendum quoque obelisco, quod adiectum fuit à Septuag. manauitque ex eorum tralatione ad Latinos, καὶ πανδέσια ὡς, αὐτὸς διδάξει: Et disciplina tua, ipsa me decebit. Etiam apud diuum Hieronymum nusquam est.

Dilatasti gressus meos subter me, & non sunt infirmata vestigia mea.

Dilatasti gressus.m. **I**LĀSTI gressus, figura Hebraica. Dilatasti iter, eunti viam aperuisti, non per angustias, locorumque difficultates duxisti, per deuia, precipitosa sed per regiā, securā. Non sum ingrediens prolapsus: ducente Deo, nusquam offendī. Discedo ducente Deo, tela inter & hostes, Nil mihi loci iniquitas obfuit, nil hostes me perseguendo proficerunt. Iter erat nostrum spatiolum, latum per plana ferebar. Hanc viā facilitatem non tā mihi præbebat ipsa terra, campūsque, quām præsidium Dei, quasi mihi ante oculos sternens viam, aduersa quæque submouens. Designat ergo metaphoricā auxilium Dei, gratiam, clementiam eunti comitem. Indicat cū ait, Non sunt infirmata vestigia mea. Græciū τὸν θέματος, non vacillauerunt, non fuerunt lapsabūda, ad Hebraicum, τῷ νῦν maadū, nutauerunt, prolapsa sunt, luxata sunt. Et pro πατέρων, vestigia mea, Hebraicum aliquid diuersum τῷ νῦν carfulai, tali mei, non sunt luxati, non infirmati tali mei, pedes, à parte totum. Pedes erant firmi. Erat velut ille πόδας ἀνδρῶν pedibus velox. Hieronymus item vertit, Et non deficient tali mei.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

Quia non defecerūt. **E**c erat pedum velocitas, hoc fuit cur non deficient tali. Quantum vires ad lassitudinem sufficient, hostes in fugam coniectos, atque ita perterritos, vt nusquam fuga desistant, trucidabo. Nos infecuti tantam eorum multitudinem interficiemus, quantum erit diei spatium. Et propè ad interencionem, gentem, nomēnque eorum redigemus. Nos in eos acriter impetu facto, repellemus, neque finem insequendi faciemus, quoad præcipites agemus, magnōque eorum numero imperfecto, reliquis neque sui colligendi, neque consistendi facultatem dabimus.

Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Stare. **T**ARE, Hebraicum liquidius τῷ νῦν kum, surgere. Eam hostium futuram ruinam, atque interitum, vt amplius surgere non possint. Confringam, Grēcum ἐκλαβός, cladem, delebo, oblitarabo, de medio tollam. Fons τῷ νῦν emchazé, cladem eos, vt vertit Hierony-

A Hieronymus, Contrucidabo, mactabo. Ante pedes nostros strage in eorum videbimus, per eorum corpora pergemos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti omnes insurgentes in me, subtus me.

Supplantasti. **V**PPLANTASTI, Grēcum συνεπόμετος, impedisti, impeditos fecisti. Hebraicum versius, & vehementer γρῆν tacria, incuruasti, vt vertit Hieronymus, Corruere fecisti, vt caderent autor fuiſti. Nam me, meōque milites virtute armasti, militibus meis animos dedisti. Singularis militum meorum fuit virtus. Erant numero quidem inferiores nostri: sed virtute, quam tu dedisti, longè superiores. Qui contra nos in acie constiterant, bellum nobis indixerat, vti lupi rapaces aduersum nos impetum fecerant, ante oculos nostros corruere fecisti. Hæc omnia vt superiora, non per præteritum, sed futurum.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

Disperdisti. **I**XERAT superius, Supplantasti, nimirum, corruere fecisti. Dixerat item inimicos in fugam coniectos: nunc quoque simile quid, Inimicorum dedisti dorsum, nempe, Magistris interpretatis, terga eos vertere nobis coegeristi, fecisti vt nobis terga darent. Dediſti mihi dorsum inimicorum, Quapropter oratio rectius disponenda est. Non enim dicendum, Inimicos meos, sed inimicorum meorum, quemadmodum diuinus interpres transtulit. Hebraica item vox τὸν πορεμόν, sonat dorsum, sonat item ceruicem. Dediſti ceruicem inimicorum, quorum cerubus nos imminebamus, in sequentes eos, nobis terga obuertentes, eosque ita precipites egimus, vt nusquam fuga desisterent. Non magni refert quod in fonte sit per primam personā τῷ νῦν azemithem, Delebo eos, redigam ad interencionem eos, qui me odio habent. Hoc melius Grēcē τὸν πορεμόν, ad internicionem redigisti, quām disperdisti.

Clamauerunt, nec erat, qui saluos faceret, ad Dominum, nec exaudiuit eos.

Ametsi. **A**METSΙ religionibus vanis dediti essent, at vel Deum verum, instigante natura, quod his plerunque accidere solet: quos aliqua calamitas absorbut, inuocauerunt, eius opem implorauerunt: aut certè Deos illos suos minimè proprios, nihil exaudientes inuocauerunt.

Pala, vestis, minea, Minerua, sacra. **I**nterea ad templum non æqua Palladis ibant Crimibus Iliades passis, pepłumque ferebant. Sed verus Deus, quoniam sic meriti essent, preces eorum contempnit, passus eos à rege pio profligari, ac deleri.

Delebo. **E**t comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos. **C**X consuetudine diuini poëmatis, bis dicit idem diuersis nominibus, altero, alterius verbum illustrans. Commiuere, delete, puluerem, lutum platearum. Nam postremum verbum delere, Hebraicē est, attenuare, comminuere τῷ νῦν arichem, conteram, frustillatim cädam eos. Puluis ante faciem venti. Vento flante, coorta tempestate, turbine, puluis ita dissipatur, vt nescias quid abierit. Sic delectur exercitus impiorum. Lutum autem platearum conculcatur, comminuitur. Itaque nulla metaphorā potuit extrema sceleratum pernicies clarus decantari. Delectatur səpius hoc poëma similitudine pulueris: Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ.

Lut. plat. **E**ripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium: populūs, quem non cognoui, seruui mihi.

Contradicione. **O**NTRADITIONE, clarus Grēcē ποίησε τὸν πορεμόν, Liberabis me ex contradictione, seu cōtrouersia populi, per vnicū numerū, licet Hebraicē sit multus. Nō sentit autē controuersiam exterorū populorum, sed sui. Id claret ex libris Regum illic canit̄ is hymnus, dicitur q̄; Ex contradictionibus populi mei. Contradictionem, sive controuersiam sentit autoribus Hebræis, coniurationem Absalonis, itēmque conjuratos in perniciem eius, cū Saul. Erat contradictione, nempe controuersia, ciuile bellum, dissidium,

L. L. ij

dissensio, ciulis tumultus, secessio populi. Hos Deus ei conciliauit. Propterea duas subiicit D
sententias, se constitutum sedato tumultu, ducem, Regem, principem, vltro suffragiis co-
rum electum. Tum populum, quem non agnouisset, qui alieno in ipsum animo esset, ei sub-
iectum fuisse, manus suplices tetendisse, vltro pacem petuisse, fese ad pedes eius proiecisse.

In auditu auris obediebat mihi: filii alieni mentiti
sunt mihi.

Scarminis ordo: In potestatem meam, inquit, redacti sunt, atque ita succubuerunt,
Vt deinceps imperata facere non recusarint, nec amplius rebelles extiterint. Quod
autem ait, filii alieni mentiti sunt mihi: et si multiplex sit explanatio, plurimum ta-
men arridet Auen Esra, apparuisse vanam, falsam, minimè veram hostium iactationem, in-
solentiam, cum latius, inflatiusque multò, res suas efferrent. Itaque mentiti sunt, nimirum,
mendaces conuicti, inania locuti, vanitas deprehensa. Rerum suarum tenuitatem verbis
amplificabant. Gloriabantur vno se prælio copias Hebraeorum cum Rege, superaturos.
Mentiti sunt igitur mihi, quod clarus Chaldaeus. Mentiti sunt ωντις cadamai, antem, in cō-
spectu meo, in oculis meis. Est exemplum sensus huius ex alio Psalmo: In multitudine vir-
tutis tuæ, mentientur tibi inimici tui. Nimirum, mendaces, vani, inaniter gloriose conuin-
centur. Sciendum tamen verbum Hebraicum ωντις cachas, duos sensus resonare, quem nūc
proposuimus, mentiendi. Alter est minui, attiri, extenuari, inarescere. Is significatus, et si à
nullo positus est, posset huic loco subesse, propterea, quod subiicit, vt solitus est, simile. Fi-
lii alieni inueterati sunt, duabus verbis eodem sensu repetito. Primum est, ωντις iccachas, u-
extenuati sunt, vel extenuabuntur. Alterum ωντις ibbolu, veterascent, defluerunt.

Filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

NVE T E R A T I sunt, vt dixi, fons, ωντις ibbolu, diffluēt, veterascent, absumentur. Quod
Vdixit, Claudicauerunt à semitis suis: est ωντις ibbolu, Veiachircgu mimisghe ro-
thchem. Est multiplex expositio, propter verbi polysemum. Verbum Hebraicu char-
rag, per litterarū metathesin, est chagar, ligauit, strinxit. Hanc ligationem, Hebrai secuti
sonum vocis Chaldaicæ, quæ designat horrere, paure, siue claudicare, exponunt, timor, paurem. Secunda vox misgheroth, sonat ligamenta, vincula, constrictiones. Has Hebrai
fentient turres excelsas, loca fugientibus, ac vieti apta, quo sese à fuga recipient, abdant,
claudant, ob id claustra vocata. Est igitur iuxta Magistros, census: Et claudentur in vinculis
suis. Si liquidius exprimas, quod iidem faciunt, dicas, Et pauebunt à claustris suis: vel, In lo-
cis his tutissimis, quo sese receperant, timebunt, formidabunt. Claustra igitur illa, vel vincu-
la, Auen Esra per aliani illustriorum vocem interpretatur, ωντις armonchem, palatia
eorum. Et Chaldaeus ωντις birantheon, arces eorum. Hoc declarans Rabi Dauid, Prae-
timore, inquit, sicut folium fluent, tabescunt: atque etiam in his locis, quibus se clauerunt,
formidabunt. Pauebunt letali timore. Hanc interpretationem prior Auen Esra adhi-
buit. Hunc quasi sensum vidit, & exposuit etiam diuus Hieronymus. Et contrahentur in F
angustias suis. Angustias, claustra, loca illa interpretare, quibus se clauerunt, ad quæ paue-
re solliciti confugerunt. Verbum claudicandi, quod Sept. posuerunt, à nonnullis minimè re-
icitur. Superiora patent. Græci longè alia respiciunt. Liceat cuique per anagogias vagari,
modò verborum sensus prior innotescat.

Viuuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur
Deus salutis meæ.

VIENS in sacris litteris, summi Dei proprium nomen, cuius sit vera, legitimaq; pos-
sessio, vita, nullo ei largiente, sed ab eo quidquid vbiq; vita est, profluente, ipso fonte
vita. Sicut, inquit, filius eius, misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem.
Hinc vetustissimi, iidemque sapientissimi Græcorum, nomen dei summi Iouis à vita dedu-
xerūt θεον Ζεύς, qua vel ipse viuuit, vel quā largitur animantibus. Exclamat igitur Va-
tes iā carmen absoluens, iā beneficiis commemoratis: Viuat Deus, sit benedictus, exalte-
tur. Sit nomen eius sempiternum, numen æternum: omnis seclorum vetustas cernat hanc
gloriam. Ut est viuens in sempiternum, sic cupio, sic precor. Quas enim alias grates possit
mortalis Deo? Nomen quoque benedicti pollet idem, atque viuentis. Be-
nedictus est is, in quem omnia bona confluunt, Hebraicè ωντις baruch, quasi affluens,
exube-

Ae xuberans vt baracha, piscina, fons exuberans. Itaque baruch, est quasi fontalis, profluens,
inundans, fœcundus, Græcè refertur ad sermonem ἀλογητός, de quo multa bona dicere cō-
uenit, sed non dicerentur, nisi possideretur. Benedictus igitur est, qui laudes, virtutesq; om-
nes possidet. Eodemq; tendunt Hebraicum, & Græcum. Hæc Deo tribuentes, diuinitas ma-
iestatis eius prædicamus, laudibus eius, animos, & ora complemus, multa virtus, multus ho-
nos recursat, hærent infixi pectori vultus. Deus salutis meæ. Hebraismus, Deus seruator
meus, autor salutis meæ.

*Deus salu-
tis meæ.*

Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me.

DAre vindictas, ab Hebrais expositur, Qui das, vt possim ex inimico sanguine sume-
re pœnas, iniurias vlcisci ab inimicis illatas: vt hostes vlcisceret, potestatem dedisti.
Quod ait, Subdis populos: pro Græco, ωντις ας, Qui subdidisti, est Hebraicu
vaiadber, Qui congregas populos. Id quoque transtulit Hieronymus Qui congregas popu-
los ad me. Et Hebrai, quod ea vox est insolens, alia clariore manifestant, ανα mincheg, cō-
gregas, ducis.. Subiecisti, inquit, mihi populos, ad me aggregasti. Multorum populorum
quasi me paforem dedisti, πομένα λαῶν.

*ω λαίτ' ὅπιτερά φαταί, τοι τοσα μέμιλε
Cui populi addicti, qui tot res mente gubernet.*

Deuictas gentes ad me aggregasti,
B Quām varie gentes, habitu tam vestis, & armis.

Liberator meus de inimicis meis iracundis, ab insurgentibus in me exal-
tabis me: à viro iniquo eripies me.

On parcit laudibus, eloquentiæ poëticæ, cunctas acclamationes, prædicationes-
que congerens, nuncq; subiectas gentes cōmemorans, nunc hostē longè infestiore
fibi, cuius crudelitate diuino beneficio vitauerit, proponens, inimicos iracundos,
barbaros, crudeles. Sunt Hebrai, qui sentiant Saulem, turbamq; sequētem, qui in eum im-
peru factō confurrexissent. Atq; vt ait Rabi Dauid, non ab infidiliis eorum modò, & crude-
lite me liberasti, verumetia longe plurimum supra eos, me extulisti. Hunc exitum habuit
eorum crudelitas, vt tum nihil mihi noceret, tum viam ad ampliores laudes aperiret. Eo-
rum crudelitate plurimum profeci. Multa enim numerare licet commoda, quod fecit Plu-
tarctus, ab inimicis allata. Virum iniquum, Hebraicè virum ων chamas, violento, saeuo,
eundem Saulem tacite describi testantur iidem Hebrai, nec mihi displicet.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo psal-
mum dicam.

Onfiteri, sèpius ostensum, Hebraicè esse verbum Græcorum οὐεν, canere, usurpa-
tum à Græcis ex Hebraica dialecto. Hebraicè hoc loco ωντις ode, cantabo, concinā,
C à verbō ων hada. Vox quoque Græca oda, ex Hebraico sermone venit ad Græcos,
vt vides. Canere igitur Poëtarum est, qui suorum carminum initia auspicantes, semper pol-
licentur se cantare. Homerus in hymnis vbiq; ζεύσου, cantabo, canā: ιπχου οὐεν. Aggre-
dior canere. Itaq; & diuinum poëma, quod vbiq; vetustissimi Græcorum vates imitantur,
cantabo, canam, quoties est in psalterio Latino confitebor. Vim vocis huius esse quam di-
xi, declarat quod sequitur. Et psalmum dicam. In nationibus autem, nimirum gentibus de-
uictis, Resonabit hoc victoriale carmen, quo gratias ob victorias partas ago, in omnes gē-
tes. Is arcus triumphalis erit, hæ columnæ rerum gestarum imaginibus incise. Psalmus au-
tem, est hymnus.

Magnificans salutes regis eius: & faciens misericordiam christo suo,
Dauid, & semini eius usque in sempiternum.

Magnificare salutes mirabiles salutes, atq; prodigiosas attulisse. Quantò grauiora pe-
cula fuissent, tantò fuisse mirabilius hæc vitalle. Tantam hominum multitudinem
à paucis fuisse superatam, atque deletam, quid aliud, quām cælestè fuisse beneficiū?
Diuinæ autem naturæ solitos cursus excedunt. Regis eius, potius regis sui, quem Deus re-
gem designasset, appellasset. Misericordiam Hebraicè ων cheſed charitatem, beneficium.
Hinc chasida, ciconia, beneficia, misericors, plena charitatis, vt fama est. Christum suum,
*Magnifica-
salutes.*
Regis eius.
Misericor.
Christo suo.

Hebraicè Messiam suum, vñctum suum. Sacerdotes, atque reges vngebantur, non minus regnum sacrum, ac sanctum, vetustissimis opinantibus, atque sacerdotium. Hinc apud priscum, eundemque veteri sapientia redundantem, Homerum, saepius de regibus est, *Ιερός οὐρανός*, Sacra maiestas Alcinoi. Vaticinatur quoque mansuram posteritati in perpetuum candem dignitatem.

P S A L M I X V I I I . E X P L A N A T I O .

LI T V L V s psalmi iuxta Hebraeos est, *לְמַנְזֵחַ* Lmazach psalmus David. Dicimus autem, supradictam vocem variis modis ab interpretibus effertur. Nam eam Septuaginta interpres reddunt *τὸν τέλος, In finem*. Alij dicunt designare carmen triumphale, sicut Aquila & Theodosio vertere soliti sunt: *καὶ πάντα menazechim dicunt cantores*, quos sequitur ubique Hieronymus. Alij *πάντα* menazechim dicunt cantores fuisse, qui à vincendo, & à tollenda super ceteros voce, appellarentur: debetq; supradicta vox per genitium proferri: vt quæadmodum dicitur, Le David, ipsius David, sic lmnazach, id est, eius catoris, aut carmē canētis, eoq; modulatu vtētis, qui dicebatur menazeach. Omnino Mnazeach cantor erat, qui diuerso quodā modulatu psalmos canere solitus esset. Ideoq; ferè omnibus psalmis titulus is præfigitur. Duobusq; autoribus psalmi ferè inscribuntur: ipsi David, & ipsi Mnazeach. Huic tanquam canenti, & voce ac modulatu psalmum proferenti: illi tanquam auctori psalmorum. Est autem *τὸν Nezach*, vox polysema, significans modo æternitatem, modo victoriam. Primum significatum sequuntur *τι x*. sed reddit in fine, quod in æternum signabat. Secundum sequuntur ceteri omnes, tam Hebrei, quām Græci, hanc victoriam ipsius, de quo psalmus canitur, interpretantes. Hebrei ad vocē canentium, magnōq; clamore exultantium referunt. Quod & Chaldaeus sequitur, & vero propius videtur. Observatum quoque à doctissimis apud Græcos viris est, quoties psalmus non præferat in fronte argumentum, præclarum aliquid, & aut rē diuinam, ipsū que messiam, aut altissimam philosophiam complecti. Itaque & hic psalmus caret argumento, ex quo intelligimus eo præclaram sapientiam esse comp̄sām. Atque cum duobus sensibus posse intelligi, non solum variae ipsorum interpretum sententiae ostendunt, sed ipse psalmus aperte docet. Ac Græci & Latini omnes ferè sensum anagogicum sequuntur, ducē atque auctore Diu Paulo, qui locum ex isto psalmo citans, In omnem terram exiuit, &c. docuit eum esse secundum alium sensum intelligentum, quām ad litteram. Ideo scriptores, cælos, Apostolos interpretantes, omnem psalmum in eos referunt. Nō potest quidem, nec debet tolli psalmorum sensus allegoricus, sed attendenda prius est littera & verborum pondus considerandum, ne ex verbis male intellexis, diversæ sententiae opinionesque sequantur. Relatio igitur sensu allegorico, consideremus quid à propheta dicatur. Ac quoniam hunc psalmum celebris apud Hebraeos expositor AuenEsra dicit esse *לְמַנְזֵחַ* valde insignem, ac nobilem. Explorare causam necesse est, cur hoc illi sit visum, Nulli enim sapientes, rerumq; scrutatores fuerunt, quibus non diuina, atq; admirabilis visa sit cæli constitutio, ex qua potissimum, qui Deum claris agnoscere oraculis non poterant, naturam aliquam diuinam esse existimabant. Ac veteres tantam esse cæli venustatem putarunt, vt illi diuinitate in tribuerint. Et apud Tullium disputans Balbus, ex ordine cælesti colligit, & affirmat naturam Dei. Anaxagoras natum se esse dixisse fertur, vt cælum suspiceret, unde Deum cognosceret. Hoc ergo & vates hoc loco fecit, vt in admirationem cælestis ordinis desixus, non more imperita vetustatis lapsus fuerit, vt arbitraretur eam esse naturam diuinam: sed Abraham generis autorem sequutus, intellectus ex eo sapientiam creatoris cæli, clamauitq; ex eo gloriam potentiamq; Dei fieri celebrem, ac manifestam. Sed quoniam multa sunt alia quæ sunt cælo longe meliora, ne solum cælum admirari videretur, & ex eo sapientiam bonitatēmque diuinā prædicaret, proposuit aliud longe diuinius atq; admirabilius, cultum, legemq; Dei: eam videlicet sapientiam, quæ Deo reddat homines simillimos. Quod longè pulchrius est, ac spectabilius, quām superius. Atque illud bonum corporeum est, & ad vitam corpoream sustinendam, alendam, feniendam repertum: pietas, sapientiaque diuina, ad viuificandos animos. Quoniamque ex bonis quæ accepimus à Deo, in considerationem diuinæ sapientie & bonitatis deuenimus, multo magis vocamus ad id ex sapientia, legēque diuinalata mortalibus, quām ex cælo: sicut ex sapientia euangelica plus admiramus bonitatem seruatoris, quām ex ordine cælesti, reperio quidem & illo ad hominē.

A hominum utilitate. Duas igitur res admirabiles ac clarissimas habet mundus, alteram corpoream, cælum, ordinēsque cælestes: alteram ad animos spectantem, legem diuinam. Has igitur prædicat hoc loco diuinus poëta, cuius eò est admiranda sapientia, quod postquam de pulchritudine cælesti dixisset multa, mox ad explicādam aliam maiorem pulchritudinem transit, legis diuinæ. Solitus idem etiam aliis psalmis facere. Nam cū dixisset: Domini est terra, & latitudo eius: mox ad cælestia, & ad sapientiam vitamq; animorum prope rauit: *Quis ascendet in montem domini?* Itaque & is psalmus habet tres partes, prædicatur primō sapientia diuina ex ordine cælesti. Secundo predicatur eadem ex sapientia, quā largitus sit hominibus Deus, eaq; multis verbis commēdatur. Tertio præ se fert vates appetentiam istius sapientiæ, oratq; ob id vt delictis suis ignoscatur. Vides ex his quantō præstet hæc theologia, profana theologia: cū illa cælum admirata fuerit, sed conditorem cæli non omnino cognoverit: hæc & creatorem cæli, & maius bonum, quām ordines cælestes, viderit.

Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius
Cannuntiat firmamentum.

RALATI o est, quæ dicitur Hebraicè mashal, & quā Græci vocat *πορευόμενοι*, quoties rebus inanimatis, spiritum, vocem, sensumque damus. *Propheta*
B Sic cū cælum sit inanimatum: datur illi sensus ac locutio, quemadmodum, Montes exultabunt à conspectu domini: & Exultabunt omnia ligna syluarum: & Sion dicet, & Montesque feri, sylvaeq; loquuntur: & id genus multa: creberimāq; est in scripturis prosopopœia. Nec putes, vt Basilius quoq; in Hexamerō admonuit, cælos ideo esse animatos, quia dicatur hoc loco, narrare gloriam Dei. Quod opinatus est hoc loco Rabī Moses Ægyptius, ad placita philosophorū videlicet trahēs scripturas. Sequeretur enim etiā montes esse animatos, quia exultare, ac laudare Deū dicātur. Maximus autē is apud Græcos iudicatus est error. Eadē prosopopœia dat propheta ipsi cælo loquellā, ac vocem, vt hanc eorum vocē, qua gloria Dei prædicent, & ostentent, nulla sit natio quā non exaudiat. Cæli autem, *πάντα* secundum linguam Hebraicam, numero multitudinis proferuntur, singulari numero nunquam: *cæli sha-*
an autem vsus lingua sit, an sacramentum, vt non diffinit Hieronymus super Esaiam, sic *māim*.
ego nō pronūcio: potest enim esse lingua cōsuetudo, sicut Athenæ, Thebae, Pisæ, tenebræ, Ruris cælos fortasse dicere Hebraicus sermo maluit, vt molem totam, in tot partes distributam, innueret. Duplex est autem in scripturis diuinis cælum: vnum quod oculis patet, ordinēsque æternos corporum, luminūmque suorum nobis ostendit, qui cæli dicuntur in *Cælum.*
scripturis sacris. Alterum autem quod dicitur cælum cæli, vel cæli cælorum. Vt quemadmodum Sancta sanctorum, locus erat sanctissimus, sacerrimus, ad quem soli sacerdoti patet accessus: sic item Cælum cæli diuinissima, optatissima, abditissima, ac suprema cæli pars, habitatio Dei, & Angelorum, diuinorūmque animorum. Quod significat repetitio, si cur Rex Regum. vbi quod in casu nominandi ponitur, præstat ei quod sequitur. Hinc Aristoteles ille, etiam istarum litterarum ignarus, sed non ignarus naturæ, & arcanis eius non assuetus, duplicitem cæli naturam non ignoravit, cū de cælo differēs, primum dixit cælum appellari quod claritate sui oculos mortalium compleat, alterum supremum quoddam & à motu istius quod videtur, disunctissimum, extra anni, solisque vias lunæq; labores: in quo dixit esse beatissimos colonos, qui extra tēpus positi, omne, ævū illic felicissimè vivant. Tam igitur illud cælum inuisibile, quām istud inuisibile, narrant, prædicant, vociferant gloriam Dei, cælum inuisibile, nobis, inuisibile, diuinis animis. Sed multō magis illud cælum maiestatem prædicat diuinam, ibi vera, ac magna Dei potestas, & claritas, & ipso opere lucefit, & vocibus habitantium celebratur. Illic, viue voces exaudiuntur: quas si & ipsi exaudire possemus, inenarrabili voluptate afficeremur. Narrant igitur cæli nostri, gloriam Dei: prædicant, ostentant, quantum potuerit ipse creator: qua sapientia, qua inueniendi, excogitandique solertia fit prædictus: Quæ principia repete potuerit, quibus aleret inferiorem mundum, qui totus, vt externa philosophia prædicat, à superiore pēdet, ac gubernatur. Hanc ergo diuinam gloriam narrant cæli: nos autem auditores sumus, qui facti sumus, vt opera diuina in cælo contemplaremur. Ideo Chaldaeus interpres, prosopopœiam relinquens, vbi Hebraicum dicebat narrare cælos, posuit eos quibus narratur, *Vnde ipsi auctorem agnoscere mus.*

prædicatúrque à cælo, gloria ista Dei, sic Chaldaicè reddens Hebraica, Qui cælum suscipiunt, cognoscant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant quæ in aëre apparent. Ac Hebræi duabus præcipue rebus gloriæ Dei ex cælo dicunt ostédi, Luce, & Motu, incredibili artificio cōpacto, qui cùm quid duas habeat incitationes inter se cōtrarias, altera in occasum, alteram in ortum corpora rapiēt: tanto tamen fertur ordine, vt quod vix fieri posse videatur, nulla accidat vñquā perturbatio, semperq; altera loco, situ, motu alteris respondent. Sed cælestem contemplationem ex scriptoribus profanis potes agnoscere, ad quos te remitto. Vbiq; autem scripturæ sacræ ad testimonium diuinæ potentiaæ proferunt cælum. Quoties clamat Elaias iuxta cū ceteris prophetis: **Quis tetendit cælum preter me?** Quis fecit vt hoc super omnes terras incubaret?

gloria *Kabod.* *Gloriam Dei.]* *Gloria quæ Latinè dicitur vox hominum incorruptè iudicantium, lausque conscientiæ bonorum, & Græcè δόξα, quasi existimatio, & altus ac magnus de qua re sensus Hebraicè quasi grauitas, valor, vis. Chaldaicè hoc loco & vbiique. Ήγειρά pretiositas, sic enim sonat. Hæc, inquam, gloria, id propriè est, quod intus, & extra substantiam diuinam existit. Intus quidem, quod in caligine diuinitatis suæ pelagus habet bonorum, infinitusq; rerum optimarum, præstantissimarumq; thesaurus in arcanis eius delitefecit, omnium rerum fontes & origines. Ibique perfectissimo modo sunt cuncta ac longè plura, quæ quoconque modo sublîstætia apud nos, admiramur. Atque ille est verus ac maximus mundus, illa vera vniuersitas, cuius vt profanæ quoq; litteræ fenserunt, solùm perfecta celebritas ac fama apud semetipsam est. Proinde summum eius bonum, infinitaq; voluptas, est in cognitione claritatis suæ. Huius interioris gloriæ, quæ soli sibi est perspicua & perspecta, quidam quasi radij tunc cläruerunt, cùm mundus creatus est, & nos scintillas quædam vastæ & infinitæ gloriæ illius cognouimus. Hęc gloria Dei exterior duabus maximè rebus, quas hoc carmine differuit vates, innotuit luce corporeæ, & incorporeæ: id est, cælesti luce, qua corporeus mundus, & vita temporaria sustinetur: & altera luce, quę & ipsa venit de cęlo, sed illo vero optimo perfectissimoq; cęlo: vt ita duæ luces sint, sicut cæli duo. Dico autè sapientiam diuinam, qua tenebræ animorum discussæ fuerunt. In quo mirabiliter claruit gloria Dei: id est, & sapientia eius, & alia quædam incommemorabilis virtus communicandi terris sapientiam, cuius proprium erat in cęlo domicilium. Gloria igitur Dei, id est claritas, pretiositas, nobilitas est duplex, interior, & exterior. Interior ipsi soli nota: exteriorem, ac quasi radios illius, vidimus ipsi in cęlo, longè autem magnificentius inclinavit, cùm sapientia cælestis missa fuit è cęlo. Hinc cæli sursum, ac deorum enarrant gloriam Dei.*

Enarrant. [Et] participium est verbi graisoni, secundæ coniugationis, sicut me-
phachēdīm. Designatque vox, narrare, scribere: vnde sepher, scriptura, vel liber, vel
epistola. Signat quoque numerare; ut saphirōt, id est complexus numeri, numerationes.
Abraha dicitur, סִבְרָה אֶבְרָהָם Suscipe quæso cælum, & nume-
ra stellas, si potes numerare eas. Ergo proprius vōcis significatus est censere, & quod Gra-
cē καλλογή, quasi describere, ac multa narrando comprehendere. Tale igitur facit cæ-
lum, non vimam Dei nobis ostentat virtutem; sed penè innumerabiles, quot quasi in eo si-
dera fulgent. Narrat solettiā inueniendi tantam molēm, docet quanta sit in Deo excogi-
tandatum rerum potestas. Recenset mirabilem prudētiām, qua tantas luces mirabiliter, &
excogitau. luminē, & situ, & motu distinxit. Qualem artem excogitant, qua vitam hominibus peren-
nem suppeditaret. Denique quod omnium est maximum, narrat eius incredibilem boni-
tatem, ac benignitatem, quod largiri hæc cæteris voluerit, quod tam amicè bonis, ac vitæ
mortaliūm consuluerit. Quod cùm id præterire citra cūlpā, atque omittere posset, maluit
tamen exequi, & creauit cælum, ex quo non modò in cognitionem, & venerationem
diuinitatis suæ non venturos homines sciebat: sed gloriam etiam suam, & cultum da-
tiros op̄eri quod creabat, & blasphemis & luce indignis, lucem se creare cernebat.
Qua in re mirabilis apparuit clementia & bonitas eius, cum summa potestate & sapien-
tia coniuncta. Has, & alias innúmeras, quasi catalogum, narrant cæli Dei virtutes. Quæ co-
iunctæ dicuntur gloria eius. Ideoq; recte Deo gloriosus à philosophis vocatur.

El. Dei.] Hebraicè **לֵהֶל** El, cum multa sint nomina diuina in scripturis, omnia distinctos propriosq; significatus habentia: Vnum vero est nomen El, quod potestatem, fortitudinemq; designat. Recepit igitur positum est hoc loco, quo de summa potestate Dei fit sermo, quasi cantaret Vates, Cali enarrant gloriam fortis, ac potentis. Hic enim maximè claret cius

A eius infinita potestas. Denotat igitur El, fortem, ac potentem. Quod video etiam Abraham apud Hebreos obseruasse. וְאַמְתָּה לֹא תִּשְׁאַל dixit autem El, vt indicaret potestatem eius.

Et opera manuum eius.] Primum corrigendus est locus, ut pro opera, legatur opus. Sic enim Hebraicè **מְהֹשֶׁת** mahasche, cuius pluralis numerus est mahasoth, primumque est hoc loco. Græcè verò **τόπον**, Septuaginta verterunt. Quare extra omnem controvèrsiam est, locum vel à librariis esse pérmutatum: aut interpretem, quisquis fuit, (non enim Hieronymus fuit) maluisse sibi, quām veritati satisfacere. Legendum est autem Opus, vt appareat non de cæteris operibus, sed illo eximio, quod describere proposuit, esse sermonem. Hoc igitur est eximium opus manuum Dei, quod in omni ope-
re diuinis consiliis extructo, tenet principatum. Nec dubitauerim asserere, per prosopopœiam dari manus Deo, hoc loco, sicut locutio datur cælo, montibus exultatio, lætitia sylvis. Non secus enim caret manibus Deus, atque illa locutione, voce, ac sensu. Cūmque prosopopœia sit adhibere illuc spectabilem personam, ubi non sit, Deus autem membris, & visibili forma non sit obuolutus, singuntur à nobis illi manus, cæteraque membra tribuuntur. Id autem priuata quadam consuetudine fit in scripturis sacris, in cæteris scriptis non item: nisi quasi poëticè, quale facit Homerus. Cuius figuræ, à figuris scripturæ sacræ hoc differunt, quod promiscuè bonos ac malos affectus, & omnia corporis membra, Deo suo attribuit: scripturæ tantum eos affectus, qui sint meliores, culpaque
B videntur, & eas corporis partes, quibus vires ac facultates insint: ut manus, brachia, au-
res, oculos, nares. At quasdam partes inertes, ac segnes, ac turpes, non ita inuenies in scripturis Deo adiudicari. Piores igitur quoties adiungere Deo scripturas videbis, scias esse prosopopœiam. Hæc figura multis fit rationibus: in vniuersum quidem cùm datur persona, non habentibus: priuatum cùm vel rebus inanimis, vel animatis quidem, sed ratione parentibus, aut vtrōque pollutibus, sed corpore parentibus. Illud item scire operæ pretium est, in mentibus à corpore separatis, quod de Deo præcipue verum est, non quidem sensus, sed facultates quasdam similes, maioresque sensibus inesse. Non vixum, non auditum, sed quasdam audiendi, videndiq; acerrimas facultates, virtutemq; admirabilem. Sic neque manus, eandem tamen facultatem, quam in corpore nostro manus obtinent. Omnesq; nostræ facultates, quæ in organis insunt corporis nostri, integerimæ, ac validissimæ, maximeq; vegetæ sunt in animis, ac mentibus separatis sine organis. Has ergo quoties memorant scripturæ sacræ, exprimunt quidem eas, nominibus rerum nostrarum, quo possint intelligi facilius: sapientibus autem verior ille sensus relinquitur. Igitur cùm audis manus Dei, intellige tantam vim, ac potestatem, quanta creare tam vastam molem, tot luminibus distinctam, tanto tamque constanti mo-
tu instructam potuerit.
Manus
Dei.

Cigitur Poëtam dicentes, Græci Homerum, Latini Vergilium *καὶ ἔξω* intelligent: sic talia multa sunt in scripturis. Ex his præcipue est, quod dicitur ab Hebræis opus Berescith, id est sex dierum. Nam quanquam multa sunt opera Dei, unum est præcipuum opus, quod in sex dies à scriptura partitur. Hoc ergo præcipue dicitur opus, quod sex illis diebus perfectum est. Quod certe fuit mirabilissimum non solum quod excogitatum, ac editum tale fuit ab autore: sed quia prouisum est ab eo, vt idem esset semper, quale fuit in exordio: magnæ enim prudentiæ, solertiæque extitit, & certe tantum diuinæ, opus tale effecisse, quod esset maxime diuturnum, atque extra senium, semper in eadem iuuenta, eodemque flore, eisdem semper ordinibus, motibus, luminib[us]que incidentibus. Consideráque (nam præcipue de cælo loquitur Propheta, sib quo terrena clauduntur) considera, inquam, quantum illi ingenium fuerit, quod cum omnia senescere, ac deficere videamus, cælum tamen ita ab eo effectum est, vt neque lumina eius senio hebetentur, neque motus luxentur, neque moles liquefacat, ac tabescat, vt animalia, arbores, lapides, montes, littora, maria. Opus ergo illud totum, dicitur opus Berescith, in quo primò cælum fuit creatum, idque inter creaturas corporeas tenet principatum, generalis causa viventium ac origo. Et, vt Eusebius de euangelica demonstratione ait, *τοῦτον ἀπὸ αὐτοῦ ἐγένετο*

δι αὐτοῦ, χρή εἰς αὐτῷ τὸν μελόνταν ἔστειλεν Δημητρίους λόγος οὐφεύλων, καὶ τὰ σύρματα δὲ Δῆμος τὴν δικαιοσύνην τοιχούσαν εἴπει αὐτῷ καταβαλλόμενος. Primum omnium, inquit genuit cælum, per ipsum & in ipso rerum futurorum opificas omnium rationes inchoans & semina gignendarum rerum subiiciens.

Annunt. Firmamentum. Quod ait annuntiat, etiam prosopopœia est. Porro quod ait firmamentum, duabus rationibus potest exponi: Aut enim repetitio est eius quod ante dixerat, quæ loquendi forma apud prophetas est visitatissima, vt saepe idem verbis diuersis inculcent: præcipue Esaias, & Psalmi, idque eloquentiae maiestas exigit, quod hi qui apud Græcos ac Latinos grauissime loquuntur, usurpant: Aut diuersa dicit. Potest enim esse primum, quod idem sit cælum, ac firmamentum, & idem enarrare, atque annuntiare. Potest item inter ea plurimum differre. firmamentum igitur vocatur Hebraice υψι Rachia, cælum dicitur ψυχή shamaim. Quarum vocum si quæras etymologias, rachia designat effusionem, expansionem, porrectiōnēmque. Cælum dicitur, autoribus Hebraicis shamaim, quasi esmaim, id est, ignis & aqua: ex his enim duabus rebus videtur cæli constare natura, quod in lumine & calore, & perspicuitate eius cernitur, quæ facultates sunt, ac proprietates ignis & aquæ: Idq[ue] perhibere scripturæ & scriptores videntur. Rachia vero dicitur effusio, expansio, vt primum nomen signet substantiam, ac naturam, hoc autem situm ac positum, modumque ipsius corporis. Quod enim cælum circumpletebitur terras, omnia tanquam vestis circuntegens, hoc expansio Hebraice vocatur. Ac tale quiddam videtur is etiam cogitasse, qui apud Græcos cælum vacauit ἐξεργάσθε, quasi supremam omnium rerum metam, extremum quasi inuolucrum, amplexum, ac marginem omnium rerum. Vocantur tamen Hebraicè effusiones, id est rachia, omnia elementa, quorum idem est situs, & amplexus, atque ipsius cæli, se inuicem amplectentia, ac circumtegentia, qui actus Hebraice dicitur effusio, expansio. Hac de causa, quod firmamentum Septuaginta sunt hic interpretati, Chaldaeus vertit ψυχήν auera, aërem: quod Abraham sequutus, docet in aërem, imprimi celestia bona, & ab aëre in terras descendere. Nam lumen, ac calor à cælo quidem descendunt, sed nisi aër vehiculum luminis & caloris intercederet, neque videri quicquam, neque de cælo calor ullus manare in terras potuisset. Propterea, ne bis idem videretur dictum, non firmamentum, sed aërem, hi duo sunt interpretati. Rabi vero Salomon, Rachia, cælum intelligit, quippe quod ita in Genesi sit appellatum. Et appellauit, inquit, Deus, firmamentum cælum. Omnino Rachia vocatur: omnis elementorum situs. Quippe & terra dicitur effusa, vt Esaiæ capite quadragesimo quarto ψυχήν ψυχήν παντας extendens cælum, diffundens terram. De aqua igitur, & aëre etiam predicari hoc nomen potest. Hunc situm cæli atque elementorum, expresserunt quidem Sept. vox Graeca, sed non eodem modo. Nam in cælo, ac terra, & amplexus ipse est, atque diffusio, tanquam vastissimorum corporum: vt, iacuïque per antrum, fusus humi: & stabilitas situs & corporum. Primum designat vox Hebraica, secundum vox Græca ψεύμα, quæ aut soliditatem corporis celestis, aut situs stabilitatem designat. Vtrunque narrat gloriam Dei. Quo loco contemplare, quæsio, quid tibi Vates dicat. Tale hoc esse miraculum, tale tantumque portentum, firmamenti eodem in loco semper residentis, vt hoc ipsum dicat attestari operi diuino. Eodemque modo subiecit hic opus Dei, sicut superius gloriam: illic dicens, à cælis doceiri, narrarique gloriam Dei: hic, à firmamento annuntiari opus eius. Ut ergo cælum, atque firmamentum sunt idem, sic idem opus manuum eius, atque gloria. Opus igitur Dei, est gloria eius, quæ prædicatur apud nos à cælo duobus modis: quod corpus sit luminosum, constans ex igne & aqua; & incorruptibile, & quod firmamentum est, id est vel expansio terras desuper circumque complectens, vel stabile eodem modo persistens. Refertur igitur & à sacra isto Poëta, & à ceteris diuinis scriptoribus: tanquam miraculum, quod diffusum sit circumque cælum. Et Athenagoras apud imperatores de potestate Dei disputans: Illud, inquit, maximum, acceptissimumque sacrificium arbitramur, ἀντανακρέντες τὸν θεόν, καὶ συνεσφράγεισαν. Si percipiamus, atque animo cogitemus, quis tetenderit, effuderitque cælum, & in orbicularem formam contraxerit. Ac maximum miraculum est, si rem funditus

Atus perpetuare velimus, cælum à terris sublatum, corpus vastum, & vt credere necesse est, solidum, tanta esse stabilitate, vt perinde illic ubi est, consistat; sicut solidissimis naturalissimisque radicibus subnixa est terra. Vt quemadmodum impossibile est, quod profanus quidam philosophus dixit, si vel concilium Deorum congregetur; vel digitum propelli posse terram: sic cælum putandum est sedem habere firmam, & cui potestate Dcū situs pro natura. Ac cogitare debemus, cælum velut alteram terram æternis radicibus, ac basibus fundatum: codem prorsus miraculo, quo medio pendente in aëre terram, admiramur. Quarum rerum ratio partim potest assignari, partim inexplicabilis est. Nam cum ad rem ipsam ventum est, putamus naturæ lege esse factum, vt hunc situm res tantæ habuerint: sed cum nobiscum altius cogitamus, nec primis dunt taxat motibus acquiescimus, vtteriusque tendimus reputando, tum vero obstupescimus, tum exclamat animus, O singularem, inauditam, incomprehensibilem diuinæ sapientiæ, scientiæq[ue] profunditatem. Cælum igitur exerta voce clamat, testatur gloriam Dei, quod firmissimo in loco tanta soliditate consistat, vt hoc sit natura eius: Tum eam quoque iactat vocem, creatoris sui vociferans potentiam, quod tanquam testum, ac cortina cooperiat, ambiatque terras: aut quod tanta sit soliditate roboratum, vt vel ipsum superet adamantem. Neque enim putas esse aliam causam, cur omnium visibilium rerum, solum cælum non corruptatur, nullamque à tempore laberi patiatur, quam quod habet durissimam, solidissimamque compaginem, & tantam corporis firmitudinem, vt omni corruptioni resistat: nullaque res est cælo solidior, vt nihil est incorruptionibus. Omnibus igitur resistit temporum iniuriis, multo validius, quam omnibus fertur iustibus adamans obstat. Hinc appellatum est à veteribus firmamentum, sive soliditas, vt Græca vox sonat, & Homerus veterum opinionem sequutus cælum vocat πολύτελον, quasi multipliciter æretum, ferreum, solidissimum, plusquam æs: vt materiam cæli indicaret, esse æte multipliciter solidorem. Hoc igitur mirabile fuit, ac prodigiosum, talè fecisse ex rebus corruptilibus compaginem, quæ nō esset corruptibilis. Non verebor autem, nec grauabor proferre, quid loquatur super hac te dōctissimus Theodoritus in libro de prouidentia, qui similia quædam de cælo considerans, sic locutus est: Άλλ' ὁμοίας καταβητῆρι ἔχει καὶ φερτῇ δύται, ἔμενεν δύσσοντι, τῷ το πεποιητος κατετέχειν λόγῳ. οὐ γάρ ἀπιμετρήσας εἰπειν λόγος, συνέχει, καὶ τὸ σαφέρν αὐτῷ καὶ ἐδρῶν, μετεῖι τὸ θέλημα, τοτε τὸ χρεῖαν πυρὸς αὐτῷ ἐχειμόν, πλέον φυῖα κατεσκέψι, καὶ τὸ φωτεῖον εἰς τούτοις ἐνιστᾶν κύκλοις, ἐτίθεται, οὐ τὸ ἐμπίσταται ταῦτα γέρον, τὸ πυρὸς ή φύσις τὰς ἐπεργάσις τὸ το πεποιητος ἀδέσποτον. Σενοντι μὲν, καὶ τερρυρον, καὶ σύνθημα, καὶ οὐδὲ τὸ τελεαπόδι τὸν ὑδάτων ἔηραντει τὸ ὑδάτων διπλανόντος: λίθος δὲ ἐφέι, καὶ τὸ περιπονον αὐτῶν ἀφαιρέτω, καὶ τὸ περιπονον φύσιν ἀποδένειν κάτιν, Εύλα δὲ καὶ χόρτον καὶ κελαῖμον παῖδες ἐμπίσταντο. ἀλλ' ἐδὲ τόπον οὐ έργανος οὐ ποιεῖται, οὐ τίκτεται, γέρον αὐτῷ τὸ κρυσταλλόδεις ποσαύτην τὸν το πυρὸς τὴν σύνταξιν τοιεῖται τὸ καὶ Διεργατέον, ἀλλ' ἐγκεντον αὐτῷ σύνταξιν, καὶ τοποκείοντα, τὸς ἐναντίας φύσει εἰς φύλαις συνήσχει, καὶ γέρον τὸ πυρὸς ή φύσις τὸ το πλάνος σύνεται τὸν ιδεῖται τὸ καὶ Διεργατέον, ἀλλ' ἐγκεντον αὐλήλοις οἰκιστέοντας πολεμιστος κρύπτεον ἐνεργεῖσας, καὶ τῷ το πεποιητος λόγῳ πειθαρέτες, τὸν δὲ οὐδὲ φύλαις ἐποδέσσαντο. καὶ τούτα τὸ φύλα κάτιν, καὶ νένικερντον σύνταξιν, ἀλλὰ οὐδεὶς μένει τὸν δὲ ἐφέι πολεμιστον, καὶ τούτη τὸ πεποιητος σταφος. Id est, Sed enim cum corruptibilem, mutabiliisque substantiam sit fortitum, semper tamen esse perseueravit, quale fuit à principio, sustinete ipsum opificis sui verbo, à quo veluti creatore regitur, & continetur, ei q[uo]d genus omnia ignis in naturam liquabilem dissoluit. Cennum, & lacus, ac stagna humorem eorum absolum exiccat. Lapidem perfacta eorum duritie, communuit, & solidissimam naturam redigit in puluerem. Iam ligna, & foenum, & calamum nullo negotio incidunt. Horum nihil patitur cælum. Non dissoluitur à tantis ignibus, quibus ardet glacialis eius natura, non nocet eius æquabilitati, ac lenitati, neque destruit flueréque facit formæ

rotunditatem. Nam qui ipsum tanquam cameram fixit, & vt tentorium diffudit, contrarias inter se naturas sociato foedere, congregauit: vt neque natura ignea, ab aquarum copia extinguitur, neque cælestis corpus quod glacialis, & aëria, sive nubifera natura est, à copiosissimo igne inflammata liquefcat: sed proxima sibi degentia inimicas non edunt operationes, opificisque voluntati obsequentia coniunctissime degunt: Idēq; inanimata restringeque mente parentia. Et manent, metas illas in exordio datas custodientia: Gubernator enim est natura, creator eius, nec quam ipse fecit nauiculam, destituit. Hęc ille. In quibus cùm multa sint præclaras, tum verò expressum testimoniu, non habere cælum mentes, quemadmodum corpus humanum, gubernatrices: sed regi à creatore suo. Quod idem in principio Esaiae in interpretatione sua confessus est. Videntur ergo nostri Latini, qui sape Aristotelis de cœlo pertinacius defendunt, quid vetus illa Græcorum sapientissima Theologia senserit. Sed hæc veluti notiora hic taceantur. Iob quoque, qui antiquissimus est, non dissentit ab Homero de cœli soliditate. cap. 37. Tu forsitan, inquit, cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Obseruabimus quoque non appellari in scripturis firmamentum octauam sphærām, quæ Græcè dicitur ἀπάλλαξ: sed totam cœli visibilis compagem, omnésque globos, quotquot existant. Nam in Genesi dicitur, Posuit ea in firmamento, ac de stellis, sole, lunāque est sermo. Sol autem & luna, non sunt in firmamento.

Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.

E

Eructans.

RIMVM omnium, verborum proprietas manifestanda est. Eructare verbum, in lingua Hebraica cœberrima locutio: Eructabunt labia mea hymnum: Eructauit cor meum verbum bonum: significatque sic vocem proferre, vt fontes perpetui fundunt aquam: perennisque oratio, ac sermo proprius significatur. Verbum eius in prima coniugatione est, וְנַהֲבָה manare, profluere: in tertia significat hoc ipsum in altero effectum, id est, cùm efficit, vt fluat, manet. Quod autem dixit, Indicat scientiam, Hebraicè וְיִמְלֹא manifestabit, annuntiabit: Designat ergo perennem cœli locutionem, testimoniumque diuinæ potestatis. Primum igitur obseruandum est, hoc quoque loco esse prosopopœiam: datur enim locutio diei, ac nocti, sicut superius cœlo, & sicut manus Deo. Vbiique igitur seruat hanc figuram, sicut & quæ sequuntur, indicant. Tanta igitur est in cœlo constantia, tanta in diebus ac noctibus similitudo, vt altera prænuntia sit alterius, & quæ sequatur, eadem sit atque præcedens. Nullus est error, in omni cœlesti illo agmine luminum, & quæ ordinibus totus incedit exercitus. Oritur sol, atque occidit, & quod hodie fecit, faciet cras. Nocturna sydera, eadem cras apparet, eodem in loco, ac situ quo prius. Nihil ibi erroneum, nihil fallax, ac fabulosum, nulla depravatio, & exorbitatio: veluti si ab auriga prudentissimo moueatur, eisdem semper vestigiis, in sua terga reuolutitur annus. Eadēque hæc admirati sunt cœteri poëtae. Claudio.

Nam cùm dispositi quæsi sem fœderam mundi,
Prescripto que mari fines, annique meatus,
Et lucis noctis que vices: tunc omnia rebar
Consilio firmata Dei, qui lege moueri

Sydera. Nec aliud dicitur hoc loco à patre, quād quod filius Salomon de tempore philosophatur. Quid est, inquit, quod hodie factum est? Ipsum quod fuit heri, Oritur sol & occidit, & restringit ad aquilonem. Nihil fit nouum sub sole. Hocq; non solum de rebus humanis est certissimum, sed multo magis de ipso cœlesti motu, & æquabilitate cursus eius Laudant ergo cœli gloriam Dei, præcipue in hoc tanto ordine, tanta dierum, ac noctium constantia. Nam quoniā similitudinem ex rebus humanis assumpsit, respice ad ea in quibus certus sit ordo: semper ex præcedentibus audimus ac cognoscimus quæ post sequentur, vt illa istorum dicamus esse prænuncios. Antecedit pestilentiam famas, idque vsu comprobatum est: famem dicemus Hebraicè, eructare verbum pestilentia, id est pro pestilentia futura loqui. Antecedunt cometae, graues calamitates, dicemus eos loqui ac quasi præfari pro malis illis. Terræmotum antecedit μετεύξις, ventorum tranquillitas, quasi anteambulo

Aanteambulo, & præco. Sed multo certiora, ac veriora hæc sunt in illo ordine cœlesti, vt altera post altera, mirabiliter, constantissimōque ordine eadem subsequatur, eadēque omnium quotidie fiat restitutio. Hancq; similitudinem clarissimam intelligemus, si proprietatem sermonis Hebraici accurius consideremus. Nam cùm dicit, Dies diei eructat verbum: non eum habet sensum, quem forte suspicimur, vt dies loquatur diei, & nox noctis: sed alium longe veriorem, qui ex ipsa proprietate sermonis colligitur: בְּרֵבֶד. Dies inquit ipsi diei, id est, dies pro altero die loquitur: Sic nox pro altera nocte: vt orto & ratio, qui in hac die est, nuntius sit alterius diei sequentis. Ac præcedentes dies quasi anteambulones, ac præcones sunt subsequentia. Hoc autem dicitur, vt ordo cœlestis ac constantia ostendatur. Sic cùm dicit, & nox nocti indicat scientiam: id est, Nox pro altera nocte præbet testimonium, nox dat scientiā alterius noctis, datum indicium, ac quasi cognitionem, vt ex una possit scire alteram. Eadem est illa cœlestis semper res publica, idem magistratus operantur, eadem munera, non vt res humana, quæ semper fluctuant, nec ex primis intelligere possumus in particulari subsequentia. Cæteræ quoque res terrenæ semper mutantur, semper vacillant, nihil stat: solum illic est (de corporibus loquor) æterna eadēque semper ordinum facies. Neque vero, vt ipse arbitratur, colligenda est hinc astrologia, vt ex cœlestia siderum, detur Astrologis unde scientiā cerram aucupari potuerint. Potius enim hoc ad astronomiā spectat. Comprendit igitur hoc ordinem totius anni. Dicitur enim de singula quaue die, ac singula quaue nocte, ex quibus totus annus conficitur. Ex diebus igitur dies, & ex noctibus noctes cognoscuntur, sicq; nihil noui sit in eo ordine, quod de vniuersali cœli motu intelligendum est, non his quæ in aëre generantur.

Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiuntur voces eorum.

ORVM verborum varius est sensus. Reddamus autem Hebraica ad verbum, vt sintclariora. בְּרֵבֶד יְמִינֵךְ נִתְחַנֵּנִי Non est locutio, neque verba vt non audiatur vox eorum. Hieronymus sic reddidit: Non est sermo, & non sunt verba, quibus non audiatur vox eorum. Primus igitur sensus quem expressit Hieronymus, quæcumque plures sequuntur, talis est, vt dicat, Nullam esse linguam, ac gentem, quæ non exaudiat illam vocem cœlorum, testimoniumque illud, potestatis, sapientiæq; diuinæ. Vbiique, inquit, reboat vox illa cœlestis, omnibusque claret locis, incorruptus ordo, acies pulcherrima syderum. Tanta eorum est, tam clara & certa ista attestatio, vt apud omnes gentes sit notissima. Hunc sensum ostendunt ea quæ sequuntur.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

CÆRE enim eadem à prophetis, diversis verbis repetitur. Alter sensus quem & Chaldaeus proposuit, & Hebrei aliquot comprobant, est: Declarat enim Propheta quasi prosopopœiam, eamq; enodat: Dixi, inquit, celos narrare gloriæ Dei: dixi firmamentū annuntiare, ac testari operi diuino: dixi diem de die, noctem de nocte ventura, date mortali bus scientiam: cæterum non sit vox, ista annuntiatio, ac exclamatio. Nam neque vox est cœlis, neque sermo & alloquium, neque exauditur vlla eorum vox: sed, In omnem terram exit ordo harmoniæque eorum. Quo loco attendendum est, quod vbi Septuaginta reddiderunt, ὁ φθόγονος αὐτῷ, sonus eorum. Hebraicū habet, בְּרֵבֶד ordo eorum, vel harmonia, aut moderamen, normaque eorum. Et Aquilas pro sono, posuit ὁ λαβών, regula, linea. Quibus consonè Chaldaeus transtulit, In omnē terrā exiuit μετεύξις, iuxtaga hinianehon, extensio, vel ductus corporis eoru. Hoc igitur cum Hebrai habeat, respōdet ei quod superius est positū: ostendit enim quam habeant cœli vocem, quā illis inesse denegauerat. Vbiq; inquit, tractus cœlestis patet, omnē implet mundū eorum Harmonia, non illa inquā Pythagorica, sed illa quæ sine vocis dulcedine, dulcissima, ac tēperatissima est. Hunc sensum, vt dixi, sequuntur Hebrei: Siquidem Abraham, Ecce, inquit, vates prædicat, Visu corporeo, ac visu mentis interiori, ac sapientia, cognosci veritatem vocis cœlestis. Cōmemorauit enim non esse cœlo os, veluti humanum. Sic ille. Habes igitur alterum sensum: Ego vtroque

MM ij

suit hic propheta similem quandam sensum, vulgaribus accommodatum, qui cum videantur cælum, undeque terras circumplexentes, finiri in Orizonte, hoc existimant illic esse finem eius. Astronomi quoque se huic aspectui accommodantes, inuenientur Orizontes, id est, finitores, qui proprii cuique regioni sunt, ubi finiri cælum oculi corporei cernunt. Orizontem igitur & ipse Vates hic commemoravit, eodem appellans eum vocabulo, quo Græcè nuncupatur οὐρανός. Ab orizonte dicit ascendere Solem, & cursu obliquo, ac revolutione, & gyro ut vox sonat, reuertit ad ipsum orizontem. Quemadmodū Salomon de Sole scribit: Gyra, inquit, ad meridiē & voluit ad aquilonē, tendens videlicet versus occasum, & sub terras lustrans eas partes, quæ sunt aquiloni, septentrioni, cōtiguae, atque hæc solis rotatio ex ventis quoq; percipitur, cum ex ea parte venti moueatūr, in quā sol flectitur, meridiemq; eo obtinente, etesiē perflat, vespere, ab occasu Zephyri spirat. Hæc igitur est gloria Dei, & inexplicable sapientia sua testimoniu, quod cursum solis obliquum temperauit, ut sibi succederent æstas atque hyemis, & omnes terræ, caloris, ac lucis eius essent participes. Quod si equaliter à cardinibus distantē secundam illi præcidiisset, futurum erat, ut æstas esset nulla, nulla frugum maturitas, tum bona pars terrarum, quæ videlicet ab illō solis trahite longius recessisset, suisset inhabitalis: appellatusq; est in circuitus iure ζωοφόρος, quod hinc viuant omnia. Ortum igitur solis, & motus indefatigabilem velocitatem, tum cursum eius obliquum descripsit, in quo summa prouidentia, gloriæque Dei apparuit. Extrema igitur cæli, sive orizontes, etiam summa vocatur Græce. Ideo Eusebius loquens de discipulis, qui per omnem terram suffuerint vagati, ait tertio de euangelica demonstratione, exponens quasi hunc locum, τὸν δὲ ἡλιον, οὐρανὸν αὐτὸν τὴν οὐρανὸν εἶπεν τῷ αὐλέῳ, ἐτίτε τῷ Ιωάννῳ φθῶντα χεῖραν ἔτερης ὑπὲρ τὸν ὄχεαν οὐρανὸν ἀπέβασεν· τὸν τὰς καλλιπόδιας περιττωνας ρήσεις. Quidam etiam ad orbis terrarum extrema, & litorum usque terras peruererunt, alij ultra oceanum penetrarunt in eas insulas quæ Britannicæ dicuntur.

Nec est qui abscondat se.] Hæc illa est mirabilis atque incomprehensibilis, omnipotensq; sapientia, quod ignem in cælo accendit, à quo calor viuificus dimanaret, qui in omnes terras sequeatq; diffunderet: vt nulla sit natio, nullæ tam abditæ, diffitæq; terræ, quæ non sint illius participes. Vide quam viam, atque artem intinerit omnium creandarum, alendarumque rerum. Quæ cum suapte natura signes, tenebrisq; frigidæq; essent, calorem, qui eas foueret, animaréque, necessarium excogitauit. Sed quoniam nimius quoque calor, perinde allatus erat perniciem, sicut si nullus affuerit, inflammare totum celeste corpus, flammiferumque vt solem, efficere non deuicit. Vnam igitur tantum rem igneam in cælo constituit, quæ ita & magnitudine & incitatione, & distantia est moderata, vt nihil nisi decorum, atque vtile ex ea in terras descendenteret. Datus est igitur motus, vt calorem, ac lucem ad omnes perferret, ne si immobilis fuisset, vnum modo hemisphaerium illustraret: & interualla diorum ac noctium quibus terræ animaliæ recreantur, decessent: Tumne caloris magnitudine omnia concremarentur. Cùm igitur vna sit in cælo lux ac calor, prouisum est sapientissimo quodam consilio, vt omnes terræ, eius essent participes. Testatur ipsum Moses, cùm dicit cælum cunctis gentibus esse distributum, id est, calorem cæli, F ac lucem. Atque is ipse calor, tametsi non sit ubique æqualis, nemo est, qui non eius sentiat afflatum vitalem. Et Abraham testatur tales esse calore solis, qualis calor animalium, vt perinde se per totum mundi corpus intendat, sicut ille, animalium. Ex quo nemo est, qui non eum sentiat, eoq; viuat, & foueatur. Ac quod dixit Græcus & Latinus interpres, Nec est qui se abscondat, Hebraice τὸν sublata persona, Nec est, quod celatum sit & abscondit. Ex quo ad omnes res animatas, & inanimatas, rationales, & irrationales pertinet. Non dixit etiam, Nec est qui se abscondat à luce eius, quod calor vitalior sit, ac cōmuniior luce, magisque ad vitam necessarius. Multa enim sunt animalia, quæ sine luce viuentia, sine calore cælesti viuere non possent. Et interuallum lucis, quo cessant eam in totum oculi affectare, non ita molestum est, cùm calor, si penitus vel vim horam abesset, exitium universale afferret.

Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Oc loco, vt principio diximus, quasi ex abrupto, ac præcipiti cursu transit à terrenis ad cælestia, à corporeis ad incorporeis, à vita mortali, ad immortalem: nec adeo admirationem decoris cælestis defixus est, vt id multis rebus longe eo melioribus antefer-

Aanteferret. Is, vt dixi, error veterum fuit, qui cælum suspicentes, lumina eius Deos esse crediderunt, eaque vt Deos coluerunt. Et si Platoni credimus, inde nomen Dei apud Græcos ductum est θεός, id est, à currendo. Hac igitur re mirabili quidem illa, sed tamen corporea, & ad corpora tantum pertinente, relicta: proponit aliud, ex quo gloria Dei existat multo magis, quam ex illa, clarior. Nam, vt ex illo auguraberis, tantum vita bonis, atque commodis Deum prospexit, ad altiore fortasse scientiam non attingas, sic hinc animi tui puritas ubi cōsistat, ubi perfecta immortalitas existat, agnosces. Ac pulcherrimo ordine inter se confertur decor cælestis, atque pietatis, ac sapientiae. Nam vt luce cælesti nihil delectabilius, nihil ordinibus illis moderatius, ac certius intuemur, sic nihil melius sapientia & pietate, nihil moderatius, ac luculentius animus experitur. Perindeque ab ea cursus humanæ vita dirigitur, ac gubernatur, sicut à cælo cursus naturæ, qui nunquam fallitur. Ut autem sine luce cælesti, omnia in terris desicerent, tenebris letalibus obscurata: sic subtractis ex humana vita, cælestibus institutis ac sapientia, densissimis tenebris animi circumfusi, in miserabiles errores incurrent. Illa igitur corpus viuiscatur, alitur: eaque duce, pedum nostrorum vestigia diriguntur: hac viuiscatur animus, ducitur, gubernatur. Nauigant nautæ cælum suspicentes, Cynosuram, aut Elicen, vel ipsum cardinem oculis attendentes, vitantque scopulos, quos infidios vndis cclat mare, naufragiaque euadunt: similiter lucem illam diuinam inter faxa & scopulos, naufragiaque istius mundi contemplantes, cymbam ad portum inflextimus. Omnino doctrina cælestis alterum est cælum, alter sol, alter gloria Dei, alterum lumen immensum, omnibus vitam sufficiens, omnia collustrans. Quod facilis intelliges, audiens quæ à propheta de ea referantur. Verborum proprietas prius ponderata est. Lex, Hebraicè dicitur thorah, תְּהִלָּה à verbo תְּהַלֵּה farah, docuit. Vnde apertius vim eius intelligemus, si hanc vocem transferamus philosophiam, sive sapientiam. Ut enim philosophia apud Latinos, ac Græcos, duas potissimum res significat, scientiam Dei, disciplinamque viuendi: sic nihil aliud hoc nomine apud Hebraeos significatur. Apud Tullium semper cum philosophiam appellat, morum disciplinam cernit. Ac si vsquam perfecta fuit rerum diuinarum, morumque cognitione, vel in ea maxime continebatur, contineturq; philosophia, quæ erat olim penes Hebraeos, nunc eadem magnum sparsa per orbem, luce eius omnia coruscant. Lex igitur Dei est philosophia diuina. Hunc enim loquendi morem habet Hebraica dialectos, vt dicat, virum terræ, virum rurestrem: virum mendacij, virum mendacem: sic philosophia Dei, philosophiam diuinam declarat. Ac pro domino, longe maius in Hebraico validiusque vocabulum est, nomen tetragrammon יְהֹוָה, cuius sonus est Iehouah. Quem ego non aliud existimo, atque Iouem, vt mirabiliter cōsentiant, quæ dicuntur hoc loco à Vate sacro, de lege Iehouah, atque ea quæ delege Iouis à Stoicis dicebantur, quorum vberius ac copiosius Tullius explicat sententiam, paucaque verba, vt mirabilem consensus agnoscas, subiiciam. Quid enim prohibet, quo minus eorum in saeculari litteris vt amur testimonios, ubi tam bene loquantur: Orta autem, inquit, simul est cum mente diuina. Quamobrem lex vera, atque princeps, apta ad iubendum, & ad vetandum, Cratio est recta summa Iouis. Ergo vt illa diuina mens, summa lex, item cum in homine est perfecta, est in mente sapientis. Hæc philosophus in Latio natus. Videbant igitur etiam illi, veram legem eam esse, quæ lex diuina, ac ratio mēnsque summi Iouis est, non leges priuatas hominum. Hac lege omnia quidem gubernantur, sed cum primis res humanæ, quæ cùm recte geruntur, imitantur legem illam ac rationem, & voluntatem summi Dei. Proinde omnium ordinum ordo, ac complexus, ac corpus omnium rationum, & fons & ratio, quæ sola sit apta ad iubenda salubria, vetanda iniusta, sola est lex summi Dei. Quod vt Vates significaret, appositissime dixit, Lex domini immaculata, vt Septuaginta transtulerunt, ἀμερικα, dicendum est, sed vt vox designat τὸν perfecta, completa, absoluta. Ea enim est vis legis diuinæ, vt sola sit perfecta, atque absoluta, ac vera ad iubendum, vetandumque magistra. Idq; innuit Vates, & id est quod consentiens dicebat Tullius. Chaldaeus quoque transtulit: Καραλης Quod clarum est, significare perfectum. Est enim etiam Hebraica vox. Plura quoque citarem testimonia, si res in dubio esset. Habet autem vox duplum significatum, significat enim innocentem, immaculatum, & perfectum: sed de hominibus, quoties dicitur, innocentem: cùm autem de ceteris rebus, perfectionem, complementum. Igitur lex illa princeps omnium, summa ac moderamen rationum, & dux certissima, mentisque custodia fidissima est. Eaque sola perfecta.

Conuertens animas.] Primùm pro Animas, legemus Animam singulari numero, iuxta M M iiiij

Cynosura,
υρσα μι-
νον. Ελιξ,
maiōr. βατ.,
Graci. illa
obseruant
sidonij, et
Phenices.

Iehouah.
Immacula-
ta.

Conuertit. Hebraicum *vñ* quod & Septuaginta reddiderunt. Non video enim quam obrem oportet. Dicit numerum permutarē. Discremen quidem non magnum. Conuertens autem in Hebreo dicitur, *מְאֵן* quod proprietas reuerti faciens. Audi igitur quid dicat. Facit animam reuerti lex Dei. Vna enim res est, ad quam reuerti nostros animos oporteat. Sed nunquā hi reuertentur, nisi quis eos reuocet, ac reducat. Versamur omnes in magnis, ac profundis tenebris errorum, ac magna pars mortalium longius abit à recto tramite. Opiniones in contrarium nos ducunt, ac quasi transuersi à tempestatisibus, ac procellis, quaे creberimæ insurgunt, iactantur. Nulla professio est, nulla artas, nullus ordo, ac gradus, nulla sedes, ubi non adsunt errandi, hallucinādi mille causæ, à quibus à fonte nostro, à luce, à bono deflectimur. Nec solū à prauis spiritibus, continuis bellis oppugnamur, sed quod multo videatur acerbius, à nobis ipsis, partim fragilitate, imbecillitatēque nostra, partim quod cum luce beata non habemus commercium, magnæq; circumstant occasiones malorum. Necesse igitur est ad lucem, & stellam nostram nos intētos esse, à qua dum absuerimus, nunquam felices, (quod conditio nostra non recipit,) nunquam sine erroribus erimus. Vocamur autem ad hanc lucem, illa philosophia diuina, quaे nostros animos ad fontem felicitatis suæ reuocat, ad cāmque sedem firmam, ac stabilem appellat, in qua solidati, omnes impetus vnde cunque ruant, fortiter excipiēmus. Sola igitur diuina philosophia deuios mortales reuocat, quos miserabiliter fragilitas à suo bono abstraxit. Hæc, inquam, sola, non alia. Nam applica quo cunque vis, animum, euolue in numerabiles philosophorum libros, omnium mortis ac placita discute, erunt quidem illi sāpe efficaces, sed sāpe mēstissimus desiderabis.

Lex folia. apud illos plurimum, vacuūmque te, quadam re exoptata, semper inuenies. Non enim te, ad fontem tuum sistent, de quo vel penitus illi ignari silent, vel fabulosa & indigna loquuntur, vt potius deducant, ac deflectant, quām in locum suum animam collocent. Quis enim possit dux esse itineris, cuius ipse quoque sit imperitus, & qui duce quoque indigeat? Nullus autem cognovit unde natus esset homo, nequē docere potuit, quām originem, principiūmque habuisset; sed augurabantur tantum, trepidēque loquebantur. Ignorato autem principio, nulla res humana certa est, & ad tot miseras, & peccata nō nasci fuisset melius.

Lex, scopus noster. Quoniam igitur ab omnibus erroribus diuina lex reuocat ad fontem, gloriāq; nostram, ad immortallitatem, ad cognoscendos nos ipsos, nos conuertit: eam semper pro scopo habere debemus, proponere semper ante oculos spectandam, omne momētum super ea meditandum. Tot enim ex ea depromentur remedia, quot morborū generibus conflictantur.

Conuertit. Conuertitque à viis confragosis, atq; exitialibus, ad amena vireta, vitaliaq; sistent ad arua.

Testimonium Domini. Proposuit primū legem in vniuersum, tum ad singulas quaque eius transit partes, quaē suis hic ab eo nominibus nuncupantur: quamvis hæc omnia sint eadem ferè inter se, & eiusdem rei nuncupationes. Lex igitur diuina, nunc præcepta, ac mandata, nunc instituta, nunc iudicia, interdum testimonia dicuntur. Examinemus igitur singula. Testimonium dicitur *πίστις* heduch, quod testimonium potest transferri, testificatio, contestatio, testamentum: Septuaginta reddiderunt, *μαρτυρία* martyria, id est testimonium. Causas igitur cur lex diuina testimonium dicatur, scrutari oportet. Nam cū sapiē-

*F*ilia illa de cælo allata, magnis argumentis, ac signis corroborata atque stabilita fuerit, cūm cælum, ac terra, maria, flumina, elemēta, illi indicia præbuerint, ob hanc causam vocata est testimonium. Vocavit enim Moses testem cælum, & terram, cūm verba diuina proferret, dicens: Contestor hodie cælū & terrā, vos esse perituros, nisi hæc obseruaueritis. Tum conflagrare mons visus est, illumque in solita caligo circunfusit. Auditæ voces horribiles, clangōrumque buccinæ, multāque alia edita signa sunt præsentia diuinæ. Quoniam igitur omnibus testimoniorū visus est Deus, cūm legem illam philosophiamque fanciret, hac de causa vocata est testimonium vel attestatio: id est, expressio, significatio, res, multis, ac memorabilibus signis ac testimoniorū ostensa, ac comprobata. Rursum, testimonium vocata est, quod multis quidem rebus cogita ac perspecta fuit bonitas, gloriāque diuina, præcipue cælo, ac sole, sed longe maxime, ex illis institutis, ac documentis, rebūisque illis gestis, toto illo præclaro facinore, quo claruit potestas æterna, & immēta eius, & prouidentia super hunc mundum, sed præcipue super bonos, ac benevolentia. Nullūmque est præceptum, nullum facinus, quod lege diuina comprehenditur, quod non sit vocalissimum, atque intonantissimum testimonium, immēta Dei erga homines benevolentia, cāmque testifissimam, lucidissimam exhibens, vt qui his non credit testimonii, careat sensu, potiusque lapis sit, quām homo. Nulla profecto prodigiosior stupiditas, quām non sentire tam certam, ac solidam,

probatiſſi-

A probatissimāque benevolentiam: nulla miserabilior cæcitas, quām luce tam claram, atque immēsam non cernere. Ac lex vocabatur olim quicquid libris Mosis fuisse comprehensum, nunc eadem quidem est atque illa prior, sed absolutior, vel enodatior, atque expressior. Quis igitur locus est illuc, qui non clamet, vociferetur, quantum amoris ac benevolentiae sit apud Deum, erga homines? Vbiq; sunt locupletissima, plenāque vocis testimonia. Atque incipe, si placet, à mundi exordio, quam quidem rem non nunc ingrediar, quod prolixior sit, quām breuitas huius loci postulet. Sed hoc tantum commemorabo, alteram quām fuisse mundi creationem, quando homo redemptus est, & quidem longe posterior ac mirabilior fuit, quo tempore tot, tāmque miranda diuinæ charitatis ac magnitudinis testimonia claruerunt, vt ea capere mens humana non possit, ausimq; dicere, nihil relictum quod studio, & industria diuina possit effici, & ad summam metam amorem peruenisse. Optime igitur & rectissime hoc omne testimonium dicitur. Quod fidele etiam dicit, id est, probatum, certum, solidum ac ratum, vt quaē dicta ac gesta à Deo scit, verissima sint, non fucata, atque inanis, & vana bonitatis, charitatisque suæ testimonia, sed probatissima, atque certissima, vt correspondeant internis affectibus Dei, ex intimis eius præcordiis sint profecta. Loquitur ergo Vates de diuina benevolentia, non secus atque nos de amicitia nostra, cūm eam testatam, ac probatam fidelemq; prædicamus. Superestq; tertia ratio quam ob rem testimonia dicuntur mandata Dei, ea videlicet, quod seruantibus ea, *Et futura* pollicetur felicitatem, olim quidem corporis, nunc autem animi. Haec promissa dicit esse *testentur.*

B firmissima, probata ac fidelia. Is quidem sensus hoc differt à superiorē, quod forma à genere. Illic enim generatim omnia testimonia amoris Dei proponebamus, hic promissorum tantum. Sed prior tanto probatior, quanto cōmuniōr, omniāque subiiciens oculis, verāque de benevolentia diuina dicēs. Area igitur testimonij, & tabernaculum testimonij, dicebatur, *Arca testi monij.*

Sapientiam præstans paruuli. Circa voces, hoc sciendum est, quod in opia linguae dictum est sapientiam præstans, inclusi Hebraicum reddi in Græco *σοφία*, quasi sapientianus, & Hebraicè *תִּבְרָה*. Est enim participium tertiae conjugationis, sicut maphidat, dicitur à sapiens fuit. Quod in tertia signat sapientem reddere. Secundo quod Latinus vertit *paruuli.* paruulos, scito vocem Græcam *νήπιον* proprius respondere ad Hebraicam *וֶתֶן*. Nam paruulus perindè Græcè sicut Hebraicè, non tam artis quām insipientia est. Homerūsque socios Vlyssis appellat *νήπιον*, paruulos, id est stultos, & imprudentes, vt qui boues in concessas iugulassent. Salomon dicit, *Vt detur paruulis astutia, quo loco est cadem atque hic vox, id prout.* est imprudentibus, & imperitis. Hebraicè igitur *וֶתֶן* ducitur à *νήπιον*, decepit, fecellit, cūmque declarat, cui facile imponitur. Ideoq; etiam paruuli hac voce significatur. Tertio numerus permūtatus est in Græco *νήπιον* paruulos cūm sit *νήπιον* paruulus. Ac forte fecellit Septuaginta, si forte nō fallimur ipsi, quod viderent iod in fine dictionis, quaē littera signat numerum multitudinis. Quod quidem verum est, si additur Mem, vt Kerubim, Seraphim. Dicendum est igitur, Sapientiam præstans simplici, vel imperito. Quānquam potius declaratores sumus, quām reprentores eorum, quaē Septuaginta illi clarissimi seniores transtulerunt. Audite igitur omnes gentes quid Vates cælestis de lege diuina prædicet. Ait eam detrahere stultis stultitiam, imprudentes efficere prudentes, vecordes cordatos reddere: quod facile quisque cognoscet, si secum cogitare, atque etiam experiri voluerit. Multiplex autem stultitia est, atque imperitia, & vecordia, multāque habet subiectas formas. Vna est quaē circa res humanas tantum atque caducas versatur, quaē est earum bene tractandarum imperitia. Plures enim sunt, quibus nullum est acumen, ad lucra, & negotia, conficienda, ad opes, amicosque parando, ad circumueniendum, opprimendūmque hostem, vt magis ipsi ab eo opprimantur. Non habent vim ingenij ad speculandum, ad orandum, grauiter, aut argumentandum subtiliter, vel obiecta dilucidandum. Hæc q; imperitia varia, ac multiplex est, quaē neque laudem ferè habet, neque vituperationem apud Deum. Apud homines longe aliter. Alia stultitia im prudentiāque est, quaē mores ac sensus humanos reficit, cui opposita est ea quaē dicitur sapientia, vt tantum illa virtuosa sit, quantum laudis habet ista. Eāque per omnes humanos animos vagatur, vt etiam altissimas mentes opprimat, atque implicet. Ac sape apud nobilissima ingenia gaudet habere domicilium. Hæc illa est stultitia, quaē in horribiles tenebras præcipitem agit animum; dum eum vel in ambitionem protrahit, vel inuidiam, aut auaritiam, aut similitates atque odia, vel infaniam, atque furorem, cæterāque prauas affectiones. Quæ tentare (vt dixi) etiam eos sapissimē solent, quos sapientes habet

Dua mīdi creaciones.

Stultitia.

Ignorantia ac prædicat iste mundus. Fons autem omnium malarum perturbationū, atque totius stultitiae, multis, ac clarissimis exemplis probatum est, esse inficitiam Dci, atque sui. Ut igitur ignoratio hæc omnium est malorum genitrix, omnis stultitiae inuentrix, sic cognitio maximam efficit in animis claritatem, cāque principium est rectè sentiendi, ea prima fugat perturbationes illas partim ferinas, partim diabolicas, atque malignas, cōstituitque in omnium bene gerendarum rerum semitis animum. Hanc autem sapientiam maximè lex diuina largitur, quam habere familiarem necesse est, eāmque nobis amicam, notāmque efficeret, tum eam adeundo, ac libros quibus continetur, sēpe lectitando, tum vita ac moribus exprimendo. Quam quantò magis exercuerimus, tanto nobis efficiemus notiorē, atque dulciorem. Apud hanc autem cognitionem Dci, totiūque sapientia fontem imbibemus, facti ad omnem rem longè sapientiores, vt nullum extet in nobis stultitiae vestigium. Videbis horum sermones puros, innoxios, nihil fœdum, nihil vulgare atq; abiectum spirantes, nunquam ex ore eorum prodiit calumnia, contumelia, maledictum, blasphemia, siue in Deum, siue in hominem. Talem item animum intus vigere certum erit. Hi rectè rebus suis consulent, multaque vitabunt discrimina, quæ parata semper sunt malis. Non solùmque ea sapientiae, acquirendæ futuræ vite dux erit, sed huius etiam temporaria felicitate transfigendæ. Lege igitur sacram philosophiam, eāmque nocturna manu atque diurna indefinenter euolue, tum vita, præcepta effice firmiora ac notiora. Tunc tibi orientem immensam lucem, tum cælum tibi patere videbis: arcana Dei, & res humanas, tanquam ex altissima specula cōtemplaberis. videbis omnium rerum, ac temporum metas, totam lustrabis. animo &ternitatē, cernēsque principiū corporis, atq; animi tui. Totum teipsum circunspicies, atque cognosces: & quod omnibus est præferendum, morum, vitæq; degendæ summatum, atque perfectam habebis sciētiā: videbis quid inter virtutes, ac vicia intersit. Omnipotēque ex stulto & incauto, impērito, prudentissimus efficiens. Sed illam præcipue misericordem depones stultitiam, qua rerum humanarum exitus nō cernuntur. Habet ergo fontem, & quo ex stulto possis sapiens effici. Hincque dicemur sapientes, vt alio loco scriptura prodidit, *Quia ipsa (inquit) est sapientia vestra, & intelligentia, coram oculis gentium, cūm dicent, Quām sapiens populus is ingens, & intelligēs?* Hæc igitur vera est philosophia, hæc sapientia Angelorum, qua cartūt olim mundus, nunc reuelata omnibus ac patefacta.

Iustitiae Domini rectæ, lētificantes corda.

Institutione R I M V M pro hac voce, non propriè est in Hebraico id quod significat iustitiam. Si quidem iustitia dicitur יְהֹוָה zedek, vt paulò pōst videbimus, hoc autem loco est יְהֹוָה pikude, quod propriè sonat mandata, præcepta: à verbo pakad, visitavit, præcepit. Considerandum tamen quod idem verbum sāpē designat reponere, colloquere, recōdere. Itaque Hebrai videlicet Abraham, & Rabi Dauid exponūt eam vt quasi designet gazam, thesaurum, siue requiem, & quod sub alia forma dicitur נִתְּנָהּ pakdon, depositio, repositio. Dicuntque hoc nomine appellari, ea quibus animus, & mens quiescit, lētatur, illustratur, eruditur, ditatur: quasi dicent gazæ, & opes & thesauri domini, recti, quia pascunt, satiat, erudiuntque animum. Sciendum tamen hæc omnia eodem tendere, idēmque eset quod vox Hebraica designat, & quod Septuag. transtulerunt. Sunt ergo præcepta Domini quia ab illo traduntur, sunt opes, & thesauri, & disciplina animi: sunt rursum iustitiae, pro quo rectius Græcè δικαιοσύνη, id est, iustificationes, quia iustum hominē, sanctumque efficiunt. Unus igitur omnium est sensus. Tum pro corda, Græcè, & Hebraicè est cor, numero singulare, quod forte quadret magis apud Latinos. Atque hæc instituta diuina, recta dicuntur, non propter eum tantum qui ea instituit, quasi cius æquitatem declarare. Vates voluerit, sed propter id quod efficiunt. Sicut pallida mors dicitur. Sunt ergo instituta diuina, recta, quia detorquent animū ab omni prauitate, & in semitam rectam adducunt: deducunt à prauis opinionibus, à vita nefanda, turpi, detestabili. Habent autem animi, sicut item res corporeæ, vicia sua, & prauitates, habent quibus inflectantur, ac quasi incurvantur, vt qui celsa aspicere debuerant, ab illis ipsis rebus deorsum inflectantur, solāmque terram, terrenaque respiciant. Ut qui tales videat, & cum eis degat, parum eos differre à brutis competiat. Hæcque miseria (paucis exceptis) omnibus ferè mortalibus dominatur. Diuina igitur lex corrigit has prauitates, derrahit libidines, leuat sensim opum appetentiam, ambitum, paulatimque (mirabile dictu) mens resurgit, & qui humi veluti pecus reptabat, incipit attollere caput. Erat autem, cūm in prioribus illis malis homo versaretur, semper pauidus, ac mœstus,

A mœstu, nec sentiebat villam synceram lētitiam (de his enim qui non abierte in profundum loquor) semp̄re occurrebat quasi vtrix malefactorum, conscientia: Tum ipse mœror, quem ferunt semper delicta secum, comitem omnium criminum, dum aut odiosè, & cum infamia perpetrantur, aut subeunte corpore graves cruciatus. Quæ quidem mala non ita sentiuntur, cūm in eorum potestate sumus, sed cūm in libertatem nos gratia cælestis vendicauit, tum verò lētamur, tum pericula, quæ nos circumuerant, cernimus. Nullaque est tota humana vita, lētitia maior (credendum est enim viris optimis hoc afferentibus) quām eorum, qui optimis gaudiis conscientiæ suæ fruuntur, quosque bona vitæ lētitia assidue pascit. Infinitūque eset persequi, atque explicare totam hanc rationem, cūm videamus bonorum vultus semper alacres, atque arrectos. Alīque quasi perpetuus fons, viridèque tenet eorum cor, illa diuina lētitia. Igitur nō solum hoc diuino testimonio, sed etiam omnibus exemplis experimur, maiora ac plura, ac solidiora gaudia bonis, & præcepta diuina sequentibus contingere, quām malis, quos diuersæ perturbationum causæ circunstunt. Nec potest dici, quām dulces somnos capiant, quām suauiter fontibus, nemoribus, rebūque suis omnibus etiam tenuibus boni fruantur. Nam neque mœrore præsentium, neque metu futurarum rerum anguntur: tum quædam radices ægritudinis, quæ tenent corda mortaliū, sunt ex eis australiæ, vt veniat, nescio quo naturæ impulsu, quasi de cælo perpetua in mentes eorum, aura lētitiae. Dupliciāque ferunt præmia pietatis, quod & hic beatiore vita fruuntur, & post consequentur eam, quæ constat ex gaudiis æternis. Verum igitur lētitia alacritatisque domicilium, aut antiquis & cognitum & assertum est, apud philosophiam diuinam existit, quæ secreta, solisque probis, ac sanctis nota gaudia habet.

Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Hinc Hebrei arbitrantur, superiorem vocem, non significare præceptum, quia ponatur hoc loco quod præceptum significet. Sed consuetudo, vt ceterorum scriptorum, sic item diuinorum est, vt sāpe idem diuersis nominibus repeatant. Id quod vbique apud Elaiam fieri comperies. Sic potest eadem res diuersis epithetis ac nominibus fuisse significata. Quamobrem Chaldaeus eadem voce vtitur hoc loco, atque superius. Ibi exprimens Hebraicum נִתְּנָהּ pikuda, numero multitudinis, hic scribens, נִתְּנָהּ pikuda, numero singulari. Dicemus igitur eandem hic atque superius rem proponi, diuersis naturam eius nominibus significantibus. Quod autem dixit lucidum, Hebraicè est נִתְּנָהּ quod purum, ac lucidum signat. Considerandum igitur quo artificio carmen contextur, & quod admonet Hebrei, respondere hæc omnia calo, ac soli quæ superius describerat. Opponique ex aduerso diuinæ philosophiæ, & Solis, & Astrorum claritatem. Qualem igitur Solem videmus lucere, eoque terrarum tenebras dissolvi, & oculis exhiberi, vt videant, talis esse probatur lex diuina: eāmque idcirco lucidam, id est propter splendorem, quem in animis efficit, appellat. Omnis igitur diuina præceptio radius est & lux quædam, sine qua in tenebris esse, ac per tenebras ire necesse est. Sunt enim homines in errores, ac peccata propendentes, genitrix est nobiscum imperitia, quam cum corde pueri, ait Salomon esse colligatam. Ac populus tot erroribus implicatur, quot res sunt in quibus potest homo hallucinari. Alij ad libidines diuersissimis viis, atque itineribus feruntur, alij ad conquireendas opes & honores: quidam vltionis sunt audi, ceteri parcere linguae nesciunt, alijs peruersis opinionibus, de Deo, de rebus humanis, de prouidentia diuina perturbantur. Hæcque omnia, & singula, sunt quædam animi caligines, & lapsus, quibus singulis singula occurruunt præcepta diuina, vt tenebras discutiant vbique, serenitatēque efficiant, prouissimque omnibus erroribus, de cælo est. Nam qui creationem cæli ac terræ non esse diuinam suspicatur, multa habet in illa Philosophia oracula, quæ hanc insaniam coarguant. Qui dubitet res humanas esse curæ Deo, tot oracula ac dicta, quæ super hac re prolata sunt: tot, tamq; varia supplicia, quæ sunt illata facinoris, prosperas autem bonoru res, aspiciat. Tum quæ fuerit animis nostris origo, & an immortales sint, qui nesciat, vt ob id maximis in tenebris caliget, facilè se in lucem reuocabit, si se ad ea oracula conferat. Quos autem libidinum illicitarum æstus inflammant, si attentè ad illa vertere mentem voluerint, eos facilè comprimit. Qui autem nesciunt, quo ritu instituere vitam suam debeant, qua se ratione vbique gerant, lucem adcent, illam diuinam. Quid memorem, cūm memorari non possint, priuatos errores, priuatas animi nostri perturbationes, innumerabilēsque formas inscitæ, ac socordiæ, quæ nostris pectoribus, omni atestate, diuersis sexibus immorantur? Quæ cūm tenebre sint, finem

LUCIDUM.

PROPS. 22.6

Recta.
& Tripli-
Lupus.

Lētifican-
tes.

habent præcipitia, ac ruinas. Nec potest explicari, quām fœda, quām stulta res sit homo, vt etiam infra bruta descendat: quot ludibriis exposita, cælesti luce, dico diuina Philo- phia, destituta, omnium id nationum olim didicimus exemplo, cùm lapides, bubones, no- etuas, vespertilioes, crocodilos, vt numina crederent, ac venerarentur. Nec desunt vnu- quam miseranda, deplorandæ q; stultiæ exempla, quæ ab animis nostris cæcis habent originem. Has autem miseras cùm deponamus, ad Philosophiam diuinam venientes, cùm ex altissimis tenebris emergamus, iure, lucida & serena, & oculos illuminans dicitur, iure cum Sole confertur, & duplicitis Solis laus hic canitur, eius qui oculis corporeis, & qui oculis animi præbet lucem.

Timor Domini sanctus, permanet in sæculum sæculi.

s. sanctus.

IRCA voces sciendum est, quod Latinus interpres vertit sanctus, propius vocem Græcam, quam Septuaginta reddiderunt, accedere ad Hebraicam, videlicet ἅγιος, id est, purus, castus. Videtur autem Latinus legisse ἅγιος, vnius littere mutatione. Sed quoniam Hebraicè est ἅγιον, quod mundum, castumque sonat, omnino credendum est, Septuaginta vertisse, quod nunc legimus. Dicendum igitur, Timor Domini purus, quāquam inter purum, ac sanctum, non multum interficit: Deinde quod dixerunt Septuag. εἰς ἀγάραν ἄγαν, clarus, & absolutius dicitur Hebraicè יְהוָה in aeternum, Latine autem illud Græcum melius diceretur, in aeternitatem, & aeternitatē. Nam diuus Hieronymus, quod dicitur, A sæculo & usque in sæculum tu es, vult Latine traduci, à sempiterno in sempiternum. Sed iam istæ loquendi consuetudines in Ecclesia inoleuerunt. Deinde quod nonnulli Latinorum habent codices, Timor Domini sanctus permanet, dicendum permanens, iuxta Græcum οὐαὶ δύσπαι, & Hebraicum יְהוָה, quod non ipse quidem multi facio. Timorem igitur Domini purum dicit, & in aeternum permanentem. Timorem Dei, si quis secum consideret, aut ipsam esse totam pietatem cognoscet, aut eius eximiam præcipuamque partem. Ac proprie de his malis, timor dicitur, quæ solo amore ac timore Dei non perpetrantur. Multi enim scelera flagitiæque vitant timore humano. Quibus si dederis, vt perpetrent, ea remotis arbitris, non segnus cōmittent, atque perfidæ frontis homines in proposito. Illa igitur denique perfectissima est pietas, sincerissimæque probitas, quæ non humana verecundia, neque hominum timore nititur, sed diuino: que Deum presentem sibi cernat, cuius timore nihil sceleratum, ac turpe audet perpetrare, etiæ si nulli testes adsint, si speret in aeternum, quod perpetrant, fore occultandum. Eia igitur vera solidissimæque virtus ac pietas, cui si detur furandi, adulterandi, forniciandi, ceterorūque criminum perpetrandorū facultas ampla, ac sub aeterno silentio certum sit fore omnia quæ agit celanda, veretur ramen praesentiam diuinam. Deum & scire & detestari peccata, nouit, & ob reueretiam abstinet, retróque pedem retraxit. Non est autem vera pietas eorum, quanquam speciem habet pietatis, quos pudor humanus à crimine abstraxit, non quod non sint hi minus mali, atque illi qui ne conspectus quidem ullus reformidat: sed ad solidam laudem, Deoq; acceptissimam non peruenierunt. Propterea timor Dei, purus & castus est, quod neque in manifesta, neq; F in occulta flagitia animi finit cadere, vt ne cogitetur quidem, quod minus deceat. Timor autem humanus ideo castus, purisque non est, quia nō prohibet ab omni flagitio, multamque reliquit animi partem cicatricibus fœdam, atque immundam, neque vniuersalem inducit puritatem: solus timor Dei hanc fert laudem, quem qui secum gerit, & castissimis factis, & inculpato sermone est: cogitationibus autem semper honestis rectisque fruitur, vt ab omni prauitate sit vacuus. Hæc virtus est animi, singularis, mater reginæque omnium virtutum, siquidem ab hac copiosissime fluit iustitia. Nam qui timet Deum, nunquam ius humanum violabit, fluit temperantia, modestia, charitas, benevolentia, fortitudo in aduersis, quæ patientia dicitur, ceteræq; omnes quarum hæc sola origo, verisque fons est. Ac timere Deum Hebraice quasi dicitur reuereri, obseruare, quam virtutem, maximam excellentissimamque esse eam item ob causam necesse est. Sunt enim plerique, qui non putent peccata displicere Deo: alij putant quidem, sed non omnia. Piores, res humanas nihil opinantur curare eum, aut vniuersalia quedam tantum, non laborare qui agant singula. Posteriores multa putant ab eo cōtemni, vt quenquam caste viuere, ieuniis vexare corpus, multaque alia, quæ vt putant ipsi à Deo contemni, sic ab his ipsis cōtemnuntur. At qui eò peruenit, vt credit Deum obseruandum ac verendum, iam in ea cogitatione, cognitioneq; versatur, sola iusta, atque honesta illi placere, displicere fœda. Proinde hic prora & puppis, & cardo

In sæculi
seculi.

Permanens.

Timor do-
mini.

Timor ho-
minum.

Ius natu-
rale.

Patientia.

Deum ti-
mere.

Acardo versatus omnium virtutum. Atque Hebrei in duas partes distribuunt præcepta diuina, yetandi ac iubendi: ad præcepta yetandi dicunt pertinere timorem Dei, quod quidem verissimum est. Nihil igitur æque sinceritatem puritatemq; anflio largitur, nihil æque vniuersalem probitatem, ac sanctitatem promittit, quām timor Dei: qui semper permanet, *permanet*. Prædicat item eam Vates tanquam sempiternam virtutem, dans illi laudem aeternam: si- cùtque triumphos aeternos, aeternasq; coronas, & aeterna facta dicimus, & facinus immor- tale: sic virtutem immortalem, & laudem aeternam, & incorruptibilem, incorruptibilem de- cus appellat timorem Dei. Qui solus est timendus, solus spectandus, eius tantum in omni *solus Deus* re & consilio, habenda ratio. Hæc ratio semper debet ante oculos versari, vt videatur, accu- *timendus*; ratissime perpendatur, quid Deo placeat, ac displaceat, quæ sola est diuinissima, castissima, que aeternaque virtus, immo omnium virtutum dominicilium ac caput.

Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

Verborum pondus prius considerandum: Hebraicè dicitur, Iudicia Domini veritas, iustificata sunt simul. Quod etiam Septuaginta transtulerunt, dicentes, τὸ αὐτό, simul, quod Latinus interpres dixit, in semetipsa. Iudicia igitur Dei, varia significatio est. Si quidem iudicia saepe dicuntur, quas Deus impiis importat clades, quod appellatur iudicium, quia præ uitati, & causæ, ac noxa respondet. Non minus enim animaduertit Deus in delinquentes, B atque leges humanæ. Iudicia ergo dicuntur sententiae rectæ, & cuim ratione prolatæ, siue ad absolutionem criminis, siue ad condemnationem rei. Item iudicia dicuntur senten- tiae diuinæ, iuræque inter homines à Deo constituta. Sunt autem hæ normæ & rectitudi- nes, quæ lites dissoluunt, altercantq; cōponunt, præponentes quod rectum sit, & in quo debent omnes acquiescere. Iura igitur diuinæ vocat iudicia, in quibus dicit ipsam inesse veritatem, eaque omnia dicit esse iusta. Sic enim intelligendum est, quod Latinus dixit, In *iustific. in* semetipsa, dicendi inquam simul. Innuit enim Propheta, vniuersa iudicia illa esse iusta, nul *semetipsa*. lum esse corū, quod non sit iustum. Pariter, inquit, iusta sunt. Quæ expositio etiam Hebreorum autoritate probatur. Rabi David, Simul, inquit, iusta sunt, ac veridica, לֵאמֹר כִּי תַּחֲנֹן, quod in nullo corū sit prautas, obliquitas. Iudicia igitur Dei tum ea sunt, quæ scripta sunt in lege Mosis, tum quæ euangeliū postea proposuit, tum alia quædā, à natura. Omnis enim recta ratio, siue à lege præmōstrata, siue à natura præscripta, iudicium Dei est. Nam qualis- cunque instinctus, oriēs vel à ratione hominis, vel à natura, in Deum tandem referatur oportet. Atque etiam profani scriptores, ex his quos in natura mirabiles certissimōque ordines animaduertunt, probarūt aliquod esse nōmen ac manifeste indicarunt, omnē rectam rationem principium à Deo habuisse. Rationem autem humānā etiam ab illo repartam, clara- rum est. Quare in omnibus tenet principatum ratio summi Louis, quæ ad Hebraicā diale- *Dij. Indi-* ctonem dicitur iudicium, quo videlicet iustissima decernit, proinde qui hac Dei vice in tertis *ces.* fungentur, etiam vocavit Déos scripturā, quasi loco eius decernierent. Cumq; omnis lex Cduas habeat partes, alteram iubendi, alteram vetandi, utrāq; dicimus cōplete, ea quæ iudi- cia, siue iura, vel iusta vocantur. Dicta sunt autem iura Dei, quod haec priuata iura, legesque humanæ, nō hominum propriæ sint, nec sint in nostrum ingenium referenda, sed quasi rituuli vasti fontis, iurisque mentis diuinæ extiterint. Nam adulteria, furtū, incestus prohibuisse, charitatem, societatem, concordiamque imperasse, hoc primum apud Deum fuit. Nos autem horum quasi participes fuimus. Quocirca neque in nobis perfecta quidem sunt, quod magnis spatiis à supremo Deo sumus disiuncti. In quo solo veritas exalta, & à prauitate pe- nitus dirempta est: cū leges mortalium plenē multorum flagitorum fuerint, vel iubendo quæ non decuissent, vel permittendo, quod turpissimum erat admittere, aut non castigando quod castigari debuisset, pudetque eorum vel recordantem, quid Romanorum & Atheniensium leges fieri permitterent. Nam Persarum, ceterorūque propter nimiam indi- gnatatem, nō commemoro. In sola igitur mente Dei est veritas, quæ nobis indicata fuit, ex parte quidem lege Mosaica, absolute autem Etangelica. Tunc cognitum est, probeb; pér- ceptum, omne æquitatis iustitiaeq; genus, tum multa quæ apud ceteras leges nō haberentur iniusta, iniusta cognita sunt: nulla fraus, ac cauillatio, & deceiptio remansit in obscuro. Ideo sola ratio summi Dei perfecta, quæ tot scelerata detexit, sceleraque esse & turpia mon- stravit, cùm leges illæ humanæ miserabiliter cæcutirent, vt quedam etiam fœda fieri pat- rentur, aut etiam iuberent. Sola igitur iusta diuina habent laudem veritatis.

NN

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum.

Lapis pretiosus.
P. Z.

I. R. C. A. voces hoc sciendum tantum, quod Septua. transtulerunt λαθον ουσιον, lapidem pretiosum, Hebraicè esse, quod aiunt esse aurum pretiosissimum, id quod vocatur obrizum. Ideoque Chaldaeus eam vocem posuit, quæ & Græca & Latina est, videlicet ὄβριζον. Et interpres Hebrei idipsum confidentur. E quibus Rabi David hæc ait ψαλμος την πετραν την την. Hoc est, paz autum est optimum, ac purissimum. Verum videtur Rabi Abraham assentiri hos esse lapides pretiosos, his verbis ἡριπτήσασιν την την. Id est, & paz multum, lapides pretiosi sunt. Rabi quoque David, testatur quosdam putare hanc vocem lapides pretiosos. Dicimen non magni ponderis. Nam & Hieronymus, qui ferè vbi que interpretatur hanc. vocem Obrizum, hoc loco in Psalterio Hebraico, à Septuag. non dissensit. Quod autem dixit multum, aut ad multis lapides, aurumque refertur, aut ad ea quæ desiderabilia sunt. Clara igitur ratio est, at solis imperitis ac stultis rerum mortalium amatoribus obscura, cur præferenda sit auro & rebus pretiosissimis atque amatiissimis, diuina philosophia præceptaque diuina. Nihil enim tantopere vociferantur sacra litteræ, nulla crebrior frequentiorque personat vox. Omnium quoque hominum est confessio, virtutem longe diuinitas atque auro præcellere, plurisque causas proferunt Hebrei, cur sapientia proferenda sit auro: Nam iudicia intelligere debemus ipsam pietatem, ac sapientiam. Diuinitas, omnisque pretiosa supellex, amitti potest naufragii, latronibus est exposita, patet multis insidiis, ac fortunæ iniuriis: sapientia, & probitas nullis potest casibus amitti. Deinde sapientia, & in hac corpore vita prodest plurimum, & ducit ad futuram, cum diuinitas in morte deserant, & deserantur. Tum si diuinitas effundas, ad te nunquam revertentur: sapientia eadem, semper est, cuicunque cōmunicetur, tantaque semper, quanta fuisse, apud te residebit. Verum quid rationes super re clarissima adhibentur? Quis est enim mortalium nisi plane demens, & cæcus, qui non percipiat, quanto omni corpore re excellentior sit sapientia, & vita integritas, siue virtus? Nam & si plures mortalium magis aurum appetunt, atque opes caducas, quam virtutem: aut etatis est vitium, aut intra conscientia sua secreteum nemo non magis sanctitatem, vitæque integratatem admiratur. Sed aliud est audire vocem vulgarij, humique reptantium hominum, aliud oraculum, vocemque viri sapientis, cælitusque afflati. Audis vulgares præferre omnibus rebus, aurum & opes: audi sapientes, quorum vocibus, ac testimoniis magis adhærendum. Nam ea probabilia dicuntur, quæ sapientibus videantur. Vulgus omnia ferè iudicat præpostere, cui sapere, delyrare est. Omnium quæ à magnis viris dicuntur, maximas necesse est firmissimæ, esse causas, & verissimis rationibus esse suffulta. Vidisse igitur eos magnum aliquid oportet, cur in hanc vocem erumperent, ut præcepta Dei magis diceret expetenda, quam aurum. Causa igitur est, quod hec basis & fundamentum est vitæ beatæ. Quaritur autem beatitudo, omnes cupiunt esse felices, ac beati, in quo maximis omnes implicamus erroribus, cum ea putemus nos in arce felicitatis esse collocatura, è quibus non felicitas, sed mutatio tantum vitæ sequatur. Errorque omni tempore, & vbi que, omnibusque exemplis fit manifestus, quod illos non felices, sed vel miserabiles, vel non multo feliores, quotidie experimus: quorum si in locum nos perueniremus, beatos nos fore putaremus. Detegitur, inquam, error, quotidie quisque exemplis fallacissima fraus venit in lucem. Quod si res pretiosæ, non tranquillum, beatumque efficiunt, quod nō speciose quidem dicitur, sed luce clarius probatur, aliud esse necesse est, ex quo felicitas ista paratur. Ergo sola pietas, cuius opes sunt, si velis vera fateri, amplissimæ, quarum singulæ singulis margaritis, vñionib[us]que præcellunt. Quid enim magis, si decur optio, an cognitionem tui, an oblatum auri maximum pondus eliges? Quid si ad cogitationem, cognitionemque melioris vitæ adducaris, an non omnibus opibus id antepofueris? Quid quietem quandam animi tui, vt in omni re, & tempore sis contentus? Quid cum nullius vita ab iniuriis vel fortuna, vel hominum, vel naturæ sit secura, animum forte, mentemque æquam fuisse adeptum, & ad omnia promptam, atque paratam? Quid videre tamquam è sublimi specula, humanam vitam, omnium facta, errorēsque cernere? Unde inquam haec & aliae innumerabiles opes acquiruntur: nōne omnibus thesauris id præferendum est? Deniq[ue] nemo est nunc, qui nō malit fuisse qualis fuit pauperrimus Antonius, quam ditissimus Crassus. Nemo est qui non cupiat magis ex illis optimis quidem, sed abiectissimis tunc viris, exitisse, quam Cæsar's gloria, triumphis, opibus, victoriis potitus fuisse. Omnibus ergo hoc præferendum est, quod veram gloriam, decūisque largitur, veras patrat diu-

Arat diuinitas. Quod si maior pars mortalium non videt, vident certe cum resipiscunt, cum animus liber est ut possit quod natura sua sentit, iudicare. Multo igitur auro, multis ac copiosis affluentissimisque diuinitas præcepta diuina iure præferuntur, ut quæ quasi vena sint non auri, sed plusquam aurearum, pretiosarumque rerum: Illarum, inquam, rerum ex quibus, & maior beatitudo, & gloria verior, solidiorque laus, & diuinitiora, acquiritur. Nam post mortem nemo diuites admiratur, sed contemnit potius, & execratur: sanctitas, ac probitas omni tempore suspicitur, ac prædicatur.

Et dulciora super mel & fauum:

Non magnum est discriben, quod pro fauo Hebraicè sit, βάρυς redundantia, vel succus fauorum, ex quo & Hieronymus vertit, fauum redundantem. Nam vocem nathaph, Rabi Manacheim interpretatur τύπα id est guttam, redundantiam, distillationem. Quoniam igitur dixit præcepta diuina præferenda auro, hinc magnam eorum esse utilitatem necesse est. In utilitate autem existit suauitas. Nam eo unaquaque les pretiosior est, quo plus honoris habet, gloria, & suauitatis. Quid enim aliud est beatitudo, nisi voluptas, non illa Epicurea, fallax, & corporea, ignorantia, multorumque malorum plena, tum neque diuinita: sed quedam voluptas major, ac melior, sincerior, diuinitior, quæ animorum est, non corporum, & bestiarum. Testimonio igitur istius oraculi intelligimus plus esse voluptatis in vita proba, diuinitaque philosophia instituta, quam ea, quæ inter corporicas voluntates redundant. Nobis fortasse non perinde videtur, quia non sumus experti: sed si bonorum voluptates possemus intropicere, intelligeremus planè eorum testimonium esse verissimum. Cum præsertim cōcordes inter se sint, unāque voce omnes attestantes, nihil esse inuisibilibus quibusdam gaudiis, quibus sancta conscientia fruitur, suauius. Quid? Nonne iam inde ab omni vetustate, cognitum ac prædicatum fuit, hanc esse felicitatem, quam veteres εὐδαιμονία, id est, Gratiam, ac benevolentiam numinis appellarunt: quando tibi cum lumine bene est, quando numen est amicum ac propitium? Ea, inquam, cognita fuit, ac prædicta ab omni vetustate felicitas, ac beatitudo, optatissimaque voluptas, si mortalis assequutus esset amicitiam Dei. Ibi, ibi, vera sunt lætitia, yverrima, sinceraque gaudia. Ad quam amicitiam proculdubio præcepta diuina obseruando peruenimus. Hoc, inquit, cognoscam quod amici mei sitis, si præcepta mea seruaueritis. Commemoravitque sanctus Vates mel, tanquam omnium corporearum rerum suauissimam, cuius suauitatem longe meli postponendam suauitati cuidam diuinæ ostendit, quæ ex commercio cum Deo acquiritur. Hæc duplex est, non solum futura, sed & ista præsens. Nam si qua est in hoc mundo beatitudo, quod quidem non videmus, si quid, inquam, hic voluptatis sincera, gaudiorumque est, id habet solum vita proba, præsertim ea vita quæ sanctior est, Deoque coniunctior, qualis fuit istius vatis, quem puto sepe inter suauissimas spiritus sui voluptates fuisse versatum. Nos autem, quia vel minus probi, sancti que sumus, vel non visqueadco, vt solida, arctissimaque benevolentia sumus cum Deo coniuncti, ea quæ hoc loco dicuntur, Non percipimus, tristiaque potius præcepta diuina putamus. Quod fragilitati, & imbecillitati, atque imperitiae nostræ est adscribendum. Augustinus ille, saepe sibi quedam incenarrabila occurere solita gaudia scribit, quæ cum cito diffugerent, moestum agrumque dimitterent. Ceterorum exempla, quæ sunt ad manum, non commemoro. Solum repeti etiam apud antiquissimas gentes creditum, ac prædicatum fuisse, felicitatem, ac beatitudinem esse amicitiam, benevolentiamque Dei, in qua plura, etiam in hoc mundo, ac maiora, celsioraque sunt gaudia, quam in opibus, diuinitis, honoribus. Quod qui experti non sunt, non probant. Amicitia autem diuina, obseruando præcepta Dei, paratur.

Etenim seruus tuus custodit ea.

Hebraicè paulò secus inchoatur oratio, neque proponitur pars causativa, quasi causam reddit alicuius quod dictum sit, sed εἰς etiam, & quidem. Quod item Septuaginta manfestum est transtulisse, dicentes, καὶ γένεται, & quidem. Hieronymus quoque transtulit, Vnde & seruus tuus. Secundò obseruandum, id quod reddiderunt Septuaginta φυλάξει αὐτὰ, custodierat ea, Hebraicè εἰς τὸν Cantus est in illis, ac prouidus, ac circumspectus: quod idem est, atque illud Septuaginta. Hieronymus autem vertit, Vnde & seruus tuus docebit ea. Vox tamen Hebraica passiva est. Quoniam igitur prædicauerat, totque laudibus prouexerat præcepta, legemque diuinam, nunc addit: Vera quidem hæc sunt, cæque verissima cognitio.

sco. Nec ipse quidem sum ex optimis illis viris, qui ad illum suauissimum fontem aspirarunt, sed conor pro viribus dicta tua custodire, & in his excitari, omnia explorare, ac circunspicere, ut mihi siant notiora, ac suauiora. Inuigilo, infiso, solicitusque satago, prouidus, acutus, sagax, multiplex, hic existo. Hæc prædicatio omnino fuit hoc loco necessaria. Nam nisi excitemus animos nostros, non sentiemus, quæ sit philosophia, quam vincat omnem suavitatem. Hoc nimur non percipies, nisi prophetam diuinum imiteris, qui se tibi hoc loco proponit exemplo, non ad ostentationem sui, sed tuam utilitatem. Teneamus ergo quæ sit philosophia, & quo modo sit ad eam peruenientium, vt mire concordet quod dixit Hesiodus, & Epicharmus, cum his quæ dicuntur à nostro. Nam animi sapientum consentiunt, prior quidem, τῆς δ' ἀρετῆς ἴδρωτα θεοὶ τεγμάροισι ἐνησεῖ, id est, virtutem statuit Deus, vt sudore præcedat. Alter virtutem dicit vendi mortalibus à Deo, sudoris pretio. Eadem, inquam, docet sanctus Yates. Et vt Hesiodus dixit antecedere labores, virtutem subsequi suauissimam dulcedinem, sic noster Yates addit, In custodientis illis: vt hinc furati veteres illi videantur.

Virtus ve-
nalis.

In custodiendis illis retributio multa.

Retributio.
Psal. 118.
Num.

Hæc illa dulcedo, & fauus, & lætitia, ac thesauri, ac beatitudo, quæ sunt præmia virtutis. Vbiique enim confirmat eandem sententiam. Peruenitur hoc itinere ad sapientiam, quæ suauitate, & splendor, ac decore vincit vniuersa. Atque vox Hebraica quæ retributionem, præmiūmque designat, αὐτὸν hekeb propriè designat calcaneum. Ut autem calcaneus extrema est pars corporis, sic talem operis est cuiusque mercedem, extremum videlicet, ac summum omnis laboris. Quocirca veram retributionem, vt veram extremitatem asserunt etiā Hebræi, esse post mortem. Sed & hoc tempore inchoatur ac præcedit, sicut superius dictum est. Quamobrem cùm finis omnis laboris sit post hanc vitam, illam præcipue videtur spectasse diuinus Poëta mercedem, quæ post omnes labores sequetur. Miratur nos Hesiodum, vbiique carmina eius circunsonant.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἴδρωτα θεοὶ τεγμάροισι ἐνησεῖ
Ἄθανατοι, παντός δὲ καὶ θεοὺς οἴμοις ἐν τῷ αὐτῷ
Καὶ τεγχύς τὸ τερπόν, ἐπειδὴ δὲ εἰς ἀληθείλεται,
πινδήν δὲ ἐπειτα πέλει, φαλαλεπίτερά τε.

Quæ sic Latinè reddam;

Sudorem Deus aeternus præcedere insit
Virtuem: arduus est, asperaque accessus ad illam,
Et durus primum: sed ubi te in culmine sistet,

Dulcis erit, quæ dura fuit, quæque aspera quondam. Hæc non aliam ob causam produxi, nisi vt intelligeremus, cæteris eadem etiam visa fuisse, antiquosque illos à nostris hæc didicisse, vt alia innumerabilia. Arbitrörque Hesiodum ob illam veterem theogiam quæ floruit magis eo tempore, de præmio cælesti potissimum ea dixisse, excelsissimumque illud culmen, quo nos ducat virtus, cælum innuise. Nec nutant Hebræi in hac sententia, esse maximum quoddam præmium felicitatis, maius quæm queat in isto corporis præsenti ergastulo percipi. Cur autem non potiantur animi nostri, quadam suauissima tranquillitate, quam quidem qualis esse possit, intelligo: minimè autem attingo, arbitror esse absentiam à cōspectu diuino. Ibi enim par est esse plenam felicitatem. Ideo diuinus Poëta irrequieta & indefessa voce petit accessum ad cōspectum illum, tunc demum se fore beatum prædicens. Hoc igitur est culmen illud, hic vertex ille sublimis, quo nos fistit virtus, quæ difficilis laboriosaque fuisse videbatur. Nemo enim negat non esse salebrosam, asperam, difficilēmque viam virtutis, sed prædicatur ab omnibus præmium esse maximum. Intellexerunt autem omnes, qui felicitatem aeternam non habuere, penitus certam atque exploratam, etiam corporeæ vitæ quandam tranquillitatem, in sola probitate consistere. Non potest quidem in hoc mundo quisquam cerra felicitate gloriari, quæ potius veræ voluptatis habet fugacem speciem, sed tamen qualiacunque sint, plura, ac maiora contingunt gaudia bonis, quæ malis, longè minores, paucioresque ægritudines. Est igitur præmium virtutis vbiique locuples, ac feruentissimum, laudum, ac gaudiorum feracissima tellus virtus. Quæ sola tanquam ad calcem omnium rerum fistit nos ante conspectum Dei, quem esse torrentem voluptatis prædicat Philosophia cælestis.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me:

AVDITE

ACCORDATI D I T E mortales, quæm hic se moribus omnium accōmodet Propheta. Nec enim putare debet quisquam, se ad probitatem, ac virtutem peruenire nō posse, quia sarcina carnis sit oppressus. Nam & iter superius docuit, & nunc se cùm cæteris peccatores, delinquentēmque ostendit. Verè, inquit, cupio hanc virtutem, & ad mandata tua aduigilo, industriāmque illic acuo, sed quoniā mortalī sum, multisque premor imbecilitatis angustiis, tu quæso porrige quoque dexteram, adiuuāque volentem. **D**avid petitor. *Quis enim est mortalī, qui errores, ac delicta penitus dignoscat? Præpterea ab his quæ nesciuntur, ignorantur, quæ latent sensus nostros, mentemque effugiant, ab his (inquam) purum me preserua. Hoc autem loco plura sunt obseruāda: primum, libertas arbitrij cùm auxilio diuino cōiuncta, quæ sola vera, catholicāque sententia, & inter Scyllam, Charybdimque errorum consistens, declaratur. Nam neque animo libertas auferri debet, vt Stoici quodam, & postea quidam antiqui erroris assertores, crediderunt, tum non debent ab ahīmo, fragilitateq; nostra omnia expectari, sed inuocandum auxilium diuinum, cùm in omni re, tum vero in ea quæ perdifficilis est, magnōque lumine indiget. Primum ostendit poëta diuinus cùm industria, laborēmque suum & præceptitudinem in obseruandis præceptis diuinis ostendebat: secundum hoc loco, quo petit auxilium diuinum contra delicta, quæ per imperitiam admittuntur. Nam quorum malitia autor est, ea nullum poscūt remedium à Deo, tantumque illic delinquitur, quantum quisq; vult, & cupit. Secundū igitur obseruandum, peccata sanctorum innocentiūmque virorum, potius inscitiae sunt, nō malitiæ: mali autem peccant malitosè, ideo nullum postulant auxilium. Deinde ex hoc loco probamus multa esse peccata, quæ minimè à nobis videantur. Intelligimus item inuocandā esse opem diluīnam, nec per inertiam esse cunctāndum nobis, quasi probitate nostra contentis. Cogitare enim debemus multa nos posse latere, tum videmus viros sanctissimos contra peccata remedium à Deo, & eorum veniam postulasse. Arbitrati igitur esse quædam, etiā in summa innocētia, peccata: ab his petebant mundari, atque absoluī. Atque vox Hebraica στοιχεῖον shēghioth, propriè significat ea delicta quæ per inscitiam admittuntur. Quæ saepe in Exodo, & alibi **D**elicta hoc vocabulo commemorantur. Dixit autem, Munda me: Hebraicè cōdein modo υπερ pu-
rifica, redde innocentem, ac mundum ab his peccatis, quæ sunt mihi occulta. Dele quæso huīusmodi delicta, quæ non cerno, quæ in me adhærescant. **M**unda *Ab occulti-*
Obseruabimus autem non dici in Hebraico, Ab occultis meis: sed occultis, tantum, *tis.**

Et ab alienis parce sceluo tuo.

Hoc loco maxima est à fontibus Hebræorum discrepantia, cuius etiam causam docebo. Dux sunt apud Hebræos litteræ, resh, & dalet, quæ fotima, & charactere inter se simillima sunt. Resh scribitur ר, Dalet verò ד. Hinc factum est, vt Septuaginta interpres, multas dictiones aut legerint, aut legi putarint altera littera, quæ nunc altera leguntur, & legendum sensus ostendit. Vnum tantum exemplum proferam, vt id quod dicitur hoc Cloco, clarius fiat. Apud Esaiam cap. 41. habetur וְרַמֵּה hachārīshu, id est, taceant ad me insulæ: Septuaginta legentes dalet, pro וְרַמֵּה hachadishu, transtulerunt, ἔγγυιζει, renouami-
ni: & tamē prior lectio sensu cōprobatur, vt eo loco ostendimus. Similiter igitur hoc loco videtur legisse וְרַמֵּה farim, id est alieni, cùm legatur וְרַמֵּה sedim, id est, superbis. **A**nnota-
tiones Etat
Hec lectio ex traductione Chaldaica quoque probatur, quæ cōcordat cum Hebraico. Hieronymus item legit eandem vocem, transferens Hebraicum, A superbis quoq; libera seruum tuum. Omnes item expositores Hebrei hoc modo legunt, & exponunt. Quare pro, Ab alienis, dicen-
dum est, à superbis, vel arrogantiis. Et quod dixit parce, intelligemus iuxta germanam si-
gnificationem istius verbi apud Latinos, vt illud, Parce pias scelerare manus: videlicet, **P**arce,
abstrahie, amoue. Precatur ergo cum primis sacer philosophs inter cæterā delicta præ-
cipue cōmemorans superbiam, ab ea mundari ac liberari, hoc dicens esse delictum ma-
ximum: appellatque superbias, numero multitudinis, quam singulari exprimit cæteræ lin-
guæ. Duo, inquit, à te postulo, vt me à delictis occultis custodias: secundum hoc, quod qui-
dem longè malus est, vt à superbia animum meum auoces. Nec putemus sine maxima ra-
tione eum præcipue superbiam cōmemorasse. Intelligebat enim prudensissimus vir in-
ter scelera, quorum autor est malitia, & spiritus corruptus, superbiam esse principem, fon-
tēmque malorum aliorum. Est enim peccatum spiritus, non carnis, vt luxuria, gula. Tan-
to sunt autem grauiora peccata spiritus, peccatis corporis, quanto spiritus ipse præcedit na-
NN iij

superbia. turam corporis. Cūnque peccata spiritus necessariò sint maxima ac turpissima, ab his reliquæ fordes ac vitia ducunt originem. Est autem superbìa cōtemptus Dei atque hominum, quæ ponitur hic ex aduerso his, quæ superius de lege diuina prædicauerat. Ut enim illuc dicebat timorem Dei, qui opponitur superbìa atque contemptui, esse mundum, ac castissimum, sic tanquam rem fœdissimam, omniūque spiritualium fôrdium principium, precatur hoc loco à se rescindi superbiam. Atque (vt dixi) propriè eam superbiam innuit, quæ est contemptus Dei, opposita timori eius, ac reverentia, vt & quæ sit hæc ipsa impietas, sicut timor Dei est ipsa pietas. Nam impietas propriè est contemptus Dei, aueratio ab eo, & blasphemia: eccl̄trariò metuere eum, ac revereri, ipsa prorsus pietas. Vbiique autem execrabilis est in sacrâ litteris superbìa, eaq; latissimum malum prædicatur. Huc enim respicit idem ipse fibi consentiens, cùm dicit, Superbi iniquè agebant vsquequaq; ostendens, superbiam esse pestem spatiofissimā, omnia deuantem, ac populantem, cōtemnit enim venerari Deum, bonâque eius non agnoscit, non veneratur rerum autorem, non colit, sed blasphemat, execratur, non inquirit, non obseruat, eodēque progressu rerum humanarum ruinam meditatur. Dico igitur multis omissis, duas res: alteram celebrare fontem virtutum ac sapientie timorem Domini: alteram execrari veluti domicilium omnium fôrdium, omnis dementiæ, stultitiaq; principium, superbiam, sacras litteras. Nam stultus dicit non esse Deum in corde suo, is autem superbus est. Est autem propria appellatio scripturarum, Timor Domini: Graci hac virtute præditos vocarent εὐόρες, εὐσέβεις, ὁσίοις: Latini, pios, sanctos. Nomen autem vitij vistatum ac notissimum. Itaque non sine maxima ratione, à maximo scelere postulauit non quidem mundari, nam non erat eo implicitus, sed id à se prohiberi, auerti, longius arceri, tanquam pestem animi, maximâque fœditatem. Is ergo verus ac germanus sensus istius loci est. Nam quod venerabilis doctor Nicolaus, alienos, hæreticos interpretatur, à quibus oret Psaltes liberaari, pater id eum minimè dicturum fuisse, si diligentius lectionem Hebraicam, cuius non erat ignarus, considerare voluisset.

Si mei non fuerint dominati.

si. **O**c quoque paulo secus habet in fonte. Neque enim additur si, conditionalis partis scula, sed negatio detestationem significans, וְלֹא־בָּאֵן. Ne dominantur mihi, prudenter, tissimumque est locutus, dominatum vitii, præcipueque superbìæ adscribens. Nihil enim homo aliud est, quâm animus recta ratione vtens, quæ vis est eius, propriâque natura. Hanc cùm aliqua peste animus amisit, ab ea ipsa vietus, profligatus, captusq; esse, iure prædicatur. Id enim præcipue dominatur, cui tota cedit potestas, atque regendi autoritas. Regit autem similiter animum superbìa, cùm in potestate eius deuenit, vt ratio sceptrum ipsa tenens, dictabat quandam consilia recta, ac suggerebat. Ac quanquam omnia vita dominari dicantur, proprium tamen est superbìa dominari. Quæ, vt nomen indicat, supergreditur, attollitque sublime caput. Nec vero secus ipsa rationi imperat, eamque premit, quâm ceteris affectat ipsa dominari. Primum igitur miserabilem imponit animo seruitatem, pôst in cæteros desequit, dans ipsa prior sceleris suis poenas. Sequitur enim cum ea graues animi, F ac continui cruciatus, dum partim dolet, se aspirare non posse quod cupit: aut aspiranti clades, atque aspera multa, difficultaque occurunt. Arbitrorque hanc ex animo pestem eiicare, pluquam humanarum esse virium, nec dari nisi paucissimis hanc victoriæ, quod tenebris animum & caligine primum obruat, vt se speculari, cicatricesque eum cernere suas nō finat. Quæritur autem morbo remedium, cùm aut morbus præsens sentitur, aut veniens animaduertitur. In superbìa nihil tale, quæ stultissima sui est conciliatrix. Ad opem igitur diuinam cōfugiendum, precibusque adnitendum, vt spiritus mansuetus, ac mitis nobis largiatur. Quod tam Deo erit facillimum, quâm difficillimum nobis. Unico enim afflato, potest omnem illam sceleratam discutere caliginem. Raro quidem hæc palam in nobis fiunt, non aliam haud dubie ob causam, quâm quod bonum difficile contingit, in quo acquirendo non desideratur. Nos autem mortales, segnes, atque oscitantes dormitamus: nec solum non munimus nobis ad altiores virtutes viam, sed difficile quoque, quod natura dedit, retinemus. Sequamur igitur virorum optimorū exemplum, & inter cæteras errorum possit, singulis momentis sanctam nobis infundi lucem postulare ne grauemur.

Tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.

Maximam animi inquisitionem esse superbiam, is locus clare testatur, cùm hoc scelere à se de-

A à se depulso, fore se sine macula propheta fateatur. Considerandâque sunt singula quæque verba ac ponderanda. Quibus consideratis, intelligemus quod scelus sit, quam vim habeat superbìa. Nam vbi dicit delictum maximum, Hebraice est וְנִסְחָה, quam vocem Hebraei dicunt denotare defecitionem, præditionem, apostasiam. E quibus sic, Rabi David. וְנִסְחָה בְּרַכָּה יְהוָה יְהוָה וְנִסְחָה. Sed peschah est præditio, ac defectio, veluti cū seruus rebellis est Domino. Quibus intelligimus hoc proprie scelus prophetâ innuisse, quo Deo spiritus noster refragatur, refugit eius parere mandatis, contemnit potestatem, bonitatem irridet, despicit benignitatem, non suscipit maiestatem. Durus, præfractus, ceruicosus, lucifugus, inuidus, maledicus, monstruosus. Ac primum dicunt Hebraei præcedere superbiam, ab hac ad delictum maximum, id est profligatam, perditamque impietatem deueniri, cum in profundum præcipitari spiritui omnia contemnuntur. Rationis monita non sentit, morsus latratisque conscientiæ non percipit, caligat ad omnia, non temporum, non locorum, non personarum discrimina agnoscit. Hæc pestis cùm animum inuasit, maximū scelus inuasit, latissima corruptela inuasit: tunc lacrymabile funus animi videoas, vita luminéque suo destituti. Tales profecto homines esse desierunt, tantumque exterior in eis remansit imago. Imago autem Dei diffluxit, in portentum mutata. Merito igitur hic Propheta preces adhibuit. Nam cùm homo sit ab altissimo rerum bonarū principio remotissimus, necessario naturam habet imbecillum, & in omnes errores præcipit, vt omnino indigeat diuina luce. Porro quod dixit, Tunc immaculatus ero, Hebraice וְנִסְחָה quod designat etiam perfectus ero. Tunc, inquit, ero perfectus, cùm ex me superbiam cicereris.

Tunc im.
ero.

Et erunt vt complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Ec quoque clarius intelligentur, si iuxta Hebraicū proferantur. Nam cùm preces, Et erit ut
compl. clo.
or.m.
vbi ad commemorationem superbìæ peruererat, addidisset, tantumque facinus procul à se repellere postulasset, non hoc contentus, maioribus etiam precibus id contendit, dicens, וְנִסְחָה וְנִסְחָה. Sint accepta, sint grata verba mea, sit quæso hæc mea postulatio efficax. Hieronymus quoque in suo Psalterio: Sint placentes sermones oris mei. Verterunt autem per futurum, non per imperatiuum Septuaginta: quod apud Hebreos futura quemadmodum apud Græcos, interdum sint vice imperatiuum. Sequuntur sunt igitur indicatiuum. Sensus autem, vt dixi, docet supplicationem hic esse, vt exponunt etiam Hebraei. Porro quod ait, Et meditatio cordis mei: hoc innuit, non tam ea quæ verbis expressis ac voce super hac re postulasset, sed plura quoque, quæ residerent in corde, & quæ non posset capere oratio, hæc inquam, omnia, grata vt sint Deo precatur, vtq; ab eo considerentur, & exaudiantur. Ac partim per tralationem ad res humanas, partim ad verū, ac proprietatem, dat conspectum, sive faciem (vt habet Hebraicum) Deo. Omnia enim quæ sunt apud nos, ritu morteque nostro, sunt apud Deum, modo quadam diuino. Atque similiter spirituum. vt nos molem corporis manibus mouemus, itum aërem, atque voce animatum organo. Corporco excipimus, non sine oculis corporis cernimus: sic omnes has facultates habent animi separati, suo iure. Eodemq; modo est quadam præsentia diuina, quâm neque sermone proflus explicare, nec formare possit cogitatio, sed talem quandam esse intelligimus. Cùm veniunt res ante oculos nostros, sive placet, sive quoq; displicant. Ante oculos Dei omnia clara patescunt. Enitendū est igitur, vt sint illi placita, ac grata dicta nostra ac facta. Atq; non modo postulandum, vt detur inde nobis, sed vt ipsa quoq; sit accepta postulatio. Præcipueq; ad vitam pure ac innocentem transigendam, precibus auxiliū diuinū est accerendum.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Rio adiutor meus, Hebraice est, וְנִסְחָה. Id est, petra mea. Vnum est è nominibus diuinis, ex similitudine, non proprietate, Deo attributum. Ut igitur dicitur pastor, leo: sic petra, quasi robur, propugnaculum, præsidium, res solidissima, atque inuictissima, inex-pugnabilis ἀπόπολις. Is erga pios est Deus. Alterum autem nomen est, וְנִסְחָה id est, liberator meus. Ut primum designet perfugium omnibusque ab hostibus defensionem, vt ne in hostes incidas: alterum si incideris, vt libereris. Hæc duo sunt genera auxili, quæ solus Deus potest hominibus præstare, vt vel in hostes, & sceleris, ne labamur, aut si sumus illaqueati, ab eo solo eripi amur. Hæc igitur idcirco hoc loco usurpat, quod à maximis gauffissimis que peccatis postulauit eripi. In quo clare & affectum suum, & quanti momenti res esset pec-

NN iiiij

etiam, ostendit. Non secus enim hisce nominibus est vius, ac si aliquo magno periculo, & D in quo de salute ageretur, esset circumuentus. Videbis hoc in ceteris Psalmis, cum se ab inimicis peti, sanguinemque suum ab illis queri cerneret, eum his nominibus inuocare Deum, petra mea, refugium meum, adiuua: liberator meus, ac redemptor meus, eripe famulum tuum. Ecce igitur ostendit, quoniam prorsus haud intersit, an in potestatem hostium, an peccatorum ac flagitorum deuenias.

P S A L M I X I X. E X P L A N A T I O.

PRÆFIGITVR Psalmi inscriptio, In finem Psalmus David. Dictu sapientis, Græcum eis τέλος, in finem, non respondere Hebraico λαμναζεαχ, quod non aternitatem principiis Psalmorum designet, sed potius laudem, pæanisnum, vocationem eorum, qui vicissent. Rectius ergo diuus Latinorum interpres, Hebraicum lamnazeach, victori. Chaldaeus autem respicit significatum laudis, qui sub ea voce continetur, λαμναζεαχ leshabechta, thusbachta, Ad canendum hymnum. Est autem is hymnus triumphalis. Itaque recte vertitur eadem vox, Pro viatoria, nempe viatoriale carmen. Ferunt Hebrei, quibus assentitur Nicolaus, editum Psalmum à cantoribus pro David, cum mitteret exercitus, ducesq; in prælium: Ipse autem eisdem ducibus cogentibus, nequid ei grauius accideret, domi residere, aut pugna excedere cogeretur. Cūque dicitur, Psalmus David, volunt articulum τῷ le David, esse quasi pro ipso David, exemplis id significatum comprobantes. His ego assentior: at Euthymio minimè, qui ferat editum Psalmum quasi pro Rege Ezechia, contra Regem Assyriorum. Non video quis locus hunc ei sensum tam longè petitum, exhibuerit.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat
te nomen Dei Iacob.

DIES tribulationis, Hebraicè τῶν zara, angustiæ, vexationis interpretantur Hebrei diem prælii cōmittendi. Ille dies longè grauissimus, sed præsto suis, inquit, Deus erit, pede secundo veniet. Animos dabit, virtute peccatora replebit, non aspernabitur vocantes. Est igitur futurum in Hebraico τῷ ianeecha, audiet, exaudiet: forte etiam orat, imperat, vt Græcè est ἐπεγειρόμεθα, Exaudiat te Dominus. Exaudierit te ope eius, precibus implorata, vt sit ab his, quibus calamitates impendent, nullam patiere repulsam. Quod Græcè est, ἐπεγειρόμεθα, protegar, Hebraicè τῷ iefaghbecha, designat quidem protegere, defendere, sed ei metaphora subest. Græci defensionē à scuto, quod obiicimus hosti, nominant ἀστις, inde ἐπεγειρόμεθα. Hinc ille dictus πάθατος, fugax, timidus, quod scuto abiecto primus in celeritate pedum salutem posuerit, loquendo, quoniam pugnando longè melior. At Hebrei defensionē à locis editis sumunt, ab arcibus inaccessis. Itaque protegat te, Hebraicè, exaltet, in loco edito, tuto sistat, eleuet ab iactu. Sonat igitur id verbum, eleuare, attollere. Nomen quoque Hebraico loquendi genere, est pro maiestate, F numine. Nomen Dei, maiestas, diuinitas, numen, veneratio, celebritas. Iacob autem dixit velut Hebreus. A Iacob genus Hebreorum est, Deus Iacob, quasi Deus Hebreorum, vnicè ab Hebreis illo aucto cognitus, & adoratus. Quibus solis, sese conspicuum, clarum, beneficium, seruatorē, propriumq; Deum, exhibuit, ceteris non æquæ. Ab antiquissimis patribus, quibus visus, quos familiariter est allocutus, cognitione, & scientia eius descendente, vt sua cuique vrbi, ac genti propria numina, sic Hebreis hoc verum numen.

Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.

SANCTUM. **M**ERATIVA hæc, vt dixi futuro efferti possent λατηστα, fons τῷ islach, mittet, si sit deprecatio per imperatiuum. Sanctum, Hebraicè τῷ codes, sanctuarium. Mittat auxilium de sanctuario. Est assentientibus Hebreis, pro loco vbi erat arca, vt declarat quod sequitur, Et de Sion tueatur. In monte Sion erat arca, ibi responsa reddebantur. Erat oraculum totius gentis Hebraicæ: inde Deus vocatus, & consultus mittebat opem Hebreis. Rabi igitur Salomon exponit, E templo sanctitatis suæ in quo inhabitet. Auen Esra, ex loco, vbi erat arca. Quod autem ait, Tueatur, Græcè αὐτὸν δούλων, auxilietur. Idipsum pollet Hebraicum τῷ ifadeca, Sustentet, suffulciat, sustineat.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.

Nunc

ANCIENI quoque imperatiuum, futuro proferendum Græcè μυηθέμ. In origine τῷ iscor Recordabitur, memorauerit Pro θυσίᾳ, sacrificio, sunt in fonte τῷ minchotheca oblationes tuæ, eadem, & sacrificia. Hebræorum fert opinio, designari sacrificia, quæ bello ingruente fiebant. Onerauitque æthera votis. Maestant totidem de more bidentes. Cumulantq; altaria donis. Posset igitur esse futurum, itemque oratio. Precatur, vt sit acceptum, gratumque sacrificium, vt veniat vocanti cælitus auxilium. Nonne ex sacris ritibus peruenit ad alias gentes ratio sacrificiorum, quæ & ipsi sperabant, & optabant superis esse grata, vt Homerus de Neptuno profecto ad Ätiopas, vbi pinguibus hostiis delestatetur.

Ἄρτιον τελέσθαι, καὶ αἴρεσθαι εἰς τροφῆς.

Taurorum fructus, agnorumque hic hecatombe.

In sacerdote quoque, meminit pinguis sacrificij, pinguiumque hostiarum.

Κατὰ πίνακα μηρα ἔπειτα,

ταυροῦνδ' αἴρον.

Aut pinguis flammis.

Crura dedi taurorum, agnorūmque. Pingue igitur sacrificium, siue holocaustum, est, quod totum flammis absuntur. Nam verbum Hebraicum hoc loco τῷ dasan, quod transfertur pingue scere, designat etiam cinerescere, à nomine τῷ deshen, cinis. Propterea Auen Esra, supradictum verbum alio clatiore exponit, pro pingue fiat τῷ εἰδεψέννα, comburatur sacrificium. Comburat ipsum ignis altaris, redeatque in cineres sacrificium. Rabi verò David approbans hunc sensum, Pingue fiat, inquit, nimurum, vertat ipsum sacrificium Deus in cineres. Quasi dixerit, Mirrat ignem ad concremandum illud, sitq; ipsi acceptabile. Hæc illi. Hoc sacrificij genus à Græcis ad eundem sensum vocatur ὁλοκαυτών, holocaustū, sonat totum combustum, atque iuxta sensum Hebræorum, locum interpretantur, fuisse sacrificium, quod totum combureretur, aliud, cuius partes duntaxat, crura, iecur. Maiores hostias fuisse, quæ totæ concremarentur. Sed hic precatur, quale fertur ab Hebreis accidisse sacrificio Abel, quod descendente cælitus igni, crematum est, cōque indicio, perspectum fuisse acceptabile. Id orat, precaturque Propheta.

Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

RIBVAT secundum cor, ad viatoria pertinet iuxta Hebreos, Det tibi Deus, vt initios superes, optata victoria potiaris. Quod dixit, confirmet, Hebraicè, & Græcè στρατηγόν, impletat, perficiat, absoluat. Consilium autem est pro voluntate. Nam voluntas à Latinis, è verbo Græco consulendi ducta. Et consilium dicitur φράση, Vole. Hinc poëta rerum omnium consultissimus,

Consilio, hanc omnes, animisque volentibus urbem

Afferimus. Jungens consilium, ac voluntatem, vt idem. Cor item pro animo, ex conscientiæ sacrarum litterarum, itemque prisorum poëtarum apud Græcos, vt φίλοι καὶ φίλοι λογοτεχνῶν, charum cor loqui inducentes.

CLÆTABIMUR in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. Impletat Dominus omnes petitiones tuas.

ALVTARE, σωτήρ. Melius ad Hebraicum, & clariss τῷ ieuatheca, in salute tua. A militibus, à populo ante regem dicentur. Hæc ait Auen Esra: nam salutem tuam referri ad ipsum David. Exultabimus ergo populus eius viatoresq; milites ob salutem ob viatoria. Posset salus etiam de Deo sentiri. Propter salutē tuam Deus, salutem abs te acceptam, demissum cælitus auxilium, præsente numine tuo, ac tela nostra in hostes dirigente. Propter hanc salutē, exultabimus, efferemur lætitia, clamores nostri lætitiae testes audiuntur. Est enim verbum Hebraicū τῷ νεραννη, exhilarari, vociferari, laudare. Quod ait, Magnificabimus, obseruatum etiam à Capnione, similitudinē vocis interpres Græcos fecellisse. Due sunt voces inuicem simillimæ τῷ gadol, magnus τῷ deghel, vexillum, insigne. Ab his verba ducuntur: à primo verbum magnificādi, à secundo insigniendi, nobilitādi. Hoc loco dicitur τῷ nigdol, insignes, nobiles erimus. Si esset verbum magnificandi, dicceret τῷ nigdol. Declarans igitur hoc verbum Auen Esra, Cūm, inquit, impletuerit Deus petitiones tuas τῷ νεραννη iarum dagenu, cleuabitur vexillum nostrū. Et Rabi Salomon, Congregabimur, præliumq; committemus. Rabi quoque David τῷ νεραννη, cleuabitur vexillum, & insigne nostrū. Chaldaeus item ad hanc significationē, Et in nomine

Trib. si. sc.
cor.
Consir.
Consilium.
Voluntas

Thi.
Lat. insl.
tu.

Magnific.

Dei nostri **nites**, explicabimus signum. Est enim verbum Græcum **τεῦχος**, volumen, in uolucrum. Inde Hieronymus simile quid, sed paulum vario sensu: Et in nomine Dei nostri ducemus choros. Est igitur sensus verus: inuocato nomine tuo, signum in hostes explicabimus, vexillum proponemus. A te enim salutem, victoriāque speramus. Hac auxilio, & beneficio tuo potiti, omnibus in templis latabimur. Quod ait, impletat Dominus omnes petitiones, magis per futurum, iuxta alia verba in hoc versu efferri debet, implebit Dominus: propterea, quod vaticinum est de victoria.

Nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christum suum. Exaudiens illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salus dexteræ eius.

Nec cognoui, variat personas ad morem poëtarum, nunc ipse poëta loquitur, nunc dat paulo sermonem. Hic loquitur ipse Vates, qui carmen pro rege edidit. Est, ait, **N**atura, exploratique victoria. Præfaga boni mens prospicit, os fatidicum prænuntiat. Christum autem suum, ipsum David interpretantur. Auen Esra Messiam quoque designari posse testatur. Profatur quoque cœlitus exaudita eius orationem. Hæc salus eius, is triumphus. Quod ait, In potentatibus salus dexteræ eius, in origine clarius. Nam in **οὐρανίᾳ**, salus per nominatum, conuenit esse potius per genitium, veluti transluit Hieronymus, habetque oratio, Exaudiens illum de cœlo sancto suo, in potentatibus, siue fortitudine salutis dexteræ sua. Hoc erit exaudire de cœlo regem suum, quod eum liberabit, seruabit cum potestate dexteræ. Potenti dextera sua seruabit eum. Extendet potentem dexteram, seruabit cum potestate eum, profligatis inimicis. Hæc dextera contra hostes erit, qualis apud poëtas.

Contingūsque manus, qua concidit Ilia tellus. Et, Hesiodus de Gigantibus.

καὶ χεῖρας ἀδηλός. Et,
Qui manus magnis refindere cælum

Aggrefi.] Similes quasdam manus, canit poëta noster, Cum salute, inquit, exaudiens cum, quam præpotens cius dextera dabit. Exaudiens, dexterāque potentem extendet. Ab hac omnipotenti dextera salus erit. Hieronymus ergo clarius sic transluit, Exaudiens cum de cœlo sancto suo, in fortitudine salutis dexteræ eius. Et quos Latinus dixit, potentatus, rectius dixisset vires, potentiam, Græcc.

Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.

BEST verbum, confidunt, sperant, spem magnam habent, alij in curribus, ceteri in equis, at nos in solo Deo. Curribus, atque effedis ea tempestate præliabantur.

Inflaret currus cristatus Achilles. Et,
Fertur equis, curruque heret resipinus inani.

Quod dixit, inuocabimus, Hebraicum **רְאֵנוֹתָנִים** naskir, recordabimur, quod Ecclesiæ quoque doctor posuit. Præsidium itaque nostrum non arma, non currus erunt, & equi, sed Deus præpotens. Nec victoria nobis constat equitu, peditu, multitudine, sed celestis opis inuocatione. Ea milites nostros confirmabit, animos efficiet, proteret hostes, & profligabit.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

Vo d Sept. dixerunt **οὐεποδίδηται**, Obligati sunt, clarius Hebraicum, quod transluit Hieron. **וְאַתָּה** careu, incuruati sunt. Huic cetera respondent, ceciderunt, surreximus, Atque quod dixerunt iidem Sept. **אָבֶן אֲדֹם**, surreximus, aptius ad Hebraicum dicas **וְאַתָּה** camnu, stetimus, ut innuat eos non cecidisse, quemadmodum hostes, sed stetisse. Verbum quoque, erecti sumus, id quidem sonat Hebraicè: at rursum suffulti sumus, eleuati, sublati, sustentati altè, ne prolaberemur, **וְאַתָּה** nithodad.

Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Ro lectionis Hebraicæ secus habet, nimirum, quod transluit Hieronymus, Domine salua, Rex exaudiens nos, in die, qua clamauerimus, aut vocauerimus. Quapropter rex non est accusandi casus, neq; nunc rex est ipse David, sed, testibus Hebraicis,

Deus

ADeus summus, Regnator mundi, cælum, ac terras, qui numine tóquet. Suntque hic duo nomina Dei, Ichoua, Ioues, Iuppiter, atque Rex, quod & ipsum Ioui ab omnibus poëtis tribuitur vt Callimachus σὺν γῆς ἄριστος, &c. Rex tibi hanque sepulchrum, Fecerunt Cretes. Et, dico ego opera mea regi. Diem qua vocauerimus, iure exponunt tempus prælii committendi, paratis animis ad dimicandum. Est ergo precatio, Domine salua, serua, nempe populi tuum. Tunc succinit quasi vaticinu, Rex exaudiens nos in die, qua inuocauerimus.

P S A L M I X X . E X P L A N A T I O .

OLIT A ceteris psalmis inscriptio. In finem psalmus David. Pro **εἰς τέλος**, in finem, est **מִצְמָאָת** lamnazach. Ad triumphandum, laudibus, carminibus victoria libus. Et Chaldaeus, Ad laudandum, carmen David. Quorsum pertineat psalmus, quoniam veteres Hebrai, qui proprius à spiritu vero prophetæ, quām posteriores aberant, exposuerunt, horum maximè sententia acquisendum est. Amandatis igitur Gracis, qui nescio qua de causa, referunt psalmum quemadmodum superiore, ad tempora Regis Ezechiae, quo graui morbo liberato, populus hoc quasi carmen cecinerit, Hebreos vetustiores respicere conuenit, censes editum carmen, quod & Nicolaus testatur, super Rege Messia, super gloria, ac maiestate eius, quem ceteri psalmi celebrantes, vocant, Omnia mortalia speciosissimum, Regem præpotentem appellant, dant ei militarem virtutem, tela, arma, gladium. Atque Rabi Salomon reliquis Hebreis impudetior, sciens Maiores carmen de Rege Messia interpretatos, non est veritus more gentis in suam perniciem semper cæcutientis hac scribere, vt corum misericordia pertinacia sit perspicua, **וְאַתָּה בְּעִירֵינוּ כִּי תִשְׁלַחְנוּ נָשָׁרֶת וְאַתָּה בְּעִירֵינוּ כִּי תִשְׁלַחְנוּ נָשָׁרֶת** Rabbothenu paternu, almelch ha Massiath. Vnacon hadabarle potere od al David azmo, lateshubath ha minim shepateru. Maiores, inquit, nostri, qui doctores synagogæ nostræ, exposuerunt psalmum super Rege Messia. Sed cōuenit item de David interpretari, vt hereticis respondetur, exponentibus postquā duxisset Bersabee, hunc psalmū cum cecinisse. Hæc ille. At non propter hanc causam vult de David psalmū posse interpretari, sed ne Christiani, quos hereticos, siue ex leges appellat, haberent vllum de Messia testimoniu, cui niterentur. Eo dimiso, Auen Esra, & Rabi David minus impudētes, liberam interpretationē proponunt, vt vel de David sit, vel iuxta maiores de rego Messia. Sed potius in eam sententiam tendens Rabi David, esse de Messia, hæc ait, cūm dicitur psalmus David, sentendū esse, editum esse in spiritu prophetæ ab ipso David de Rege Messia filio eius. Inimici erunt Gog, & Magog, exercitus q; eorū, qui obsidebunt Hierusalē. Aut cūm dicitur **וְאַתָּה בְּעִירֵינוּ כִּי תִשְׁלַחְנוּ נָשָׁרֶת** psalmus de David, intelligendū est, psalmus super David. David autem est nomen Messiae, quemadmodum est apud prophetam, Et David seruus meus, princeps erit ei in æternum. Hæc ille. Quibus eti; lumen veritatis ab antiquis suis præfulgeret, tantam tamen obscuritatē mentibus eorum offudit pertinacia, vt lux à prisca seculis cradians, nihil eis ad videndū profuerit. Nam opponunt se ne de Christo filio Dei possit interpretari, quemadmodum Rabi Salomon, Cnl maiorum grauitatem moratus, & ab autoritate eorum, propterea quod de Christo loquebantur, clam se subducens, ad David oraculum attraxit. At nobis sat est, maiores eorum, quos posteriores venerari coguntur, quod propinquiores seculorum bonitati fuissent, hoc incorruptius de his oraculis iudicasse. Ac vera esse comprobabit, quæ de maiorum interpretatione minores locuti sunt, qui viderit librum quem vocant Midras Ihechilim, quod est mystica psalmorum interpretatio. Item Chaldaica editio, quæ transferens in eum sermonem scripturas Hebraicas, priscorum aperiere mysteria delectatur. Regem Messiam sacerdos hoc psalmo memorat.

Domine, in virtute tua latabitur Rex: & super salutari tuo exultabit vehementer.

ALVTARE (vt sepius monui) clarius, & melius, salutem **τηνῶν** Iesuatheca, salute **σωτηρίας**, seruatione tua: nimirum, quam attulisti, qua illum adiuuisti, saluti eius prospexit. Virtus. **V**irtutem dixit, Græcc clarius ad Hebraicum **דְּבָרָא מְלָא**, potestate, vi, fortitudine præoz, in potestate, robore, fortitudine tua, qua scilicet cum confirmasti, corroborasti: latabitur, alacer erit. Animos dante Deo, spiritus ingentes infundente, ipso pectori regio illabente, Rex latabitur, plenus erit alacritatis. Quæ sit virtus, declarat subiecti, Salutari tuo. Rex De Messiae, Est igitur virtus, aut potestas, salus ipsi Regi cœlitus allata, Nomen quoque Regis congru-

Messia tribuitur, qui Rex, dominatoris mundi vocatur ubique in sacris litteris; Ecce Rex tuus venit, pauper, humilis. Dico ego opera mea Regi. Et Chaldaeus illic, Pulchritudo tua ò Rex Messias. Totóque psalmo, qui incipit, Eructauit cor meum verbum bonum. Regia maiestas Messiae describitur. Chaldaeus igitur, cui plurima priscorum mysteria declarare transferendo mos est, hoc loco apertè Messiam appellat. Domine, in virtute tua latabitur melik Meficka, Rex Messias. Alij Chaldaicæ interpretationis codices habent, pro latabitur imlak, regnabit. Non est miru tribuere sacras litteras, Messiae, qui idem Deus sit, vt à Deo corroboretur, confirmetur, ope eius subleuetur, quod ea fuit Apostolorum quoq; théologia, quā Messias ipse docuit, ac reuelauit, vt modò diuinitatē eius, & aqualemq; patri maiestatē prædicarent, modò quicquid habet, vel ipsum numen, substantiamq; diuinitatis, à patre esse docerent: omniaq; bona vélut inferiorē ab eo recognoscere, inq; cum accepta referre, & ipsos Apostolos cum prophetis, atque ipsum Messiam, demonstrarent. Nusquā enim inuenies Messiam non prædicantem patris sui maiestatē, eum q; summa vénératione colentem: omnis maiestatis suæ, ac diuinitatis autorem farentem. Humiliauit enim semetipsum, factus obediens usque ad mortem. Hac theologia, vt noua religio, quam Messias, & quos misit, effuderunt in mundum, plena est, sic in antiquis oraculis, omnibus locis occurrit, nunc numen aeternum Messiae, summamque diuinitatem prædicantibus: nunc eum velut hominem nobis offerentibus, qui ab alio, summa illa bona, sicut inferior accepit. Hoc igitur fecellit Hebreos, stolidum pecus, illam bonorum acceptationem, quam de Messia prædicant oracula, merum hominem designare summo mentis erroreg opinantes. Neque enim sunt ullius interioris philosophiarum capaces. Illa igitur bonorum acceptorum prædicatio, non hominem merum, quales nos, designat, sed natum accipientemque ab alio parte alia constanter diuinitatem, & qualémque primo maiestatem prædicantes easdem sacras litteras inuenies. Hoc igitur posteriores Hebrei videre non potuerunt, visuri sanè, si veterum suorum theologiam liquidis oculis inspexissent. Sed eis caliginem, tenebrásque offudit pertinacia, certusque Christianis contradicendi scopus. Hæc dixi, vt in primis Rabi David responderem, intima theologiæ huius penitus inscio, qua Messias omnia bona accepta refert à patre, suspiciati ob hanc prædicationem nihil cum diuinum habuisse, sed hominem duntaxat fuisse: potissimumque longius eo refellendo sermonem protrahere, si quid ponderis viuis imperiti Iudæi calumnias habere putasssem.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

voluntas lab. **V** O D dixerunt Septuaginta ἡληνοὶ τὸν χρήματα, voluntatem labiorū, est in fonte τῷ νερῷ. Aresketh, constanter ab Hebreis exponitur pro eloquio. Chaldaeusque pro eo, claram ex idiomate Hebraico vocabulum τῷ νερῷ perush, explanationem, interpretationem. Aptius labitis hoc congruit, quā voluntas. Ad hæc, quod saepius à nostris dicitur in sacris oraculis propter rerum futurarum, quas prædicunt, certitudinem, efferri solere futura præteritis, ab Hebreis quoque probatur hoc loco, censentibus præteritum tribuisti, referendum ad futurum in aduentu Messiae. Complebitur autem Vates omnem Messiam magnificientiam, omne decus, cum canit ei data quæcumque postulasset, vt est secundo Psalmo, quem de Messia quoque interpretantur: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et ipse de se ipso apud Euágelistas: Ecce, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Et, Ecce filius meus in quo mihi bene complacui. Græcè εὐδόκησα, cōtentus sum, me talem habere natum, p. 80. *Di-* lator tali prole: bonis in eum collatis vehementer delector. Itaque desiderium cordis, & *lata ostium,* prolatio labiorum, quantum desiderare cor, quantum os postulare possit, designat, bona infinita, bonorum incredibilem affluentiam, copiam inexhaustam, quæ à solo filio Dei possidetur. Expedit singula bona.

Quoniam præuenisti enim in benedictionibus dulcedinis: posuisti in caput eius coronam de lapide pretioso.

præuenire. **R**Æ V E N I S T I, Hebraicæ per futurū, utq; monent Hebrei, verbū præueniendi cadit in duos, Deum qui præuenierit, aut ipsas benedictiones, quæ præuenierint. Est autem sensus præueniendi, quod quasi occurrerunt ei venienti omnes gratiae. Affuerunt ei nascenti omnes affluentia, cornucopia. Præoccupauerūt, presto fuerūt, veluti Regem circumsteterunt agmina sancta sororu. Ab aeterno fuerunt illi gratiæ comites. Non longè post subsecutæ

A subsecutæ sunt, sed una cum illo nascente fuerunt, hatus est autem ab aeterno. Gratiarum igitur præuentus, aeternum tempus, quo benedictionum aduentus antecessit, designat. Non longè post nata est, paulatimq; crevit maiestas eius, sed fuit ab aeterno. Atque adeo præuenierunt benedictiones eius, celerisq; carum aduentus fuit, vt omne sæculum, atque ortum cunctarum rerum præuenire. Hoc designat præuenire. Benedictiones (vt ante demonstrauimus) Hebraicæ dicuntur τιμὴν berachoth, vox sonat affluentias, abundan- cias, exuberantias. Vt enim Latini abundare dixerunt ab vndis, & affluere, à fluxu flumi- num, sic Hebraicæ, benedictiones dicitur à τιμῇ bereka, fons, piscina. Propterea benedi- ciones sunt affluentia, vertates. Latini, & Græci ad sermonem retulerunt. Est enim εὐλο- γῶν, benedicere, copiosa, magna, plurima alicui precari. Benedicimus, cùm res affluentes, magna, eximias precamur. Nec distat Hebraicum à Græco, atque Latino. Quod Latinus dixit, Benedictiones dulcedinis, Græcum est, benedictiones ζητήθηται, bonitatis, suauita- tis, Hebraicum benedictiones τιμῆς, bonas, Hebraicum, & Græcum bonum dixerunt, Latini dulce, quod bona, & dulcia saepe sunt eadem, si modò non ad sapores solos dulcedi- nem referas.

Et te germana, tuumque

Dulce caput. Linquebant dulces animas. Et Lux dulcis, iticundum lumen. Benedictiones bonæ, dulces, exoptati thesauri, rerum præstantissimarum possessio. Declarat apertius, Coronam de lapide pretioso, pro Græco ἐν λίθῳ πτυχίᾳ, Hebraicæ coronam τιμῇ paz. Coro- nam auram, coronam pretiosi auri, quod dicitur, paz. Hoc sciens Hieronymus transtulit *Cor. de lap.* *paz.* coronam de obrizo. Est autem obrizum aurum lectissimum, purissimum. Corona autem impositio, est regiæ dignitatis concessio. Quem constituit Regem vniuersorum, per quem fecit & facula, ait magnus ille Theologus. Et Sibylla clara, ἡγιανῆ θεᾶν κατέβη, Principem Deorum constituit cum pater. Si Dcorum, multò magis hominum. Et in titulo: I E S V S Nazarenus Rex Iudaorum. Aut corona aurea est rerum cunctarum, gratiarum, virtutum, bonorumq; possessio: optimæ cuiusque rei nullius non dignitatis, honorisq; cumulus. Itaq; recte de Messia veteres hæc acceperunt.

Vitam petuit à te, & tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum, & in sæculum facili.

Oc Carmen Chaldaeus, cuius apud Hebreos auctoritas est grauissima, altiora, quāmodi Iudaica insipientia suspiciens, tranfert τῷ νερῷ chiai alma, vitam aeternam petuit. Itēq; quod obscurè dicitur Latinè, in sæculum, & in sæculum facili, quādam Græcè melius εἰς αἰώνα οἴοντος, in sæculum facili, Chaldaeus dixit, Longitudinem die- rum τῷ νερῷ lealeme alemin, in facula faculorum. Hebraicæ τιμῇ paz in aeternum, & vlti- tria. Hieronymus, In sæculum, & in aeternum. Est igitur evidenter contra vesaniam Hebraicum testimonium de aeternitate Messia. Hoc erat, quod tempore Christi per omnem plebem fama de Christo percrebuerat. Nos, dicebat turba, audiimus ex lege, quod Christus manet in aeternum. Acterna igitur vita, immortale, & indeficiens ævum Messiae, quod ei tribuunt sacra oracula, declarat diuinitatem. Declarat aliud, quād humanitatem corruptibilem, quod circa nationem contendit Messiam habuisse. Hinc aliud oraculū, cum præ- senti consentiens de codem Messia, autoribus Hebreis: Ante solem permanet nomen eius. Et aliud mirabile: Ex vtero ante luciferum genui te. Hæc igitur est aeterna vita. Nam quod cælum, sidera, Solem, Lunamq; antecedit, aeternum est. Vita Messiae fuit ante Solem, ante Luciferum, ante sidera caelestia. Nec fuit solum, sed etiam, quod præsens oraculum canit, in sempiternum erit. Prosecuturus igitur bona, quæ Messia poscidere caelesti oraculo didi- cerat, præposuit auream, pretiosamq; coronam, qua Deus designauit, declaravit filium suū Regem cæli & terræ. Tum ne putares hoc regnum, quasi regnum mortalium regum, sub- dani. 7. iecit eius aeternitatem. Est enim de codem in oraculo Daniëlis in visione, vt ei dederit pa- ter regnum sempiternum, quemadmodum nunc Psalmus concinuit, vt sentias oraculorum cōsensu super rege Messia. Aspicio, inquit, in visione noctis, & ecce cū nubibus celi, quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. Et omnes populi tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas aeterna, quæ non auferetur, & regnum, quod non corrumpetur. Hæc Daniëlis oraculum. Vides vt dicat antiquum dicatum, bimirum, patrem aeternum, genitorem sempiternum, qui dicitur antiquus dicum, nempe senti- *Expositio* *visionis.*

OO

piternus, dedisse ei, quem videbat incedere in nubibus cæli, comitantibus Angelis, potestate, gloriā, coronā de lapide pretioso. Vedit enim Dani El eiusmodi spectaculum. Innectus nube serena, diuum comitante caterua, insignis homo procedebat. Hunc omnis ille Dcorum cœtus, qui circumstabat, comitabaturque eum, deduxit usque in conspectum illius, quem vocat Vates, antiquum dierum, scilicet genitorem sempiternum. Tunc eum pater æternus complexus, Regem sempiternum declaravit, potestatem dedit, subiectis omnibus gentibus, quas vniuersus orbis amplectitur. Quæcunque Dani El spectaculo perspexit, Dauid verbis elocutus est prior, decantans Mellissam sempiternam maiestatem, non à se ipso, sed à parte datā. Hæc si cœcitas Hebraica videre potuisset, nec tantopere pertinaces essent, & vnam nobiscum religionem, innumeris suorum Vatum oraculis longo ante tempore prædictam colerent, venerarentur.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorum
impones super eum.

N salutari tuo. Obseruatum superius, clarius Hebraicum esse יְהוָה Iesuatheca, in salute tua. Quid enim est σωτήρ, salutare? Res salutaris, salubris. At Hebraicum, ipsa salus. Magna, inquit, gloria, magnum decus, & præsidium proueniet ad eum, ex salute tua. Quod ei tu præsidium es, quod, seruator, & defensor, quod te rem gerente pullos, ac superatos hostes viderunt omnes, celebre erit apud omnes nomen eius. Tu vitam, atque immortalitatem, tu potestatem, qua superaret omnes reges dedisti. Data est, inquit idem ipse, mihi omnis potestas in celo, & in terra. A te gloria, nomen, decusque erit illi. Tu nominis, triumphorumque autor. Est hoc loco euidentissimum priscorum Hebraeorum testimonium super rege Messia, in libro, quem dixi vocari Midra Ihehilim. Cum multa de Messia ex sacris oraculis testimonia protulisset, est, inquit priscus theologus Rabi Hanina, vestis quedam neptarea, diuina, qua solus Deus, nequaquam reges terrestres vestiuntur, de qua psalmus canit: Confessionem, & decorum industi. Hanc vestem Deus sumimus Messiam induit, quemadmodum scribitur hoc psalmo, Gloriam, & magnum decorum impones super eum. Quod Hebraicè est, confessionem, & decorum impones super eum. Indues eum gloria illa, qua psalmus alias dixerat indutum ipsum Deum. Hebraica haec sunt מֶלֶךְ בֵּשׂ וְמַתְחָרֶב וְמַתְחָרֶב שֶׁל וְדָל וְרִזְקָנָה לְגֹזֶן תְּמִימָה קְלִי Melek basar ve dam en lobashin purpura shelo, vecol. vmahu, hod vchadar labasti. vba melek ha Massiach cethub, hod vchadar theshauc elahu. Agnoscit igitur priscus ille philosophus in Messiam hæc oracula fuisse à David decantata.

Quoniam dabis eum in benedictionibus in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Dabis eum in benedictionibus, Hebraicè clarius, Pones eum in benedictiones sempiternas. Hieronymus quoq; perspicuè, Pones enim eum in benedictionem sempiternam. Sempiternam³, pro eo , quod minus clarè Græcum εἰς ἀΐδητον τὸ οὐρανόν, in sacerdotium F sacerdoti. Aeternam Messiae maiestatem, decus sempiternum, decantat non ad tempus,⁴ & cito peritura bona illa erunt quæ toto psalmo proponuntur, sed sempiterna, perennis eorum possessio. Hæc quidem Hebræi referunt ad posteritatem Messiae sempiternam. Sed apertius spectant ipsius aeternitatem, quod superius prisci testabatur. Aeterna salus allata populis à Messia. Bona cælestia, quæ primus ille vulgauit in terris, & ad ea possidéda clausum patet fecit iter, fuit sempiterna benedictio. Per ipsum enim (inquit diuus Paulus) statuit Deus omnis peccati abolitionē. Propterea vñctus est oleo lætitiae, quo nascente, cælestis concensus editus est in terris. Benedictiones igitur, aut quibus per ipsū genus humanū fuit benedictū, seruatum, aut quibus ipse fuit in aeternum benedictus à patre. Quod ait, Lætificabis cum in gaudio cum vultu tuo: vt nulla non bona contulit ei Deus, vt maiestate, imperio, & potentia cælesti, ac terrestri præ cunctis Diis, hominibusq; insignem reddidit, sic affecit eum ob hæc incomparabilia bona, lætitia sempiterna. Nec non quoniam patris sui fruitur aspectu sempiterno, nunquam iucundissima luce, & ineffabili voluptate deficiente natum, quam solus ipse exploratam habeat. Nemo enim nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: hoc gaudium vultus eius, dixit esse Vates:

Vultu, quo cælum, tempestatesque serenat.

Vultu, quo filius aspicioendo, inexplicabili gāudio saturatur. Est autem Hebraicē, (nephra his perturbet)

A perturberat) Lætitias eum gaudio vultus tui. Hieron ad hunc sensum transfusit, Hilarab eum latitia apud vultum tuum.

**Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia altissimi no-
commouebitur:**

Perat, Hebraicè *מְבֹאֶת* boteach, confidit, innititur, sustentatur. Misericordia, fons *סִירְכָּה* sperati-
chesed, clementia, beneficentia. Hæc illa theologia, qua filius omnia fatetur accepta-*Misericor-
dia.*
a parte suo. Et quod in eum cōfedit, quod eius ope superat omnia, stat immotus, nul-
la vis illi resistit, cuncta cedunt potestate eius. Pro, Non commouebitur, Hieronymus di-
xit, Non decipietur, sed verus significatus est, commoueri, cadere, vacillare, nutare. Desi-
gnat id regni stabilitatem, æternitatem, immobilitatem. Non quemadmodum res terre-
stres, quas sæculorum fluctus, ludibriis agitant, tollunt, deprimuntq;. At regnum illud re-
gente Deo, immortale. Altissimus Hebraicè dicitur *מֶלֶךְ אֵלִים*, elion, quod nomen Græci pro so-
le furati sunt ex Hebræorum sermone. *מֶלֶךְ סֻלִּם*.

Inueniatur manus tua omnipotens inimicis tuis: dextera tua inueni omnes, qui te oderunt.

Boc erat, quod conferderet, quod celissimi fretus auxilio, non titubaret, inconcussus, immutabilis persisteret. Omnes enim aduersas potestates retinuet, delebit. Eas prepotenti dextra prosternet, affliger humi: nulla vis inimica resistet. Inueniatur manus tua. Est primum, vti secundum, per actuum in Hebraico, Inueniat, poëtieq; loquitur. Manus tua inueniat, tangat, feriat, frangat, armipotens manus delecat, dissipet, sternat humili. Possetq; esse futurum, atq; denuntiatio. Inueniet, franget, delebit. Ingeminat, vt fert eius consuetudo, dextera tua inueniat. Decantat igitur omnes eius incredibiles victorias, triūphos, atque omnium, qui prælio cōtendere cum eo statuissent, superiorem prænuntiat. Delendos eius dextera cunctos, qui numen eius spreuerint. Est hæc manus qualis illa apud Poëtam.

Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
Sunt Hebrei, qui verbum, inueniat, ponant, sufficiet. Sed mihi clatum appositumq; videtur, ut manus dicatur inuenire: nimirum, tangere, ferire.

Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in i-
sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Libanus, Græcum est, fornax, pones eos, ut fornacem. Et quod Sept. dixerunt *vultus*
vultus tuus, vultus tui, amphibologia fecellit. Nomen *panis*, sonat Hebraic vultum,
& iram, furorem. Pro ira, vel furore, nūc accipiendum esse, ratio, testimoniūq; He-
braeorum ostendit. Nam vice eius subiiciunt vocē clariorem *caserca*, indignationis tuę:
in tempore indignationis tuae. Dicendum igitur, In tempore indignationis, vel furoris tui.
C Declaratur eo, quod sequitur: Dominus in ira sua conturbabit eos. Pro *conturbabit*, cōturba-
bit, Hebraicē vehementius quiddā *מִלְחָמָה* iebalē, Absorbebit eos, corripiet, deglutiit, tol-
let ē medio. Id fit clarū eo, quod subiicit: Deuorabit eos ignis. Pro batur mihi, ut is ignis sit,
quē nouissimo tempore, Prophetæ, Sibyllæq; per omnem mūdum vagaturum prædixerat,
ignem supremi sœculi. De quo poëta Latinus ex oraculis apud Græcos repertis.

*Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque revia celi*

Ardeat ex mundi moles operosa labore.

Posset etiam is ignis esse furor idem.

¶ Quicquam super hac re loquuntur.

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.

AD stirpem,ne potesque pertinet.Fructum vocat,vt declarat secundum, progenie
genus. Dij capiti ipsius , generique reseruent. Delebis eos funditus , vt ne po-
steritas quidem supersit eis. Funditus è medio tolles. Dissipabis, oblitarabis

extingues, vt amplius ab hominibus non aspiciantur. Sunt Hebrei grauioris autoritatis qui putent hæc, aut de Dauid, aut de Messia à Propheta proferri. Hæc persona secunda, Perdes, inquit Auen Esra, aut de Dauid est, וְשָׁבֵל. O lamassiach, aut ad Messiam pertinet. Perdes tu ô Messias eos in terra, delebis in die furoris tui, cùm contra tyrannos, homicidas, Dei contemptores, iratus fortissimis Angelorum legionibus, coetique Deorum comitate, descendes de caelo formidabilis illis, cùm, vt ait Sibylla,

I' δρόμῳ δὲ χθῶν, κρίσεως σημεῖον ὅτι εἶπεν.
Indicij ad signum tellus sudore madefacta. Tantus erit ubique paupor. Tunc (ut ait diuus Paulus) interficiet impium dominus Iesu, spiritu oris sui. Videntes (ait Salomon) turbabuntur timore horribili, & præ angustia spiritus gementes. Perdes igitur eos dò Messias, è terra, ex hominum conspectu fugabis, cùm dies illa suprema venerit. Vorabit eos ignis vniuersus, aut ignis iræ tuae. Aflisi hominum, ab humana gente, magnum quæ sparsa per orbem, ex hominum memoria.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, quae non potuerunt stabilire.

Declination

Ecclinauerunt, impulerunt, impegerunt, declinare fecerunt, inimico in te animo extiterunt: Maiestati tuae rebelles fuerunt: tuum numen oppugnauerunt, consulto, & facto. Quod ait, cogitauerunt consilia, quae non potuerunt stabilire, nec Graecie, nec Hebraicè ad istum modum. Graecie, Cogitauerunt consilia *אֵת וְעַמּוֹת וְעַמּוֹת*. Quibus non possint stare: ipsi his consiliis stabilire ne non poterunt. At Hebraicè pro consiliis, est *וְעַמּוֹת* mezima, scelus, consilium nefarium, sceleratum. Cogitauerunt scelus, flagitium. Hanc uniac vocem, Chaldaeus intelligens, quæ vis illi subsit, duabus transtulit, *וְעַמּוֹת וְעַמּוֹת* machseuan bisha, cogitationem malam, iniquam. Atque habet versus Hebraicè, Cogitauerunt scelus *וְעַמּוֹת וְעַמּוֹת* bal iucalu, quod non poterunt. Non poterunt expiere scelus, quod cogitauerunt. Quis enim Deo poterit aduersus consistere? Recidet in caput eorum scelus cogitatum. De Iudeis & Antichristo maiestatis eius hostibus.

Quoniām pones eos dorsum, in reliquiis tuis, præparabi
vultum eorum.

Dorsum.

Ocus obscurus, & perdifficilis apud Hebræos propter voces polysemas, Quod Septuaginta transtulerunt ωτων, dorsum, Hebraice est שְׁקֵם shekem, id sonat dorsum, atque item partem, portionem. Is est proprius significatus hoc loco, testibus Hebrais, qui vocem declarates, atq; enodantes, ponunt aliam clariorem τὴν chelec, partem, portionem. Et quod iidem Gracorum interpretes dixerunt, ἐρτοῖς περιπλόησις, In reliquis tuis. In origine est, τηνων bemetareka. Vox est anceps, designat interdum reliquias, sed quoniam ducitur à verbo οὐ iarach, quod ad alia designat mittere sagittas, iaculari, interpretantur eam vocem neruum, chordam arcus. Atq; habet in fonte, In neruo tuo præparabis contra faciem eorum. Exponunt igitur locum inter se consentientes Hebrai, Quare non poterūt consilia sua perficere? Quia tu pones eos in partem unam seorsim, separatis, in unu agmē segregatos, à cœtu bonorum. Atque in neruo, siue chorda arcus tui præparabis sagittas, iacula tua contra faciem eorum. Sepositos inter impios similes sui, sagittis tuis eos confinges. Parabis nimirum, ut est Hebraicē μυτα theconen, firmabis, aptabis iacula tua super nerū tuo, quibus eos configas, cunctos humi sternas:

BIBLIOGRAPHY

origine est, **רִנְיוֹת** bemerareka. Vox est anceps, designat interdum reliquias, sed quoniam ducitur à verbo **רָאַת** iarach, quod ad alia designat mittere sagittas, iaculari, interpretantur eam vocem neruum, chordam arcus. Atq; habet in fonte, In neruo tuo præparabis contra faciem eorum. Exponunt igitur locum inter se consentientes Hebrei, **קֵן** non poterūt confilia sua perficere? **קֵן** tu pones eos in partem vnam seorsum, separatim, in vnu agmē segregatos, à cœtu honorum. Atque in neruo, siue chorda arcus tui præparabis sagittas, iacula tua contra faciem eorum. Sepositos inter impios similes sui, sagittis tuis eos configes. Parabis nimirum, ut est Hebraicē **מִזְבֵּחַ** theconen, firmabis, aptabis iacula tua super neruo tuo, quibus eos configas, cunctos humi sternas:

Parabis.

Missa manu sonitum dabit hasta per auras.
-Venerant ab aethere tela. Quales illæ apud Homerum ab Apolline missæ sagittæ, quibus

3rum exercitus pene deletus eit,

Δεν μπορείτε να πάτε στην ίδια πλατφόρμα της Ευρώπης.

Classe procul positus mittebat tela per aux.

Horrendumque dabat clangorem aroenteus arcu

-Aureus ex humero sonat arcu

Eo sensu locus exponitur ab Hebræis, & mihi, quoniam ex verborum proprietate ducitur, non displicet. Nam Græca vix possunt intelligi. Obscurum etiam, quod transtulit Hieronymus. Funes tuos firmabis contra faciem eorum. Funes, ut monstrauimus, Hebræi, qui bus linguae suæ proprietas maximè nota est, chordam arcus exponunt. Atque AuctoEsra,

pro

Apro eo, quod est in nostra editione, Præparabis vultum eorum, exponit יְמִינָה נַעֲמָה
thecon en acheshat, bechizea, Aptabis, firmabis arcū cū sagittis tuis. Rabi Salomon, pro, In
reliquis tuis: In chorda, inquit, arcus tui, parabis sagittas tuas, aptabisq; vt iaculeris contra
faciem eorum. Similia Chimchi. Est igitur versus totus: Quoniā pones eos seorsum in par-
tem. In neruo tuo, firmabis, aut præparabis contra faciem eorum. Nō displicet sensus prioris
partis; vt dicat, Pones eos dorsum, scapulam: nimur in fugam coniectos, cuges obuer-
tere terga, fundes eos, pones eos dorsum, pones in fugam, pones dorsum vertentes, facies
obuertere dorsum: tunc eos iaculis tuis longius insequeris. Sed huic sensui obstat, quoniā
sibiicit: Tela tua diriges contra faciem eorum. Canit igitur, quale solet omnibus penè psal-
mis, Messiae victoriā, tum spiritibus maliis oppressis, profligatis, qui scelerum causas homi-
nibus proponere soliti essent, tum delecto cum scelerata manu Antichristo, qui consurget
contra omne, quod dicitur Deus, in primis inimicus Christo, & sanctis eius.

Exaltare Domine in virtute tua, cantabimus, & psallentis
virtutes tuas.

Declinatio.

Co Anit opinacione, victoriale cārmēn, eadem fine claudens carmē qua inchoasset, Quā
le apud poētas:
Incipe M-enaline vocum mea tibia gurgus.

B Hunc etis plamnos nos rapere eadem nre, qua membanet, et alit
Αυτὸν ἐγὼ μισέωμεν καὶ οὐδὲ μηδέποτε σύνθετος.

Ait ergo plura carmine pro quibus carmina Divi

Postremò cùm ait, Psallemus virtutes tuas. Non sunt numero multo virtutes in fonte, Pintiles
sed ḡeburathca, fortitudinem tuam psallemus, cantabimus, canemus fortitudinem
tuam, robur inuictum, vim inexhaustam, quæ clara erit in Messia tuo, per quem creatus est
mundus, per quem fecit & sacula.

PSALMI XXI. EXPLANATIO

Nscriptio psalmi est, In finem psalmus David, Pro susceptione matutina. De voce Hebraica lamenazach, quæ præfertur psalmis, quam Septuaginta transferunt εἰς τὸ τέλος, sæpius scriptum. Est igitur hoc carmen triumphale, aut voce canentium, aut rebus gestis, quæ recensentur. Sed super secundo nomine multum dubitationis multaq; dissensio. Nam quod Septuaginta transtulerunt ἡμῖν τῆς αἰτιᾶς φωνής εὐθύνει, Pro susceptione matutina, Hebræcè est, ψυχὴ πάντων οὐ αἱ αἰείθεται, super cerua matutina. Verùm hoc ipsum nomen ceruæ, tres habet significatus iuxta sermonis Hebraici proprietatē. Signat ceruam, signat ascensum, ut dicat ascensum Aurora; Cquod significatum proponit AtenEsra, & Rabi David. Tum apud priscos Hebreos repertur, pro nomine stellæ matutinæ. Fuerunt etiam apud Hebreos, qui sentirent instrumentum musicum appellatum ceruam matutinam: quemadmodum dicitur in principiis psalmorum, Super octichordio, super lyra Gitthensi. Ad similem rationem vocari ceruam matutinam instrumentum, quod esset ceruam inter vireta decumbente, insculptum. Hæc significatio minus approbatur. Est illa, quam Septuaginta apud Græcos, & Chaldaeos sequitur, fortasse verior. Nam quod Sept. dixerūt susceptionem matutinam, Chaldaeus appellat, θυσίαν τηρεῖν τηρεῖν tecuph corban tedira dechrezatha, Nimirum, super virtute sacrificii & iugi holocausto. Sentit videlicet sacrificium matutinum, & iuge sacrificium, quod Græcè dicitur ἱερός λειχθός, Super hoc sacrificio, inquit, dictus est is hymnus, hæc oratio. Cōuenit is significatus cum eo, si accipiatur pro ascensu Aurora; ut sit ascensus Aurora, quasi tēpus quo sacrificium matutinum, & surgente Aurora offertur. Ad postremū siue sit nomen ceruæ matutinæ, siue stellæ matutinæ, Hebreus David hoc nomine putat appellatū populū IsraEl, qui tunc esset in captiuitate, super quo psalmus sit editus, deplorata eius calamitate. At verius est, ut ceruæ, siue stella matutina sit sanctus Messias, quem psalmi vocant Sollem iustitiae, multisque eiusmodi nominibus insigniunt. Cuius regnum dixit alias ante Solem, Lunāisque fuisse. Vocant agnum, leonem. Haud ab re vocabitur quoq; ceruæ, quod sit animal mansuetum, nitidum, mundum: matutinum autem, quod manè per campos,

pérq[ue] virata decurrat, æstū defugiat. His enim figuratis nominibus ludebant sancti poëtae. Longè autem clarius erit, si quemadmodum apud veteres Hebraeos extat, nomen designet astrum matutinum, radiantissimum Messiam generis humani lumen, lucem mundi, quemadmodum ipse dixit. Omisso igitur, quod vel super David editus sit, cùm fugeret Saulem persequenter, aut super populo in captiuitate, aut super Hester, vertemus animos ad Messiam, quem sacri vates, secretis canendi modis celebrabant, atque ipse Christus viam ut de ipso psalmus intelligendus esset, ostendit. Itēmque diuus Paulus, vt à Nicolao, & Burgenfi demonstratur.

Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longè à salute mea, verba delictorum meorum.

MULTA variant à fonte. Non est apud Hebraeos, Respice in me, additū vel à Sept. vel aliquis casus iniecit in contextum: obelisco confodiendum. Neque extat in Psalterio Hieronymi, idque monuit & Nicolaus. Simpliciter dicendum, Deus meus, quare dereliquisti me? Praterea, quod Sept. translulerunt, *εἰ λόγοι τὸν πατέρα μαρτυρῶν μες*, Verba delictorum meorum, longè fecus in fonte, & facilius ad intelligentium, *τὰς οὐρανούς τὴν διβρέ σααγάθη*, Verba rugitus mei, quemadmodum trāstulit Hieronymus. Chaldaeus quoque, Verba *וְאַתָּה אֲכִילָתְּךָ*, lamentationis meæ. Causa varietatis fuit vocum similitudo. Multum enim similitudinis est, in duabus Hebraicis verbis, *וְאַתָּה שָׁאָג*, shaag, *שָׁאָג*, quorum primum est rugire, secundum delinquare, peccare. Sed sensus manifestò docet, dicendum, Verba rugitus mei. Quid enim est verba delictorum? Queritur, lamentatur, verba quibus rugiebat, rugitus, gemitus, quos edebat in calamitate, non esse exauditos. Longè, inquit, à salute mea, lamentationes, gemitusq[ue] mihi. Nihil profeci lamentando, ingemisco, rugiendo. Nullam sum affecitus salutem. Quantum ego vociferarer lugendo, gemendo, tantum salus, auxiliumq[ue] recedebat. Nemo fuit, qui gementem subleuaret: qui miserrimi lacrymas attenderet. Propterea dereliquisti me, quia dolores meos exaudiere, animumq[ue] aduertere noluisti. Bis quoque dixit, vt monent Hebraei, Deus Deus meus, quod esset in calamitate. Semper, ait, alias opem mihi tulisti, at nūc, quare deseruisti? tantos è pectori questus incasum profudi? Inculcat simile.

Deus meus, clamabo per diem, non exaudies, & nocte,
& non ad insipientiam mihi.

RICHO quoque dissensus à fonte, quo fit sensus obscurior. Clarus si legas, vt habent (& vt reddidit Hieronymus) Hebraica. Nam quod Septuaginta dixerunt *καὶ οὐ εἰσ ἀνοίξαι μοι*, Et non ad insipientiam mihi. Cui nullus sensus subest. Hebraicum est *לֹא תִּמְלֹא יְמֵינֶיךָ* ve*lo dumiachi li*, Et non silentium mihi. Clamabo, inquit, in die. Noctu quoque non silebo. Non est mihi nocte silentium. Tantopere noctu, quantopere interdiu vociferor, lamentor, desleo. Non est mihi nocte silentium. Hoc igitur perspicuum est. Designare supradictam vocem, silentium. Declarat Chaldaeus pro ea subiiciens notiorem, quæ cadem Hebraica est, *נְמֻרָה שְׁחִיכָה*, quæ citra controversiam sonat quietem, silentium. Hieronymus etiam (quemadmodum dixi) trāstulit silentium.

Tu autem in sancto habitas, laus IsraEl.

In sancto. **V**r, inquit, non exaudis, qui tamen habitas in sanctuario nostro in IsraEl, in arca fœderis, vnde responsa nobis reddere confueisti, quiq[ue] laus IsraEl esse solitus es animorum ob cuius protectionem, assiduaq[ue] beneficia, solebat populus IsraEl vbiq[ue] laudari, celebrari, ab omnibus nationibus suspici, & timeri. Is sensus adhibetur etiam ab Hebreis. Propter arcam, inquit AuenEsra, quæ esset in Iudaea, dixit, In sancto habitas, vbi esset domus sanctuarij: laus IsraEl autem, vt alibi dicitur, Ipse laus tua: & Deus tuus: nimirum, decus tuum, gloria tua, honos tuus, ob quem vbiq[ue] gloriosus existis. Cùm sis igitur, inquit, decus nostrum, cùm semper apud nos habitas, quare refugis exaudire clamantem, opemque tuum magnis clamoribus implorantem? Si psalmus de Messia est, ad tempus atrocium suppliciorum spectat, quo vitam cum laude quæsierunt ei inimici eripere, eumq[ue] veluti latronem, nefariumq[ue] mundo ostendere, vt exponunt Græci, Latinique.

In te

A In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & liberastricos.

Ttamen, inquit, maiores nostri, nullum aliud habuere perfugium, quam vt ad te re-*In te speraverunt.* current in omni calamitate. Nec spes eorum fuit inanis. *Quantum ope tua nite-* verunt. **E**bantur, tantum vbiq[ue] seruati sunt. Siue sacerdotes Abraham, siue Isaac, & Jacob, aut tempora Mosis percurras, videbis, eos fuisse protinus exauditos opem Dei suppliciter pe- tentes: nunquam fuisse in calamitate destitutos. Nos igitur cùm simus idem genus, inquit, eadem stirps, cur dissimilis, nobis existis? Hæc Messias velut homo.

Ad te clamauerunt, & salvi facti sunt: in te sperauerunt
& non sunt confusi.

M O s Psalmorum, id est sacerdos verbis diuersis repeteret. Assequabantur, ait, patres nostri, quæ postulabant: non illisi discedebant, & quasi in illū spedirebant, qui nusquam esset. Non sunt confusi, Græcè clarius, & Hebraicè, nec Latinus interpres, Latinè in sacrifici litteris loquuntur, quoties est apud Græcos verbum pudoris, ignominiae, transferens confusionem, licet eo lingua Italica vtatur. Itaque pro, Non sunt confusi, Græcum, vt dixi, clarius & γερνοχλωνοι, non sunt ignominia affecti: non sunt illisi: non sunt pudefacti, eius auxilium implorantes, qui nihil exaudiret, velut Dij gentium, qui cùm non extarent, exaudire non poterant, vt Elias ostendit. Sed tu non modo patrū nostrorum voces exaudiebas, sed confitimus etiam veniebas, præsensque numen tuum videbatur.

Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Latt. 168.

A v s a m lamentationis, rugitusque exponit, calamitatem demonstrat. Ed, inquit, misericordiarum deductus sum atque sic, vt ab omnibus contemnor, sicutque cunctis de-*permisi* spicabilis, vt me pro verme, non pro homine habeat: populo sum fabula factus. Totū hoc referunt Gracci, ac Latini ad passionem Christi, in qua nullum genus contumeliarum non est percessus. Vbi velut vermis apparuit, mouerunt super eum capita, despicerunt Romanī milites, qui prius pro Deo, pro miraculorū autore habebatur, & prædicabatur. Multoque rectius conueniunt hæc in Messiam, quæ populum Israel in captiuitate, quod ab Hebreis assertur, nihil non comminiscuntibus, & quiduis potius in medium proferentibus, quæ interpretationes de Messia, his exceptis, quas occultare nequeunt.

Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labii,
& mouerunt caput.

V i d q y i d contemptibile potest dici, aut fieri in hominem abiectum, infelicem, ini-illum exercuerunt. Duplex irritio nunc proponitur verborum. Verbis contumeliosis inuochebantur, irritisnibus insultabant, caput quoque mouebant, quod Hebreis, & commiserationis signum, & contumelie solebat esse. Nam amici Iob, eum miserantes mouerunt capita sua. Nunc irritio est.

Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum,
quoniam vult eum.

V e m a d m o d u m Prophetae solent, primum exaggerant calamitates, lamentantur, ingemiscunt, diuinū numinis absentiam deplorant. Inde velut redeunte luce, quæ tan-topere desiderassent, exultare incipiunt. Se quoque ipsos solantur, qui prius ingemuerint, dolentes, quod quasi à Deo contemnerentur, nec exaudirentur. Denum gaudia, spemque sibi proponentes se exaudiendos, quod Deus sit misericors, quod peccata condonet, quod vocatus sapius, adsit pede secundo. Hoc proposito, nunc Vates conuetso carmine canit. Sperauit in Domino, eripiat eum. Pro quo *εἰσαγέγενον*, Hebraicè est *εἰσαγέγενον*, exultauit. Et pro eo Chaldaeus aperte ponens Hebraicam vocem *εἰσαγέγενον*, iesabech codam adonai, laudabit coram Deo. Imperatiuus quoque, Eripiat eum, vt est Græcè *πατέρα θεών*, est futurum in fonte, licet per imperans proferri possit. Atque locus habet, Laudauit, exultauit in Deo, liberabit eum. At, inquit Vates, scipsum corroborans, confirmansque, Quid times? inquit. Qui laudauit, coluitque Deum, Deus eum eripiet. Liberabit, inquam, quoniam Deus amat, amplectitur probos, qui eum colunt. Hos amplectitur, hos cupit, hos vult, atque dili-

O O iiiij

git, hos calamitatibus eripiet. Hoc apertius eloquens, & ad se rem applicans, subiicit:

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab
vberibus matris meæ: in te proiectus sum ex vtero.

N vs est versus usque, Matris meæ. Sequitur alius, In te proiectus sum ex vtero.
Extraxisti. **M**Quod dixit, Extraxisti, designat eum autorem, vt in lucem prodiret, fuisse, suorum, inquit, natalium autorem. Tu, inquit, me ex vtero materno, in lucem protulisti: & cum lucem hauisem, super te omne meum sustentamentum fuit, vt est Hebraicè: mabtichi, sustentaculum, spes, fiducia. Non tam enim ortum mihi dedisti, sed vt vbera materna contigi, tu ille eras, qui mihi incrementum datus es, qui me regeres, qui alimentum sufficeres. Quin ipsa materna vbera tu creasti, eaque laete, quo aleretur infans, repleuisti. Dicitur autem Hebraicè, Spes mea, siue sustentaculum meum, super vberibus matris meæ. Quo designatur subitus accursus infantium ad vbera, quod autore Deo factum est, qui reliquum quoque alimentum datus esset. Prosequitur candem sententiam.

In te proiectus sum ex vtero, de ventre matris meæ: Deus meus es tu.

Treddat clarius quod sentit, vt diuinæ laudes vehementius decantet, suo ritu prædicat idem verbis diuersis. In te proiectus sum ex vtero: in te recubui, in tua spe conquieti, natura magistra, cuius tu repertor fuisti. A te sicut ortus es, sic reliqua quoque expectabantur, alimentum, incrementum, haustus cœli. Itaque quasi in tuo sinu, infans ergo requiescebam. Huic me natura proicerat, ad magnū generis humani parentem, me reuocans, qui cunctis animalibus satum, incrementum, alimentumque parasset. Ergo cum primū lux hausta est, cum primū cœlū hoc aspexi, tu eras Deus meus, meus autor, parens, alitor, gubernator. Vide igitur quantū mihi debeas, si creasti, si incrementū dedisti, si ad hoc ætatis perduxisti, nonne reliqua persequi, non me amplesti, fouere, defendere debes, veluti creaturæ, opusque tuum? Quis enim humanorum opificum, deserit, abiicit opificium? Non est igitur mihi Deus aliud iam inde ab exordio, à natalibus. Tu solus, tu verus autor.

Ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est:

Quoniam non est qui adiuuet.

Sordo versuum est in fonte, & apud diuum Hieronymum, qui hunc versum iuxta textum Hebraicum transfert, Ne longè fias à me. Ostendit igitur quantum ciuius auxilio indigeat, proximè impudentem calamitatem demonstrat. Neminem esse, qui audeat, aut possit pestem propulsare. Ille duntaxat, ciuius immense vires, qui possit ubique præsto esse. Quod Latinus dixit more suo, tribulationes, quod quidem minime Latinū est, potius Græcum à verbo ἡβω, tero, vexo, inclusi diceretur, Latine calamitas, clades, vexatio. Quoniam, ait, clades, vexatio proxima est. Hebraicè חַרְבָּה zara, pressura, coarctatio, pressio. Hęc quidem in sanctum Meßiam iure conueniunt, qui velut homo diuinum auxilium imploraret, cuius calamitas, si corporea respicias, omnium fuit atrocissima, quam ille prospiciens orauit à se depelli, prouisam, eousque exhorruit, vt de ea cogitans, sanguinem sudando exprefserit. Declarat hostes, calamitatis genus.

Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obfederunt me.

R A L A T I O N E S sacro poëmati creberrimæ, feros, barbaros, truculentos, tauros appellant, indomitos, efferatos, obuiū quemque cornibus appetentes, in numero ferarū non hominum locandos, faciem duntaxat hominū gerentes, cæterā bestias, & quidē his atrociores, quæ nemora alta colunt. Hi non viribus modò, sed numero quoque præpotentes super aduersum me parati, stat disposita acies improborum. Dicitur autem Hebraicè, pro Tauri pingues, Tauri Basan. Féruntque Hebræi Basan, locum esse in terra Israel, paucum fertilissimum, vbi feræ, atque iumenta pascentia, mirum in modū pinguestant. Quod factum, vt tauri Basan, semper pro pinguibus, atque obesis habeantur. Figura clara, qua suos hostes tauros indomitos, vitulos obesos, feroce appellat.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.

O R A R E parati, veluti leones. Superius eos tauris cornipetis, ferocibus comparauerat, nunc voracissimis leonibus, quos famæ exasperat, agitque in obuios, præcipites, cū rictibus immanibus hiantibus, tum rugitu localatè replete. Iubatus draco producitur,

A dūcitur ab oratoribus, à sacrī aspides venenatae, filij viperarum, quibus fatales homines designantur. Non secus Iudæi contra Messiā illo seculō fē gesserunt, conflagantes inuidia, animos efferatos, immanes, in illum gerētes, laudem, existimationēque cum vita auferre cupientes, nihil non insidiarum, vt caderet, intendentēs.

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

L I S tralationibus, figurisque magnitudinem suarum calamitatū proponit. Tralatio aquæ defluentis, vltata sacrī litteris, qua resolutio præcordiorum, metusq; immanis designatur. Metus horribilis penetrans vniuersam compagem. Quale profani Poëta: Extemplo, Aenæ soluuntur frigore membra. Homerus,

- Λύτο γένετα, φίλον τηρε, resolutionem effusionēque cordis, ob metum virgo forti tribuens. Effusionem igitur sicut aquæ, intelliges, quod apud nostros Poëtas, solutionem membrorum, præcordiorum, cùm genua labant, vox faucibus hæsit. Talis erat metus eius, quem Vates noster decantat, calamitatibus imminentibus: nempe, Messias effusus est, sicut aqua, calamitatis tempore, qui sanguineo sudore totus maduit. Quod ait, Dispersa sunt omnia ossa: aut fentis solutionem membrorum, quam dispersionem, divisionēque vocat: aut lacerationem, cōnuisionem, quæ fit metu membra permeante, inter se similia. Altera translatione evidenter pauorem declarans, cor factum esse veluti ceram liquecentē, prius aqua, B nunc cera. Solet enim exaggerare orationem verbis diuersis.

Aruit tanquam testa virtus mea: & lingua mea adhæsit fauibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

IHIL omittit, quod calamitates atroces ostendat. Ariditas virtutis, est quod Salom̄, Spiritus tristis exiccat ossa. Sic noster doloribus oppressus, curis ingētibus aeger, corpoream virtutem amiserat arefactam, propterea quod dolores, & metus somnum, cibique desiderium abstulerant. Irrigatur autem, atque humectatur somno corpus, quem admodum hortus aqua, per venas in somno hiantes, sanguine defluente, quem cibus acceptus, ac decoctus genuisset, versus in eum, quem Græco nomine, Latini vocant Chymo, chymos. succū. Cibo igitur à somno subtrahito, corpus, virtusq; corpora, velut arbor radicibus, quibus è terra humorē attrahebat, succis, arcscit. Maxima autem ariditas est teste, cui fornax omnem humorē detraxit, prius lentæ, humentique terræ. Haud ab r̄ v̄sus est hac translatione Vates: quæ humor plena, tractabilisque, postea in saxum durescat. Linguam autem adhæsisse designat extremin penē fatalemq; diem, cùm nec vox intercepta dolore, resonare potest, nec lingua loco moueri. Tunc hæret lingua faucibus, extincta virtute, quæ totam corporis compaginem, ipsamque linguam moueret. Hæc ferè etiam ab Hebreis explicantur. Merito igitur vbi totam virtutem abiisse questus fuisset, subiecit se in puluerem mortis redactum. Est autem tropus Hebraicus, Puluis mortis, puluis mortalis, Puluis, in quem corpora per mortem resoluuntur: puluis, quem mors efficit.

Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos.

Ec versuum series in fonte, quod in tralatione quoq; Hieronymi cernas. Nulla nomina, quibus saeuos exprimat hostes, omittit: tauros appellauerat, leones rugientes, ad prædam faucibus siccis hiantes, quos improba ventris exegit cæcos rabies. Nūc canes, licet pro canibus, Hieronymus dixit venatores. Sed v̄rē sunt canes in origine, เชลับ, cheleb, canis. chelabit, canes. Nota est tralatio. Quod ait, Concilium malignantium, declarat canes, leones, tauros efferatos. Hoc concilium malignantium, nocentium, vt est in fonte. Hieronymus pro malignantibus, dixit pessimos, Concilium pessimorum, vt intelligas malignantes, pessimos, exitiales, fatales, letiferos. Pessimum, nocentissimum hostium genus. Circunfusi, inquit, sunt hostes, ipse corrum præda medius affisso. Stant circum bestiaz rictibus horrendis hiantes. Quod ait, Foderunt manus meas, nota est dissensio inter Christianos, & Hebreos. Hebrai ex suis fontibus ostendunt duabus vocibus inter se vehementer similibus caru, caari, prior est foderunt: posterior è duabus conflata, ca, sicut, Ari, leo. Hanc po-

Manus & pedes. stremam lectionem Hebræi comprobant ex suis codicibus, eamque legit, & posuit Chaldaeus, pro Hebraico dicens apertius **חֵרֶב הַקְרִיאָה** hek karia. Id perspicuè sonat sicut leo. Proferturque locus similis ab eis ex Ezechia, quo dixit, **סֹכְמָנָה כְּלֹבֶת** Sicut leo, sic contruit omnia ossa mea. Ita nunc sensum esse contendunt: Velut leones manus in eas, & pedes circundederunt, ut in nullam partem mouere me possim. Et veluti leones, lacerare manus, & pedes, sicut Ezechias, omnia ossa, parati assunt vndique circumfusi. Commemorasse autem manus, & pedes, quod manibus preliaretur, pedibus fugam arriperet. Quibus impeditis, ac circundatis, velut à leonibus, totum se in potestate eorum esse. Hæc ferè Abraham, & Rabi Salomon, Laceratas esse, & cōtritas ait Rabi Salomon, manus suas, & pedes, velut à leonibus. Rabi verò David: Manus, ait, & pedes meos, circundederunt sicut leo, quod leo, in quas bestias, aut feras incidit, cauda circūdat, illas terribilem aspectum veritas colligere manus, pedesque, profilire nō ausas. Verùm hæc lectio & explanatio durior est, nec aures ei facile acquiscūt. Probator, & facilior antiqua, quæ fuit in libris Sept. interpretum, & in codice Hieronymi, ut sit vna dictio, **חֵרֶב** caru, Foderunt: eaque lectio in antiquis etiam codicibus Hebræorum habebatur. Nam hodie quoque in bibliis Hebraicis huic dictioni **חֵרֶב** caari, superpositus est apex, quo duplex designatur, quam superius proposuimus. Itaque etiam ab antiquis Hebræis vtraque lectio comprobata fuit. Faciliusque est ad intelligendum, vt dicatur, Foderunt manus, & pedes. Nam sequitur simile: Dinumerabo omnia ossa mea. Ossium dinumeratio, atque pedum, manuūmque confosio, similia, alterum ex altero. At absurdè sonat, quod Burgensis item testatur, vt leo, manus, & pedes circundet. Vel lectio mutila remaneat, qua dicitur, **סֹכְמָנָה כְּלֹבֶת** Sicut leo, manus meas, & pedes meos. Sed illud omnem item dissoluit, quod vt demonstratum est, in antiquis Hebræorum voluminibus, vtraque lectio habebatur, & probabatur.

Dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me.

Dinumer. **O**n s non habet, Dinumerauerunt, sed **חֵרֶב** asper, Dinumerabo. Id quoque est in tralatione Hieronymi. De ossibus numeratis, duplex sensus, vel apud Hebræos, Arcu facta carne, quod in calamitate, summisque cruciatibus accidit, duntaxat ossa nuda supersunt, vt ea licet numerare. Stant ossa macilenti viri in propatulo, obuis perspicua: costas cæteraque datur, qui velit, recensere. Qualis ille, *ignota noua forma vivi, macie perfecta suprema.*

2. Reg. 5. 4. Designatur igitur dolor intentissimus. Alter sensus, qui mihi minus probatur, ossa, & caro dicuntur Hebræis, fratres, propinqui, vt illi de David, Os nostrum, & caro nostra es. &, Carnem tuā ne despexcris, nimiri proximum, consanguineū. Nunc ergo Vatē exclamare, *Respicio, & quæ circum me sit copia, lustro:*

Deseruere omnes.] Quin etiam, quos vti propinquos, atque ossa mea numerare, si qui effent, conabar, vertebar in me, velut hostes despicientes, irridentes. Risus illis eram: nimirum propinquis, fratribus, amicis. Prior gravior auribus, propterea quod superius simile p quid lamentabatur: Dispersa sunt omnia ossa mea. Queritur ergo se ad extremam maciē redactum, (quemadmodum Iob, Carni mæ adhæsit os meum.) tum ob hanc causam risui se inimicis esse.

Iob. 19. c. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem.

Ss a enodata dixerat, quod quidem lacera vestis, atque violenter à prædonibus erupta efficerat. Dinumeratio igitur ossium, inducit nuditatē, nuditas vestium ablacionem. Usque eo se in potestatem hostium venisse queritur, vt vel quo corpus tegeret, indumentum abstulerint, nudum se restitisse. Hæc denudatio, & vestis diuisia, potest metaphoricas, designare regnum, gloriam, decus, quo quasi vestimur, vt, Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se. & Amictus lucem sicut vestimentum. Ita nunc designasse oculis cogitationem, inimicos auferre vestem illam regiam, Regno spoliare, bonis omnibus multare. Atque diuisia nō sonabit, quod iam vestem abstulerint, sed eos designasse, animo & cogitatione super veste eius, hostes deliberasse: inter se prædam quam sperarent diuisia. Sed quid per ambages incertas vagamur? Non possunt Hebræi, torqueant licet se, rebus suis hæc applicare. Quando alij populo in captiuitate, cui vel indumenta ab inimicis cripi-

Aeripiantur, hæc adiudicant. Alij ipsi Regi, cuius vestem regiam diripere, atque inter se partiri, hostes decreuerint. Nihil horum rationi consonum, varietasque sententiarū, nihil eos habere certi, quod proferant, ostendit. Quantò igitur satius de Rege Messia, hæc interpretantur, cuius liuorem, plagas, effusum sanguinem decantauit etiam Esaias, decantauere Sibyllæ carminibus claris. vt illa quæ cecinit,

Εἰς ἀνόμων χεῖρας, καὶ ἀπίτων ὑπερονήσου,
Δέσποιν δὲ θεῶν πατρούς ματραρχούντων,
Καὶ σύμμαχοι μαρτῖς τὰ πλαισία φραγμάσθησαν,
Δέσποιν δὲ τοῦ ματρικοῦ ἀπλάνος δύνων πότε λατούν.
Illum infanda manus rapiet, colaphósque scelesta
Dextra dabit spurus fœdabitur ore nefando.
Ad plágasque dabit dorsum innoxium.

Hæc cum tam clarè cecinerint Sibyllæ, nōnne par est, sacrosanctos quoquè Vates similia carminibus prosecutos, cum præsternit eodem tempore florerent, idemq; spiritus omnes a gitaret? Verè igitur de vestibus Messia ñ diuisis ab inimicis vaticiniū est, quod Hebreorum malignus oculus, nec videre potest, tum si videret, vidisse tamen dissimularet, quod in reliquis faciunt.

Tu autem ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam confisce.

E R s v s is in fonte habet quemadmodū reddidit Hieronymus, Tu autem Domine, ne longè facias, fortitudo mea, in auxilium meum festina. Ne longè facias, ne differas, ne procrastineris, ne cunctaberis, sed accelerata, omnem salutis spem in virtute posui, non mea, sed tua. Quam obrem non dicitur. Ad defensionem meam *ωρόσης*, conspicere, *ad defen.* siue attende, sed *τρώμα* chusha, festina, accelerata, vt respondeat ei, quod dixerat, elongaueris. *m. conf.* Item est **חֵרֶב** cia luthi, fortitudo mea, vis, robur meum. Atque ait hoc loco quemadmodū alibi, Ad adiuuandum me festina. Vrget calamitas, vis inimica propinquat. Qui non statim venienti cladi obuius occurrit, quid profuerit cū postea venisse? Tota res in celeritate posita est. Quoguò me vetero, desunt vndique perfugia, nisi auxiliū tui spes me soletur.

Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.

N On video quatinobrem Latinus, quod Græcè est *πομφῆ*, romphæa, delectetur semper transferre frameam. Romphæa quoque Græcè, minus aptum est, cum sit clarū *framea* in origine **חֵרֶב** chereb, gladius. Dicendum igitur, vt transtulit Hieron. Erue à gladio animam meam. Quod animam appellat vnicam suam, omnibus assentientibus, est quod *vnicia*. vnicia cuique sit, quasi propria cuiusque vita. Vnicam suam, propriam suam, & ob hæc causam caram, pretiosam, & (vt ait Plato) *πυμωτάτην* post Deum, animum nobis esse charissimum. Simili ratione vetustissimus Homerus *vbique usurpat φίλον ων*, charum cor, charam animam, nempe vnicam, solam. Græci quoque, vnicam interpretantur *μεμονωδίην*, solitariam, solam: qua sublata mutum cadauer remaneat homo. Itaque etiam Hieronymus transtulit solitariam. Canes, vt vidimus, vocat hostes, voraces, rapidos, rapaces, vt tau- *Manus canis.* ros, vt leones. Manum cani tribuit, ipsum rapacem, violentum, inimicum respectans.

Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humiliatatem meam.

MINI BVS metaphoris ludit, optima tralatio bestias truculentas, hominūmque generi inimicicas, sceleratos, efferasque homines appellare. Quorum animus, velut arbores domesticas, si colere intermittas, efferascit, degeneras, vt vua in labruscas. Mafuetudine deleta, vertitur mens eorum in animum, ingeniumq; ferinum. *Quemadmodum* solemus in contrarium, assiduo cultu saepè detrahere feritatem. Vnicornes appellat iuxta nomen Græcum *μονόκερος*, quod vnico cornu vtatur. Is dicitur Hebraicè **חֵרֶב**. Dubium an is sit rhinoceros, cui vice nasi est cornu ingens, prominent loco nasi cornu. Videaturq; vox Hebraica significare, rhinocerota, quod Græcè *ρίν*, est nasus, at Hebraicū nomen Rem, siue Reim, simile quid resonat, à Græcis usurpato Hebraico nomine, vt pluribus aliis. Propterea fuerunt, qui nomen hoc transferrent naricinem iuxta Græcum rhinocerota.

Tull. offic. 3.

*Lat. de ve-
ra sap. lib.
4. cap. 18.*

Rhinoceros. Elianus quidem monocerota, atque rhinocerota diuersa animalia demonstrat. Si rhinoceros vocetur vnicornis, nō ab re est, quid vnicum est ei cornu, idq; in naso. Estq; ferociissima belua, nota regionibus Orientis, eoque sacris poëtis crebrè est huius nominis tralatio. Plinio quòque non est idem rhinoceros atque monoceros. Ille sāpe Romæ visus, vnius in nare cornu, hostis elephanto. Longitudo ei par, crura multò breviora, color buxeus. At monocerota asperrimam esse feram, reliquo corpore, equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro media fronte, cubitorum duum, cminente. Quod ait, Humilitatem meam, vox ambigua Hebræis *vñy* anithani, sonat humilitatem meam. Item est verbum secundæ personæ à radice *vñy* respondit, exaudiit. Hoc omnes Hebræi, & Chaldaeus retinet, vt dicat, Et à cornibus rhinocerotum exaudies me. Cùm clamauero vt liberes me à bestiis trucibus, exaudies. Sed magis congruit vt dicat humilitatem, inopiam, afflictionem. Libera me humilem, deiectum, afflictum, omni ope destitutum. Hieronymus verò sentit cum Hebræis transferens, Et de cornibus vnicornium exaudi me. Sed cùm duplificem lectionem superpositus apex apud Hebræos esse demonstret, clarior, & verior est hæc posterior.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.

*Vpere*st gratiarum actio, quoties victoria potiti sumus: tunc,
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus ari,
Ante aras cæsi terram struere innenci.

Fratres. Fit gratulatio, adeuntur templa Deorum, lætitia, plausuque via resonant. In primis antiquissimo Hebræorum tempore, hymni victoriales, carmina triumphalia concinebantur. Iure igitur merito, postea quām supplex opem Dei implorasset, præsentemque fibi fore magna virgente calamitate postulasset, aut victoriā prospectans, se gratias habituum vaticinatur, aut quod alibi solet, optat liberari, securusque degere, quod liberius carminibus diuinis vacet; religionem purè colat, quod malis instantibus facere prohibebatur, interpellata pristina confuetudine sua laudandi offerendiq; beneficia diuina. Optime verò Græci, Latinique hæc Messia congruere demōstrant, qui apud patrem illo aduerso tempore, quod hoc psalmo describitur, orationem habens, ad alia dicit, Pater, manifestavi nomen tuum coram hominibus. Fratres aiunt esse Apostolos, quos fratres sāpius appellaret. Ite, ait mulieribus, annuntiate fratribus meis. In synagoga item Hebræorum audacter de patre suo prædicasse. Post hanc prædicationem Messia, quæ post exantlatos, toleratos que labores, à Vate describitur, multa vaticinia inferuntur, dē religione, totum quæ occupet orbem: de bonis, post atrox illud tempus subsecutis, vt prior psalmi pars omnis in describenda calamitate, atque oratione transfigatur, qua precabatur, vt calix ille à se trāfaret. Posterior canit tempus optatus, serenius à resurrectione. Ecclesiā vocat, quod est Hebraicē *temp* cahal, multitudinem, congregationem, concionem. In media hac frequenter laudatus est Deus à Messia, prædicatum declaratūque terris numen eius, prius F ignotum. A Messia repletus est totus orbis scientia Domini.

Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob, glorificate eum: timeat eum omne semen Israel.

Deum. laudare, glorificare. On se modò laudaturum, noménque Dei per omnes terras enuntiatum profitebatur, sed alios quoque, totam in primis suam gentem, ad hoc ipsum inuitat, vt laudent, attollant: designat incredibilem aliquam victoriā, ob quam in castris sanctorum fiat gratulatio, gratiarūque actio Deo summo victoriarum auctori. Apparetq; idem esse laudare, atque glorificare. Glorificare autem, est decus, maiestatem Dei verbis attollere, efferre: virtutes eius prædicare, recensere canendo facta eius, beneficiaque humano generi collata: quantum in eo maiestatis insit, quantum numen eius possit. Suamq; gentem, quam semen Iacob, qui & Israel, vocat, veluti *Quirites sunt Romani*, non modò ad laudandum cohortatur, & ad lætitiam, gratulationēque inuitat, verum etiam ad pietatem, quæ est timor Domini. Maximè verò ea tempestate, religio, atque pietas, timor Domini vocabatur, propterea quid leges eius infringentes, atroces poenæ sequebantur, quas Timor domini. edicta illa, legesque promulgans, apertè, & clare prædixerat consecuturas eos, qui placita illa sua spernerent. Timendum igitur erat. Aduentu Messia metus ille sublatus, vinculis il-

lis,

Aliis, quibus homines astringebantur, amotis: totaque res ad dilectionem conuersa est. Ad pietatē Messias omnes gētes attraxit, qui fuit autor ut omnis natio Deū nosceret & predicaret, nūq; omnibus in tēplis, toto terrarū orbe, Euāgelio coruscante, glorificatur, laudatur.

Quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis, nec auerterit faciem suam à me & cùm clamauero ad eum, exaudiuit me:

*V*o d Septuaginta dixerunt *δέσην*, scribitur Hebraicē *τιμήν* enuth, humilitatem, afflictionem, inopiam. Ipsa Septuag. non ignorarunt, qui superius transtulerint, Et à cornibus vnicornium humilitatem meam, vbi cadem vox. Nunc quoque dicendū, Hu[m]ilitatem, aut afflictionē pauperis. Et pauperē, licet parū distet, vocarū, qui est Hebraicē *παρηρόν*. ani, inopis, afflicti, à quo est nomen enuth, afflictio, inopia. Itaque dicendū, Necq; despexit humilitatem, aut afflictionem inopis, afflicti. Sub eadem voce later quoque significatus mansueti, mitis. Est enim fermè idem, mitis, placidus, atq; inops, afflicitus. Ab inopia, & afflictione existit māsuetudo, humanitas, modestia. Hinc factū vt Hieronymus verterit, Neque contempnit modestiā pauperis. Pro cōtēpsit, siue despexit, Græcē verbū attocius, *παρηρόν*, inuisam habuit, quod dicitur in Psalmo, *Quadraginta annis infelix fui generationi huic, vbi est παρηρόν.* Id quidem percxiguum. Quod ait, Nec auerterit faciem suam à me, in fonte est. Faciem suam *τιμήν* mimenu, ab eo, dirigitur ad eundē pauperē. Sic, Et cùm clamauero ad eum: dicendum, Et cùm clamaret ipse pauper, exaudiuit eum. Operæ pretium igitur est cernere Psalmorū ritū. Primum clamāt, ingemiscunt, siue postulatis moram inferri, propter vrgentes calamitates queruntur, obtestantur, fidem implorāt, omnia lacrymis redūndat. Post fit gratulatio, veluti precibus corū, ad aures summi Dei appulsis, gratis, acceptisq;. Canitur, triūphatur, fit plausus. Tum iure vocari Psalmū triūphalē perficimus, more, atq; solicitudine repulsa, quæ Vatis animū velut nebula premeret, serenatāq; mente, quædā secretiora vaticinia de futuris rebus inferūt. Sic post atrox illud tēpus, quo videbātur omnia periisse, quæ Christus sua præsentia inaedificauerat, rediit alacritas, metus Apostolorum in audaciam, præsentiamque animi incredibilē versus: *visæ pulcherrimæ formæ Angelorū, corūq; voces sapientis auditæ, edita portæta, datūmq; hominibus, vt Dij videretur, & crederentur.* Mortales in corpore, gaudia voluptatēsque cælestes experiri cooperunt.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

*P*ro te in origine est, *τιμή* me ittēca, à te: exponitürque ab Hebræis, Tu causa laus mea, tu carminis auctor, à te datum, vt possemus laudare, celebrare te, qui nos victoria potiri fecisti, magnis humanū genū beneficiis cumulasti. Omnis terra per te, scientia Dei répleta est. Ecclesiā magnam, vt par est, totam humanam gentē, magnam, quæ sparsa per orbē, appellat, ad quam missæ voces Apostolorū Etiangeliū nūtriatrices. Hæc fucrūt sua vota, quæ victores persoluunt, hostib; superatis, siue Iudeis ipsi, quorū pertinaciā demū sua resurrectione cōuicit, verūmq; se Deū cōprobauit: siue démonibus, quorū insti-
tū Iudei seruiebant ministri corū, vota reddidit corā gētibus, ad quas vñq; fulgorē Euangelij profudit, reddiditq; eas Dei timētes, pias, religiosas. In cōspectu corū, vota reddidit, *In consp. timē. voti.* quæ patri suo deuouit, sacravit. Vouerat Deo summo suū sanguinē, quo genus humanū redi-
meret, acceptāmq; antiquissimo tempore calamitatē sarciret. Hæc solēnitatē votis sol-
uēdis, quibus se obligauerat, rōto spectante mundo celebrait. Nam vota si publica, si regi, si principum erant, innumerarum hostiarum maestatio, publicæ, multorūque dierū supplicationes, letisernia, templorum sacratio, publicæ epulae, plurāque id genus. In conuen-
tu totius gentis, hæc celebabantur. Messias, sanguinem, quem vouerat, profudi toto asta-
te populo, per vniuersum orbē permante fama tanta rei gesta.

Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum: qui requirunt eum, viuent corda corum in sacerdolum saceruli.

S locus abundē testatur, hoc Psalmo, rerum futurarum; non præsentis ætatis, quæ vixit David, vaticinia celebrari, vel ipsis Hebræis referentibus has Prophe-
tias ad præsentem eorum captiuitatem, sc quandoque in libertatem vindicando-
sperantes, tum fore vt pauperes ipsi Hebræi edant, saturentur, laudent Deum qui tan-
pis.

is eos incommodis eripuerit: nobis autem hostibus suis oppressis, in æternum tempus sed triumphaturos. Hac igitur interpretatione palam fit, carmen in futurum tempus spectare, sed hoc tempus Hebreos propter summum mentis errorem, propter eam, quam ab incububus ferunt ubique secum pertinaciam; & cuius nullum fiacm faciunt, non recte constitutere. Et quod magis corum insaniam coarguat, si se se a seruitute ad libertatem redituros, idq; sibi à Prophetis promitti contendunt, cur nunc tacent eum, per quem in hanc libertatem vindicentur, quem reliquis locis aperte Messiam fore fatentur? Hunc igitur libertatis suæ ducē, qui regna, nationesq; eis subiiciat, dominos rerum constituant, omnibus conspicuos, venerabilésq; reddat, Messia arbitrantur. Ergo si libertate hanc præsenti Psalmo celebrari contendunt, Messiam in primis Psalmus spectet necesse est. De Messia igitur est hoc carmen. Nam vaticinium de libertate, atque victoria, necessariò respicit imperatorem, cui debent omnes salutem, liberationem. Conueniunt igitur, aut conuenire co-guntur cum Christianis, de Christo carmen esse: sed malus animus, mala mens, eos fallit, in voragine präcipites agit. Referunt inutiliter ad nouissima tempora, quod in medio temporum erat celebrandum. Quid enim supremo tempore proderit eos in libertate vedi-care, (Sentiunt autem liberationem corpoream) si paulò post desinet esse mundus, quod illi quoque fatentur? Quem fructū liberationis huius capient? quomodo viuet corda eorum in secula? In hanc voraginem delabuntur, quod corporea duntaxat, ut sunt ubique stolidum pecus, respiciunt, non videntes hæc omnia, Prophetas suos, ad cælestia, & sempiterna retulisse, sed verbis, & nominibus corporea resonantibus. Igitur quod ait, Edent pauperes: E pro pauperibus sunt οὐαναιμ, mansueti, mites, quod reddidit Hieronymus. Hos mites sèpius memorauit. Hi sunt, quos ad pietatem Messias conuertit: quos innocuos, mites, mansuetos, suaves, pietas efficit. Comestio, & saturatio figuratè innuit, eos fore beatos, nec-stare, & ambrosia saturandos. Quam tralationem Orpheus quoque, veterisque Poëtae de fortunatis, beatisque usurpabant. Græci cum Latinis, saturandos, imbuendos diuinam sapientia, aut Christi corpore. Figura prior verè poëtica. Inter diuinhas has epulas, quibus beatifici assideant, eos laudaturos Deum, triumphaturos, quod in cælo fieri sacræ litteræ proclamant. Hi sunt requirentes eum: qui cum adamauerunt, pro patria vulnera passi, vitam Angelorum in corporibus agentes: qui quæsierunt, scrutati sunt eum. Quod ait, Viuent corda eorum, rectè ex suis litteris Hebrei declarant. Animus eorum reforcesset, cor implebitur alacritate, reuiuisceat cor eorum in cælo, moeroris, curarumque plenum in terris, sub corpore sarcina. Illic, vt alibi est, Sanctorum, veluti aquila, iuuentus renouabitur, florebunt sicut lillum in ciuitate Domini. Sunt multa exempla, quibus Hebrei locutionem hanc declarant. Consternari, animoque deficere, dici ab eis, Cor emarcescere, cor emigrare à loco: emortuum esse cor. Contrà, reuiniscere cor. In sæculum sæculi, Hebraicè τῷ laad, in sempiternum, æternas epulas, alacritatem sempiternam promittit. Ergo non in terris, non corporaliter, sed quale de se Messias: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, viuet in æternum. Est hoc loco Prophetiam de rebus Messiae, nec ab eis Christianos hunc Psalmum de Christo interpretari, vel ipsos inimicos Hebreos cogit veritas fateri. Siquidem Rabi Salomon, has epulas, hanc saturitatem, hos triumphos, & alacritatem ab oraculo prothiassam, esse eam confirmat, quæ erit in tempore redemptionis, in diebus Messiae. Comedent, ait, mansueti, seu mites οὐαναιμ οὐαναιμ le eth hagheula, leia-motæ hamasiach. In tempore resurrectionis, in diebus Messiae.

Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ:

Et adorabunt in conspectu eius, vniuersæ familiæ gentium.

Ratio maf. R A C V L V M illustrius, cui nullas Hebrei possint tenebras offundere. Si Christus autor fuit, vt vniuersi fines terræ, prius idolatriæ, vanisq; superstitionibus dediti, ad verum Deum oculos verterent, adorarent, venerarentur, quo veniente, omnis terra repleta est scientia Domini, nonne is est, quem Psalmi decantant, Cuius tempestate venturas omnes gentes ad pietatem, puramque religionem vaticinabantur? Si factum id iam est, cur expectatur futurum? quæ gens est hodie sub sole, quæ creatorem cœli, & terræ non agnoscat, vsque ad terratum, fines religione progressa? Idq; non prius quam Messias venisset in terras. Reminiscentur, ait, quod Hebraicè οὐαναιμ iskeru, commemorabunt recor

A recordabuntur, celebrabunt eum, ad quem conuertentur. Quod ait, Adorabunt in conspectu eius, in fonte est יְהוָה lephaneca, In conspectu tuo. Id refertur, vel ad ipsum Deum, ad quem vocem dirigat: aut ipsos Iudeos, quibus videntibus omnes gentes adorant, colant Deum, quod hodie fit. Non latet res oculos eorum. Conuersas, adorantesque gentes aspiciunt, omnes mundi partes, siue in Meridiem, siue in Septentrionem te flectas, templis summi Dei, quibus laudatur, refertas cernunt. Ipsa hominum pectora, tametsi peccatum ubique, lucem diuinæ scientiæ continent. Sed longè purius religione recenti, primo flore, pietate virente, veterascente mundo, feruidus ille cultus obsoleuit.

Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

Mpiis superstitionibus sublati, cunctis nationibus cœlum spectantibus, unus rerum Dominus erit. Hoc regnum canitur à Daniele, vt cuncta oracula consonare noscas, immorale. In medio, inquit, regnorum istorum, suscitabit Deus cœli regnum, quod erit incorruptibile, & sempiternum. De Messia fatentur editum oraculum Hebrei vnanimiter. Et, Gentes dabo tibi hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hunc regem cecinit alio Psalmo, quem magno confensu de Messia gens inimica interpretatur. Errant cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Est apud alium Prophetam: Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu: & omnis lingua confitebitur Dominum. Sed oraculum huius Psalmi, verè suspiciendum, de omnium gentium conuersione, & quod ubique colendus sit Deus, quod usque ad extremum Oceanum, Meridies per omnes mundi plagas, siue quas Solis iniqui concremat æstu, siue que perpetuis niuibus, gelique premuntur, aut quæ aequis ab æstu, & frigore distantes interuallis temperatæ, Septentrionis, Oriens, occidens copiosius homines alunt, penetrabit sancta religio, propagato regno Dei, quem nunc Reges adorant. Super ipso enim (ait alius) continebunt Reges os suum, ipsum gentes deprecantur, nihil hic Iudeis pertinacibus, quibus imperat vesania, hiscere valentibus.

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram, & anima mea illi viuet.

S est versus in fonte, obscurus quidem, cui varias adhibeant Hebrei, atque nostri interpretationes. In primis animaduertendum, quod totum carmen perturbat. In fonte non affirmatur, Et anima mea illi viuet, sed negatur. Idq; etiam transtulit Hieronymus. Hoc totum verum obscurauit. Chaldaeus quidè paululum illustravit dicens, Et anima impij non viuet. Adiecit impium, vt scires cuius animam. Vates affirmet non viuere: neque sceleratorum, impiorum. Hanc vitam rectè & congruenter Hebrei interpretantur Gehennam, tartarū, inferos. Impius non viuet, scilicet vita cœlesti, quæ propriè vita dicitur. Duas igitur hominū sortes carmen decantat. Nam de voluptatibus, epulisque cœlestibus locutus sèpius est, de mensis Deorum, necesse, ambrosia, qua beatos saturandos concinit, Hec be, quæ iuuentus est, pocula porrigit. Parte alia canit excludendos à commertio Diuorum, non admittendos ad mensas cœlestes, sed gladio Dei, qui ex ore eius procedit acutus, interficiendos, nimiriū letalibus sententiis ad pœnas deputandos. Itaque repetens superius commemoratas mansuetorum epulas, iterum affirmat eos saturandos, exhilarandos, appellans eos pingues terræ, quos in terra Messias Deus ad has epulas inuitabit, in uitatos impinguabit, hilares efficiet, quorū de ventre flumina fluent aquæ viuae, vt ipse dixit apud Ioānē. Quos prophetarū vocibus inuitas clamabat, O sitiætes venite ad aquas: & qui non habetis argenti, properate, emite gratis. Multisq; Veteris, & Noui testameti locis epulæ diuinæ cœlestia pocula, pinguedo, fœcunditas memorantur. Ergo huc pertinet carmen, Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: vt noscas mensam, epulas: iidē illi, qui māducāt, simul adorant, venerantur. Non sunt epulæ corporeæ. Commemoratis bonis, qui busdatū fuit propter probitatem, ac piatatem, vt in numerum diuorum collocarentur: quod vaticinum est de his qui credant in eum. Parte alia collocat impios, teor ego Iudeos incredulos, pertinaces, qui bellum pictati semper intulerunt: qui Messiam tot suorum prophetis decantatum, ad eos venientem, cœlestiæque dona afferentem, non modò repulerunt, sed etiam interfecerunt, quantumq; viribus valerent, religionem, cognitionemque Dei, quam illæ pectoribus hominum infirauerat, infectari, & funditus euertere non destiterunt.

Hi suntigitur, qui in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram. Verbum D
cadendi Hebraicū est, ων̄ icreū. Curuabuntur. Duobus igitur sensibus potest intelligi, ad-
orare vel inuiti cogentur, velint nolint curuabuntur ante eum. Vel quod verius, vt aliis
exemplis probatur. Cadent, debilitabuntur. Descendent in puluērem. Nam Hebraicē non
est, Descendent in terram, sed descendunt τε aphar, in cinerem, puluerem. Delebuntur,
vertentur in cinerem, corruent in oculis eius. Dabunt scelerum poenas. Nec viuet anima
eius in cælo, nempe cuiusquam eorum anima, vt Hebraicē explicant, vita, dico, vera, cælesti. Hæc nostra interpretatio conuenit cum Hebraicē, ex-
cepto quod ipsos ego arbitror, de quibus dictum sit, curuandos, in cinerem vertendos,
animam eorum non vieturā. Eorum ineptias, cui recensere libeat, nisi paucis quibusdam
in declarationem sacrorum oraculorum delibatis? Eosdem coarguens oraculum, Quare
ait, tremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Græci, qui descendant in puluērem,
de cunctis generatim qui die suprema resurgent, adorent, incuruerunt ante eum. Non di-
splicet, conuenitque cum Hebraicē, sed destruit quod sequitur, Et anima eius non viuet.
Quare consonant magis superiora. Quod ait Burgenſis in Hebraico esse, Et animam suam
nō viuificabit: in fonte potius est, τον̄ οὐτε νεφον̄ venaphsho lochia, Et anima non viuet, vt ver-
tit Hieronymus & Chaldaeus, conuenitque omnes Hebraicē, nec sensus, quem adhibet,
elicitur ex fonte!

Et semen meum seruiet ipſi. Annuntiabitur Domino ge-
neratio ventura.

O c Carmen non fecus habet in Hebraico, quām vt verit Hierony. in suo psalterio.
Principio non est, Semē, meū, sed Semen, duntaxat. Et quod in Greco est γένεα ἡγε-
νερα, ventura. Generatio ventura, in fonte verò, Narrabitur Domino, πάτερ, lador, in generatio-
ne. Igitur Hebraicē iuxta hanc vèriorē lectionem, sed prostrabis animorū suorum oculis,
rēsibi tribuentes, semen, gentem Hebraicā interpretantur: nempe semen, progeniem, stir-
pē Jacob. Hanc vnam gentem, veros summi Dei fore cultores, prædicantes. Hæc, ait, gens
narrabitur, numerabitur, Censabitur ipſi. Domiō, ipsius esse dicetur, in generationē, nēpe
in sēculū, in æternū. Hi vere pīj. Nā tametsi, aiunt, reliquæ gentes cōuertētur ad Deū, at his
vnis datum, legitimos eius esse veneratores. Sed quoniā psalmus in primis super vniuersali,
totumq; per orbem spargenda religione, hunc verum Messia triumphum, quo gentes
omnes ad se conuerſas abducet, celebrat, & decat, quo nullus vñquam, quascunq; regū
victorias, triumphosque proferas, fuit insignior, decet Carmen super hoc ipso interpretari,
non Hebraeorum angustias intrare, super quibus vix risum contineant saniores. Decantat
igitur regnum Messiae, nationes, populosque ad eum concurrentes, regemq; suum cū con-
clamantes, vt paulò antè, & ipſe dominabitur gentium. Hoc nouum, inquit, semen, hæc no-
ua progenies seruiet illi, colet, venerabitur eum. Hæc narrabitur, deputabitur ipſi Deo.
Gens Dei vocabitur in posterum semper. Neque enim Iudæi verum Messia regnum pos-
sunt esse quem non suscepserunt, adorare recusauerunt, quibus nihil profuit messiam in
terras concessisse. Nobilissimum regnum eius, omnes orbis terrarum nationes. In genera-
tionem, in sēculum, in æternum. Est enim, ait, vt cecinit Daniel, potestas eius, potestas
æterna, est regnum, quod non corrumpetur.

Et annuntiabant iustitiam eius, populo, qui nascetur,
quem fecit Dominus.

E s t apud Græcos, & Latinos ex fonte τον̄ Iabou, Venient, & annuntiabant, Deest,
venient. Dixerat, in æternum, in generationem fore regnum eius, semper hanc lu-
cem radiaturam in terris. Enuntiat clarius, Venient omnes, ait, concurrent, confluent,
per vniuersum orbem, pietatem, iustitiam, religionēque eius enuntiantes, & poste-
ris, vt factum vidimus, tradentes. Non eo tempore duntaxat iustitia, nempe misericordia,
liberalitas eius, (vt Hebraicē denotat) fuit nota, sed ad posteros quoque manauit. Nec vlla
desinet ætas commemorare. Is rumor erit in terris, hæc fama crebrescit Messia veniente:
omnibus linguis personabit: nullus erit in terris angulus, quem hæc fama non adeat.

SECUNDVM psalmum, gloriosum, nobilēmque appellant Hebrai. Eorum sunt, qui fe-
rant editum à David pro seipso, cūm Saul eum tam vigilanter, atrociter
que insectaretur, ipſe autem omnem in præsidio cælesti spem poneret. Sunt alij,
qui pro creptis hac vniuersali, diuturnāque eorum captiuitate, qua sub Christia-
nis gementes, purant adueniente Messia se in libertatem vendicandos. Quorum sententia,
vt cernis, tendit ad Christum, de quo præsens oraculum sit editum, propterea adnexum
superiori, quæ similiiter de presenti captiuitate interpretabantur. Sit igitur vera sententia,
psalmum cōsonum superiori, respicere Messiam pastore gētiūm vniuersarum, quas ad sua
pascua, flumināque sacra adducet. Talem pastorem concinit oraculum, qualem sepius se
dixit esse Messias in terris: Ego sum, ait, pastor bonus. Hæc interpretatio Græcorū quoq;
est, & vera.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

SI I consulas Hebraicum, habet, Dominus ρoi, pascit me: idq; etiam ha-
bet Græcum πασχει με. Reliqua pars est in fonte, τον̄ οὐ lo echsar, Non
deficiam. Exponit ab eis, veluti est in nostra editione, Nihil mihi dece-
rit. Chaldaeus retulit hæcad populum, dum esset in deserto, transferens,
Dominus pauit populu suum in deserto, & nihil defuit eis. Quocirca va-
rios, atque in superno cortice sonet, subesse sensus crediderunt. Redeq;
n Messiam refertur.

In loco pascuæ ibi me collocauit,

Super aquam refectionis eduxerat me, animam meam conuertit.

SIN fonte propriè est, In locis virentibus, in locis herbosis, pascuis. Perstat enim in me-
taphora pastoris, usurpata sēpīs in sacris litteris. Collocavit ψυχὴν iarbizeni, Accū-
bere me fecit. Super aquam refectionis: Origo, Super aquā, ιανδα menuchoth, qui-
tis, tranquillitatis, Super aquam tranquillitatis, & quietis, Aquam amoenam, loca virentia,
propter aquæ riuum, vbi viridi in thoro liceat accumbere, vt nihil defit ad metaphoram
pastoris & pecoris. Pascit me Deus, in pratis virentibus collocat, ad potum præterfluen-
tis aquæ dicit. Hic recumbo, hic pascor, nutritor ab eo.

Animam meam conuertit, deduxit me super semitas

institiæ, propter nomen suum.

CAPITULUM XCVI metaporam: pascua demōstrat, nimirum pietatē, cœlestem philosophiā.
Hæc vera vberitas, verus amnis, potus, cibūsque verus. Hac ratione verus ille pastor,
simili suis verbis vsus est tralatione. Messias cūm esset in terris: Et alias oues habeo,
inquit, quæ non sunt ex hoc ouili. Hæc q; ab oraculo dicuntur ex persona ouiu, quas ille
sauissimè pascet. Appellat Vates velut ouis, Messiam pastorem suum, pietatis, iustitiae du-
cem. Iure merito ferunt Hebrai hoc oraculum annexum superiori, quod totum serè erat
de gentibus ad religionem venturus, de promulganda per vniuersum orbem pietate. Nūc
autem pastor carum gentiū canitur. Animā suā, genere loquendi Hebraico seipsum vocat,
maximè verò anima proferens, quod illic sit sapiētia, quam à pastore prædicat se accepisse.
Seinitas iustitiae haud ab re nominat, quod omnis vita quasi iter est, sic per tempus decur-
rens, vt per spatiū campi vestigia signant iter. Propter nomen suum, est, vt nomen suum
consonet in omni terra, innotescat eum pastorem esse verum. Non propter me, inquit, sed
nominis sui causa, vt concelebretur. Aut propter nomen suum, ex sua bonitate, & clemen-
tia, meis meritis ad hanc dignitatem non attingentibus. Quod à principio est, Animā meā
conuertit, et si est Hebraicē τον̄ ieschobeb, vt possit designare conuertit, ab Hebraicē tamē
exponitur pro quiete, & pace. Non circunduxit (aiunt Hebrai) vagāmque egit animam
meam à pascuis ad pascua, non defatigauit per montes, atq; cōvalles, sed quietem ei dedit,
in vna iustitia. Hoc significatum sciens Hieronymus transtulit, Animā meam refecit.

Nam etsi ambulauero in medio vmbrae mortis, non
timebo mala, quoniam tu mecum es. virga tua, &
baculus tuus ipsa me consolata sunt.

*In med.
vmb. mor.* N medio vmbra mortis, in fonte, In ghe, in valle vmbra mortis. Per valles tenebrosas. Vmbram mortis vocant suo loquendi genere, vmbram desissimam, letalem, mortiferam, horrendam. Vcl, Si per valles, ait, opacas, teterimas in ambulauero, duce Deo nihil trepidabo. Ea mihi certa custodia. Scio mihi assidere praesidiū, quām tutissimum. Si figuram exuas in lucem, vallem tenebrosam, aduersos casus, fortunæ truces vultu appellat. Non quemadmodum nimis in Astrologiam iuratus Auen Esra, malas siderum influentias. Hæc non extimescit, cui Deus it comes. Ipse declarat Vates, Non timēbo mala, Alibi quoque cecinit. Scapulis suis obumbrabit tibi, non timebis à timore nocturno. Quod ait, Virga tua, & baculus: duo nomina, idem pollutia, nec absistit à pastore. Fert baculum, fert pedum pastor. Baculus is (ait Vates) solatur, sustinet me. Baculus, inquam, robustissimus ille, quem dæmones, omnésque aduersi genij trepidabunt, & proprius accedere pauebunt. In manu pastoris mei, est baculus validissimus, quo sustineor, cui initor, in quo spes omnis mea recumbit. Hoc animum meum solatur.

Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui
tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians

Mens. *O* c ordine legitur carmē in Hebraico, qui ab interpretibus minimē mutari debuit.
Aduer.e. *S*æpius memorauerat aquam refectionis, locum pascuum, quietem propter aquæ
q. tri.m. *atrium, ripásq; virentes. Iterat simile. Hec mensa est, hec pinguedo, satietásque à pa-*
store parata. Aduersus inimicos, (dixerat enim vallé tenebrosam) Hæc mensa, ait, vel inter
hostes esse poterit. Quantum velint circūstent, circunlatrent inimici, sunt his, quos prote-
git Deus, cuncta suauia, lœta, fœcunda, opulenta. Est mensa parata, poculis redundans, onu-
sta Cerere, & Baccho, vel in oculis hostiū. Omnia secura, omnia tuta piis. Posset esse quoq;
sensus iuxta Rabi David. Vidētibus hostibus erit mihi mēsa parata, epulæ cælestes, gaudia,
corona. Tunc inimici cernentes, turbabuntur timore horribili, & præ angustia spiritus ge-
mentes, dicent: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum. Ecce computati sunt inter
filios Dei. Hec mensa bonorum cœlestium plena, hæc ambrosia, nectar. Vtitur alia tralatio-
ne: Impinguasti caput. Haud dubium, hoc oleum esse vnguentum pretiosum, quo capillos
spargebant, odor fragrabat. Pinguedinem capiti tribuit, id ipsum vnguentum respectans,
quo perfusi, quasi pingues dicebātur. Pingues luculentí, pelle lucerti, forma bona caput pin-
gue, perfusum, cōspersum, odoribus plenum. Oleo, inquit, caput meum non vxixisti. Et alio
psalmo, Vt exhibaret faciem in oleo. Similis ferè tralatio est, Calix meus inebrians. Pro qe-
ðoxoy, inebrians me, Hebraicè ἥντι reuia, redundans, fœcundus. Ille impiger haust

Pocula plena. His omnibus significatur libertas, felicitas, fœcunditas, opulentia, vero p-
store ministero.

Quam præclarus est! & misericordia tua subsequetur
me omnibus diebus vita mea: & ut inhabitem in
domo Domini in longitudine dierum.

Ro^m 10:9, quod Latinus dicit, quām preclarus est, applicauerūntq; id superior
versu Septuag. annētendum potius huic præsentī. Nam Calix suum habuit epithe-
ton, ncmpe, inebrians, siue secundus. Tum subiicit τον τω της ak tob, vachesed. Ve-
runtamen certe, bonitas tua, & misericordia tua subsequetur me. Nunquā clementia tua
destituor, nunquam me deficit gratia caelestis. Complexum me tenēs, comes, & dux. Pos-
et ut in-
habitent in
d. domini. set esse sensus quorundam Hebræorū: Prosequitur me misericordia, beneficentia, qua ego
nunquam prodesse desinam. Nulla erit beneficiendilassitudo. Habitabo in domo Dei, do-
cendo, cunctisque mortalibus mandata Dei prædicando: illic ero sepissimè. At mihi ma-
gis probatur, vt misericordiam non ipsius Vatis, sed Dei sentias, quod toto psalmo diu-
na beneficia decantantur. Quod ait se habitaturum in domo Domini, ybiique in sacrif

A oraculis duplex Dei domus, duplex templum canitur, cælestis, & terrestres. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Et exaudiuit me de templo sancto suo. Quare nunc quoque domum cælestem sentit. Post omnes in terris gratias, huc tandem definit beatitudinem: hæc suprema gratiarum, omnium bonorum compendium. Demum, inquit, post omnes gratias, hæc erit postrema, quod tempora cælestia conseruandam futurus illuc colonus in longitudinem dierum: nempe in sempiternum, ut est alibi. Vocant antiquitatem mundi æternitatem. Longitudo dierum, quantum potest ipsum ævum procedere. Græci poculum, oleum, Euangelicam sapientiam, oleum & baptismi: caput totum hominem, aut ipsum animum. Domum Domini, Ecclesiam. Claret quid Vates innuat sub poëticis tropis, quibus Homerus, reliquias poëtæ redundant. De pastore, ouibus, pascua, aquis fœcundis, poculis, quiete in amoenis thoris, baculo pastoris, mensa opipara, beata, capitis odore calice, fœcundo, de perenni gratiarum copia, demum de habitatione cælesti. Hæc à Messia prouentura felicibus animis. Deum & colentibus decantat.

PSALMI XXIII. EXPLANATIO.

BESTA est Psalmus David prima Sabbati. Redundat prima Sabbati, neq; apud Hieronymum, neq; Chaldaicum, neq; in Hebraico reperitur. Confodias obelisco, *μάς ταλλάτων*. Non laborabo sententias Graecorum, Hebreorumq;, quorū psalmus sit spectet, referre, proponente Nicolao Lyrano, ex Rabi Salomon de portis clavis templi, posteaq; patefactis ad canticum huius Psalmi, quam Burgenensis fabulam appellat, & potius cum Græcis conueniens de Christo in die, quæ Palmarum vocata est, templum ingrediente, Psalmum decantatum: præclara facta eius, diuinis vatis prospicientibus, totoq; spiritu pronuntiantibus, quale fecere Sibyllæ, sed clarissimæ Vates Hebreorum, propter linguæ Græcæ claritatè, Hebraica à nostro loquendi genere longè plurimum dissentiente: eamq; ob causam tropis obscurioribus, inusitatoq; sermone per ruginas aures offendere. Sit igitur hypothesis Psalmi, ut superioribus cōsonet, de his, quos Mæssias crux suo redemptos, mysteriisq; nempe sciētia patris sui initios, ad triumphos cælestes aget. Eius primum maiestatem canit Psalmus, tum ad pios conuertitur, quibus cœlestis aditus patefiet, ne putes omnes admittendos, tametsi superius viuensalem gentium conuerzionem prædixerat. Tum ad ipsum Mæssiam reuertitur, iam terras linquentem, & supra candida sidera ad sua regna sese recipientem. Hæc simul antecedentibus Psalmis prænuntiantur, à suppliciis, quæ gens impia Domino suo intulit, ad reliqua deinceps post resurrectionem Spiritu diuino, quo Prophetarum mens implebatur, progrediente.

Domi*n*i est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.

C Xordium ingens. Tollitur mens in altum, magna pectus concipit, omnia collustrans animus, nihil reperit, nō ditione diuina contineri. Deum nanque ire per omnes

*Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quenque sibi tenues nascentem arcescere vitas.*

Dominus vniuersa terra, nec terrestris elementi modo, sed item generis humani, quod terrestri sinu recipitur. Plenitudinem terrae dixit, ut clarius vniuersam terram, in quascunque partes tendit mundus, exprimeret. Quod Graeci transtulerunt in *oikoumēnē*, quod nostri vertunt orbem terrarum, propriętatem sonat habitata, Hebraicē est *thebel*. Id propriè differre à terra ferunt Hebraei, quod terra, totum elementum terrestre est thebel, tellus, quæ colitur, habitatur. Id verè tralatum à Græcis in *oikoumēnē*, habitata variarum gentium sedes. Tria nominat repetens, elementum terræ, habitabilem terram, genus humānum, Dominum, habitatorēmque terræ. Hæc summo Deo parere canit.

Quia ipse super maria fundauit eum, & super fluminis
præparauit eum.

Præparare.

Sapiens admonitum, quod Graeci vertere affuerunt ἐπιμάλεων, præparare. Hebraicè
esse יְהוָה conan, id sonat, firmare, stabilire. Hoc cùlo dicendum, quemadmodum ver-
titur ab Hieronymo. Super fluminibus stabiluit eum. Respondetq; primo, fundauit
eum. Neque est, quod scripsit Euthy. ἐπιμάλεων, pro ἐπιμάλεων, præparauit, ornauit. Magnus au-
tem ex philosophia, cælesti locus proponitur, ea, inquam, philosophia, quam Moses scripto
rum vetustissimus, partim, quod priscorum memoria ex successione tradebatur, partim,
quod esset diuinis oraculis eruditus, conscripsit. Neque enim præsens hoc carmen canit,
quod ne fieri quidem potest, terra, mari, fluminibusq; superesse, superinnatare. Nam vt est
in eisdem Psalmis, Initio Domine terram fundasti. Terra igitur veluti fundamentum cun-
ctis elementis subiecta fuit. Prima mundi basis, cui cunctæ res niterentur. Ipsa subiacet, de-
inceps aqua superfusa est aëris maria circumpletatur. Huic sublimis ethere existit cōtiguus.
Is elementorum certus, immobilisq; situs. Sed noster non ad hæc notiora respicit, illa con-
celebrat abstrusiora, ex Philosophia Mosaiica, vt maria imperante Deo, in concavas mundi
partes subsederint, & quæ omnibus paßim terris incumbere ceu sedibus suis debuerant,
iussu Dei superiora loca liquerint, terra generi hominum, reliquisq; animantibus sedes fu-
tura, nutrimentumque productura superexiterit: hic degerent, hæc almenta præberet,
hæc super mari fundata, & stabilita est, non quod ei maria subiaccant, sed superior mari est,
eminentior, sublimior, mare inferius decumbit, hæc sublimis eminet, locus, domiciliumq; animantium. Nonne audis apud Mose theologorum eminentissimum, seu vetustatem,
seu diuinam scriptorum eius autoritatem respicias. Dixit autem Deus, Cōgregentur aquæ
in unum locum, & appareat arida. Hæc illa terra, ille terrarum orbis, ille. Hebraicus thebel
fortasse, tellus nostra Latina, quæ apparuit superior aquis in infima loca confidentibus.
Hanc flumina peragunt, per conualles, infimæq; fossas, agri autem coluntur, domus inæ-
dificantur, vrbes vbiique multitudine hominum florentes cernuntur. Reliquum terrarum
occupat mare, ne id quidem non consilio dñino agente, quod Lucretius, cui propria pro-
fessio lucem, qua verum clarescit, eripuit, videre non potuit. Mare Solis ardore concoctum
vapores, aërisque exhalat, nubes hymbris, ventosque assiduè gignit, quibus rebus
animantes in arida degentes aluntur. Ipsa arida quasi hortus irrigata, pabula producit. Hec
fieri non potuisse, nisi mare, maximam terrarum partem occupasset. Hebrei locum haud
secus interpretantur, Graeci non tantopere vero propinqu, propterea quod quasdam ca-
uernas asciscunt, per quas mare subeat, montibus incumbentibus. At philosophia hæc, de
tota terra habitabili est, super maria quidem stabilita, quod superior, editior emersit, ne flu-
tibus allueretur.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco
sancto eius?

Celebrato Domino, qui genus humanum condiderit, cīq; terram colendam tradide-
rit, ad ipsos homines in terra degétes se recipit, eis meliora quam terrestris præbeat.
Hæc sedes demonstrans, meliorisq; Philosophia thesauros aperiens, Id multis in lo-
cis agere Psalmi consueverunt, vt rebus, quæ sub oculos cadunt, memoratis, quarum opificem, regéte inq; ad omne tempus, Deum pronuntient, tum carmen ad ea, quæ animorum
sunt veluti maiora, melioraq; conuertant. Ut illo Psalmo, quo pulchritudinem cæli Solisq;
decantat, confessim legem Dei celebrat, veneratur, laudes eius vniuersas percurrens. Nunc
quoque è terra confundit ad altam Philosophiam animorum, finem supremum visibili-
um rerum. Cuncta enim animis parabantur: animi autem vt à sedibus terrestribus, si
piè, iusteque vixissent, ad cælestem beatitudinem recipentur. Hac de causa Psalmi per
tranque Philosophiam vagantes cælestem illam, quam terrestris, vt maiorem respicit, co-
piosius prosequuntur. Montem Domini, ctsi sunt Hebrei, qui montem Sion vbi esset arca,
interpretentur, mihi magis probatur, quemadmodum in Psalmis est templum cælestis, &
terrestre, sic, cum sit mons cælestis, & terrestris, cælestem celebrari. Iure vocatur cælum,
mons, vt quod Graecè quoque nuncupatur Ἐγείς, Summus, rerum terminus, circumscrip-
tio definitioq; rerum visibilium: locus altissimus, mons, editissimus. Eundem appellat locum
sanctum. Est enim regnum iustitiae, campus veritatis, ait Plato, piorum sedes: nullum illuc
flagitium, neq; flagitiosis patuit vñquam, sceleratis inaccessus, solis piis admittēdis, impro-
bis excludendis in sempiternum. Hæc omnia Vates latius deprædicat.

Inno-

A Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam
suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Vnde à Græcis interpretibus scribitur ὁ οὐαὶ τοῖς ματριώντιον φύγει αὐτοῖς. Qui non ac-
cepit in vano animam suam: ex Hebraico luculentius נְאֵלָה נְאֵלָה, Nō exaltauit, aut
leuauit ad mendacium, animam suam. Phrasis Hebraica resonas obscurè peregrinis au-
ribus, euolus clarescit. Qui non cōcitauit animum suum, id est semet, ad mentiendū. Sa-
pius monstrat, animam elevat, ipsummet quenq;. Non leuauit, non extulit, nō mo-
vit se, ad mentiendū. Nemini enim noh perspicuum, vanitatem esse mendacium. De sancto,
stabilisq; iuramento, de veridicis, est sermo, de his, quos Graeci vocant εὐόπες, beneiurantes.
Id declaras, vt solet, iterata sententia, Nec iurauit in dolo proximo suo. Is sensus verus, Qua-
re non probatur mihi, quod transtulit Hierony. Qui nō exaltauit frustra animam suam. Nam
ex secundo, primum innotescit, Est item apud Hebreos duplex lœcio. Qui nō leuauit ani-
mam suam ad mendacium: Qui non leuauit animam meam. Putantq; esse verba Dei, qui
quasi respondeat. Qui non leuauit, non accepit animam meam, nempe nomen meum, maie-
statem meam, ad mentiendum, adhibes me, nomenq; meum ad iuramenta dolosa. Hæc lœ-
cio ab eis, aliis testimoniis roboratur. Sed prior verisimilior. Igitur primum memorat to-
tum fontem probitatis, ac iustitiae, pectoris integritatem, animi puritatem, munditatem, cū
maculae non infecere animum, manuum castitatem. Vt radix omnium malorum, avaritia,
rapax, violenta, nefanda rerū corporearū sitis: sic virtus illi inimica, radix & origo bonorū.
B Ea vocatur innocentia, manuum castitas. Cordis autem munditiae est, vt non tam in pro-
patulo sit integritas, sed cor item, sedes omnium cogitationum, sit purum, minimè dolosu.
Totum, vt vides, spectat charitatem. Ea, regina virtutum, ea cælum aperit. Beati mundo
corde, quoniam Deum videbunt. Vides vt inuicem respondent Propheta, & Messias. Mū-
dos corde ad montem sanctum, Propheta, Messias ad visionem diuinam adducit.

Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo
salutari suo.

Dramum virtutis incomparabile. Benedictio, Hebraicè, est copia, affluentia, inun-
datio, fluxus, abundantia. Accipiet benedictionem, omnium bonorum vberatæ, cō-
piam: nihil cum deficiet suppetente copia rerū cūstardum à Deo, cælitus diuitias suas
demittente. Pro misericordia, fons habet מִזְרָח zedaca, iustitia. Quanquam, quod sæpius
obseruauimus, iustitia, misericordia, liberalitasq; nūcupatur. Accipiet iustitiam, misericor-
diam, beneficium: liberalitas diuina, benignitasq; cum circūfluent in hoc mundo, & futu-
ro. Si iustitiā accipias, vt sonat, accipiet iustificationē à Deo, innocentia: Iustificabitur, de-
clarabitur iustus à Deo, in numerum iustorum collocabitur. Propterea beati mundo cor-
de, quoniam sententia diuina, iustorū è numero declarati. Spectacula cælestia conspicunt,
diuina visione fruentur, quā Plato vocat μακελεῖον, Visionem beatam. Qualc, ac quantum
præmium virtutis, integratatis, innocentiae! Salutari suo, clarius, seruatore.

C Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.

Veritatem, apertius explicat. Rogauerat à principio, Quis ascenderet in montem
Dei responderat, Nunc responsonem confirmat. Hoc genus piorū, hæc diuina pro-
genies, quibus in terris cara virtus erat. Datum est eis videre Deum, quoniam quæ-
rantur eum, id omnē dabant operam, hoc maximè studebant: quæsumi inuenierunt. Cupidi-
fissimi eratvidendi Deum, ad hanc visionem perueniri non posse, nisi virtute, & integri-
tate duce, exploratum habebant. Itaque viam certam repererunt, quæ ferret ad superos.
Hinc intelligimus montem Domini, esse visionem beatam, faciem Dei. Minimum refert,
quod sit Hebraicè, Quærentium faciem tuā. Nam ad Deum se flectere Vatem, conten-
dunt Hebrei. Illum vultum videre quæramus,

Vultu quo cælum, tempestatesque seruat.

Hæc beweia,

Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ aternales, &
introibit rex gloriæ.

De visione beata, de monte supererno carmen erat à principio, de beatis. Beatitudinem,
summumque bonum, aut finem bonorum, quasi definiendo declarauerat: Videre

Qui non
accipit in vano
animam suam.

Mendacium
vanitas.

Nec iur. in
do: proxim.

Et mundo
corde.

Innocens
manibus.

Avaritia
Innocentia.

Cordis
munditiae.

Misericordia
Iustitia.

Salutare.

faciem Dei. Viam quoque ad hanc felicitatem ferentem aperuerat, digitō que ostēderat, D
virtutem, integratatem, quam munditium cordis appellat. Sudore, & virtute constare
gloriam, aditūmque cælestem prædicabat: nunc ad Messiam, quo duce genus humanum,
bonorum cælestium fit particeps, sese conuertit, à terris scandentem sidera, portásque
cælestes aperientem. Superioribus psalmis supplicia pro salute orbis terrarum adita ceci-
Psalmoni
consecutio. nerat: tum gentes vbiq; terrarum degentes, ad scientiam Dei conuersas, pastoremq; earū,
qui eas ad prata cælestia, fontesq; neptareos, & immortales epulas agat: demum ad cælum
redeuntem, triūphantemq; Messiā decantat. Hæc psalmorū consecutio mihi magis proba-
Attollite
port. princ. tur, quā vñ de arca sit sermo, quam Salomone in domum Dei deducente, psalmū hūc cā-
tores efferent, Superiora enim, vel ipsa aduersa gente iudice, sunt de Messia. Declaran-
dus est versus, non rectè conuersus à Græcis interpretibus, obeamq; causam obscurus. At
tollitē portas principes, quemadmodum reddidit sanctus Latinorum interpres, est in fon-
te שָׁמַרְתָּךְ נִשְׁׁמָךְ seu sharim rashekem, leuante portæ capita vestra. Hortatur, vt cernis, vt
portæ patescāt, vt postes, quos capita vocat, tollat, leuent capita portarū, sese aperiant. Pro-
sopopœia figura portas alloquens, capitaq; eis tribuens: vt Exultet marc, & plenitudo eius.
Et, Exultabunt omnia ligna syluarum. Principe διάρχης, quæ sunt in Hebraico capita,
Eleva. por.
ether. dixerunt Sept. sed secus, & luculentius in origine. Quod autem sequitur, Eleuamini portæ
æternales, æternales, Græcè ἀόγοι, æternæ, sempiterne: quod Hieronymus, Iauæ sempiter-
Rex gloriae. na. Quare Latinum decuerat vertere, Portæ æternæ, iuxta Hebraicum, & Græcum. Quid
enim æternales? Exemplar Hebraicum בְּנֵי תֹהֶם pitché olam. Igitur portas alloquitur, vt E
patescant, triumphantem Messiam, gentemq; piorum eum profponentem recipiant. Mes-
siam, inquam, agentem è terris, morte, & sanguine suo partum innumerum cœtum. Portas
æternas, quis non perspicit esse portas Olympi, sideras? Regem gloriae, regem gloriose
triumphantem. Regem gloriae cælestis, Prospicit Propheta in spiritu. Messiam gloriose ce-
lum redeuntem, vt prospexerat supplicia perferentem. Alacritatem, plausum, spectaculum
inffabile contemplatus, diuinum carmen edidit.

Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis, & potens: dominus potens
in prælio.

Fort. po. Non vox humana, sed penitus diuinum oraculum. Rogat, respōdet regem glorio-
sum, micantis Olympi regiones, cœtu Deorum comite, subcunctem, sed in terris po-
tentiam suam ostendente. Ob quā causam vocatur fortis, & potens, qui suos in pra-
liis non deserit, auxiliū implorantibus adest. A principio demonstrauerat cum domina-
torem orbis terrarū, qui mari in voragine, demissioneq; conualles discedere iusso, terras
hominibus habitandas tradidisset. At nunc præsidē cali, cui sponte portæ cælestes ingre-
dienti patescant, cui venienti clarus aperitur Olympus, medium videoas discedere cælum:
Solem, Lunamq; cernas, stellarumq; choros, regem suum venerantes. At idem rex tametsi
mirabilis, gloriōsus, ipſisq; sideribus suspiciendus, fortis tamen in terris aspicitur, præsertim
cum suos in præliis defendit, dat fortia peccatora, efficitq; vt à paucis innumerabiles superē-
tur, & infugam coniecti concidantur. Ne putes eum, quoniam caro gloriōsus imperat, de-
stituisse terras, ignarum corum quæ ab hominibus gerantur, imprimis prospicit, ne quod
aduersum prælium faciant, quos ob pietatem, integratatemq; charos habet, quibus nō mo-
dò largitur, vt montem sanctum suum condescendant, sed in terris item tuerit.

Attollite portas, principes vestras, & eleuamini portæ æternales, &
introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? dominus virtutum, ipse est rex gloriae.

Virtutes.
Dom. virt. Virtutes Latinus reddere consueuit, quod melius esset, & vt Græcum sonat, πεντεμετρία.
Copias, exercitus. Dominus copiarum, exercituum, legionum cælestium, rex Ange-
lorū, quorū tantus esse numerus in sacris litteris refertur, vt eos appellant exercitū,
copias. Horum rex, & princeps, atq; his imperare dicitur. Tot exercitus regem prosequun-
tur, eius spectaculo, quo nullum est suauius pabulum, in cælo fruuntur.

Stant dextra, laevaque frequentes.

Nec vidisse semel satis est, iuuat usque morari.

Et facta est (certur in euangelio) cum Angelo multitudo cælestis exercitus, laudantium
Deum.

P S A L M I X X I I I . E X P L A N A T I O.

Nscriptio est, Psalmus David. Is psalmus partim oratio est, qua tu erroribus ve-
niā, tú sibi sapientiā postulat: illuminari, doceri, erudiri, viāq; vitę rectā sibi demō
strari precibus instas. Partim est laus probitatis, eius præmia decatás, velut om-
nes veteres poëte, qui iustos laureatos agūt in insulas fortunatas, nectaris, & am-
broxiæ poculis ad omnē tépus exsaturādos. Ispalmus, quod Nicolaus quoq; scribit, artificio
sē cōpositus est ab autore, vno quoq; versu à singulis litteris alphabeti incipiente. Dicitur
Græcè, quoniam Sibyllis, priscisq; poëtis visitatum fuit hoc artificiū, ἀπόστολος de qua Marcus
contra diuinationem, referens in versibus Sibyllarū id artificiū haberi. Nā quod multis in
locis commemorauit, si primā litteram cuiusq; versus eius carminis, quod de supremo die
Erythrea Sibylla cecinit, sumptis, efficitur. Iesus Christus Dei filius, seruator crux. Ve-
rum hoc Vatis Hebrei carmine duntaxat Alphabetum sumptis primis litteris cuiusq; ver-
sus, redditur.

A D te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido
Anon erubescam.

Neque irideant me inimici mei.

B E vñ, Hebraicum exemplar נָסָר esa, Attollam, leuabo. Te vñ, ait, co-
lam, suspiciam, tibi vni spiritum meum cōciliabo: E terris ad te duntaxat,
oculos attollam. Leuare animum declarat alio, augens orationem, In te
confido. Leuare, considerare, spem in eo ponere. Quod ait, Non erubescam,
dicendum נָסָר Ne erubescā. Effice, ait, ne erubescā, si tibi fido, si in te
recumbo, fac ne spes hęc vana sit, ne delusus, pudefactus, ridiculus abeam.
Ne me irrideant inimici, in fonte וְיַהְיָה, exultent, triūphēt: ne super
me inimici triumphent, glorientur, in me inuolent: quod sicut, nisi spes qua tibi fretus vi-
uo, non sit perspicua, nec inimicis innotescat, quasi vana, fallax, cludens animum.

Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur.

Confundantur omnes iniquè agentes superuacuē.

Vstinent, vt quidam habent codices, clarus quod ex fonte diuinus interpres trāstu-
lit τῷ κούεκα, Qui sperant. Iniquè agētes superuacuē. Et hoc clarus apud Hierony-
mum, Confundantur, qui iniqua gerunt, frustra. Potius, ait, confundentur, siue erub-
escēt, ignominia maculabuntur, aspergentur, qui pessimè viuunt, nō piē, nō Dci colētes.
Frustra impia facta adamant illi. Nā (vt ait Paulus.) Quem fructum habuistis tunc in illis, in
quibus nunc erubescitis? Nullus est in factis iniquis fructus. Multa quidem conantes, mul-
tū sudoris profundere cernas improbos, sed frustra, vt quibus demū euanida sint omnia: &
C potius in perniciē desinat, quod tātopere petere cōtēdūt. His igitur, nō bonis & piis, igno-
minia, dedecus, labes inuretur, quoniam quidquid agunt, subuictancum est. Horum vanitas
vbiq; prædicabitur: spes eorum fallaces, inane, fuisse conuincetur. At iustis omnia secura,
tuta, ad æternū tempus permanstra, virtutis radices æternæ, super sidera florescent.

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tua edoce me.

Nias, & semitas eius ex hoc sacro poēmate, omniq; Hebraico sermone, perspicuum,
esse præcepta diuina, vias, quas ille præcidit signauit, humanis oculis aperuit. Sūt aliq;
quoq; quas si quis meritus sit, si precibus cōtendat, si sepius in aures Dci voces im-
mittat, aperit, ostēdi. Hę dicētur à nostris inspirationes diuinitus infusę, pectoris optima cō-
filia, quibus agimus ad benefacta. Lux oblata menti, Lucerna vestigia nostra præcedēs, ne
prolabātur: Sapientia maior. Hoc assiduè postulare psalmos cernes. Nec ferē sunt aliæ pre-
ces, id vnum contendentibus prophetis, vt in scitia mētis tollatur à se, pulsisq; terribris, ani-
mus meliora cernat, & adēcē cernat, vt persequatur, insitiat, hæc admet.

Dirige me in veritate tua, & doceme, quia tu es Deus saluator meus,
& te substatu tota dic.

Veritas alio nomine, quas innuat, ostédit, nimirū veritatē eius. Omnis veritas, est veritas eius. Qui cupit veritatē eius, cupit verissima quæq; non fabulosa, fallacia, inania. Cupit vera, solida, firma, stabilia. Itaq; idem est desiderare semitas eius, atq; veritatē. In semitis eius fructum inesse prædixerat, iniquè agentes incassum laborare. Ergo qui postulat dirigi per veritatem, postulat vias rectas, veras, nō falsas, inanes. Viae verae erunt, sanctitas, integritas, æquitas, innocentia: quoniā qui iniquè agunt, frustrā agunt, inania conantur, studēt vanitati. Contra igitur, qui student probitati, pietati, virtuti, amplectuntur vera, teneant quasi manibus veritatem. Deducit igitur in veritatem eius, est deduci per semitas eius quæ sunt verissimæ, certissimæ. Si declaras has semitas, sunt præcepta, leges, scita, placita, decreta, voluntates eius. Propter ea dicitur alio psalmo, Eloquia Domini, eloquia casta: nimirū veridica, veracia. Et alibi est, Fidelis sermo. Hebraei quoq; hanc veritatem explanant, mandatorum eius. Quod ait, Et te sustinui tota die: simile atq; superius, exspectavi, speravi. Omni tempore, inquit, in te spem meam pono: Nunquam à te spes mea discedit? Te seruatorem meum appello.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Natura, ingéniumq; eius est, vt misereatur, vt iniquè ferat iniurias illatas, non sibi, cui detrimentum afferrī non potest, sed cùm miseri vexantur, cùm ius humanæ societatis violatur: nunc miseretur, commouetur, respicit afflictos, violētos, rapacesq; destitutus supplicis. Et nisi ead em miseratio impetum eius frenaret, videtes protinus impios ad poenas abstrahi. Miseratio igitur pertinet itē, vt modò demonstrauit, cùm peccata cōdonat, duobus mōribus eum in diuersa pellentibus. Videt huimiliores à potētoribus vexari: videt rapinas, cædes, reliquas iniurias, furit, indignatut. Occurrit alius motus, vt parcat delinquētibus, idq; ob multas iustissimasq; causas, læpius à nostris, & profanis allatas, vt is qui scripsit de cunctatione Dei. Miseratio quoque est beneficentia, benignitas, liberalitas, qualarius munericibus suis amplissimis apparuit. Hanc (vt affuerit) iterato declarans, subiicit simile, Et misericordiarū tuarum. Hoc Hebraicē est, chasadecha, recte dixeris, Beneficiorū tuorū, benignitatū, largitatū. Hac ait fuisse à sæculo Bene quidē, Septuaginta ad fontē, ab ēterno, ab ēterno, à sempiterno. At noster Latinus non satis commodè, à sæculo, cùm sæculū sit (vt ferunt) centū annorum. Hebraicū εἴη με ολα: ab ēterno. Hæ miserationes ait, benignitates, affluentiae, largitates, delictorūnique condonatio, sempiternæ sunt, non paucos ante dies ceperit Deus talis esse, sed semper fuit. Insitū est in natura eius, nata simul est cœlo clementia, si natūdici potest quod fuit sempiternum. Nihil habet natura eius melius, quām vt velit, nihil præstantius, quām vt possit seruare quāplurimos.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.

Non veretur aperire vulnera, delicta fateri. Nam qui peccata fatentur, demissiorem penitentemq; animum ostendunt. Nisi scelus efferrant, aut subesse superbiam indicarent, se non peccasse videri cupientes, aut non indigere tantopere eius clementiae, cuius vultum subiissent. Delicta iuuentutis, in fonte est τρῶναι, adolescentiæ, pueritiæ, testantibus Hebrais nondum pectore firmo: nec ratione adulta, beluis homines esse propinquiores, ad terrestria, curamq; carnis, & corporis augmentum in natura trahente. Tūc iuuentum robore fidem infolescere, his maximè studentem, quibus nutritur, & oblectetur corpus, dulcedines corporeas persequentem. Inde peccata multa suboriri, libidinibus animum ad inconcessa impellentibus. Quod dixit ignorantias, Hebraicum est ψεψεβαιαι sceleris mea, vt vertit Hieronymus, grauius quām ignorantias. Non modò delictis, quæ propter adolescentiam, & quod ratio infirmior esset, potuissent excusari, veniam postulat sed grauissimis etiam sceleribus, ostendens hæc quoque accidere posse. veniam autem supplerit petit, illa vñs oratione, quæ est apud principem Oratorum Græcorum. Es, ait, natura clemens, mitis, is genius tuus, hi mores. Propter te mihi parce: nam ego sum immensus. Sed reuoca te ad te ipsum: considera bonitatem tuam sempiternam, immutabilem, nō qualis est mortalium, qui nunc boni, nunc mali. Sed tu semper tui similis: propter hanc ineffabilem bonitatem mihi condona, si quas iniurias intuli.

Dulcis

A Dulcis, & rectus Dominus propter hoc, legem dabit delinquentibus in via.

Propter hoc. Item, legem dabit, clarius Hebraicum. prop. hoc
leg. da. set
eodem recr.
dunt. hore, docens peccatores in via. Vide, ait, quanta sit bonitas illi, quām mitis sit, & clemens. Erudit peccantes: viam, quam immutabilit̄ sequantur, ostendit. Dat leges, & præcepta, nec solū Mosaicam illam legem proponit, sed quotidie optima in peccata nostra immittit consilia, modò sequamur. Quid cùm Vates prospicerent, cum venturum in terras, vt peccantes erudiret, ignorosque viæ ad sempiterna bona dirigeret: si rectus, ac dulcis, & bonus apparuit, quod antiquo tempore, legem Mosiacam declarauit, quam gens illa non rescindens, feliciter ageret in terris: quanto fuit illa bonitas manifestior, cùm venit ipse, vt fulmina diuinæ sapientiæ funderet ore suo, quæ mortales sequentes, optimū, felicissimumq; vitæ genus ducerent, exin feliciorē in celo statū sortirentur? Solatur igitur seipsum Vates, afferit ex sua consuetudine preces suas exaudiendas. Postulat sapientiā, in viam Dei mitti cupiebat. Nunc affirmat id futurū, quod Deus sit magister delinquentium,

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.

Superiora, ne solos peccatores ab eo doceri putas, mansuetos appellat, quos religio, pietasque reddidit mitiores, feritatem detrahit, barbariem, morumq; crudelitatem mitigauit. Dicendum igitur, Diriget mansuetos in iudicio. Diriget ad æquitatem, ostendet, aperiet quæ sunt honesta magister bonorum, ac malorum, proferens cunctis sapientiæ suæ thesauros. Iudicium, vt dixi, vocat æquitatem, iustitiam. Idem iterat, dirigit, docet. Non est Hebraorum aspernanda interpretatio: Mansuetos appellat, qui se iam demissent, humiliasset, peccare destituerint, hos à Deo dirigi in viam, cùs viā aperire, corumq; peccata roborare, confirmare, vt cognoscant iudicia, viāque suas. Hocq; est, Docebit mites vias suas: duobusque verbis eandem rem expressisse. Sic illi.

Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.

Trus de viis Domini loquitur, ne quis ignoret hoc carmen. Sunt viæ Dei multiplices, sed omnes ad unum finem ferentes. Erant, vt superius monstratum est, iustitia, æquitas, mandata, quæ dedit, leges, voluntates, scita, decreta. Via vocata, aut quod his incedit Deus, hi mores, is genius eius, his insistit, plenus ordinis, & æquitatis, aut quod has ipse vias aperuit mortalibus prius ignotas: vias repertæ, patetæq; ab ipso. Ante pedes nostros signatae, ne in sinistram, aut dextrâ se se flecterent: perinde si curiam Pompej diceret ab eo constructam. De his igitur viis, hæc vero veriora prædicat optimus Poëta. Non esse vias has inceditibus difficiles, salebrosas, asperas, præcipitosas, agrestes in præcepis, fallaces, sed longè secus, veras esse, ad vera ducentes, & quod pollicentur, fistætes. Beneficas item esse, idem enim in Hebraico est pro misericordia τὸν cheſed, Beneficium, benignitas. Liberales sunt hæc viæ, fructuosæ, quæstuousæ, beneficæ, veraces his, qui per eas incedunt, non quemadmodum reliquæ viæ, fallaces, demum ad lucretum, & funera ducentes. Sunt misericordia, & veritas: sunt beneficium, lucrum ingens: sunt æquitas ipsa, veraces, plena veritatis: sunt refrigerium, tranquillitas, requies curarum. Huc demum sicut sint eos, qui requirunt, scruntantur, penitent, indagant testamentum eius, pro quo in fonte τὸν beritho, fædus eius, quod item testamentum recte dicitur. Fædus fuit inter ipsum, populūque, testamen- tum dei. Pax, amicitia. Hoc fædus, est lex Mosaiaca. Eadem vocatur testimonia, quod his testatissimā testimoniis. fecit Deus erga homines suam charitatem.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.

Laet Hebraorum explicatio, Propter nomen tuum, quo passim dicens misericors, clemens, hancque esse summam naturæ tuæ bonitatem, & in eo maxime præcellere, quod clementissima fertur, volens, & potens seruare quāplurimos. Hæc fama volitat de te, passimq; hominum mētes occupauit, nec in te melius esse fertur, quām quod cupis generis humani salutem. Ob hanc causam ignosce milii, & flagitium condona, quod cum Bersabee (vt declarant Hebrai) perpetraui: quod fateor fuisse grauissimum. Multa

superius de misericordia, & clementia Dei prædicauit: plurimus fuit in commemoranda bonitate diuina: iure subiicit preces, vt parcat delinquenti, quod facere cogit clementia.

Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei in via quam eligit.

Egem statuit, quemadmodum superius, legem statuet, per futurū. Clarius Hebraicē iorenū, docebit, erudit, ostendet ei viam, quam elegit. Elegit autem timere Dominum, pietatem, religionem, virtutem elegit, hanc cum Deus docebit. Propone, inquit, aliquem, qui sibi præscriperit, timere, venerari Deum, hunc Deus iniunxit, sed corroborabit, confirmabit, paulatim q̄ mentem eius illuminabit. Volentibus, vigilantibus auxiliatur Deus, non otiantibus, stertentibus. Est arbitrij libertas nobis, hanc Deus coadiuuat, cūm cœpimus nos ipsos excitare. Nostrum est eligere. Deus aperit oculos, vbi pedes figamus, iter illustrat, undeque sanctus, optimus, parcit peccatis, pios illustrat, erudit.

Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius
hæreditabit terram.

Rortasse putes sterilem, infruituosa m̄q̄ esse religionem, nihil præter labores, & sudores afferentem, quibus in ea laboratur, cūm vitia carnis deprimuntur, libidines castigantur. Minimē, inquit, imd̄ sunt maxima præmia pietatis, incredibilem mercedem fert pietas. Animus piorum, si statū mundi huius respicias, semper est in bonis, latet, tranquillus q̄ semper, citra ægritudinē, citra morbos, quos appellant m̄n passiones, affectiones animi. Non insidet animis piorū eiusmodi pestes, nunquā nō in sanitate versantur. Multa sunt, è quibus sincerā, solidā q̄ voluptatē capiunt. Si respicias vitā cælestē, quoniam & Hebrei suspicātur beatitudinem futuram, Prophetam innuere, quid est certius, quām piorum duntaxat, Desīq̄ colentium, bona cælestia futurā legitimā hæreditatem? Semper igitur in bonis, aut bono, vt habet Hebraicū, nempe beatitudine, felicitate, morabitur animus eoru. Nota piis cælesti voluptate fruerit. Tanta, inquam, ac tali voluptate, vt neq; oculi videant, neq; aures audierint, nec cogitari quidem possit. Est aliud quoq; fructus pietatis, quod iustorū progenies, diutinè viuet super terra, non propter scelera paterna celeriter exciderit, sed propter pietatē, in diuturna tempora seruabitur. Alio in Psalmo est: Generatio rectorum benedicetur. Et, Nunquam vidi iustum derelictum, neque semen eius quærens paucem. Eadem vetusti Poëta, quorum sapientia ex his fontibus profluxit promittebant iustis.

Et natūratorum, qui nascentur ab illis.

Firmamentum est Dominus timentibus eum, & testamentum
ip̄sius, vt manifestetur illis.

Vid Sept. verterunt r̄x̄t̄w̄, firmamentū. Hebraicū est, m̄ sod, id sonat quidem E cum Iod, fundamentū, quod illi dixerūt firmamentū. Item sonat secretum, arcā: pro hoc ab omnibus Hebreis exponitur, Secretū Dei esse solis timētibus eū. Secreta inquit, Domini nō reuelātur, nisi timētibus eum. Apertius quoq; Chaldæus pro vocē Hebraica amphibola, adhibens distinctē significātem, secretum יְהוָה אֲלֹהֵינוּ rāshā d'adonai galia ledachaloi. Secretum Domini reuelatur timentibus eum. Hieronymus similiter, Secretum Domini timentibus eum, & paclū suum ostēdet eis. Sept. propter similitudinē, alterū pro altero sumperū. Nam Iasād, Hebreis est fundare, inde alia vox fundamentum. Sed huic adest littera Iod, superiori minimē. Secunda pars, vt vertit diuus interpres, est Fœdus, aut paclū suum manifestabit illis. Hoc declarat antecedens, esse pro secreto, arcano. Superius prædicauit eum magistrum probitatis, doctore veritatis, nunc subiiciēs similia, vt noscas quanta sit dignitas piorum, afferit, his solis arcana Dei patefieri, velut amicis eius transennā cælestē aperiri. Quis enim alias, nisi maximē pius, vedit arcana Dei, quā nō licet homini loqui? Sic Moses, sic alias, priores autē, Noē, Abrahā. Quē locum igitur iusti obtinent apud Deum, quibus sapiētiæ suæ thesauros aperit, infundens peccoribus eorum, insolitā luce: Inde fit, vt eorū pietas augeatur erudiant Deo, cuius amore flagrātes, nullū pro nomine eius periculū deprecātur. Testamentū dixerunt Sept. quod Hebreis est נָבָרִית, fœdus, paclū. Aut scilicet lex Mosaica, cū fœdus quasi iniit cum illa gente, cæsis victimis, & pateris suscep-

Firmam.

Et testam.
ip̄siis ut ma
rif illis.

Testament.

Asuscepto sanguine, omnem hanc legem, omnia sapientiæ huius arcana pīs ostendit. Aut item fœdus nouarum amicitarum, quas cum iustis ac pīs contrahit quotidie, eorum amicos sibi concilians, & obstringens. Docet eos vias suas, sua fœdera, quibus amicitia confirmetur, augeatur. Docet quid eis studendum, vt eis sit perpetua cum eo gratia, & amicitia: nec docet solum, sed item concitat, inflamat.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euillet
de laqueo pedes meos.

DElaqueo, Hebraicē נַחַת miresheth, de reti, quod est item apud Hieronymū. Quid saepius cecinerat, repetit, affirmat. Docet Deus homines, modò vertant oculos ad eum, pectus splendore suæ claritatis implet. Si cecideris, erigit: si te malus abstulit error, & in laqueos adagit, eripit, reuocat, sublicit oculis rectius iter. Potest referri ad res corporis, posteaquam res animi proposuerat, quod Hebreis assertur, inimicos corporeos, hic cum nominare, qui laqueos, insidias q̄ illi intenderent, in voragine allicere niterentur, catenis vincitū abstrahere. Hoc ait, periculo eripiar, quod auxiliū Dei implorabo, quo quidem, vt confido, impetrato, ab impetu hostium, secura deinceps mihi cuncta erunt.

Respic in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego.

Vo d Graci dixerunt vnicum μενογένης, clarius Hieronymus ad Hebraicum, solus, vnicus. B iachid. Destitutus sum, ait, solus sum. Idem valet pauper, cui non sunt opes, qui bus miseriam subleuare posit, duabus cladibus sc̄ circunuentum ostendens. Ab hominibus derelictus, vt malunt omnes felicitatis esse, quām miseriā comites, incipientes odisse, quem fortuna persequitur. Tum conflictatus inopia, quod miserrimū est. Nam, quibus saltē copia suppētunt, his odium vitare, & amicos parare possunt. Rectè igitur destitutum, solum, vnicum se queritur, quoqd severtat, nullum esse præsidium. Vnus igitur tu superes, tu flecte lenitatis tuae in hunc infelicem oculos. Nam benevolentiae indicium est, cūm principes latet oculis nos aspiciunt. Gaudemus, latitia gestimus, amicis predicamus id factū. Quid si nos oculis pater aspicit æquis? Et quidc aspicit, præsertim cūm, destituere omnes. Est enim miserorum asylum, portus naues infractas excipiens.

Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis eruc me.

RÆ c v m ἀρρώστια, necessitates. In Hebraico est מְצֻעָה mezuzothai, angustiæ, pressuræ. Angustias quoque dixit Hieronymus. Tribulationes item sunt זָרוֹת zarth, angustiæ, pressuræ, vexationes, vt vim verborum sentias, quibus perceptis, sensus fit clarior. Aperit vulnera, alto sub corde dolores, non mediocres solicitudines, curis ingentibus æger. Curarum fluctuat æstu. Nec peccore noctem, Accipit, ingeminant curæ. Plena trepidationis omnia. Nanque inimicus atrox instat, ambasq; manus telis oneravit acutis. C De necessitatibus meis, dices, de angustiis meis eruc me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte
vniuersa delicta mea.

Ho humilitate ταπείωσι, est aliud simile της anij, afflictionem, depressionem meam. Humilitas. Hanc Sept. dixerunt humilitatem, nempe deictionem, cūm vexatus animus, fastidium, supercilium q̄ demittit. Id facit calamitas, ventis aduersis, flante fortuna, nō que penè mergente. Laborem quoque declarans primum subiecit, quasi defatigationem, sudorem aduersis perferendis, trepidante corde. Chaldæus pro labore, vocem Græcam posuit, τηρεχι, quasi περιβολή perturbationem, paurorem, solicitudinem. Quod ait, Dimitte omnia peccata, propter has clades, inquit, propterea quod laboro, vexor: ea sit delictorum meorum propitiatio, tantum doloris his aduersis me capiente, quantum voluntatis peccando cepisse. Labor, & dolor, vexatio, cruciatuſque oblitterat delictorum notas. Hinc ea, quæ vocatur penitentia, cūm superbia, tumidum, contemptorēmque animum reddidisset, & propterea iustitiam violare negligentem: tunc incommoda humanæ vitæ subeuntia, mitigant arrogantiā, ad æquitatem deducunt. Deus iustitiae præses, placatur, miteſcit, supplicia, quæ parasset, auerrit: præsertim si precibus suppliciter pacem eius imploraueris, quod prophetæ perpetuō fecisse noscuntur.

Q Q ij

Respic inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, &
odio iniquo oderunt me.

D

RIMVM in vniuersum, vexationes, calamitates impendentes memorauerat, tum
d^{ominatim}, quod genus malorum instet, profatur: Acriter hostes vrgere, genus
hostis atrocissimū, numero nos esse multis partibus inferiores. Copias eorum innu-
merabiles esse, animo paratas ad dimicandum, inflammatis odio. Odium iniquum vocat,
quod Hebreus dicit odium ^{en} violentiae, odium iniustū, violentum, odium necis, & san-
guinis cupidum, letale, mortiferum. Astum est de me, inquit si in potestatem eorū venero.
Est animis illis truculentus, ferinus, sanguineus, aut odium iniquum, quod Hebreis affer-
tur, est, Oderunt me gratis, sine causa, immeritum, innocentem. Qui nihil offendissent.
Hoc genus odij grauissimum est, ab inuidia, ab improbitate animi, veluti tartararum fu-
riarum. Nam odium, quod causas habuit, excusari fortasse possit: at cū se animus perpu-
lit ad inuidiam, corruptus est, monstruosus, dæmoniacus.

Custodi animam meam, erue me: non erubescam,
quoniam sperauit in te.

Anima. **V**IVS. versus sententia, saepius occurrit hoc psalmo. Animā suam, vitam suam vo-
Non erub. **H**ec. Huic præsidium quām tutissimum præficit. Quæ enim tam fida custodia? Quod
de ignominia, & infamia loquitur, vt qui pietatem veram profitentur, huic omne
qui sper. in tempus operam dantes, hac apud cæteras gentes gloriante, & propter Deum, quem co-
lunt, & cui maximè fidunt, se nobiles ostendentes, sed cū postulat vsus, nullo subsidio de-
stitutis adueniente, preces nemine exaudiente, nullis testimoniis numen eius, quem colunt,
comprobantibus: id scilicet maxima ignominia & illusio fuisset, præsertim eo tempore,
cū soli Hebrei verum Deum colerent, cæteris sua simulacra veneratibus. Apud hos ma-
ximum dedecus, pudorq; fuisset Hebreis, si prælia aduersa fecissent, si nihil auxili viatis, &
in fugam coniectis adueniret, & preces quasi in Zephyros abiissent: atque opinio potesta-
tis, & numinis, quod ab Hebreis adoraretur, longè inferior existeret. Id scilicet hostes irri-
sissent, & præter acceptæ cladis infamia, delusis Hebreis, in ipsum etiā Deum contumeliis
insultassent. Ob hanc causam sancti prophetæ, quod sibi Deum conciliarent, propitium q; redderent, hanc infamia, & quasi proditionē saepissimè cōmemorabant. Nisi, inquit, nos
ab iniuriis, & maleficio profanorū defenderis, nostra quidē clades erit, sed tuum dedecus,
tua infamia, qui prodideris eos, qui in te sperarent. Te quoque prædicabunt nihil esse, dun-
taxat inanē opinionem de te apud Hebreos esse: rumores inanes de tua potestate iactari.

Innocentes & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te.
Libera Deus Israël, & ex omnibus tribulationibus eius.

Inno. &
relli.
Adhæse.
Lib. deus
ifn.

Go d Græcē est ἀλεξανδρεῖος. Innocētes, & recti, siue simplices: in origine sunt ipsa
nomina rerum ιωνικῶν thom ve ioshēr, perfectio, & rectitudo. Hiero, item propē si-
militer, Simplicitas, & æquitas. Verbum quoque εὐαλλάσσω, adhæserunt, est in fonte
ιωνικῶν izruni, Custodient me. Quare efficitur alius sensus, quem videlicet reddidit Hierony.
Simplicitas, & æquitas, aut perfectio, & rectitudo seruabant me. Nobiscum, inquit, est
æquitas, iustitia, veritas, cum hostibus iniquitas, mendacium, violentia. Iustior causa nostra
est, hoc nos defendet, viatores ostendet. Hæc animos erigit, vt confidamus, speremus q; nobis affore supernam opem, quæ nos protegat, hostes fugere compellat. Atque hoc præ-
se fert psalmus, non vnam probitatem, æquitatem q; sufficere, sed item sperare in Deum,
auxiliūmque eius implorare nos oportere. Neque item satis esse in eum sperare, nisi probi-
tas, æquitas, integritas adsit, ne putas Deum fauere iniquitati, oculos ad eos vertentem,
quorum fortuna secunda, multorum sit causa malorum. Demum subiicit orationem, vt ab
oratione inchoauerat, primò pro se, tum pro gente sua suppliciter locutus.

P S A L M I X X V . E X P L A N A T I O .

PSALMVS est Dauid, quod inscriptio demonstrat, Oratio est, ac supplicatio. Genus
orationis est, quale multis psalmis occurrit, partim veniam delictorū petentibus, par-
tim pietatē autoris, ac probitatem cōmemorantibus, qua cōmemoratione conten-
debant,

Adebant, vt Deus suos defenderet, amicorum suorum causam susciperet. Hanc eis gratiā
referret, vt quoniam pro virili mandatis eius in sistere niteretur, præceptisque eius obtem-
perando nullis laboribus pepercissent, eos ob hanc causam attenderet, ab iniuriis impro-
borum, ne quam calamitatem sibi, ac populo inferrent, defenderet.

IVDICA me Domine, quoniam ego in innocentiam meam ingressus
sum, & in Domino sperans, non infirmabor.

RÆCV M melius verteretur, In innocentia mea ^{ἐποπέθη}, inambulaui, in-
cessi, per æqua gradior, iustitiā pertinaciter retineo. Iudicare, ab Hebreis ^{Ingressus} sum.
suæ dialecti proprietatem callentibus, explanatur bifariā. Iudica, nempe, ^{Iudicare:}
faci judicium, venias in ius cum inimicis meis, sententiam contra inimi-
cos pronuntia. Est alijs sensus: Iudica de me, num inandatis tuis obtem-
perauerim, num descuerit à te cot meum, nunquid contra fas gesserim.
Namque ego, inquit, magnopere tua religione, tuis iustissimis legibus de-
lector, placet integritas, innocentia, in his mea vita decurrit. Quam Sept. dixerunt ^{ἀγαγίου}, ^{Innocentia:}
innocentia, Hebraicum ^{וְנִיחַמֵּה} thumi, sonat etiam perfectionē in eam. Tametsi innocentia est ^{Ἄγαγίαι}
integritas, hæc autē perfectio. Duabusq; causis prouocat ad se diuinā benevolentia, quod
innocenter viuit, quod sperat in ipsum. Quibus rebus fit, vt subterfugere non possit, quin
cum suscipiat, amplectetur. Non enim deserit pios, minus item proditor est eorum, qui spe-
rant in eum. Ecce duo sunt, quibus cogitur Deus hominē diligere, vitæ integritas, fiducia
non huius integratatis, sed Dei, ne benefactis tuis fidas, sed vbi benefecetis, teq; gratū Deo
ob hanc causam reddideris, tunc spes in eum. Quo fit, vt neq; sola probitas sufficiat, neq;
spes sine probitate valeat. Quid enim speret à Deo scelerati? Quod ergo ait, Non infirma-
bor. Hebraicū tametsi non longè dissimile ^{τούτος} emead, vacillabo, cadā, labar: hac fiducia su-
mab. prius
stetor, comite Deo, & virtute. Nam Deus adit vbi virtus est: omnia prospera, felicia. Psalmi
igitur volunt Deū, & virtutē. Nec deus veniet, nisi virtute alliciēte: nec virtus sibi sufficiat,
nisi Deo præsente. Virtus dat animos, vt audeas implorare, vt spes celeriter afuturum.

Proba me Domine, & tenta me: vre tenes meos & cor meū.

Vo d dicitur Græcē πρόβατον, vre, Hebraicum ^{תָּרֻבָּה} zarupha, sonat quidem vrere sed ^{vre:}
proprium est de metallis excolatis ferueta & tis, expurgandis in fornace. Inde fit, vt id
verbū sonet probare, purgare, excolare, examinare, quod Græcē dicitur βαρύζειν.
Posuit quidem etiam Hieronymus vrere, sed in eo significatu, tria verba eiusdem sententiæ,
proba, tenta, vre. Renes in Hebraica dialecto, quod saepius animaduertsum, & subiectum ^{Renes.}
ante oculos est, sunt pro pectori, corde. Quæadmodū Latinus diceret in corde, in pectori
sedere sapientiā, Hebreus suo ritu loquēs diceret, in renibus. Non tamen est in pectori, vel
corde sapientia, sed mens cogitationū, notionumq; mater, habitat in capite. Sunt ergo si-
gura, seu tropi, cuique lingua particulares. Durum Romanis auribus, audire renibus inef-
fice cogitationes: at Hebreis non minus durum, sedere in pectori Mineruam. Cūm igitur
(at Hebreus) vre renes: est proba, scrutare pectoris intima, euolue latebras, perspicere, per-
pende cogitationes, arcanā, meditata mea. Nihil offendes, quod maiestatem tuam offen-
dat. Perspicies animi mei æquitatem, rectamq; voluntatem. Est alio in psalmo, Proba me
Deus, & scito cor meum. His quoque fit perspicuum, tentare (nam in Hebraico quoque est
id ipsum verbum) in sacris litteris esse probare, scrutari, examinare, disquirere. Cūm Deus ^{Tentare:}
tentat, requirit, quo in statu sit noster amor, quem gradum attigit nostra pietas. Quid pon-
deris subit, egeritne radices, an leui aura lapsura. In hanc arenam fortis athleta Vates des-
cendit, prouocans oculos aternos ad se perspicendum, penitusque examinandum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: &
complacui in veritate tua.

OMPLACVI, Græcē, ^{εὐπλακά}, Placuit mihi veritas tua: ea sum delectatus. Hebrai-
cum, vt clarius noscas, ^{תָּרֻבָּה} hith halachthi, inambulaui, incessi per vestigia. ^{Complac.}
Misericordia veritatis: hoc iter mihi est. Hieronymus item, Et ambulabo in veritate tua, ^{die dei co-}
Misericordia tua, inquit, oculis meis cūm sit perspicua, cūm habeā eam p̄œ oculis, incitat ^{gratia im-}
me, atque impellit, vt vestigiis tuae veritatis insistam. Noui quām beneficis sis, & liberalis ^{pel. ad stu-}
quām genus humanum diligas, nullo tempore prodesse desistas. Separatim quid mihi ^{dium p̄œ} ^{tatis.}

QQ iiij

Veritas dei

contuleris, quibus sum abs te beneficiis affectus, habens exploratum, feror alacriter in tuos amplexus, est veritas tua mihi gratissima. Est alius quoque sensus: Quoniam misericordia tua praes oculis meis est, dirigens incidentem, & vestigia firmans, hoc fit, ut veritatis tuae semitam ingressus, iter cælestis carpas. Non mea me sapientia instruxit, persuasit, ut erroribus mundi huius euitatis, sequerer meliora, sed beneficium tuum, tua misericordia. Hæc mihi dexteram porrexit eunti, tenebras, & caliginem ex animo discussit. Hæc reddidit me sapientem, ut plus saperem, quam cætera plebs. Datum est id à Deo, diuino beneficio factus sum sapiens. Fuit immortalis Dei munus hæc sapientia, ut tuæ veritatis amore flagrarem. Veritas eius (ut nobis antea dictum est) est lex veridica, plena veritatis, plena prudentia: optima, saluberrima hominū generi consilia. Veritas ciuis prisco illo tempore, fuit lex Mosaica, lex lata à principio, primis hominibus, lata deinceps Noë, tū Abrahæ. Sed omniū clarissima fuit nouissimo tempore, veritas Euangelij, quam præsens ipse fudit ore sacro suo. Nulla fuit vñquam nec tam salutaris philosophia. Nihil dictum est, & prædicatum apud homines veracius.

Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Concilium vanitatis. Iniqua gentes. Ioh. 3.

Concilium vanitatis, Hebraicè נָבִלָה methe shaue, Viri vanitatis, mortales, mendaces. Sæpe declaratum vanitatem Latinis quoque mendacium esse. Et pro *מְגַנְבֵּשׁ*, quos Latinus dixit iniqua agentes, sunt in fonte נָבִלָה nealamim, occulti, absconditi. Hos Hebraei declarant esse, qui tenebris gaudent, lucifugos, ne scelerata eorum facta dignoscantur. Latebris occultantes turpitatem, quod agunt. Omnino designantur hac voce flagitosi, cædes, fraudes, ab oculis absconditas exercentes, in insidiis semper delitescentes. Opponit proptera singula singulis doctissimus Vates. Superius ambulauit in veritate: nunc in contrarium duplex falsitatis genus odio sibi esse fatetur dictorum ac factorum. Dictis mendaces sunt, qui secus quam sit res, loquuntur: factis mendaces, quos Hebraicus sermo vocat absconditos, latentes, aliud quam quod præ se ferunt, operantes. Quoniam igitur in semitis veritatis fere incedere, non insolenter, sed quale sit ab his, quibus dat animos, recte factorum conscientia, gloriatus fuerat, nunc oratione implet, additis contrariis. Ne consuetudo improborum contaminaret, veritas placuit, mendaciū displicuit, abstinui commercio fallacissimorum, quibus neque os veridicum, neque vita non latebrosa, ambigua facta persequens. Non sedi, Hebraicè verbū sedendi, est item habitandi. Non habitavi, sed esque fixi. Non introibo; rectius Hebraicè נָבִלָה abo, non ibo, ambulabo.

Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.

Ecclesia. Malignantes. Impj.

ECCLESIAM (ut cernis) non semper in bono est apud priscos. Ecclesiam vocat concilium, multitudinem, confessum. Hebraicè נָבִלָה cahal, fortasse Græcis suscepit ex Hebraica dialecto ea voce cahal, καλέω. Malignantes ex Græco πονηρούμενοι, malefici, quibus mala mens est, maleficio gaudētes, nocētes. Quod si virus contaminare potest, cuius sermonibus assentiri, moribus affermari necesse sit, quād vñhemētius multorum improborum consuetudo corrumpt. Quā de causa confessum, concilium, aditum, sermonemque scelerorum, se defugere, prædicat. Omne genus improbitatis oratione complectens, vanos, infidicos, maleficos, demum velut omnis improbitatis colophonem impios, primos hominibus, postremos inimicos ipsi Deo. In contrarium proponit, quibus oblectetur, quo ritu vitam suam instituerit.

Lauabo inter innocentias manus meas, & circundabo altare tuum Domine.

Lauare

ECCLYSIS profanis, repudiata cōsuetudine maleficorum, non otiabatur tamen, semino, vinoque sepultus, libidinibus, & inertiae se dedens, sed ut necesse est, cūm impia facta percosi, referimus oculos ad meliora, amplexus est pietatē: simul ostendens ante quām religionis opera contingas, oportere te purum esse, castaque afferre manus.

Procul este profani. Et lyricus,

Ex̄s ὅτις ἀλιτρός, Claudatur porta profanis.

Mundamini qui fertis vasā Domini. Et, Si offers munus tuum ad altare, & recordatus ibi fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo. Iustissimus igitur de causis sapientissimus Vates de sua religione prædica-

Aprædicaturus, ut templum Dei frequenter, ut diuinæ laudes assiduus decantet, veluti præparationem, expiationemque ad rem diuinam, singularem vitæ sue integratatem præstabilit, necessariamque monstravit. Quod igitur ait, Lauabo εἰδόσις, inter innocentias: est *Interimocentes*. clarius, & rectius in Hebraico, Lauabo οὐαβα benicaion, in innocentia, quod etiam transfluit diuus Hieronymus, Lauabo in innocentia manus meas. Manus, rem diuinam celebratur, templumque tuum adituras, non sanguinolentas, non cede, rapinisque pollutas abluo, sed castas, innocentias affero. Non quemadmodum impij, quibus cūm sit incestus animus ad necem, aliisque scelerata paratus, audent tamen offerre sacrificia, fordes suas minimè dñgnoscentes, minus item considerantes illud sapientis: Victimæ impiorum abominabiles Domino. Hanc sententiam liquidius explicans Chaldaeus, Lauabo in innocentia, commutauit ψωμὸν acdis bezacuti, sanctificabo, quo perspicuum fit, sanctificare in sacris litteris esse, mundare, purgare, abluere. Quod voce Græca significatur ἔγιος, sanctus, sine terra, sine foribus. Circundare altare, non obscurum est, esse sacrificare, victimas offerre, mistique altaria circum.

Vt audiam vocem laudis, & enarram vniuersa mirabilia tua.

*R*Es diuinæ constat victimis, hymnis, carminibusque sacris diuinæ potestatis, ac honestatis prædicatione. Est autem clarus ex fonte quid Vates sentiat. Pro, τὰ ἔπειτα, ut *Vt audia*. B cantantes facta tua diuina, medius ipse considens voces efforam, præsente toto cœtu ipse canam, laudescque tuas ore grandiloquo personabo. Audient omnes efferentem me facinora tua magna, tot in me beneficia collata, quem multis cladibus eripiuit, hostes inauditi pauore perterritos in fugam conieciisti. Hæc sunt illa mirabilia, illa prodigia. Sunt item prodigia, siue miracula, quicquid cælestis ambitus complectitur, quodcunque vides, quo cunque moueris. In caelo sidereus ordo, motus, pulchritudo, fulgores inexhausti. Terra sedes animantium, temporibus certis pabula sufficiens, alumna viuentium. Hæc, & id genus miracula diuino carmine Vates prosequebatur, audiente populo. Sed & illa miris laudibus tollebat.

*Nanque canebat vti, magnum per inane coadla
Semina, terrarumque, animaque, marisque fuisse,
Et liquidi simul ignis ut his exordia primis
Omnia, & ipse teneri mundi concruevit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iamque nouum terræ fluente lucestere Solem:
Altius atque cadant summotis rubibus imbre.
Incipiant fulve cum primum surgere: cūque
Rara per ignos errant animalia montes.*

C Domine, dilexi decorum domus tuæ, & locum habitationis gloriae tuae.

*R*æcum est εὐπόρεια, decorum domus, at Hebraicæ linguæ vocabulum περι maon, *Decor*. sonat potius quod reddidit Hieronymus, habitaculum: Domine dilexi habitaculum domus tuæ. Id constat ex aliis locis. Opponitque contraria superioribus. Odiui ecclesiam malignantium, nunc in contrarium, Dilexi domum tuam, quod coit multitudo piorum te colentium, ubi sacerdotes, ac leuita. His ego mistus, carmina sancta cano, nec tenuimusam meditamus, sed agimus spiritu, altissima tonamus, rerum magniarum tuarum consideratio concitat, implet animos. Diligere se deum sanctam, illic frequentem esse, indicat diuinos honores, quibus mortales Deum prosequuntur, celebrantem. Hoc genere vita gaudentem, has suas delicias existimantem. Quod primum designet habitaculum, manifestum est ex sequenti, Et locum habitationis. Habitationem, tametsi non differt, *Et locū hab*, dixit Latinus, quod Græcè est οὐλώματος, tabernacula, vel tentorij, scene. Id vertit etiam Hieronymus, quoniam in Hebraico est, Et locum tabernaculi gloriae tuae. Gloriam Dei habitare in tabernaculo, quod fecit Moses, sciebant, & prædicabant. Gloria quid sit, ex Græco maximè perspicitur, appellatur δόξα, à verbo videndi, apparendi. Est gloria, quod maxime appetit, quod perspicuum, quod illustre. Splendorem, quem Mosaicus vultus colloquio

A V G V S T . E V G V B . E N A R R A T .

Dei contraxit, gloriam dixere interpres, dicentes, ἐδέδοντο τεργάνων μαντεῶς, Glorificata est facies Mosis, scilicet splendore illustrata, iradiata. Hanc ob causam tralata re corporea ad incorpoream, quod in sermone sit sacerdotem, gloria est rerum magnarum nobilitas. Splendor, lumen ingens, apparentia, claritas. Quocirca solo in Deo est gloria vera, vera potentiae claritas, largissimum maiestatis lumen. Haec gloria prisco illo tempore, tum fuit rebus magnis gestis, ut cum Pharaonis exercitum fluctibus oppresisset, manna cœlitus demisit, atque alia memoranda prodigia, quibus claruit, gloriolaque fuit maiestas eius: tum fuit nonnunquam corporeis oculis perspicua, quam in monte Christus ostendit. Erat autem splendor ineffabilis, humanis oculis insolens claritas. Lumen largissimum, radiantissimum, mirabilis item splendorum varietas. Cœruleus, igneus, croceus, qualis iris in caelo, qualis sapphirus, aut crystallus, & smaragdus, gemmarumque nitores. Nam his coloribus gloriam Dei describit Ezechiel sibi vifam, fæpius horribilem crystallum, sapphirumque memorans. His splendoribus, atque hac luminum varietate apparuit legem latus in monte, spectante populo, atque ob eam causam exterrito, nec conspectum sustinere valente. Haec, ut monstrauit, sæpius visa est prophetis, apprimè Ezechielii, qui gloriam Dei, diuer-
s. Reg. 8. b. sas templi partes adeuntem, aliisque loca obambulante suspiciebat. Haec in templo conspicua videbatur interdum populo, nonnunquam solis sacerdotibus. Idcirco locus gloriae diuinæ templum dicebatur, siue ad maiestatem eius, siue splendorem illum immensum, largissimum, oculos perstringentem, referas.

Ne perdas cum impiis vitam meam: & cum viris sanguinem, vitam meam.

E

Perdere.

NE perdas, exemplar Hebraicum ἀπὸ τεσσαφ., auferas, aggredes ad impios. Ne me cum impiis recenseas. Quod si confuetudinem, sermonem, aditumque impiorum, si in numero sceleratorum haberi, quibusunque possem rebus, defugi, minus item animam meam cœctui eorum adnumeres: ne cōgreges me cum illis in loco damnatorum. Aut si referas ad hanc vitam, ne sit eadem super bonis, atque malis sententia, si perdere sceleratos, homicidiasque decreuisti, si sanguinarias bestias execratus, funditus abolendas exi-
stimasti: me certe fors alia longè diuersa secutum ab hac gente fecernat. Omnes preces eō direxerat, ut Deus probitatem, integratatem, innocētiāmque eius disquireret: religionem, pietatem respiceret. Iure nunc tam pretiosarum rerum (quid enim præstantius vñquam?) præmium exigit, ut peculiari diligatur amore à patre superno, recipiat oculus æquis, non quemadmodum sceleratis illis iratus. Hinc fit perspicuum idem esse animam, atq; vitam: idem peccatores, atque viros sanguinum: cædibus, & sanguine gaudentes, non secus, atque Dominus eorum diabolus, qui fuit à principio homicida.

In quorum manibus iniuriantes sunt, dextera eorum repleta est munericibus.

Munera.

MVNERA vocat avaritiam, corruptelas ex auro, pecuniam corruptem, mune-
ra, quibus acceptis, animisque corruptis interficiunt, nullum improbitatis genus prætermittunt avaritia instigante. Prius appellat eos rapaces, homicidas, cædentes, violentos. Id enim est. In quorū manibus ἀρούλαι, iniuriantes, pro quo in Hebraico γνίσιμα, scelus, quod reddidit Hieronymus. In manibus eorum scelus, rapacitas, effusio sanguinis, plaga, violentia. Id sit ab eis ob munera, quod pessimum est, avaritia oculis eorum te-
nebras offundente, veluti mancipia, & captiuos agente: Seruum pecus eius. Ab his ut ipse totis viribus discrepauerat, nihil sibi commune cum illis esse finens, seque ab eorum cōtagio penitus auertens, sic orat ut cum rapientur ad supplicium, siue in hac vita, siue in poste-
rum, cum longè ab eorum fato segregatum ad feliciora ducat.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me,
& miserere.

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine.

Innoc.

INNOCENTIA Hieronymus dixit simplicitatem. Vtrumq; Hebraica voce desig-
natur γνίσιμον thum. Eodem fine claudit carmen, quo inchoauerat, ingressus sum inno-
center. Egi vitam innocētem, inculpatam. Est quidem perfuturū Hebraicē τὸν elek, ambulabo, ut affutmet se facturum in posterum, quod semper haec tenus fecisset, nulla bene-
faciendi

Afaciendi lassitudine, quod plerique solent, defatigatus. Nam qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Quocirca petit præmium, clemētiam, misericordiam, ut eum redimat, vel ab imminentibus malis, vel his, quæ possint accidere, quorum est plena terra, paratis ad omne tempus calamitatibus, in quas homines incident, nisi Deus iactus à ceruice repellat, quem coientes homines, & virtutis honorem ad amantes, quod illi gratissimū est, faciunt ut opponat se, maximas à nobis clades depulsurus. Declarat illustrius quid sentiat: Pes meus stetit in directo. Dicendum Latino fuisse ad Græcum εἰς οὐρανού, in rectitudine, & equitate. In directo. Pes meus stetit in recto: non sum ingressus iter deum, seclusumque à locis cœlestibus, non per obliqua, præcipita perrexi, quæ me tandem in barathrum præcipitem agerent. Recta tendebat iter nostrum ad diuinam. Secutus sum aquitatem, iustitiam, his semitis vitam duxi: his curriculis ætas nostra decurrit. Propterea subiicit, In ecclesiis benedicam. Ecclesiæ (vt perspicuum est) vocat frequentias, coetus, & quæ Græcæ vulgo dicuntur panegyris, Panegyris. tota plebe coēunte ad rem diuinam, solemnitates templi, dies festi. Tunc audiente multitudine laudes diuinæ concinebant, eorum animos in admirationem diuinæ maiestatis excitatos, ad pietatem magis incendebant.

P S A L M I XXVI. E X P L A N A T I O.

PV D Septuag. prefertur hæc inscriptio, Psalmus David, prius quam liniretur. Linire Latinus dixit, quod Græcæ γραμμῆς, vngi. Sed hæc inscriptio redundant, B. quod Nicolaus quoque testatur. Neque ab Hieronymo in Psalterio ad Hebraicam veritatem proponitur. Minus item extat apud Chaldaeum: solitum tamen Hebraicis addere siquid abstrusioris sapientiae sua tempestate circumferretur inter eruditos. Tantum proponitur esse Psalmus David. Est ut consueverunt plerique Psalmi, oratio, supplicatio ad diuinas aures, plena spei, quamdebet esse supplicium, qui sperant, quem precantur, sibi propitium, modo non precibus solum, sed recte factis iustitia, probitatemque nitantur. Nam Deus peccatores non exaudit, quos iniqua mens à iustitia, & virtute nunquam penitentes auertit. Propterea diuinus Poëta non tantum spem, fiduciāmque suam omnibus penè carminibus, sed item huius cōfidentiae causam celebrat, cāmque duplē: tum miserationem, clementiamque diuinam libenter peccata condonantem, tum recte factorum conscientiam: triaque hæc, omnes penè Psalmos animaduertes proponere: Misericordiam, clementiamque diuinam, placabilem, exorabilemque in supplices, si penitentiam inuenierit: tum ipsius supplicantis probitatem, ut hoc reddant aures diuinæ atten-
tores. Ad postremum, magnam spem, quod non in aures duras, & inexorabiles, sed faciles, & placidas, preces immittit.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo.
Dominus protector vita meæ, à quo trepidabo.

CON est contemnendum, quod Hebraorum nonnulli afferunt, illuminatio nationem, siue lucem, ut Vates locutus est suis verbis, referri ad res ani-
mi, ad inuisibiles animi motus, quos Deus illuminet, suggerens meliora consilia, irradians animo, ne velut cœlus vitam gubernet, nauiculam in scopulos impellat. Salutem autem referri ad corpus pulsis à ceruice cala-
mitatibus impendentibus, recte procul casibus aduersis, fluctibus iam-
iam in caput lapsus, præsumptuose mole sua ruant. Protector autem vita meæ, aut quod est in Hebraico γνήσια, fortitudo, quasi præsidium, refugia ad vtrunque, animum cum corpore, quod vita dicitur, tum larga data luce consiliis, gubernans corpus, culisque animi, ipsiq; menti deliberanti: tum corpus quacunque tendere pergit, cripiens, si qua vel ab hominibus, vel rebus inanimatis impetum factura videantur. In primis ea ma-
larepellens, quæ Vates illustrissimus carmine complectitur:

Tu potes unanimes armare in pœlia fratres,
Atque oditis verfare domos: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes, secundum concute pœlius.

SATAN.

Sunt ei certe nomina mille, totidem detimenta designantia. Diabolus, calumniator, Sa-
tan, aduersarius, serpens pestilens, exitiale virus inspirans. Haec propellit, prohibet ab his
fortitudo, propugnaculum, præsidium. Sic spes est carminis initium.

Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas: qui
tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Nocentes. **P R O P I A N T**, Latinus sermo exigit, vt interpres vertat, appropinquant. Fuge na-
Qui tribu- te propinquant. Nocentes, recte quod Hebrais est οὐτοι mereim, malefici, nocere
lant me. parati. Qui tribulant me, vniqua vox Hebraicē ζαραι, hostes prementes, terentes, in
angustias impellentes. Infirmati sunt, quod in Graeco est ιδεμον, debilitati sunt, dialectos
Hebraica ιων cashelū, vt Hieronymus edidit, infregerunt, offendierunt, corruerunt. Non
longe inter se distantia. Edifferit, vt cernis, latiusque explicat spem praevidūmque cælestis,
quodcunque maleficij genus animo percurras, siue qua res inanimata, siue qua bestia ho-
minibus inferunt, nullum atrocius reperias, quād quod affertur ab hominibus. Collectis
que exemplis, vt ille inquit, eluionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum etiā repentinæ mul-
titudinis, quarum impetu quædam hominum genera constat esse consumpta, longè plu-
res deletos homines inuenies hominum impetu, id est bellis, aut seditionibus, quād omni
reliqua calamitate. Cūm sit igitur hoc genus mali longè copiosius, & multiplex, longè
que nocentius, hoc à sancto Vate frequentius commemoratur, ab hoc suppliciter petit
defendi. Insidias, fraudesque hominum nunquam non proponens, quorum tanta inter-
dum est saevitiae, vt meritò comparet eorum auditatem nocendi, voracitati bestiarum,
carne, & sanguine yescentium.

Si consurgant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Cæstra. **O R T A S S E** primum genus inimicorum sunt particulares homines, vt qui clam in-
sidentur, per cuniculos ad necem, maleficiūmque hominum paulatim adrepentes,
Prælium. aut verbis tacitas labes inurentes, quibus aut opinionem probitatis, aut honores, &
dignitates, gratiamque apud homines eripiant, vt summis quos tenent gradibus deiiciant,
ipsi in eorum locum sufficientur. Secundum genus inimicorum, quibus cum omni tem-
pore bella geregant dissentientes moribus, ritibus, religione. Si plures, ait, conspirent, bel-
lum mihi indicentes, innumerabilibus copiis in me ruentes. Quod ait, In hoc sperabo: hoc
Hebraicē est neutrum, aut fœmineum genus, refertur ab Hebrais ad superius, nempe fa-
llos mea, fortitudo mea: in hanc salutem, in hanc fortitudinem sperabo. Castra dixit, di-
rectas, dispositasque acies, ad dimicandum.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Do-
mini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini,
& visitem templum eius.

Vna petij. **V**N C quoque fœmineum genus, vice neutri: Vnum petij, hoc requiram, quod Hiero-
nymy, quoque vidit, & scripsit. Haud absurdè forsitan Hebrai declarat hunc locum.
Voluptate Domini. Vera quidem fateor dicere Dauid, si prælium committere, si manus cum hostibus F
conferre constituam, affore mihi tutissimum præsidium. Si pro republica, bellis susceptis,
memet hostibus obiecero, ne nostras tum vrbes diripiант, tum agrós populentur, à latere
meo non discessuram custodiā. At mihi longè gratius fuerit, atque hoc postulo, omni-
būsque precibus à Deo contendendo, vt bellis sedatis, & requie ab armis concessa, quod reli-
quum est ætatis, in templo cum sanctis sacerdotibus, omnibūsque piis res diuinæ offeren-
do traducam. Ut visiteni sacra limina, vt videam voluptatem Domini. Id enim dicendum
est Graecē τεπιότητα, voluptatem, dulcedinem, suavitatem, non voluntatem. Est autem pro
hoc in Hebraico οὐτοι νοαμ, id videlicet quod reddidimus, dulcedo, voluptas, iucunditas,
amoenitas. Hierony, non minus recte, quoniam is quoque significatus voci subest, reddidit
pulchritudinem. Hæc pulchritudo, siue iucunditas, est ipsum pulcherrimum, iucundissi-
mum templum, locus piis gratissimum, quem gloria Dei, de qua superius à nobis dictum est,
speciosissimum, radientissimum reddebat. Omnis in hoc templo iucunditas, siue speciem,
ornatumque templi, siue dulcisissimam vocum diuinæ laudes canentium, musicorumque
instrumentorum harmoniam respicias. Huc accedebat, quemadmodum dixi, quod sa-
pectacula cælestia contemplabantur: offerente sece humanis oculis conspicuam, gloria
cælesti, quo nihil in terris videri posset delectabilius. Exponit item iidem Magistri locum,
quod mihi quoque probatur de voluptate, templōque cælesti, desiderio vitæ beatæ teneri
Dauid,

I N P S A L M V M XXVI. 96
ADavid, id à Deo votis int̄tissimis postulare, cum in cœtu sanctorum Angelorum recipiat,
vbi voluptas vera, de qua cecinit: Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum pro-
texit me in abscondito tabernaculi sui: in petra exaltauit me.

XCōsuetudine psalmorum, vbi preciūs institiſſent, auxiliū cæleſte petentes, mul-
ta super eo carmina profudiſſent, reliqua pars orationis excipit, qua gratiarum acce-
ptarum, quas postulasseſſent, commemoratione continetur. Igitur velut quæ implorasseſſet
affecutus, (optauerat autem præſidio cæleſti in præliis, omniq[ue] aduersis casibus defen-
di,) prædicat hanc protectionem, defensionemq[ue]. Absconditionem in tabernaculo metapho-
ricōs, ipsum cæleſte ſubſidium, diuinam custodian appellat, figuratè, tropicè, non propriè. **Abscondi-**
Tabernaculum eſt, quod Graecē οὐλή, ſcena, tentorium, Tentorium Dei, quo protegitur, vo-
cat figuratè ipsam protectionem, defensionem, qua Deus illum abscondat, cladibus impen-
dentibus calamitatis tempore, cūm vis inimica propinquat. Non ſentit tabernaculū tem-
pli. Propterea commutauit Hierony. Hebraicum, Abscondit me in umbra ſua, quanquam
est Hebraicē οὐλή ſucco, tabernaculum, tentorium eius. In die malorum, Hebraicē in die **In die ma-**
mala: dic calamitatis, vt exposui. Iterat simile: Protexit me in abscondito tabernaculi ſui. **lorum.**
Hic quoque tabernaculum, ſiue tentorium, quod aſtus, atque hymbrium vitandorum cau-
fa parabatur, ſenties nō illud templi tabernaculum, ſed figuratè ipsam protectionē, quem-
admodum figuratè tribuunt alas ipſi Deo, Scapulis ſuis obumbrabit tibi, nempe alis. Quod
dixit Latinus, in abscondito, & ſi non longè diſtat Hebraicum οὐλή beseter, in ſecreto, verè **In abscon-**
in abscondito, nulla calamitate cum inuenire valente. Subiicit aliud simile, In petra exal- **dito.**
tauit me. In origine eſt, In petra ſua exaltabit me. Petrā appellat arcem, munitionem, præ- **Petra.**
ſidium, caſtra excelfo loco poſita. Locum munitissimum, arcem inexpugnabilem, Turrem
inacceſſam. In hanc, inquit, me exaltabit, attollet, eleuabit. Conſendere me faciet ad lo-
cum editissimum, inexpugnabilem, quod nulla vi inimica poſſit aspirare. Has ego ſedes edi-
tissimas obtinebo. Figure ſunt omnes, pulcherrimis tralationibus: defenſio, protectio, au-
xiliūque cæleſte deſignatur.

Et nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos. Circuiui, &
immolaui in tabernaculo eius hostiam viciferationis: cantabo,
& psalmum dicam Domino.

NE quisquam exiſtimet, quod in beneficiis dandis odiosum eſt, cum quod poſtulasti,
reiiceſſe in longum, gratiamque procrastinari: Ecce, ait, protinus aſequar quod po-
poſciſſem. Namque caput meum exaltabit (vt eſt in lectione Hebraica) ſuper ini-
micos. Exaltabit caput, attollet ad ſidera, fama ſuper æthera notum reddet, caput meum
ſublime tollet, faciet me hostibus ſuperiorem, qui mihi circumſteterunt, & circumuentum
Cdelere putabant. Caput eleuare, exaltare, Hebraicus tropus. Caput eſt totus homo, hic ſen- **caput.**
ſus, hic vita: Eo tropo Graeci, Latinique delectantur.

Dij capiti ipſius generique reſeruent.

--Capiti canētalia demens:

Dardanio rebūſque tuis.

--Teſtor utrumque caput.

Ob has, ait, viatorias, ob ſuperatos hostes, circuiui, & immolaui in tabernaculo eius. Ad té-
plum gratias acturus, hostiāſque immolaturus accessi. Circum altaria versor, vbi tentorium
eſt, quo tegitur arca. Hic non hostias modò maſtans, ſed carmen item victoriale cōcincens. **Host. vici-**
Hostiam vociferationis, Hieronymus vt clarius efficeret, dixit hostiam iubili, licet Graecē ſer.
quoque bene ſonet hostiam, αγίας χριſtianay, laudis, & vociferationis. Atque eſt ſen-
ſus, aut, vna cædens hostias, vna carmina cantans. Aut, non alias ſentit hostias, quād ſa-
crificium laudis, ſacrificium vociferationis, iubilationis, lætitiae, celebritatis. **Quanquam num. 10.**
Hebrai hostias interpretantur, ſuper quibus carmen canitur, ſimil ſacerdotibus hostias
maſtantibus, ſimil vociferantibus. At his in litteris non ſolas hostias cæſarum pecudum
celebrari inuenias, ſed item ſacerdotium laudis, vt antiquissimo tempore, & ſacculis Or-
phicis etiam gentes offerebant vice ſacrificij odores, ſuffitūſque herbarum, panem, & vi-
num. Noſter reſpicit carmina triumphalia, voces alacres, inimicis oppreſſis, quale Moy-

ses cecinit, Pharaone cum copiis demerso. Quocirca subdidit, Cantabo, psallam, vt est D
Græcè, ἀνατολή.

Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te, miserere mei,
& exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam
Domine requiram.

R A T I O N E M addit, post commemoratam spem. Nam quod haecenus prodidit,
spes est, ac fiducia. Omnis hucusque in decantanda spe, cantus infumptus est. Nunc
ad aliud genus pergit; ne sola spe nisi videatur: cum spe misere preces oportet. Agit
ergo precibus. Clamor quem memorat, quod saepius declaraui, est clamor tacitus, inten-
Clamor
tissima peccoris cōtentio, cum soli sumus, nobiscū loquentes, animūmque in varias partes,
quod Homerius diuinè vocat *usque in eis*, diuidentes. Is clamor tam percipitur à Deo, pellit-
Aures dei
que aures eius, quām vox exterius profusa, pellit aures mortalium. Auditus eius, non qualis
noster. In auribus illis, non aēr in est, quem percussus, formatusque nostris vocibus exterior
aēr repercutiat, formamq; imprimat. Aliæ sunt aures Deo, non corporeæ, nō artificio cor-
poris compactæ. Genus aliud aurium, ita genus aliud clamoris, quem Vates edidit, cuius
sunt aures diuina duntaxat, capaces. Estq; oratio vehemens, aures illas vehementer impel-
Tibi dixit
cor meum
lens, ingeminatque, Audi, miserere, exaudi. Videas tonare, fulminare: atque artificiosè su-
biicit; Tibi dixit cor meum. Decreuit cor meum consiliorum, intelligentiarūmque princi-
pium, omnis corporei motus origo, decreuit, inquam, & constituit, vt facies mea, nempe
præsentia, conspectus, veniret in conspectu tuo. Ante oculos tuos me cor meum impellit,
mouet, agit. Animus incitat me, vt faciem tuam requiram, vt ore ad os, quod aiūt, & vltro,
citrōque tecum loquar. Facies mea, faciem tuam requirat. Vultus meus oppositus tuo ve-
lut domini, ac serui consitiat. Seruum loquentem dominus auscultet. Hoc mihi cor suadet,
hoc peccatus audet, vt ea quæ posco, quorūmque v̄sus me vehementer solicitat, adhibet cal-
caria, tibi clarus innotescat: cōstituo vultus tuos require, memet ipse, meūmque obii-
ciam caput. Nescit necessitas erubescere.

Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias
me Deus salutaris meus.

Venero in conspectu tuo (quod se facturum prædicauerat) quæso ne succenseas;
& iratus oculos auertas, ne recordatus meorum delictorum, aut contemnas, indi-
gnūmque tuis oculis, & quasi sordidum iudices, aut cum indignatione videre refu-
gias, neque meis cladibus vexari sinas. Potius qualis fuisti semper erga me (fuisti autē pro-
tector, defensor,) esse perseveres. Nulla nanque mentis mutatio tibi clementiam, morūm-
que dulcedinem extorquere potest. Minimè qualis noster animus, propter imbecillitatem
ad omne tempus mutabilis, quævis aura surgat agitandus, non minus atque mare, nunc
placidus & serenus, nūc turbulentus, idq; iniustis de causis. At cum tibi sit animus propter
fortitudinem immobilis, ingenium autem mitissimum, nec te beneficiorū penitentia, nulla
benefaciendi lassitudine defatigeris, certè nec debes, nec potes eum deserere, quem ante-
hoc semper protexisti. Dicitur ergo Hebraicè, Adiutor meus fuisti, non per imperatiuum,
est. Sermonis vberitas est, ne derelinquas, ne despicias, adiutor, seruator. Oratio quo-
que vehementior omnibus spiritibus summa vi nitentibus, cōgregatique ad præcandum.
Spiritus appello nūc impulsus animi. Salutaris meus, Latinū minimè decuerat dicere, cum
sit Græcè οὐτίς, quod clarus, & melius redditur seruator. Hebraicè γένεται Iesa vnde I E S V S.

Quoniam pater meus, & mater mea, dereliquerunt me:
Dominus autem assumpit me.

S v M P S I T, melius per futurum, vt est Hebraicè γένεται ascapheni, colliget, assumet
me. Forsan non abhorret à vero, quod exponitur ab Hebreis. Simul editis nobis in
lucem parentes adesse, qui nutriant, sustineant, quorum præsidio destitutus infans,
viuere non possit. At ubi sciebat, si quis alius casus abstulit parentes, quorum ope suble-
natur natus, Deum eorum vicem gerere se nobis, si quis id precibus, ac probitate obtinue-
rit. Simile quid nunc Vatem postulare: Parentes me deseruerunt ex hac vita digressi, defi-
cit

Acit eorum præsidium, tu mihi pater, tu mater fueris, qui me lapsantem confirmes, infirma
vestigia sustineas, velut infantem doceas, auxilio, opibūque tuis, quæ sunt vberimæ, iuues.
Iuxta Græcos, Amici, inquit, parentēsque destituerunt, vt fit in calamitate, plerunque ex
amicis sunt inimici, inuisum habētes, quem misereri decuisset, sese ad flatum fortunæ mo-
uentes. Quodque miseriis est, quod fortunæ varietas attulit, aut imprudentia, qui sibi mo-
derari nescierit, aut peccatis, quæ præsenti poena plebuntur, tribuentes. Fit igitur aliquan-
do, vt in summa calamitate, à parentibus deseramur. Hanc miserabilem sortem proponit
Vates, vt magis ad misericordiam diuina mens conuertatur, maximè misereri solita, quos
humana sublida deficiunt. Potest igitur, aut tempus calamitatis, quo cuncti destituunt, aut
quo parentes humana necessitas sustulit, intelligi.

Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semitam
rectam propter inimicos meos.

E G E M pone, clarius, *επιστρέψας* ex fonte γενεθλίου horen, doce me viam tuam. Sed Lat-
inus imitatus est Græcum *νόμον θετην*, legem feras. Vtrunque sub verbo est, ob simili-
tudinem. Qui fert legem, docet, erudit, præcedit viam. In quā partem te flebas eun-
do demōstrat. Sed perspicuus redditur sermo Propheta si dicas, Docce me, adiunctūque ci
est accusativus, Viam tuam. Eandem postulationem ingeminat, vt in more illi est, Dirige
me in semitam rectam. Quis dubitet quin recta semita, siue plana, æqualisque (vt loquitur
B Hebraicum) sit, quod prius postulat, via eius? Semita recta, est via Dei, via quam Deus often-
dit: via qua duce Deo carpitur. Est virtus, est iustitia. Nam iustitia est æquitas, æquitas au-
tem, siue rectitudine postulatur à Propheta. Ipsam autem æquitatem vocauerat viam
Dei. Est igitur via Dei, ipsa virtus, principe virtutum iustitia. Est autem alia Dei semi-
ta, requies curarum secura, citra periculum, custodia tutissima, salus, conseruatio, tela inter
& hostes comite Deo. Multa nos aduersa, dum viuimus, dum vitæ currícula peragimus, cir-
cunstant, circunfusis vndique velut hostibus, qui vel animum oppugnant, deiciant, infir-
mūmque reddat, vel corpori clades inferat. Sed si Deus affuerit, qui nos agat per flammas,
& mille sequentia tela: cripiens, mediisque ex hoste recipiens: ille, meum comitatus iter
mare omnia circum, semita tutissima, semita Dei secura, tuta. Quocirca subiicit, Propter
inimicos. Hæc semita Dei, qua per medios inimicos, securi penetramus.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insur-
rexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

N animas, Hebraicum per singularem numerum, γενεθλίου banephes, animæ. Ne tradas *In animas*.
me animæ inimicorum. Animam vocat animum, impulsum, vehementem audita-
tem, impetum, vt animos Eurus. id Græcè dicitur μέγα τύεν, magnos spiritus sibi
sumpserant hostes aduersus eum. Et Hebrei pariter exponunt omnes animum, hoc loco
γενεθλίου cupiditatem, voluntatem. Testes iniqui, est testes γενεθλίου sheker, testes mendaces. Et
Cquod ait, Mentita est iniquitas sibi, Hebraicum γενεθλίου vaipheach chamas, Et perflat, sus-
testes in-
flat, spirat iniquitas. Violentia perflat, arrogantia magnos spiritus edit, minatur. Insignis
qui.
Mentita est
iniquitas
sibi.
corum superbia monstratur. Et ab Hebreis exponitur locus. Loquitur violentia, superbia,
loquuntur illi verba minacia, nimis arroganter. Sed propriè est, quod dixi. Ipla superbia, ip-
sa violentia spirat, sentias non homines, sed bestias truculentas spirare. Quare longè melius
hoc, quām illud Græcorum interpretum, quos Latinus expredit, γενεθλίου η ἀδικία ταῦτα,
Et mentita est iniquitas sibi. Duo corum scelerata proponit optimus Vates, mendacem ar-
rogantiam, crudelitatem. Quid autem mentirentur contra cum, perspicuum est. Inimicos
totius populi, (nam hos in primis innuit) alias nationes à pietate vera abhorrentes appel-
lat; nunquam non Hebreis infestas, & infestis armis in eos irridentes, liberos, & coniuges
corum in seruitutem abstrahere, eosque ad sceleratas superstitiones, ritusque profanos
posthabitis sacris Hebraicis conquertere summa vi contendentes. Hos usurpat testes men-
daces, quod in eorum superstitionibus nihil esset præter mendacium. Quodcumque de-
suis superstitionibus, ad quas trahere niterentur Hebreos, loqucentur: quicquid in Deo-
rum suorum laudem prædicarent, & testarentur, mendacium erat. Ipsi autem testes men-
daciissimi defendant falsa, inania, quibus nulla substantia subefset, Magicae vanitates, va-
na supersticio. Multaque præterea de ipso principe, ac Rege menticabantur, nihil illi cum
vero Deo esse prædicantes, nullum ei adesse præsidium supra humanā spem, in quo gloria-
rit

retur: laudes eius supprimentes, si quid humana fragilitas peccat, id verò latius, inflatiūs-D
que exagerantes. & quod inimici solent, contumelis Hebreos, eorumque ritus, reli-
gionemque prosequentes.

Credo videre bona Domini, in terra viuentium.

1. Cor. 15. c

Bona Do-
mini.
Terra vi-
uentium.

paradisus
terrestris.

viriliter
age.

Expecta
Dominum.
sustine.

Ipsi Dauid.

E B R A I C U M obscurum, quod dicitur **אָלֵהֶלְעָה** lule, si non, nisi, vel quasi, vt Hebreis exponitur. Cūmque sit **אַתְּנִירְמָנָה**, refertur ad superius, vt dicat, quasi perifese, quasi inimici in me inuolassent, factōque impetu oppressissent, nisi sperassem videre bona Domini: Nisi me ad præsidium celeste conuertiſsem, nisi me ſubſidium Dei, in quod ſperabam, cōfirmasset, protexiſſet. Prudenter igitur Sept. & Hieronymus hanc ſcabredinem vitarunt, dimittentes aduerbiū, niſi, aut, propemodiū, ſimplicitēque ponentes, Credo videre de bono Domini, vt eſt in Hebraico, (eſt autem bonum, felicitas, beatitudo) & de terra viuentium. Eadem ſentiunt, interpretatūque Hebrei, atque nostri: Terram viuentū eſſe, qui paradiſus appetetur, quemadmodum quoque locū damnatorum gehenna ſit in terra Hierufalem: vt q̄ ſunt apud Poëtas campi Elysij, in paradiſo eſſe felicitatem, beatitudinem, quam bonum Dei vocat. Ad hēc bona iuſtos eſſe venturos, quorum contemplatione inſatiabiliter fruantur. Appellatur item iſtus Hebreis vulgo, holam habā, ſaculū, ſeu mundus futurus. Probatur maximē nobis vt terra viuentium, ſive terra vitæ, non ſit paradiſus terreſtris, de quo poſt lapſum, deturbatūque Adam, nihil ſuſpicari licet, potius ratione docente, nulos eſſe ſub cælo locos vitæ feliciter, & ſine curis diuindæ aptos, & quos e fortunatorū ſedes poſſis appellare: omnes mundi partes aut algoribus, aut aſtibus, vētis, & hymbribus vexari pàlā eſt, vt reliquias mittā pefteſt omnibus terris accidents. Non fuſſe paradiſum, ſedem beatam, niſi cūm Deus creās hominem, diuināque ſpecie ſpectabilem ſe exhibens, hac præſentia daret ei beatitudinem. Poſt tantæ claritatis abſcessum, locum ſimilem reliquias in terra remanifſſe. Verius igitur eſt, vt terra viuentium ſit cælū, non ſtrati nomine nuncupatum, vt pleraque ſpiritualia, & inuifibilia nominibus corporeis explicantur. Quemadmodum ex Platone campus veritatis, iuſtitiaeque ſedes dicitur. Flumināque in cælo vitalis aquæ, florentesque arbores à Ioanne ſtatuntur. Eſt tellus illa, tellus æterna, tellus æternorum, nihil ibi, niſi ſempiternum, nihil mortale. Campus vitæ, vt noſtra terra, mors ybi regna tenet. Chaldaeus quoque declarauit Hebraicum, Credo videre bona Domini in terra vitæ ſempiternæ.

Expecta Dominum: viriliter age, & confortetur cor meum,
& ſustine Dominum.

VIRILITER age, reſtē iuxta Græcum **αρπίζει**, Hebraicum **רַמְחַשְׁךְ**, chasac, roborare, confor-
tare, eſto robustus, quod & Hiero. tranſtulit. Quoniam in præſidio cæleſti omnē ſpem habendam prædixerat, quo protegente non ſit ab inimicis pertimescendum, nunc ſumit animos, & audaciam, excitans ſeipſum, & corroborans, inducēnq; ſeſe ad eam cogitationem, quātum ſibi ſit fidendum, audendūmque, vt quem auxilium Dei defendat. Si mul quid virtutis habeat, & quantum noſtra peccora firmet in aduersis ſpes cæleſtis beatitudinis, ad quam respičētes animi, alacritatis, & fortitudinis implentur. Quod ait, Expe-
cta Dominum, eſt Hebraicē, ſpera in Dominum, fletere ad Dominum: &, vt ait Rabi Sa-
lomon, Niſi continuo vocatus aduenierit, at expecta, confortare, ne deiicias, ne deſpondeas animum. Non tibi defuerit, veniet certō. Propterea iterat expecta, ſustine, quod uno, co-
dēmque verbo Græcē, & Hebraicē **ὑπάκευον**. Sustineſc ſolet Latinus transferre, quod Græ-
cē, & Hebraicē eſt expēctare. Itaq; conſonat carminis principium, & finis. A principio cor-
roboras ſeipſum, Dominus lux mea, & ſalus mea quem timebo, à quo trepidabo: nunc, Ex-
pecta, confortare, lux, & ſalus tua non procul confiſtit. Eſt diuinum carmen, plenum ſapien-
tiae, & pietatis. Oratio valida, vehemens, omnibus neruis contenta.

P S A L M I X X V I I . E X P L A N A T I O .

NS C R I P T I O psalmi eſt, Psalmus ipſi Dauid. Significantius, & ad Hebraicum dices, Ipsiſ Dauid. Hunc psalmum, ait Auen Elſa, aut Dauid, aut vnuſ ē can-
toribus edidit. Non magni refert, an Dauid, an cantoris. Si titulum ſpeſtes, eſt Dauid, quod clarum eſt. Eſt ad omnes ferē partes referens ſuperiorem psal-
lum, oratio ſuppliciter petentis opem Dei, ne in potestatem inimicorum veniat, ne pro-
ditorum

Aditorum latentes inſidię ci noceant. Imprecatur his pro ſcelerātum magnitudine pares pœ-
nas. Poſt, vt ferē conſueuit cunctis carminibus, agit gratias quōd ſit accepta oratio, quōd
Deus præſidium, ſalus, decūſque ſit ſuis: quod eo tuente nulla trepidatio, nihil ab inimi-
cis extimescendum. Hac ſpe fidem terror inuadere non poſit. Ea ſpes dans animos
impler alacritatis peccus, corpus hac lætitia reflorefcit, cui ſuccum subduxerat moeſtitia.
Nec proſus in eorum ſententiā tendo, vt ad particulares cauas deſcendas, cur psalmus iſ
ſit editus, quo Nicolaus attulit, editum cum Saul ipsum Dauid inſequeretur. Eſt, reor,
vniuersaliſ ſupplicatio, respiciens quidem aliquos inimicos: ſed cūm eos minimē placue-
rit Vati nominare, videntur omnes inimici designari, vt ſit status cauæ vniuersaliſ, quod
dignus eſt, non particulares.


AD te Domine clamabo, Deus meus, ne ſileas à me: ne-
quando taceas à me, & affiſilabor deſcendentibus
in lacum.

Vo dixit, Deus meus, in origine propria Dei in aduersis appellaſio **retra-**
תְּרוּן, petra mea, præſidium, arx, ſcopulus inacceſſus: robur, durities **scutum**,
mea: velut omnis protecſio ducitur Græcis à ſcuto **חֲסָנוֹתָא**, Hebrei
à petra. Propterea Hierony. dixit fortis meus. Quod ait, Ne ſileas, ne
taceas: eſt perindē ſi dixeris, Ne ſurdeſcas mihi poſtulante, ne aures ob-
ne taceas. das ad clamores meos. Tacere dixit, quaſi obmutescere, nihil repon-
dere. Ne quaſo vociferante me, obmutescas, non me dignatus repon-
fis tuis. Sed precibus meis admissis, auxilium mittas: quo ſignum dederis te exaudiffe, reſ-
ponſum erit, miſſum auxilium. Quod ſi nihil aduenierit, indicio erit, te ad preces meas qua-
fi mutum, ſurdūmque fuſſe, quaſi dormitaffe me clamante. Ne taceas, ſed reſpondeas, au-
res apertas ad preces meas habeas. Os quoque tuum diuina mihi reponſa remittat. Silet
igitur qui vel non neglexit, vel audire intellexit. At Deo nihil impedimento eſſe potheſt,
quo minus exaudiat. Si non exaudit, fuit in cauſa, quōd audire cōtempſit. Hunc cōtemptū
fuſſicipit, cūm petimus iniuſta, aut noſtra facit improbitas, vt cōtemnamur. Hac melius de-
clarans in ſua traſlatione Hieron. hunc locū vertit, Ne obſurdeſcas mihi, ne forte tacente te **Laccus**,
mihi cōpareſ his. Quod autem ait, cum deſcendentibus in lacum, (Laccus cum dupli-
cē, Græcū eſt λάκκος) quid ſit dicas ex Hebraico pro eo **רַבְרַעַת**, putēus,
voſago. In hanc deſcendit, qui riunt, qui cadunt, qui damnātur. Hebreis eſt opinio, **Defendit**,
vt poſſit de gehenna interpretari. Deſcendentēs in lacum, ſunt qui präcipites feruntur in
barathrum, Tartarum, Erebū, Puteū, profundissimum, qui tantum tenditq; ſub auras,
Quantus ad etherium celi ſuſpetus Olympum.

Posſet item de corporea ruina intelligi, quemadmodum eos, qui aberrant dicimus labi in
voragine, präcipitate. Ruinam, acceptāmque cladem vocat Vates in profundam vor-
aginem cecidiffe. Qui deſcendent in lacum, ſunt qui corrunt, präcipitanſ auxilio cæ-
ſti noſi ſuppetente, caſibus aduersis impelluntur in ruinam, velut radicitus arbor exciſa,
quam circumſuſt agricolæ ſecuribus, donec cuertant, animosè cædunt. Reſerri potheſt igi-
tur ad corporeas clades.

Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum
extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

NGEMINANT cura, ſuſpiria, preces multis nominibus ſuper eadem re congloba-
tis exaudi, ne ſileas, ne taceas, vocem, deprecationem, oro, extollo manus. Quibus
oratio fit vehementior, peccore plures voceſ edente, vehementiſque aures im-
pelente, vt ſi vel dormites, neceſſario instantes, ingeminatique clamores excitent. Sic Deus **Iuc. 16. 4**
orandus eſt, ſic orandum docuere prophetæ, vt nihil frigidum, nihil oſcitabundum inter-
ueniat, omnia feruſcant, rapiant, transforment, in ſtar torrentis oratio fluat, fulminare, to-
nare videariſ, ſit totis contenta neruis ſupplicatio, ne lacrymæ quidem defiſt. Tum verò
Deus aderit, lacrymas, triftitiamq; miſeratus. Quōd dixit tollere ſele manus ad templum
ſanctum, Græcus quidem habet **τρέψασθαι**, ad templum, nō admodum magnū interuallum,
quōd ſit in Hebraico **רַבְרַעַת** debit, oraculum, vt Hierony. edidit, adytum, locus templi ſacra-
tior, vnde diuina reponſa reddebanſt. Iuxta hoc oraculum conſliterat Vates, manibūq;
R.R. ij



ad sidera sublatis, numen æternum precabatur, sibi suppetias afferret, ab insidiis, quas suspi-
caretur, sed videre nequirit, defendet, in potestatem inimicorum eum venire ne sineret.
Omnis clades à se, & populo cui moderaretur, repelleret, inimicorum vires infringet.
Genus hoc prodigiosum, perniciosumque humano generi tolleret, eorumque improbita-
ti digna præmia redderet.

Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus ini-
quitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordi-
bus eorum.

Illegas ad Hebraicum, est ad amissim, quemadmodum vertit Hierony. Ne adnume-
res me cum impiis, & cum operantibus iniquitatem, loquentibus pacem cum pro-
ximo, aut amico suo, & malum in cordibus eorum. Monent Hebræi, & verè ple-
runque, sceleratos cōsueuisse occultare facinora, insidiosos, proditores, pacem amicitiamque
prætententes, in pectore conceptum facinus continentes. Hoc genus pestilium est,
ignis, ferroque amoliendum. Neque poterit quisquam ab his tutus esse. Sunt enim fraudes
eorum inuisibilis, nisi Deus aperiat. Ecce docent nos sancti prophetæ quid precibus con-
tendere nos deceat à summo patre. Nam est, quando precantur ut illuminentur, ut nullis
tenebris caliget animus, scientiam, lucem, sapientiamque petentes, ne peccatis inquinen-
etur, ne contaminati facinoribus, oculis sanctis suis displiceant. Tum si quid peccatum sit,
veniam petunt. Tertia postulatio solet occurere, super insidiis hominum, super his, quæ
capiti, vitæque noceant: sæpiusque meminisse consueuerunt, fraudum, insidiarum, proditio-
num, quibus omnia redundant. Nulla enim bestia homine nocentior, vbi ratio deprauata,
auxiliisque Dei destituta, non modò crudelitatem, furorēmque induit bestiarum, sed
longè deterius quiddam efficitur. Rectè igitur iuxta Hebraicum transtulerunt Septuag.
μὴ συνελέγων, Ne simul trahas, quod Hebræis exponitur, Ne congreges, ne recenseras me
cum impiis: ne me in numero scelerorum, impiorumque habeas. Hocque duos habet
sensus: Aut facias ope sancta, validoque auxilio tuo, ne sim in numero scelerorum, susti-
neas labente, ne peccare, hallucinarique finas: ignarus doceas, lucē infundas, à peccatis auer-
tas. Aut certè ne me in potestate eorum tradas, ne insidias eorum præcipitare finas. Ne me
sceleratis, impiusque in cruciatum dedas. Salutis meæ rationem habeas. ~~Proponamus~~ igitur Graci secundo addiderunt μὴ συνελέγων, Ne simul perdas. Uniusque est versiculus
non duo. Ne simul tradas, Qui loquuntur, ut videbis etiam apud Hieronymum.

Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adin-
uentorum ipsorum: secundum opera manuum eorum da illis:
reddre retributionem ipsis.

R R I D E T Hebraeorum declaratio, quod aliud in pectore, aliud ore ferunt, aguntque
omnia insidiosè, vt ab hominibus introspecti consilia eorum nequeant, quam fœta
sceleribus mens eorum sit, quibus notis inquinata, tu qui secreta scrutaris, quem cogita-
tiones inuisibiles latere non possint, da illis secundum facinorum gratuitatem. Indignatus in eorum grauiissima, nocentissima flagitia, aduersus eos prouocat vltionem diuinam.
Hoc quoque præter ea quæ superius diximus in psalmis, occurrit vindictæ postulatio. Id iu-
re merito prophetas (nam apud alios item reperies) fecisse, palam est. Nil est enim tam ex-
ecratum, atque abominabile quam ratio corrupta, quæ semper hominum pestem, exitiumque
meditatur. Prodigia sunt, ac portenta, monstraque super terra eiusmodi, non minus fugien-
da, vitandaque, & è medio tollenda, quam dracones, aut siqua noua, & inusitata bestia con-
speta fuit. Hæc monstra, quibus conficiendi vires humanæ deficiant, debentur Deo, qui
cum fuerit autor omnis vite, qua viuunt omnes animantes, cum repertor eorum omnium,
quibus vita sustinetur, certè tollenda sunt ei, velut consiliis eius inimica, quæ genus hominū
exitialiter infestant, in perniciem stirpis humanae nata, & viuentia. Nec solù hominibus no-
cent, sed item summum Deum, operaq; eius ignorant, blasphemat, detestantur. Ex his cum
detrimentum, nō emolumentum, cum pestis nō salus existat, optandum est, & ad id Deus
precibus prouocadus, vt tollantur è terra, nequò diutius vixerint, hoc maiora detrimenta
attulerint

Piorum
preces.

Ne simul
trahas.

De vindi-
cte impri-
borum
optando.

Cicero, off.

3:

Aattulerint. Quod ergo ait, Et secundum nequitiam adinuentorum: vt clarus noscas, pro *Nequitia*,
nequitia, Gracè est *πονηρία*, scelus, facinus, prauitas. Pro adinuentibus, *θετηδύματα*, stu-
dia, consilia, facta. Secundum prauitatem studiorum, tantundem poenarum persolvant, *Adinuen-*
tiones. quanto cum scelere res eorum geruntur. Quanta in consiliis eorum inest perniciens. Non
iniustum est par pari referre ad talionem. Térque eandem sententiam retulit, Da illis, tri-
bue illis, redde retributionem. Opera, adinuentiones, opera manuum.

Quoniam non intellexerunt opera Domini: & in opera manuum
eius, destrues eos, & non ædificabis eos.

*M*IRVM in modum quorundam Hebraeorum placet huius loci declaratio. Tempus,
inquit, huius vitæ quod fuerat datum, vt cognoscendo, colendóque Deo dispensa-
rent, atque hac vna in re exercerentur, potius vanissimis libidinibus tradiderunt, his
maxime, nō rebus æternis studentes, quarum cognitio, atque amor efficeret eos sapientes.
Sunt plerique, quos animi deicatio, atque timidas, ne quid eis aliquando desciat, rerum
item corporearum immoderatus amor facit, vt omnes curas opibus aceruandis, quibus
egestatem repellant, conferant, semper pauentes, atq; trepidantes, tantisque opes sibi ne-
cessarias existimantes, quantæ si ad æternum tempus victuri essent. Omne studium, omnis
discursus, quicquid cogitat, loquunturque, propter has opes, propter eam, quam semper
extimescant, egestatem existit. Hos animi imbecillitas agit in angustias, longè ab ea digni-
tate recedentes, quam Deus homini nascenti dedit, quæque maximè decuisset, quibus
religio longè meliora promittat. Sunt alii longè deteriores, sed tamen prioribus affines,
quos maximè psalmum spectare palam est. Hos non illa tantum trepidatio, sed intima
prauitas, miserabilisque rationis cæcitas, à rebus æternis abducit, contemptores Dei facit,
nihil eorum cogitantes, quæ Deus humano generi creauit, donauit, è quibus viuerent, fru-
ctum caperent. Ecce igitur verus propheta, verus Dei legatus, & interpres, nominat opera
Dei, quæ perinde sint ab eo constructa, vt si manibus ea molitus esset, fabricam, operaque *opera ma-*
nium Dei, manum eius, vt clarus intelligas, mundum appellás. Execraturque eos, interitum, exitium-
que eis imprecatur, qui non percipient, non sentiant, non animum ad hæc opera vertant,
autorem fateantur, laudent, admittentur. Hanc ignorationem asserit eos iniustos, pessimosque
reddidisse, vt eos periisse expectat, digni, quos Deus destruat, amoliatur. Quasi ex ora-
culo, quasi incalescens agitante Deo pronunciat eos perituros, subducendos è vita, in qua *Defr. e. c.*
non adi. nihil agant vtile, non solum terræ inutile pondus, sed exitium, pestis in contumeliam Dei
viuentes, quos impietas, nempe diuinorum operum ignoratio (ignoratis operibus, auctor *Impietas.*
ignoratur) ad iniustitiam, rapinas, insidias, cædes induxit. Itaque ait, Destruas eos, & non
ædificabis. Orationem, imprecationemque Hebræi fatentur esse: quia paulò antè dixerit,
Da illis secundum opera eorum. Est autem per tertiam personam in Hebraico, Destruet
eos, & non ædificabit. Atque exaggerat imprecationem, Ita destruantur, cuerantur, vt am-
plius nō ædificantur, nulla sit restauratio, sit irreparabilis ruina, irremediabilis error. Sicut illi
destruebant opera Dei, aut ignorando, nesciendo, aut contemnendo contra mundi crea-
torem loquendo, iustitiam, quam ipse condidisset, violando: sic destruantur, funditusque
tollantur, excidantur, opera eorum perdantur, aboleantur.

Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis
meæ. Dominus adiutor meus, & protector meus, & in ipso
sperauit cor meum, & adiutus sum.

*A*N C quoque prophetam esse testantur Hebræi, imprecations suas cōtra impios;
*H*uius qui vexant meliores, in hoc mundo rapiunt, interficiunt, exaudiendas esse, per præ-
teritum pronunciatas veluti certiores. Eos penitus excidendos vaticinatus fuerat,
nunc orationem, aut prophetam super corum interitū fore certam, diuinis auribus acce-
ptam, impletatum esse, vt crudeles paribus pœnis occubant. Ob quā causam benedicit
Deum, effert laudibus, qui sceleratos interficiat, iustorum patrociniū suscipiat, eos exaudiat,
quoties aduersus sacrificios, homicidas cælestem vindictam prouocant, ne quis suspicetur
cum pauperes, viduasque vexari, cum saevire tyrannos, aut alios interficere, familias diri-
pere, patrimoniiis insidiari cernas, hæc à Deo negligi, aut ignorari. Aderit, inquit, aderit,
proximèque impendet tempus, cùm prædas illi magno cum gemitu relinquat, longè gra-
uius dolentes, quam alios dolore coegerint. Subiicit alias laudes, Adiutor meus, protector,

R R. iii

Laudes Dei. Verè dicuntur hæc quoque laudes ab Hebreis. Dedecus enim fuerit omnipotenti negligere pios, non curare quid fiat in terris: aut enim nesciret, aut non posset, aut nollet, quodcumque tribuas, ratio reclamabit. Ergo si protector, adiutorque est, & eorum qui sperant, non illusor: probatur æquitas, bonitas, iustitia, charitas, non negligentia. Quibus virtutibus à nobis decantatis, laudatur, benedicitur, prædicatur, bene de eo sentitur: opinio virtutis eius clarescit, fit maiestas eius in terris perspicua. Longè secus, si criminibus ab Epicureis illatis peteretur, si neglector diccretur, ultra flāmantia mœnia mūdi, longè otiosus, grauissimis cunctis vendicatis negligentie, crudelitatis, ingratitudinis: si neque vota, viðtimasque attenderet, neque preces audiret, neque super calamitatibus crudeliter illatis indolesceret. Laudabatur igitur à prophetis, cum veris nominibus appellabatur protector, adiutor, exaudiens, sperantium in se, opéque eius nitentium non proditor, sceleratorum euersor, malefactis inimicus. Ut antiquior hæc philosophia, sic longè præstantior illa malè sanorum, simulatque id nomen possidentium philosophorum.

Et resploruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

Reflo. caro
mea. **C**um antecedentibus codem versu continentur. Adiutor, protector, sperantium
defensor. Et refloruit caro mea. Pro quo diuersum quiddā in fonte Hebraico וְלֹא
vaialos libbi, Et gauisum est cor meum, quod Hieronymus quoque reddidit. Item
Et ex Vol. **C**onfisi. **E**cum antecedentibus codem versu continentur. Adiutor, protector, sperantium
in confi. ei. **C**onfiteri. **E**cum antecedentibus codem versu continentur. Adiutor, protector, sperantium
voluntate mea, est יְשָׁהַע canticum meum, cui quadrat confitebor, quod ut s̄apenumero mo-
nui, Hebraicē dicitur יְשָׁהַע hada, à Græcis usurpatum ἔδω. Per tempus futurum profertur
אֶת־יְשָׁהַע ahodennu, cantabo illi. Dicendūmique, Et cum canto meo celebrabo illum. Non
admodū varium est, ut Septuaginta interpres dixerunt. Pro gauisum est cor meum, ~~אֶת־יְשָׁהַע~~
Gaudere. **A**λενταρχος με, refloruit caro mea. **Q**uid enim aliud gaudere est, quam reflore, resurgere? vt
reflorefcat arbor, humor causa est: siccitas cogit, vt exarescat. **V**t ergo spiritus tristis exci-
cat ossa (ait Salomon) sic latitia pinguefacit, succulenta facit, replet humore bono, viro-
rem reducit. Gaudium dat florem, colorem: tristitia siccitatem, ariditatem. **Q**uanquam
Hebraicum innuit intimam latitudinem. Exponitur enim Hebreis cor, pro animo, mente, in-
telligenzia. Ex animi latitia, caro refloescit, colorem, vigorēmque recipit. Post latitudinem
propter euerbos castigatos impios, propter piros erceptos, liberatōlque consecutam, trium-
plihs, laudes, carmina sequuntur, fit plausus, fit gratulatio, gratiarum actio. Laudatur Deus
Laud. Dei. **A**utor latitia. In primis hæc carmina sunt, atque laus, ut cantando victoriae referatur. Tunc
Deus adiutor, protector prædicatur. Hæc prædicatio, est laus eius.

Dominus fortitudo plebis sua, & protector saluationum Christi sui.

Dominus fort. ple. **P**rote. sal. chr. su. est. **R**ex, imago **A**c laus illa benedictio, cum Deus protector, seruator, salus praedicatur. Scendum, quod Græcus habet καταίωμα τοῦ λαθ, fortitudo populi, siue plebis: Hebraeus ρωμηος 11. 11. lammo, robur illi: nimirum, Dominus robur ipsi, ut exprimam locutionem Hebraicam. Latinè dicas, Domino est robur, Deo est fortitudo: est fortissimus, est præpotens. Sic exponunt Hebrei, & verè. Et quod est Græcè ὑπερβασίη τοῦ στρεψίου, Protector salutis num in fonte est πνεύμων νυσι ve manus iesuoth, Et robur salvationis. Robur, quo cōtinetur omnis salus eius, in quo est præsidium, salus, protectio eius. Christum suum dixit Regem vincitum. Nam Reges perinde ut sacerdotes vngiebantur. Est Regis sacra maiestas. Quoties est apud Homerum vetustissimum vatem ἱερὸν μένος, sacra potestas, maiestas. Ob hanc causam Reges inungebantur. Est enim Rex, Dei imago spiransvua.

Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati
tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Reham.
Rege.
Si pressus examines Hebraica, id est hæreditas eius, atque populus eius. & pro Regis
filios, Hebraicè, & Græcè πατέρι reham, pasce eos. Græci similiter πολιμανον, pasce. Id recte
transfertur regere: hinc populi ductores, πολιμανες λαῶν, Pastores populorum vocat Homo-
merus. Explanatur ab Hebreis referentibus singula singulis: Saluum fac populum ex hosti-
bus in bello, in aduersis. Benedic ei, in operibus, factisque. Da felicitatem, da successum. Sin-
Benedicere. quæ agunt prospera, felicia. Inundent, fluant copiosè, quod verbo benedicendi Hebreis
denotatur.

Adenotatur. Regat item, siue pascat, in hoc felici statu seruet, velut pastores agunt gregem ad pascua, ad limpidos amnes: vigilant, adsunt perpetui excubidores, sub vesperis ad caula reuocant. Sæpius hac tralatione sacrum poëina delestat: vt, Nos autem populus eius, & oues pascuae eius. Messias autem, ego sum pastor bonus. Quod ait, Extolle illos: scilicet super omnes gentes attolle, sublimes facito, præcellant, ante eam omnes gentes. Nulla si natio potentior, nobilior, Idq; non ad tempus, sed usque in æternum, non exigua nobilitas, sed immensa, & super omnes gentes. Non brecce ad tempus, sed ad sempiternum. His admirandam charitatem sancti prophetæ comprobabant, dum non modò pro se priuata orationes habebant, sed item pro tota gente. Hæc vera pietas erga patriam. Sic vniuersam philosophiam repertis in psalmis. Quicquid sacrum spirare potest os humanum, aut mens cogitare, habetur in hac præstanti sapientia. Cuius autoritatem auget antiquitas. Est enim vetutissima philosophia, longè ante tempora philosophorum parata. Vides quo fine semper ferè claudantur.

PSALMI XXVIII. EXPLANATIO

RE D V N D A T totus titulus in Græcis, & Latinis (nam Latini Græca sequuntur) quem neque in Hebraico, neque in tralatione Hieronymi reperies. Est autem eiusmodi, ψαλμος των Δασκαλων επι οντων, Latinus vertit, Psalmus in consummatione tabernaculi. Is titulus fortasse fuit appositus à Septuaginta ex successione, ac traditione doctrina. Nam etiam apud Hebræos fama est, super latè lege, & portentis, quæ tunc acciderunt, editum esse. Sunt alij eorum, qui opinentur potius esse carmen super miraculis naturæ, qualis in extremis capitibus est in libro Iob philosophia super his, quæ dicuntur meteora, super arboribus, animalibus. Quæ omnis admiratio est conditoris prædicatio, quantum facultas datur ingeniiis humanis cum admirantibus, & super factis eius philosophantibus. Est alia quorundam Hebræorum sententia, spectat psalmum tempus Messiae, figuratisque nominibus res ab illo gestas, & populos designans. Mihi vehementer probatur secunda sententia, ut sit philosophia, sit consideratio diuinorum operum, diuinæ maiestatis in omnibus naturæ miraculis apparentis admiratio. Græc secundum inscriptionem psalmi in suis codicibus, quid egressis sacerdotibus è tabernaculo faciendum esset, ut hostiæ immolandæ, ut canticis Deus laudandus. Sed ut monstratum est, titulus redundat. Nam sunt etiam, qui referant in C H R I S T Y M.

Afferte Domino filij Dei : afferte Dominum
filios arietum.

CON GLOCUS IS DISSENTIT AB ORIGINE. NAM QUOD DICITUR, AFFERTE DOMINO FILIOS ARIETUM, VT GRÆCÆ EST ΥΠΟΧΕΙΛΩΝ, ~~ΥΠΟΧΕΙΛΩΝ~~. STATIMQUE PRÆCIPITUR, AFFERTE DOMINO GLORIAM, & HONOREM, AD HUNC MODUM: AFFERTE DOMINO FILIJ DEORUM ~~אֵלִים~~ ^{אֶלְיָהוּ} BENE ELIM, AFFERTE DOMINO GLORIAM, & HONOREM. SCIRE TAMEN OPERA PÆTRIUM EST, VOCEM HEBRAICAM ~~אֶלְיָהוּ~~ AMBIGUAM ESSE, & POSSE LEGI CUM IOD POST ALEPH, QUOD DESIGNABIT ARIETES, AUT SINE IOD, DENOTABIT ~~אֶלְיָהוּ~~ DEOS: NEC DESUNT PRO ALTERUTRO SIGNIFICATU EXEMPLA. ET HEBRAICA SUBNOTATIO, QUÆ DICITUR MASSORETH, OSTENDIT VTRANQUE LÆCTIONEM. VTRANQUE Igitur GRÆCI INTERPRETES POSUERUNT ΥΠΟΧΕΙΛΩΝ, ~~ΥΠΟΧΕΙΛΩΝ~~. SED QUONIAM ALTERUM PER ACCUSATIUM, ALTERUM PER CASUM NOMINANDI EFERUNT, ~~ΜΑΣΦΟΡΕΘ ΣΥΝΔΙΚΑΣ ΒΑΣΙΛΙΚΑΣ~~, VT INUITENTUR FILIJ DEI AD OFFERENDOS FILIOS ARIETUM. ALTERU SECLUDERE NECESSÆ EST. ~~ΜΑΣΦΟΡΕΘ ΣΥΝΔΙΚΑΣ ΒΑΣΙΛΙΚΑΣ~~, VT ELIM NUNC SINT DII: ID ~~אֶלְיָהוּ~~ OMNES AD VNUM HEBRAI CUM CHALDÆO COMPROBANT. NAM CHALDÆUS PRO FILIIS DEI, SUBSTITUIT, ~~מַלְאָכִים~~ KITTE MALAKAIA, ACIES ANGELORUM, ORDINES ANGELICOS. AUEN ESTRÆ, FILIOS DEI, STELLAS INTERPRETATUR, VT ILLUD APUD IOB: CÙM ME LAUDARENTE STELLÆ MATUTINÆ, & IUBLARENTE OMNES FILIJ DEI. FILIOS DEORUM RABI SALOMON, FILIOS PRINCIPUM IN TERRA, VT IN GENESI: VIDENTES FILIJ FILIAS HOMINUM. SIQUIDEM ELIM NON DEUS TANTUM, SED FORTES, ROBUSTOSQUE ETIAM SIGNIFICAT. INTUITAT Igitur ANGELOS, INUITAT PRINCIPES, VIROSQUE CONSPICUOS, IMPERATORES, REGES, DICTATORES GENERATIM OMNES: QUIBUS PARENT POPULI, VT OFFERANT DEO GLORIAM, DECUS, HONOREM. GRÆCI QUOQUE FILIOS DEI, QUIBUS DIVINA PRÆDICATIO PERMISSA EST, INTERPRETANTUR, NIMIRUM APOSTOLOS, VELUT ETIAM NICOLAUS, SACERDOTES, SACRIFICOS. SED SI ARIETES EXCLUSERIS, MENTEMQUE ALTISSIMÆ TULERIS, INUITANTUR ANGELI IN ^{אֶלְיָהוּ}

Honor.
Afferte.

Omnibus rebus creatis primus gradum obtinentes, in admirationem, prædicationemque diuinæ potentie: velut illo Psalmo: Laudate eum omnes Angeli eius. Proprièque quod Sept. dixerunt πνεύμονα, honorem, est Hebraicè ψυχή os, potentia, robur. Propterea Hieronymus transtulit imperium, dicens, Afferte Domino gloriam, & imperium. Atque significatus verbi, afferte, est, prædicare, decatate, vocibus quasi manibus offerte decus hoc & imperium Deo, hoc sacrificij genus. Est enim in sacris litteris, etiam sacrificium laudis.

Afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius. Adorate Dominum in atrio sancto eius.

Domino glo. no. eius.

AM dixi, gloriam, & honorem superiore versu contineri. Repetitio est vehementior, exaggeratio, profluensque impetus animi laudes præpotentis Dei effervescentis. **H**ebraismus item est, Domino gloriam nomini eius, dicendum potius, Afferte Domino gloriam nominis eius, prædicare, reddite Deo gloriam nominis eius. Nam maiestatis eius euclite: nomen, quo gloriosus omnibus mundi locis agnoscitur, efferte, commendate. Sit larga copia fandi super hoc nomine, atque hac gloria. Quid sit afferre gloriam, liquidius explicat, Adorate Dominum. Adoramus quoties prædicamus, efferrimus, laudamus. Sciendū pro eo, quod Sept. vertunt εὐαγγέλιον ἀγαλλίασθε. In atrio sancto eius: Hebraicè est ψαλτερίον behaderath codes, In decore sancto, quemadmodum transtulit Hieronymus.

Adorate. In atr. san- tho eius.

Non est igitur atrium, sed honor, decus, quod conuenit Angelis, omnibusque Prophetis, quos inuitauerat à principio. Atrium solis sacerdotibus. Et Abrahā qui à primo filios Dei, stellas fuerat interpretatus, nunc corum adorationem exponit, velut cum serui parent do sydera, vt minis, celeriter eorum iussa exequentes. Nec sydera cursus suos mutare posse, ordinibus à Deum, sic creaturae, atque principes in omni mundo inuiter ad laudandum, affrentes ei decus sanctum, gloriam cælestem, diuinam. Tribus enim nominibus expressit, quod sacrificij genus offeramus, cabod, gloriam: os, imperium: demum hadereth codes, decus sanctū. Sanctum decus, siue decor, est decor ei proprius, sanctissimæ maiestati eius congruus: honor sacerdotalis, qui soli Deo, præterea nemini tribuatur. Decus item sanctum, maximè venerabile, diuinum, suspiciendum, purissimum, ab omni inquisitione segregatum, decus impollutum, intemeratum; non violabile numen. Hoc decus precatur angelos, offerant summo Deo, offerant prædicando, laudando.

Vox Domini super aquas: Deus maiestatis intonuit:

Dominus super aquas multas:

Qui tibia cant in cho ro.

OSTEAQVM cohortatus fuerat, maiestatem numenque omnipotens venerantur; efferrant prædicando: aggreditur ipse primus veluti choraula diuinum carmen, quo vires, potestatem, maiestatemque Dei prædicat. Inducit vocem eius præpotentem, formidabilem super aquas. Hanc vocem Auen Esra, qui filios Dei, sidera fuerat interpretatus, exponit tonitru, nubibus collisis, simul nimbis præcipitantibus in terram, F

quod potentia Dei cognoscitur,
Ipsæ pater media nimborum in nocte, cornu Fulmina molitur dextra. Et,
Ruit ardus aether. Tonitruque tremescunt Ardua terrarum.
Tum pater omnipotens fixundis hymbris Aether
Contingit in gremium latus descendit.

Hæc prior noster cecinerat. Eadem referuntur in Job, excitanturque mortales ad scientiam, admirationemque creatoris. Considerata pluia, tonitribus auditis, collisatu nimbi fratre mentes exterrente, nec tisperat aether iterare voces horribiles vñnimbi ruentibus ut videas totum in pluias descendere cælum. Hoc erit primum miraculum, quo numinis æterni maiestas innotescit. Est aliorum Hebraeorum loci huius explanatio, figuratè vocem in aquas, terrorem in populos inieatum appellari. Sapenumero repertis in hoc longè vetustissimo poëmate attribui Deo voces horribiles, terribiles increpationes: ut, Increpuit mare rubrum, & exsiccatum est. Et, Ab increpatione tua fugient: à voce tonitru tui formidabunt. Aquas item in hoc poëmate, populos, turbasque sonantes, & quasi fluctuantes appellari, velut fluctus in mare vasto, creberrimum est. Eritque vox Domini super aquas, terror eius super populos vniuersa terræ. Vox, & tonitru, terror formidabilis: aquæ, gentes totum per orbem. Si referas carmen ad tempus, quæ vocant illi Gog, & Magog, nimirum Antichri-

AAntichristi, quod Rabii David opinabatur, diuino spiritu Vates incalescens, decantat interitum exercitum impiorum, quos pessimus ille princeps coactos aduersus piros incitat. Illis opem Dei magnis precibus implorantibus, Deus voce formidabili cōterritos fundet: delebit, stirpemq; hominum sceleratorum tollet è terra, & spiritu oris sui (vt ait diuus Paulus) interficit impium Antichristum. Bellum igitur contra eos suscipiet Deus, armis Dei exterriti dissipabuntur, fugabuntur, interficiuntur. Non gladio, non hastis res geretur, sed terrore cælesti, quo mortalia corda tremiscent. Posset etiam citra villam figuram poëticam interpretari. Canitur enim aliis Psalmis, Ignis, grando, nix, glacies, pars calicis corū. Aduersus eos fulminibus, grandineq; saxa pugnabit, velut exercitus Brenni lapidibus cælestibus obrutus. Hæc sunt tela Dei, quibus cuerit sceleratam Sodomæ gentem, vrbes eorum funditus deleuit, Deus maiestatis, Deus, cuius est immensa potestas, intonuit, & cælestia tela ^{Deus maiestatis.}

Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.

TO TICE graditur, non semel exhibens vocis diuinæ fragorem, quem cum virtute nimirum, vt Græcæ melius habet, & ad Hebraicum, εὐαγγέλιον, cum fortitudine, totisq; viribus contenta fuerit. Vox validissima, sonitus mortalibus auribus inusitati. Vox ^{Vox in vir-} in magnificentia, nempe vt Hebraicè est την behadar, decor, vox cum maiestate, decor. ^{tute.} **V**ox gloria, regia, præpotens, vasta, non exigua, qualis homuncionū, sed quæ per magnū ^{In magnis} circunsonet orbem, ad vsque sidera audita. Tantaq; fuit vocis huius contentio, vt cedros ^{sicutia.} altissimas arbores confractas deiecerit. Est cedrus (vt dixi) procera arbor, locis calentibus ^{Cedrus.} gaudens, juniperò similis foliis, & baccis, nisi quod assurgit in altū. Has usurpat sacer Poëta, quoties principes, summosq; viros innuit, quos fama, aut opes, & potentia cæteris eminentiores reddiderunt. Vidi, ait, impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani. Et, Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Libanus mons est Iudeæ, id genus arborum feracissimus, cedris altissimis nobilis. Vox igitur Dei præpotens, confinget, radicibus cueret principes sceleratos, non eis proceritas, non altissimæ radices profuerint, quod minus eruantur. Sic Hebrei quoque cedros interpretantur reges nationum, his tonitribus deiector, & interficiunt: siue referas hæc cum lex promulgaretur, siue sceleratos principes, Antichristi signa sequentes, quos igne cælesti, grandine delebit, prodigiosq; tonitribus exterritos, tum viribus, audaciæque eorum in magnam formidinem redactis, vitam eis cripiet: quale sœpe refertur in sacris litteris, vt cum intonuit Dominus vox magna super Philisteos, & quod refertur in libris Regum: eu malis haec vniuersalem rerum spectare prouidentiam, qua Deus minimè dormitans ad crudelia facta tyrannorum, ac principum, eis demum luctuosam, funestamque diem adducet. Bis igitur retulit, confringet Dominus cedros Libani, vt crebra assertio prophetiam veram fore comprobet.

CEt comminuet eas tanquam vituli Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

MINIME arduū erit intelligere hunc locum, si diligenter Hebraica disquirantur, Hieronymusque in subsidium adeatur. ~~Μεταποιησας Χρονικην γενικην Ρητορικην~~ ^{Tanquam vit. lib.} Vrbum autem, quod Septuaginta transtulerunt λεπτην, comminuet, siue extenuabit, est melius, ~~επιτελεσθαι~~ in fonte, ipsiq; vitulo cuius vtitur comparatione, maximè congruum, επιτελεσθαι λαχιδē, saltare, vel exultare eos faciet. Est enim verbū principale την rachad, quod omnibus, vel prima Hebraicæ dialekti rudimenta imbutis palam est sonare, exilire, saltare. Inde sit verbū transiū την harchid. Ergo iuxta veritatem Hebraicam dicendum est. Et exilire eos faciet tanquam vitulum. Faciet, coget exilire, migrare, discedere velut vitulus fugit ocyor Euro. Eiicientur, fugabuntur, velut vituli, quos leuis aetas reddit instabiles. Hoc intelligens diuus interpres, Hebraicū luculentius Latinæ lingue reddidit: & disperget eas quasi vitulū. Ut titur ergo comparatione vituli, prius cecinit proceras illas, superbisque cedros excidendas, in terramq; dcicendas: nunc euellendas, è nativo solo dissipandas, quarum fructa, ac stipites excisi in omnes partes ferantur, exiliant, vt vituli exultat, fugiunt. Dixi minimè iungendū esse vi tuli Libani, sed Libanus dicendum in casu nominandi. Et quod Sept. Græcè scripserunt ~~η απημένος~~, dilectus, quod vix intelligas quorsum speetet, ~~μεταποιησας~~ habetur in origine πρῶτος.

Shirion, quod proprium montis esse nomen, vñā omnes Hebræi, & Hieronymus fatentur. Rabi Salomon de vtroque perhibet שְׁמֹת הַרִּים semoth harim, Libanus, ait, & Sirion, sunt montium nomina. Ergo legendū est, Libanus, & Sirion, tanquam filius רֵכֶם reemim, vnicornis, siue rhinocerotis. Est autem verus sensus, vt vituli comparatione fuerat vsus, nobiles illas arbores ē natali solo migraturas, proiciēdas, sic fore vt Libanus, & Sirion mōtes, harū arborum feraces, sint velut pulli rhinocerotum. Nec mireris sacram hoc poēma, dare fugam montibus. Nam plerisque locis tribuit eis motum, alacritatem, exultationem: vt, Montes exultabunt à conspectu Domini: velut apud Latinum,

*Omnia que quondam Phœbo meditante, beatus
Audit Eurotas, insitque ediscere lauros.*

Tribuit poēticē fluminī auditum, arboribus discendi facultatem. Sic noster canit montes exaudito diuinæ vocis fragore, tonitruq; terribili, & arbores corsi collapsuras, infringēdas, & ipsos pāuore, ac trepidatione, loco mouendos, excutiendos. Estq; descriptio illius diuini fragoris, qui proceras arbores deiiciat, altissimos montes commoueat, & quasi terræmotu quatiat. Tum ceruas mōtes excelsos habitates, exterritas ad partū cogat. Multaq; alia prodigia canit accidisse, voce illa terribili intonante. Pulcherrima descriptio, omnibus metaphoris adhibitis, vt exprimat vocis illius magnitudinē. Alio quoq; psalmo: Montes exultabunt sicut arietes, & colles sicut agni ouīū. Igitur clarus est locus. Mōtes ait, Libanus, & Sirion exilient, mouebūtur, vt vitulus, vt pullus rhinocerotū, qui per pascua decurrit, exultat. Exilicit, trepidabūt ad tonitru vocis ætheriae. Vnicornis Græcū μονόκερος, melius rhinoceros, & vnicū in nālo gerens cornu. Hebraicumq; nomen id sonat reem, hinc Græcum rhinoceros. Mouebit, exterbit populos, principes, si figuratè nominibus his putes appellatos: sin minus, est descriptio vocis horrendæ. Ad hanc quoquerationem locus Hebræis intelligitur.

Vox Domini intercedens flamnam ignis: vox Domini concutientis desertum: & commouebit Dominus desertum Cades.

Ræter alia horribilia, quæ ad vocem illam cælestem, inusitatāmque sequentur, contingit quoque accensus ignis, flammisq; sequacibus iræ. Hunc ignem cuncti ferē Magistri fulmina sentiunt, vt illud, Et altissimus dedit vocem suam, & post eam mittet sagittas suas. Et quod Latinus scripsit iuxta Græcum οὐρανὸν, intercedens, Hebraicū & si ferē idem est, apertius trāstulit diuus interpres: Vox Domini diuidens flamas ignis. Hebraicē diuidens ρῶν chosēb, diuidens, quasi spargens, in diuersas partas mittens, longē, lateq; diffundens, distribuens, radiis, flammisq; plurima loca cōpleteſtens. Vox Domini terribilis, expauenda, flamas ætherias accenſas diuidet in terram, dimittet in omnes partes.

*Fulmina molitur dextera genitor, que plurima celo
Deicit in terras.*

*Ipsa pater media inter nubila celum, Contorsit.
Aloidæ impij gigantes, fulmine deiecli,
Fundo voluntur in mo.*

FQuā similes noster, & ille poēta. Aliud quoq; ad hanc vocē vehementē, formidandamq; consecutum est, Vox Domini cōcutientis desertum. Dicendum, (& si ferē nihil interest, vt clarius percipias) Vox Domini executiens desertū. Græcum οὐρανὸν, in Hebraico est validus: Vox Domini ρῶν iachil, parturire faciens. Est autem parturire Hebreis, quemadmodum Græcis, ὁδίων, dolere, ingemiscere, vt illud Pauli, Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Sæpe in hoc poēmate, montes & terra parturire, quemadmodum exultare quoque inducuntur, vt illud, A conspectu Domini parturit terra. Nempe ingemiscet, dolebit, trepidabit. Hiero, quoq; hoc respiciēs trāstulit, Vox Domini parturire faciens desertū. Inculcatur idem verbū in Hebraico, pro οὐρανῷ. Parturire faciet Dominus desertū Cades. Est, Cades (vt ferunt Hebræi) desertū immensa magnitudinis, sæpe in sacris litteris cōmemoratū. Vide quid de hac voce prædicet, qua copia, verborūq; proprietate, quibusq; tralationibus describat. Superius ad hanc vocē Libanū, & Sirion agitados, quatiendos, nūtatiros: nunc desertū Cades trepidaturū, pauore excutiendū, siue ipsi monti metaphoricās, dolorē, partumq; tribuat, siue per antonomasiā, feras hos montes incolentes sentiat. Est vastæ vocis omnibus numeris ornata descriptio, reor cum supremo tempore,

*Σάλπιγξ ἐγνήθεν πολύτην ἀφίσει,
Luctificam tuba demittet ab æthere vocem.*

cōcut. def.

parturire.

q. 8.

Cades.

Canit

ACanit Erythræa Sybilla, super qua voce multā sunt in hoc sacro poēmate testimonia:

Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam.

GO N F V G I A S ad Hebraicū, clariora sicut. Præparahtis *λαταρπὶς οὐρανὸν*, aptans, præparans, in Hebraico luculētus *לְבָנָה* iecholel, parturire faciens, ad partum cōpellens: *præparans*. tantus tremor montis, aut deserti, tantus cedrorum ad tonitru diuinę vocis cadentium fragor, tanta montis commotio, vt ceruæ quoque parturiant, quarum partus propterea quod vulva angustiore vtuntur, est difficilis. At tantus erit sonitus, eaque diuinæ vocis magnitudo, totum nemus excuties, vt dolore, & timore, ceruæ partus enitantur. Hoc intelligens, innuēnsque diuus Hieronymus. Hebraicū sic Latinis expressit, Vox Domini obstetricans ceruas. Obstetricans dixit, nempe ad parendum adiuuans, vrgens partum. Hoc fortasse sentientes interpres Græci, verterunt Vox præparans, nimurum ad partum, Ceruas ad partum præparans. Ad hunc modum Hebræi quoque, quibus suorum verborum vis, ac pondus est perspectum, explanant. Quod ait, Et reuelavit condensa: Deicetis, ait Auen Esra, prostratisque arboribus, pandet ut nemus umbriterum, patet latibula alta ferarum. Nemus opacum crudabitur, Tonitru diuinæ vocis editissimas arbores, quibus totus lucus frondeceret, densissimisque esset, impellet in ruinam radicibus corruentes. Pro condensis igitur Græcē iuxta Hebraicum *ἀρπαγὴ*, Sylvas, saltus. Iccirco Hieronymus, Reuelans saltus. Hebraicū *τύραννος* iacoth, nemora, lucos. Quod prosequitur, In templo cius dicent gloriam: templum cælestē, plerisque Hebraicō *in templo.* rum placuit exponere, vt, Dominus in templo sancto suo. Erītque sensus, vt iidem declarant: Hi qui in hoc templo habitant, efferent laudibus gloriam Dei, qui superbos euerterit, pœnas de sceleratis sumperferit. Vnā omnes sic prædicabunt, quā magna gloria tua. Alij de sacerdotibus, ac leuitis sunt interpretati, qui in templo nihil ad vocē illam terribilem trepidantes, sed eos confirmante Deo, concinent, laudabunt gloriam Dei, fortitudinemque effrent. Propterea psalmus à principio inuitauerat filios Dei, siue Angelos, siue sacerdotes, vt decus, maiestatēmque Dei decantarent. Et Ioannes ait in reuelatione, sanctos exultaſſe, gloriāmque fortissimi Dei vnanimes prædicasse, vbi tyrannos, monſtrāque terrarum, qui pietatem eorum persequerentur, grauissimis suppliciis vltus esſet.

Dominus diluuium inhabitabit, & sedebit Dominus rex in æternū.

POM P L V R E S à diuersis Hébrais, vt cuiusque fert opinio, causæ proferuntur, cur *Domin. dil. inhab.* induxit Vates Deum inhabitare diluuium. Si miracula quæ Græci vocant μετανοεῖ, recenset, vt à principio proposuerat Auen Esra, diluuium vocat pluuiam ingentem, nimborisque nigerrimos, inundantes. Habitat, aut sedet (vt designat verbum Hebraicum *אָשָׁב*) hoc diluuium. Insidet huic diluuiio, velut dominator, præpotens, moderator. Est alia verior, probatiorque sententia, diluuium cui Deus insidet, nunc fuisse commemoratum, nempe diluuium Noë, quod nunc agitur de interitu impiorum, quorum omne studium fuisse cuertere gloriam nomēnque singularis Dei, vt illi tempestate Noë, Gigantes: Quibus extintis, ac penitus deletis, sit mortalibus perspicuum unum Deum esse collendum, verum numen, veram vnicāmque maiestatem, cælo, terrisque præpotentem, vt impiis vnicam, & in eos cū voluerit, grauiter animaduertentem: sic pios feruantem, salutis eorum rationem habentem: non desertorem, aut ignorantem eorum benefacta. Ut Deus (ait sapientissimus Vates) infedit diluuium, quasi Dominus aquarum, tempestatum, nimborumque regnator, celsa sedens arce, sceptrā tenens ventorum, hisque telis sceleratos obrutos sustulit è terra, progenies autem pia quæ seruata est, sublati ad æthera palmis adorauit sanctum numen, egitque gratias, quod seruata esſet: sic nunc simile quid decantans innuit impias gentes tonitribus Dei, fulminib⁹que interemptas, atque cuerfas, qui regnum, nomēnque eius oppugnare, penitus gloriam eius fuisse claram, manifestam. Atque audi, quæſo, Rabi Dauid, qui totum psalmum retulit in tempora Messiae, in alterum scilicet aduentum Christi, quo tempore vox horribilis audietur, de qua superiorius cecinit Sybilla, & de qua diuus Paulus, Canet enim tuba, mortui resurgent incorrupti. Exemplum, inquit, diluuij, Poēta noster induxit, vt doceret quemadmodum tempestate Noë, sceleratis Gigantibus oppressis, sancta progenies superstes laudauit, benedixitque

Deum, omnisque posteritas hanc maximam vindictam perspexit, quæ vermes, monstra illa, solum autem Deum esse verum Regem, & mundi creatorem comprobauit: sic erit beiamoth hamassiac, in diebus Messiae, perditis nationibus, quæ cladibus vexassent Hebreos, ab ipsis Hebreis, ceterisque qui conuertentur, adorabitur, benedicetur Deus, & regnum eius erit sempiternum. Sic Hebreus, sed peruersè (vt solent) & sive salutis inimici. Restituantur autem verus sensus: Deleto Antichristo cum agmine scelerorum, qui consurgent contra omne quod dicitur Deus, gens pia superstes, quam summa vi delere illi contendenter, benedicet, collaudabit Deum non solum in terra, dum maximus ille iudeus exquireret, euolueret mortalium facta, sed etiam ascendens in celum cum Rege triumphante. Tunc platus erit, tunc benedictio, gratulatio, carmina triumphalia, triumphus in celo: tunc erit Rex dominator in aeternum, sedebitque filius hominis in sede maiestatis sue.

Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

*Virtus.**Do. be. po.
su. in pa.*

IRTVTE M Græcè ad Hebraicum, *μετανοίας*, fortitudinem, robur, vim. Tunc, **M**ait Rabi Dauid, aduersariorum exercitus deletis, dabit Deus suis super omnes gentes autoritatem, fortitudinem, audaciam: populus Dei fortissimus ante omnes cognoscetur. Sancti illi qui impiorum armis circumuenti, auxilium celeste precibus sup-
pliciter postulasset, aduersariorum copiis deletis triumphabunt, erit honos eorum eminentissimus. Tunc quoque benedicet Deus populo suo in pace, bellis extintis, deletis, & profligatis, & ad ultimam internectionem excisis inimicis pietatis, pacem sempiternam Deus ore suo constituet, benedictione perpetua, atque sacra oris sui confirmatione obsignabit, non diuturnam, sed aeternam pacem. In aeternum beatus, aeterna pace tranquillus populus eius erit. Huic decreto stabunt omnia tempora, quæcumque fuerint opus ad felicitatem, pax illa sufficiet. Sic cernis Sybillarum more, multa de supremo saeculo, cum federit filius hominis in sede Maiestatis sue, & congregabuntur ante eum omnes gentes, oracula Prophetas edidisse, Hebreis omnibus ad unum, huic interpretationi stantibus.

P S A L M I X X I X . E X P L A N A T I O .

Le Dauid.

NESCRIPTIO psalmi est, Psalmus cantici in dedicatione domus. eadem est in fonte, sed quadam apud Hebreos est sententiarum varietas super dedicatione domus, partim hanc domum opinantibus eam, quam constituit Dauid, nempe domum ex ecditis: nimurum domum ipsius Dauid, non Dei, propterea quod in psalmo nulla fiat mentio de domo Dei, sed de peccato tamquam, quod ei Deus condonasset. Est igitur sententia Rabi Dauid, quæ mihi probatur, cum nulla fiat hoc psalmo mentio templi, at inimicorum Dauid, siue qui in populo odio cum prosequerentur, siue gentes externæ, propter grauissimum illud scelus, quod perpetravit, cum cupiditas inflammataque libido, usque ad præcipitem egit, ut non adulterium modò, sed homicidium quoque perageret: hinc factum esse, ut diuinā sententiam super excidio sui, suæque familiæ Deus ei per prophetam denuntiaret: tum verò inimicos pro comperto habuisse funditus cum cum tota stirpe abolendum: nec amplius fore, quod ei fuisset promissum, ut aliquis ex sanguine eius oriretur, qui templum Dei constitueret, regnumque nationis illius in sua familia retineret. Sed ubi Dauid super admissio scelere grauiter ingemisset, supplicitaque multis cum lacrymis id sibi condonasset: reuocata sententia est, deletum est crimen tantopere, ut etiam filius ex illa, quæ causa peccandi extiterat, procreatus in posterum, & templum erigeret, & regni maiestatem in familia Dauid retineret. Quocirca non memoratur in psalmo constitutio, siue dedicatio templi, sed tantummodo preces, quibus peccatum fuit abolitum, recensentur, & precibus impletatū fuisse canitur, ut scelus aboleretur, quæ fuit causa ut templum dedicaretur. Nec dicitur in titulo, domus Dauid, sed, Psalmus cantici super dedicatione domus: tum sequitur Hebraicè *τηλε* Dauid. Est, inquit, psalmus Dauid. Neque hoc debuerat quemquam impellere, quod refert Nicolaus, ut crederent domum ipsius Dauid: sed psalmus Dauid, non domus, in titulo dicitur. Domus autem simpliciter intelligitur domus Dei.

Exaltabo

A **E**xaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec dilatasti inimicos meos super me.

SUSCEPISTIME, iuxta Græcum *πάλαις*, suscepisti me, Hebraicè *עֲמִלָּת* *סְכִיפִּי*, dalithani, eleuasti, erexisti, exaltasti. Id enim interpretatus est præsens verbum, Rabi Salomon, *רַבִּי שָׁלֹמֶן*, quod citra controversiam est, exaltasti me. Rabi verò Dauid declarans: *Quoniam*, inquit, delapsus eram in voraginem peccati, at tu exexisti, eleuasti me inde. Habet igitur sensum clariorum ex Hebreis, Hoc intelligens exprimensq; Hieronymus transluxit, *Nec dilatasti*, *Hebraicum clarius*, *επειρωτήσθω σιμαχθά*, latari, vel exultare fecisti. Quod etiam Græcè tralatum est, *εὐφεγγεῖται*, latari fecisti, gaudio affecisti: fuerat etiam à Latino positum, sed non tam propriè resonat Delectasti, vt non sit dicendū, dilatasti. Est igitur verus sensus, Gratias immortales, à sancte ac Deus benedictæ, habeo, habiturusq; semper, quod me ex illa sceleris voragine eripuisti, inimicisq; meis, non diutinā latitiam permisisti, super calamitate mea vitulantibus, & quasi triumphantibus. Expiato incommodo, nec mihi longior dolor, nec hostibus diutina latitia relata est. Respondentq; singula singulis, exaltabo, propterea quod exaltasti, eleuasti. Faciā voce erga te, quod tu re erga me fecisti. Iucundè à Græcis aperitur. *Quomodo*, aiunt, humili exaltabit altissimum: an videlicet ipsum cōsītēdo prædicandōq; altissimum? Sic quoque magnificat eum, qui magna de eo sentit, sicut è contra deprimit, minuit, qui humilia, exiguāq; de eo loquitur. Idem Græci commodè declarant verbum illud positum à Septuaginta, *πάλαις, σύστημα, εἰκόνα, πρότυπον*, *τηλεγράφων τὴν ἀμαρτίαν*, Elenasti, sustulisti delapsum in peccatum, subiecta manu tua auxiliaris. Subiecit igitur oculis aëtes corporeos, ut his spiritualia facilius cognosceres. Peccare nil aliud esse quæ in altissimam fossam, barathrumq; præcipitem ferri: condonante nobis Deo, fletus nostros acceptos habente, esse velut si quis extensa vspq; ad intimam voraginem, dexteræ, nos inde ad superas oras reuocaret. Tum verò in lucem euocati, procumbentes ad pedes, seruatoris gratias haberemus, memoriāq; tanti beneficij in perpetuum tempus retinremus.

Domine Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me.

Domine, eduxisti ex inferno animam meam, saluasti me à descenditibus in lacum.

Liis figuris corporeis, declarat illud eximia liberalitatis actum. Qui peccasset non modo similes sunt his, qui in voraginem ruissent, sed his etiam, qui in fatalem morbum incidissent. Tum quis ope diuina, atque potentibus herbis, morbo expiato, penè à limine mortis eum reuocaret. Alia tralatio superiori similis de his, qui descendant in infernum, & his qui descendant in lacum. *Lacus*, *τάραχος*, *descendentes in infernum*. **C**pro eo Hebraicè *τῷ βορ*, puteus. *Lacus* igitur est puteus profundissimus, fossa, vorago. Descendentis in infernum, etiam Hebrei fatentur esse pœnis tartareis damnatos, tartari sua lingua vocantes gehennam. Sanitatē similiter, atque nostri esse salutem, sanitatem, medicinamq; animi: *Damnationē* iure morte appellari. Agrotabat igitur animus ob peccatum grauissimis vulneribus acceptis. Venit medicus, peccatum condonauit, precibus, ac fletu redemptam salutem restituit. Tunc effectum est, ne similis esset his, quos damnatos pœna sequitur, ut in barathrum intrudantur, in infernum, altissimumq; sub terris carcere astrahantur. Posset etiam ad corporea referri quod raro in Veteri testamento, vel salutem, vel damnationem animi reperias. Descendentis in infernum, aut in barathrum, & voraginem, sunt quos Neincis grauissimis pœnis, ob grauissima sclera in hac vita adiudicat. Hoc sibi, illo vetustissimo tempore factum inueniemus, nondum bonis, ac malis sempiternis declaratis. Has poenas, atq; clades fortasse respicit psalmus, ipsius in primis Dauid, tum vniuersæ domus interitum, quæ sicut vnius honoris creuisset, sic vnius exitio concideret. Merito gratias agit, carminibus tantum beneficium concelebrans, in omnem posteritatem *Infernum*, *tempus ultionis, gratiae anima*.

Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriae sanctitatis eius.

Sancti. I coniuncti,que laudes premit,ad laudem,et lauda innotescat dama clementia D
plurimis invitati ad laudandum. In primis sanctos eius, hos siue Angelos interpreta-
beris, qui sepius inuocantur in hoc poëmate, ut voces mortales ipsos, quibus est vox
caelestis, neq; vox hominé sonat, adiuuét pariter, euehétos numinis aëterni bonitaté: aut san-
tos in terra, senties iuxta vocabulū Hebraicū ῥωμ chasidau, probos, mites, placidos, inno-
centes, beneficos, benignos. Hos in primis hortari consentiunt Magistri, ut quoniam Da-
uid quoq; sanctus aliquando fuisse, nunc autem delapsus in peccatu, beneficio Dei surre-
xit: siquid eis simile (ut fert in causa mortalitas) aliquádo accidisset, sciréti nō deesse mis-
ericordiā, néue animis desiceréti, speraréti pro eius clemétiā veniā delicti à Deo cōsecuturos.
Itaq; eos cōfirmare, & cohortari, velut sui similes, ut quibus etiā singulariter sit datū colere
Deum, habere bonitatē eius magis quam reliquū vulgus, exploratā. Sancti enim nunc sunt
velut sacerdotes, religionumq; interpres, excubito res templi, tibus sacris præsidétes, di-
uinā carmina meditantes. Ad hos spectat diuinæ laudes, his argumentū proponit, quid can-
tādo prosequātur, misericordiā scilicet Dei, & clemētiam. Et quod nihil habet natura eius
melius, ac præstantius, quam vt velit, ac possit seruare quamplurimos. Quod ergo dixit, Cō
fitemini memoriam, nō est omnibus locis monendum, quoties nostri, siue Græci, siue Latini
trasferut in Psalmis cōfiteri, esse in Hebraico, verbū canēdi, laudādi, quod Greca lingua, ex
Hebraica sibi mutuata est ῥωμ hada, ἀλλα. Memoriā sanctitatis, siue memoriā sacerdotiā (est enim
phrasis Hebraica) vocat Hebræis testibus, nomē sanctū eius, famā, celebritatē, & quasi cō-
memoratiōnē. Cōfiteri memoriam sanctitatis eius, est laudare, celebrare, sacerdos sanctā eius
memoriā memorare: nominis eius, quo nullum sit sanctius, meminisse, affiduis carminibus
memorare. Quid enim ingratitudine turpis, gratitudine præstantius? qua nihil præstan-
tius mortales possunt pro beneficiis acceptis, Deo reddere, perpetuamq; accepti beneficij
memoriam recolere. Hæc non animis solum contineri, sed ore pronuntiari, & manifesta-
fieri, ybique nostris vocibus audiri debet. Hoc sacrificij genus offerri.

Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius: ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

*Ira in ind.
eius.*

Bscura sunt, propterea quod non sunt iuxta veritatē Hebraicā tralata. Pro eo, quod Sept. dixerūt ἐπὶ ὅρῳ θυμῷ αὐτῷ, Quoniam ira in indignatione eius. Hebraicū longē clarius, & apertius, quod Hieron. quoq; nouit, & translulit קַרְבָּלָה ki rega be appo, Quia momentū in ira eius. Hieron. similiter, Quoniā ad momētū est ira eius. Audis sensum meliorē, liquidiorē. Breue ad tempus, inquit, est ira eius. Non perpetuō irascitur, Nō est ira eius diuturna. Celeriter mitigatur, mitescit, sedatur. Pro ira igitur est Hebraicē ~~magis~~ קַרְבָּלָה rega, quod perspicuū est, sonare momentū, citō, velociter. Alioquin tralatio Sept. perdiffīciliſ. Quid enim est ira in indignatione eius? Éa vocē declarās Rabi David, loco eius substi-
Omnia an-
tem brevia,
tolerabiliꝫ
sunt eis
magna sint
lētias.
Vitam yo-
cis
Ad vesp.
demoſt.
&c.
cuſſe
*meat, parū, exigū momentū: enudansq; sensum, Quia si, inquit, fuerit indignatus contra hominem, at breue, & exigū tempus erit indignatio eius. Subiicit aliud in contrariū, Et vita in volūtate eius. Quod ab Hebræis vnanimiter verè declaratur, Vita diuturna in F
volūtate eius. Voluntas eius est, vt vita sit diuturna, sit ad longū tempus. Non delectatur in perditione viuorū. In votis eius est, vt viuat, vt sit mundus, sint res in mundo: vita non mortis, cupidus. Propterea parcit, cōdonat, haud ignarus imbecillitatis humanę. Misericordia eius plena est terra. Non est iracundus, crudelis, inexorabilis, durus, præfractus, nunquā furorem remittēs, celeriter reddit in gratiam, est clemens. Hanc ob causam creauit mundū, omnibus ad iucūdā vitā necessariis excogitatis. Hinc abominatur iniustitiā, violētiā vitā & cōſerationis humani generis inimica. Propterea declarās hūc diuinæ clementiæ ſapius cōprobatum effectūm subiicit: Ad vesperum fletus est, ad matutinum lātitia. Vehementer probatur Hebræorum expoſitio: Vesperum, ac noctem attribuisse fletibus, ac lacrymis, afflictionibus, mœrori, velut tenebrosum tempus nocturnum: at matutinum, redeunti lātitia & alacritati. Erant, ait, sub vespere, sub nocte, sub tenebris, plena mœroris omnia. Tempus opacum, & tenebrosum, fletus & lacrymas exhibebat. In lacrymis propter ſcelus admifsum, versabar totus. Tempus erat sine luce lātitia, tenebrisque nigrefcunt omnia circum. Ecce autem lux diuinæ bonitatis, clementiæ, misericordiæ restituit alacritatem, aurora ſimilis, quæ terras, tenebris opacis exoneratas, alacritatis ſuꝫ riſu latē compleuit, omnibus ad eius aduentum ridentibus, & lātantibus. Quām breuis est, si qua fuit propter noſtra delicta, diuina indignatio, ſi modo veniam petas, & diſpli cuſſe*

A cuius probeas, quod cum voluptate admisisti. Tam facile decurrerit, aufugit, quā in spatiū nocturnū. Sub vesperū gemebas, flebas, perpetratū facinus deplorabas: non diutiu in his lacrymis versatus, ad auroram, ad matutinam lucem diuinæ clementiæ lētaberis.

Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.

Bundátia Græcū respondet ad Hebaicū ~~eu~~^{eu}ñvñcō, felicitate, copia. Hebraicē ^{is}w shalau, Abunda
quid sonet, vox ipsa Latina docet, quæ hæc ipsa Hebraica est salus. Omnes enim lin-
guæ à matre sua Hebraica aliquas voces deflumpserunt, aut eas ab ea diuulsa retinue-
rūt. Quid autē salus est nisi copia, abūdantia, prosperitas, incolumitas? Assentior igitur He-
braëis, bifariā hunc locū exponētibus, Referre Dauid oculos aut ad pristinā felicitatē, abū-
dantiam, maiestatem, honores à mortalibus oblatis. Hos, ait, sempiternos, nulla calamita-
te interpellandos arbitrabar. Securum me maximè diuturna pace fore penè exploratum
habebam. Ecce abstulit omnia, inquam: propensa mortalitas est, nequitia, nihil in tebus hu-
manis fortuna paciente diuturnum. Falluntur, qui præsentem lætitiam, vultusq; serenos
fervutram semper fortunam arbitratur. Alij non corpoream felicitatem copiamq; bono-
rum terrestrium quasi amissam deplorare, & cur amiserit, admirari Dauid contendunt: sed
potius integratam, innocentiam, sine crimine vitam. Hanc illum sempiternā existimafsc.
Quis enim virum sanctum, cuius stabilitatem anteacta vita cōprobasset, tam miserè lapsu-
rum putasset, vt cū adulterio, pariter homicidiij scelus admitteret? Hoc admirari, ac deplo-
rare Dauid, qui felicitatem hanc sempiternam existimaret, sibiq; fore cum Deo perpetuā
gratiam, atq; amicitiam. Nunquam hanc gratiam amittendam, qua nullam, quæcumq; po-
stulasset, patiebatur repulsam: nunquam incōsultus, illususq; ab oraculo discederet. Illo ca-
lesti presidio comite, omnibus bellis superior esset, puer leones superasset, Gigātem deie-
cisset, interfecisset: ad regni maiestatem, ex humili loco peruenisset. Tunc ille gloriabatur,
plenusq; lætitia secum reputabat, ad omne tempus permansuram hanc diuinam bencuo-
lentiam: nunquam remouendum, deiiciendumq; se se ex tanto dignitatis gradu.

Domine in voluntate tua præstisti decori meo virtutem, auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.

Onsultis magistris, quos in explicanda verborū proprietate sequi optimū est, hunc
verū sensum reperies. Nā pro ῥογλαμε, decori meo, Hebraicē est γρα harci mon-
ti meo. Hieron. quōq; legit montē. Sunt duæ diſtiones inter se ſimillimæ γρα γρα ha-
rat, hadar, prima eſt mons, ſeunda decor. Posterior lectio fuit in exēplaribus Sept. quæ ex
Hebraicis Græca faciebāt: hodie vbiq; eſt vox montem designans Chaldaeus quoq; pro ea
poſuit, quæ clarè montem ſonat γρα turαι. Sed lectio Græcorum interpretum, tot licet
reclamātibus testibus, fortaffe verior. Námq; omnes Hebræi montē interpretātur maiestā-
tē, intellectum metaphoricō. Decorē igitur ſuū vocabat maiestatē, honores regios, excellē-
tia. Si montē legas, móte itē vocabat excellētia, eminentiā. Qualecūq; legatur, verus ſen-
ſus, vt monstratū eſt, exhibetur ab illis. Dediſti monti meo, nēpe maiestati fortitudinē. Cō-
firmaueras ſtabilieras, decus meū, erat robustū, firmiſſimū, volente te, dū tibi placaret, dū
volūtas tua in me prop̄ſā eſſet, dū totus in me inclinares, auxiliū tuū cōſiliis meis, meo pe-
ctori præſenſeſſet. Auerinēs, illuminans, tacitā lucē immittēs. At vbi oculos tuos aueristi, nec
amplius me respexisti: turbatus ſum, offuſa rationi caligo, tenebris incubātibus animus
cōcidit. Quicquid peccauī, fuit, quoniā deſeruisti me, memet mihi reliquiſti. Nihil valet
humana fragilitas absente Deo. Propterea docuit nos precari. Et ne nos inducas in tenta-
tionē. quoniā ſi noſtrā ſtabilitatē exquirere placcat, omnes homines inueniēt fragiles, im-
becillos, lapsabundos, facile cadentes. Hanc ob cauſam omnibus penē Psalmis, ſupplica-
tiones habentur, vt ſuſtineat, conſirmet, regat, lucem vitæ noſtræ præbeat.

Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.

Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendō in corruptionem

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?

Spereft, cùm peccata deprimit, onerantq; animum, veniā poscere, exclamare, vocari. Nō otij, non socordia: tēpus illud. Surgendū, vigilandū, precibus instandum contraētæ notæ delcantur. Omnibus contentionibus urgendum, ut celeriter

morbū depellas, sanī expurges. Hoc prophetas omnibus locis facere consueuisse comp̄eris: ea Psalmorum vñica, singularisq; philosophia: ea creberimas preces continet, pro facinoribus admissis. Hæc sunt carmina, his hymnis Deus summus extollitur, dum & nos nostra crimina faterimur, & eum clementem, exorabilem q; indicamus. Simul irasci peccantibus ostendentes, quo cuncta, quæ gerimus in terris, habere perspicua, malefacta autem odisse monstramus. Quoniam autem varia potest esse oratio, qua persuadere illi nitimur, ut nobis parcat, in primis est, quam Propheta sugerit hoc loco. Quæ inquit, *Vtilitas est hominibus perdendis: Quid prodest genus humanum delere? Quid in his est boni, qui è vita discessere? Qui nihil agnoscunt, celebrare diuina facta, conditorem laudare non posunt.* Sanguinem suum autoribus Hebreis dixit animam, vitam suam, quæ sanguine constat. Quæ fuerit, ait, *Vtilitas tibi, erepta mihi vita: quid assequeris, si vita hæc misera descendat in corruptionem, in interitū?* Nunquid puluis, in quæ defuncti resoluuntur, nū muta caduera, te laudabunt, fatebuntur, celebrabunt? Facta tua mirifica laudibus in cælum ferēt? An est aliquid laudis, prædicationis q; in extinc̄tis, & æthere casis, cuius causa genus humanum condidisti? Condidisti, inquam, vt cælum, ac terras, tantamq; rerum pulchritudinem cernentes, creatorem admirati, vultus ad sidera tollent, manib;que supinis gratias agerent, adorarent, venerarentur. Faciētne hoc, quos excederis, quibus vitā ademeris? Veritatem eius dicit, res certas, perspectas, exploratas, quas ipse cōdidit, quas in oculis gerimus quotidie, manib;que tractamus. Veritatem quoq; eius, nempe stabilitatem, firmitatem suæ potentiae, robur inuitæ naturæ. Veritatem quoq; fidem, constantiam eorum, quæ promittit. Nam pro veritate, Chaldaeus substituit ḥ̄em enarrach, fidem tuam. Graci quoq; bene declarant Veritatem tuam, nimirum ḥ̄i oī ḥ̄ληθ̄ς θεος, Quod sis verè Deus, quod verax, cùm reliqui Dij mendaces omnes. Præstat igitur me incolumem esse, viuere, vt bonitatem tuam concinan, vbiq; celebrem reddam. Interitū, & corruptionem referunt Hebrei tum ad damnationem sempiternam. (Nam neque damnati gratias habere possunt) tum ad interitum corporis, quod magis quadrat, hōc q; spectasse psalmus appetet. Nam de his, quæ ad animos attinent, raro in Veteri testamento mentionem reperies.

Audiuit Dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus.

Paniten-
tia def̄r.

Mnia hæc præterita, imperativa sunt: Audi Domine, miserere mei. Domine esto adiutor meus. Cōsule quoque Hieronymum, hæc vera esse comp̄eris. Primum igitur deplorauit facinus, ingemuit, altè suspiria duxit, illacrymatus est, puduit, pœnituit, in se ipsum iratus, ipse sibi viluit, despabilis fuit, contemptus, execrabilis. Post hanc commotionem (pars enim sanitatis est, morbum agnouisse) ad clementia fontem se contulit, ignorseret postulavit, nullam esse perditorum, damnatorum, interfectorumq; vtilitatem, posse viuentes, & seruatos viles esse, magno rerum Domino aliquid obsequij, in magno regno præstantes, saltem quæ maxima laus, bonitatem, & clementiam super conseruatis prædicantes. Postulauit primum preces suas gratas esse. Preces erant, vt ignosceret, miseretur. Tum ne omitteret quo minus consuetum auxilium afferret, nœve aduersus inimicos dimicanti pristinam fortitudinem subduceret. Cōtra casus aduersos custos affiseret, audaciam roburq; p̄ceptori suggereret: quamcunq; ægritudinem res humanae ob earum incōstantiam animo consuescant afferre, debilitantes, ac frigentes, discuteret, serenaret: tristium rerum contemptorem animum efficeret. Hoc omne continetur ea precatione, qua postulat cum adiutore. Ostendit deinceps se exauditum, triumphat, gratulatur.

Conuertisti planctum meum, in gaudium m̄hii, considisti saccum, & circundedisti me lætitia.

In gaudiū. **C**onfidisti. **C**ircund. **m̄hii. **S**accus.** N gaudiū venustè Sept. Græcè transtulerūt, quod esset Hebraicè ḥ̄m̄ machol, chorū, vt vertit Hieron. Chorus ergo est pro gaudio. Cōuertisti planctū meum in chorū, in lætitia, in canticū, & quod Latinus, Cōscidisti, clarius Græcū ad Hebraicū δέρματα foluisti, scidisti, discerpisti. Quod sequitur, Circundedisti lætitia: respondet discello sacco. Saccū mihi distractisti: vice eius, lætitia, gaudio m̄hī induisti. Prior vestis erat lugubris, flebilis, saccum, hac amota, reddita est vestis letitiae. Subiit gaudiū, exultatio, præterea quod m̄hī ignouisti, facinus condonasti, me tua clementia redemisti. In sacco pœnitentes præteritū scelus deplorabāt. Illud signū erat displicuisse scelus, atq; indolescere super eo, quod cōtra fas

A fas placuisse, Saccus vestis durissima, qua duriter corpus malorum causam vexabat, vim in sciplos exercentes, ne exerceretur à Deo, sese ad poenas vltro vocantes, atque abstrahentes. Finis igitur psalmi, est triumphus, alacritas, gratulatio. Expiatum est peccatum, neq; longior dolor relatus est delinquenti, neq; hostibus diutina lætitia. Non est datum, vt inimici longius gratulentur, quod eos fecisse, à principio commemorauerat, stragem, excidiumq; domus Dauid, ob immane facinus, fore suspiciati, & id inter se prædicantes.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

Pro Ebraica in suum ordinem, Latinè restituantur: Non est enim gloria mea, sed duntat. Vt cātet te gloria. Subauditur Hebreis, omnis homo. Vt omnis homo cantet tibi gloria. Estq; impersonale, Cantetur tibi gloria. Gloriā quoq; Rabi Dauid, (vt sacerdoti) alijs animam interpretatur, quæ sit gloria cuiusq; vt respondeat ex aduerso ei quod dixerat. Nunquid cōfitetur tibi puluis? At anima, vitaq; inquit cantabit te, & celebrabit. Quod autem dixerunt Sept. επινοστατω, Et non compungar, limpidius in fonte επινοστατω. Et non compungar, in hac vita, & in posterū, remanens anima post discessum ex corpore. Habes igitur sensum animorum, non ex Hebreis modò, sed & ipso diu Hieronymo. Græci quoque monent Symmachum, quæ secutus est Hieron, ad Hebraicum vertisse. επινοστατω, Non tacebo. Hunc locum declaras Rabi Dauid, Cātabit, ait, quasi glorificabit te gloria mea, nœce anima mea in æternum, propterea quod scelus mihi condonasti. Perspectum enim mihi, remāsuram in posterum animam meam. Ea te in sempiternū celebrabit, & nō tacebit. Idemq; affirmat ex antiquis Rabenis cogitasse Dauid templū Dei cōstituere, cāq; ob causam in titulo huius psalmi præfigi, Psalmus, cantici, dedicationis domus ipsius Dauid. Rabi quoque Auen Efra interpretatur gloriā επινοστατω neshama chakmach, Animam sapientem, quasi animam intelligētem, intelligēti corruptibilem. Chaldeus autem interpretatur gloriā, επινοστατω iakire alema, Honorabiles mundi summi proceres. Nam vt est alibi, Super ipsum contingunt reges os suum, ipsum gentes deprecabuntur. Potest igitur diuersis sensibus intelligi gloria, sive anima, sive regum maiestas, præcellentia. Aut per accusatum, Omnis homo gloriam decantabit, celebrabit gloriam tuam, propter tuam clementiā, qui plenus sis clementiæ, & bonitatis.

PSALMI XXX. EXPLANATIO.

Proscriptur apud Græcos, quos Latini sequuntur, is psalmus. In finē Psalmus Dauid, pro ecclasi. Sic Græcè επινοστατω, neque in fontibus Hebraicis, neque apud sanctum interpretem inuenies. Ne Chaldaeus quidem, solitus alias liberius Hebraicis addere, quod antiqua traditio doceret, adscripsit. Obelisco igitur deleatur. Ecclasi quidam Græci interpretatur excessum, peccatum, scelsum à reto, cùm vxorem Vriæ adulterio contaminasset: psalmumq; editum, dū fugeret filio Absalone persequeente. In eo dissentunt Hebrei, potius editū psalmum Sauli ceruicibus ciuis instante atrociter vrgēte. Has orationes, atq; has gratias, recordatus postea præteritarum calamitatum rex ipse, vbi parta quies, habebat. Singulis beneficiis, singulas orationes, & carmina triūphalia adnumerāt, tres in primis aut quatuor insigniores calamitates auxilio cælesti vitauerat. Has vbiique ferē commemorat, nunquam gratiis habendis defessus, memoria viribus integer vñque. Edebat, quemadmodum dixi, hæc carmina, trāquilla pace, quiete, multis post annis, bellis iam sotiris, sinitimis nationibus pacatis. Adibat templum, cantoribus quos ipse facrauerat, carmina, qua per quietem contextisset, (eruditissimus enim poëta fuit, velut Sibyllæ agitante Deo, non concessa cunctis oracula profundens) canenda tradebat. Ipse medius confidebat, alacri voce (vt cùm ante arcā Dei exiliret) cantores adiuuabat. Præterea piissimus fuit, Dei q; ardentissimus cultor. Recordatus igitur præteritæ calamitatis, cùm Saul crudeliter instaret, totiesq; ab insidiis eius duce Deo liberatus, qui fraudes hostiles detegret, non vnam, atque alteram pro hoc beneficio odas edidit: cantoribusq; vt perhibent Hebrei, tradebat, sed longe plurimas, & quibus hac vna est. Præterea psalmus inscribitur, Carmen triumphale, viatorias illas pristinas Vate respiciente.

psalmos quando nō ederet Dauid.

psalmos à se cōpositos cantoribus tradebat, illisq; cōcinebat.

IN te Domine sperauit non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Spes. Non confundar.

Sicut in carminis spes est. Orat ut ne spes sit inanis, nullius fructus, ut qui sperant ventura, quæ nunquam venient, quibus nō subsint vires, & causæ ut venire possint. At hi qui sperat in Deo, nō possunt hac de causa decipi, quod is in quo sperat, præstare non possit, aut non audiat quod postulatur. Prophetæ norant eum omnipotentem, norat item sic omnia exaudire absentem, veluti si coram adesset. Reliquum erat, ut precarentur, gratae audiret, néue sperantes illudceret. Itaque quod ait, Non confundar, est potius (ut saepius antè dictum est) vetantis, prohibentis. Ne confundar, verbū confundendi clarius Hebraicè & Græcè ἐβοσα, erubescā, pudebam. Græcè κεταχωθέν, pudore, & ignominia afficiat. Perinde si diceret, Ne confundar, ne decipiar, ne ridiculus appaream, quod mihi turpissem est, & tibi non admodum honorificū, ludificare mortales in te sperantes, veluti non sentias, aut nō possis, aut negligas, humanis calamitatibus oblectatus. Dixit item, Ne confundar in æternum. Hebraicè, in æternum, semper: cū negatione, sonat nūquā. Non lauabis mihi pedes in æternum: nunquam lauabis. sic, Ne confundar in æternū, ne sit vñquam spes hæc vana. Semper spero, sperauitq; sic semper assequar, quod spero. Aut, Ne confundar in æternum, si simul, atq; sperauit, auxiliūq; implorauit, nihil auxilij misisti. At ne sit semper hæc expectatio inanis. Aliquādo dignare nos tuis responsis, aliquando nostri misericordias, ne semper cōtēnas, semper reiicias, oculos auertas. Utq; magis flectat, iustissimamq; opitulandi, & quasi flexanimam, causam proponat, addit: In iustitia tua libera me: non mea iustitia, bonitate, sed tua. Tua bonitas, tua integritas, immensa bonitas te flectat, tibi persuadeat, te cogat. In me enim nihil eiusmodi est, quod te impellat, ut dignū me iudices, ope tua. Ratio igitur iustissima est, te decere mortales exaudire, non facta meritaq; eorum, sed te ipsum respicientem, considerantēq; non quid nos accipere, sed quid te dare deceat. Tanta est autem bonitas, iustitiaq; ip te, ut ea possit omnia, quantumuis atrocia criminis delere. Oppositaq; clementia tua, atq; multitudine magnorum scelerum, plus in te fit ad parcendū, quam in ipso scelere ad damnandum. Tua bonitas propter eius magnitudinem omnia mundat, iustificat, ut verbo utr Ecclesiastico. Redundat in Græcis, & Latinis καλέσ με, Et eripe me. Est duntaxat, Libera me.

Inclina ad me aurem tuam, acceler, ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut saluum me facias.

Agentur preces, omni cōtentione agitur, nullæ rationes omittuntur, quibus in sua vota Deum Vates inducat. Superius, tua clementia, iustitia, bonitas, non mea liberet, absoluat. Nunc, aures inclina. Tribuit enim vbiq; sacra poësis, oculos, & aures Deo, quemadmodum quoq; profana. Sunt, ait, tibi cuncta, quæ toto mundo geruntur excipientes aures. Hæc ad preces meas aperi, placidas aures, inquam, ne obstruas, celeriterq; auxiliū submittas, celeriter accurras. Omnis spes salutis in celeritate posita. Nisi quid auxiliū celeriter attuleris, actum de me est. Esto mihi protector. Tropus Hebraicus, ut protectionē Græci dicunt à scuto, ἑπεξαρίου, sic Hebrei à petris durissimis, silicibus, scopulo. Itaq; pro Protectore, est ης zur, Petra, scopulus. Esto mihi petra, aut scilicet fortissimum robur, aut arx munitissima, scopulis inaccessis affixa, quod nequeat hostis aspirare. Propterea Hieronymus hoc transtulit, Esto mihi in lapidem fortissimum. Domum refugij dixerunt Sept. ὁμοκεταφύης, quod Hebreis est domum τινῶν mezudoth, munitionis, domum munitam, quasi propugnaculum fortissimum, in loco edito in summo colle positum castellum natura loci inexpugnabile. Ob hanc causam Hieronymus in Psalterio, quod ex Hebraico fecit bonum Latinum, Et in domum munitam. Talis, ait, mihi esto, talis me custodia defendat. Hoc præsidio me contineam.

Dominus refugij.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu, & propter non tuum deduces, & enutries me.

For-

A Ortitudo, ut Græcè est, κεταχωμα, robur, firmamentum, Hebraicè υψηλα, petra, silex: *Fortitudo mea.* Eadem atque superioris similitudine, aut scilicet durities mea, per quam ego fortis, *mea.* inexpugnabilis existo, istibus aduersiorum imperius, telis eorum penetrabilis. Aut arx mea, præsidium tutissimum super scopulo, super edito loco positum, quod hostes procul suspiciunt, irrisi, dentibusque frementes abeant, nostri contumelis insultent. Hieronymus igitur sciēs proprietatem Hebraicam reddidit, Quia pētra mea. Pro *Refugium.* refugio quoque, est eadem, ac superioris, vox τινῶν mezuda, munitio, ut transtulit Hieronymus propugnaculum, turris edita, castra excelsa loco posita. Tu, ait, murus meus, meū præsidium. Quod ait, Propter nomen tuum deduces, Deduces Græcè ὅδηγης, ages per viam, *Deduces* ductor eris mihi, velut dux, pastor ages. Si mihi locus excelsus es, si turris, aut castellū, *me.* certè sine labore, ac lassitudine condescendere non possum. Ergo ductor eris quoque, ageris; me ad hanc inexpugnabilem arcem. Esto igitur præsidium, esto dux itineris, & comes, ut quocunque gradiar, tua custodia comitetur. Iter doceas, nequid sinistri contingat. Propter nomen tuū. Vbique hæc oratio adhibetur, non propter merita nostra, probitatem, iustitiā, beneficis existat, sed propter maiestatē suam, bonitatē, clementiā, facturus naturæ suæ cōgrua, cogitans quid magnitudo suę bonitatis nō quid fragilitas nostra postulet. Nomen suū *Propter* dixit maiestatem, famam diuinitatis, ac potentia. Aut nomen (ut aiunt Græci) quo diceris *nomen tuū.* misericors. Quanquam periphrasticōs putant quoque dictum nomen eius, ipsūmet. Propter te ipsum. Quodque subiicit, Et enutries, verbum Hebraicum υψηλα tenchaleni, signat B portare, sustentare, sustinere. Petit atque orat ut agat per iter, sit ductor, comes. Itē inquit ut *Enutries.* per aspera, salebrofa, per tela, per hostes transenitem subuehat, vestigia firmet, robur pedibus addat, labentem sustineat.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus.

A Q U E V S est Græcè, quod Latinus exprimit in παγίδες, Hebraicè τινῶν reshet. Ex rete. Vox Hebraica defluxit in Latinum sermonē. Hieron. similiter edidit, Educes me de rete. Obtenderunt, ait, pedibus rete, infidias collocauerunt, ut cōtinuò adorirentur, interceptūmq; suffocarent, ut cæco reti memet inducerem. Declarat sensim, quod genus periculi circumstaret, à quo petit, atque orat liberari. Nondum quidem fuerat interceptus, sed præsens periculum instabat. Nec temperat iterare, eum esse protectorem, tutelam suam, vnicum præsidium, singulare decus. Idcirco oportere eum saluti sue prospicere. Nam qui virtutis officia, qui charitatem à nobis expectant, fidentissimè præstolantes erubescimus prodere, si modò pudere didicimus, si ruborem timemus, quem offundit ignominia. Quid autem turpius, quam eos deseruisse, qui se se totos tibi tradidissent?

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me
Domine Deus veritatis.

C O R I T V M , assentientibus Hebreis, nunc vocat animam, seu vitam, vitam qua sustinentur animantes. Commendare spiritum in manus, est in potestatem eius tradere, *spiritus.* *Commend.* suis clementiæ committere vitam, rationem sua salutis totam Deo relinquere. Manus, eisdem Magistris, sua lingue apprimè gnaris astipulantibus, est in sacris litteris vis, protestas, autoritas. Cui Græci quoque assentuntur, Χεὶρας γὰρ δὲ τὸν οἰχεῖν τοῦτον τὸν Χεὶρον θεόν θεῖν, ait Euthy. Non poterit hostis iniicere mihi crudeles manus, si fuerit in manu tua vita mea: propterea trado tibi asseruādam. Redemisti me. Præteritum pro futuro Rabi David afferit esse: suntq; in hoc poëmate longè plurima exempla. Haud ab re, ait, me totum tibi trado. Certum enim est mihi sub tutissima custodia consistere. Ab inimicis me redimes, eos à maleficio prohibebis: sitis illa, rabiēisque nocendi non attinget, sibi ipsi tormentum futura, in ipsis hostibus remansura. Hanc ob causam vocat eum, Deum veritatis, nimirum, Deum veracem, fidelem, non deceptorem, proditorēmque. Me tibi tradidi protectioni, præsidioque tuo me commisi: at tu redimes, liberabis, defendes: quia Deus verax es, non proditor, illusor, desertor eorum qui se tuā fiduci permiserunt. Quod promittis, exqueris: quod à te speratur, certo tempore datur. Non est spes inanis eorum, qui in te sperant. Tu es Deus veritatis, à quo veritas omnis sumptis exordium, præses veritatis, inimicus illi, qui mendacium est, & pater eius. Tres igitur sunt aetus naturali ordine progredi- *Periculum.* *Comeditati.* S. iiiij

*Salus, ob
fidelitatem.* entes. Imminet periculum, salutem, vitam, spiritum nostrum Deo commendamus: ille liberat, quia verax est, non deserens in periculis, spem non ludificans. Agnosce philosopham cælestem.

Odisti obseruantes vanitatem superuaciè: ego autem in Domino sperauit.

*odist. obse.
van.*

Non est per secundam personam ψυχή, in fonte, sed per primam νοῦν sanethi, odio habui, odi. Nec est forsan aspernendus sensus Rabi Dauid, priorisque Abraham, Cūm, inquit, insequeretur Saul, instarētque ceruicibus, non hariolos, nō magicae vanitatis professores adiui, quos cōsulcrem, à quibus opem implorarem, imò vero contempsi, execratus sum, vt qui vanas professiones obseruant, vanissimis studentes, quorum euentus vanitas sit, ac vanissimi cuiusque ludibriū. Sed ad verum Deum accessi, huic nitebar, hunc consulbam, inde mihi viua responsa dabantur: is meum præsidium, spes vna. Græci hanc interpretationem afferre non possunt, vt quibus lectio sit per secundam personam, Odisti. Chaldeus quoque non abhorret à lectione Hebraica. Hanc vanitatis obseruantiam, quemadmodum antè dixi, Abraham, & Dauid, reliquorum explanatorum proceres interpretantur ταῦτα τὸν hanichus, vehacosem, Diuinationem, & magicem, quæ iure vanitates appellantur, & qui eas profitentur, vanitatis obseruatores. Possent item vanitates intellegi omnia peccata, vanissima quæque, quibus nullus subest fructus, in pernicie agentia. Execror, ait, & abominor, qui se his penitus dediderunt, nulla mihi cū sceleratis societas. E Quod Latinus dixit superuaciè, melius iuxta Hebraicū, & Græcū, incassū, frustrā, in vanū. Frustrā, inquit, his studentes, vitam in rebus inanibus transfigentes. Mirum est Hieronymum quoque legisse, Odisti.

Exultabo, & lætabor in misericordia tua, quoniam respexit humilitatem meam: saluasti de necessitatib[us] animam meam.

Humilitas.

VMILITATEM, quod apud Septuaginta est, τὴν ταπεινόμυθον, rectius diuus Hieronymus afflictionem meam, iuxta Hebraicum νῦν anei, tametsi humiliari, & affligi eodem spectet. Qui se humiliant, aut ab aliis humiliantur, necessariò deiiciuntur, sternuntur, vexantur, illidūtur tētrē. Necnō quod ait, Saluasti de necessitatibus, vt est Græcē εἰ τὸν ἀνεγνῶντα, Hebraicē est apertius, quemadmodum transtulit Hieron. Cognouisti tribulationes animæ meæ. Haud secus Hebraicum νῦν τὸν Ιαδαθα bezaroth naphsi, Nostri vexationes animæ meæ. Necessitates igitur pro vexationibus dixerunt interpretes. Similē quid explanatores Græci respiciunt, exponentes necessitates, περιστῆσις, κατάστησις, circumstantias, aut incidentias, pericula. Versus igitur habet: Respexit vexationes, agnouisti tribulationes, pressuras, angustias. Exultat, lætatur, triumphat super misericordia, siue vt est illis τὸν chafdeka, beneficentia, beneficio cælitus allato. Is est Psalmorum ritus, petunt atque orant à principio, ingemiscunt, proponunt pericula, clades impendentes, tempestatem aduentantem, despérationem omnium rerum, vna luce cælestis speci renidente. Haud F procul inde lætantur, gratulantur, velut exauditi, lætum pæana canentes, carmen triumphale concinenter: tum, quam ob causam triumphalis hymnus inscribitur, fit perspicuum. Diuinus ordo canendi, eminentissima, tollensque animos in altum theologia. Probatur oportere nos in periculis, in cælum manus tendere, suppliciter auxilium petere. Tum non esse vanas has preces, rapidisq[ue] ludibria ventis, nec in ventum vocem vertisse procellas. Consequi post supplicationes, ac fletus, triumphos, laetitiam, gratulationem, fructuosum esse fidere D[omi]no, precibus instare, vt liberet, tucatur. Neque enim eum proditorem, impostorūmque esse, spes mortalium ludificantem, esse Deum veracem, veridicū, benevolū, suorum amantem.

*Sal. de ne-
cessitate.*

Nec conclusisti me in manibus inimicorum, statuisti in loco spatiose pedes meos.

*Psalmorū
ritus, &
ordo.*

ON CLVSI STI in manibus, velut in potestatem hostium redigisti, qui catenis vinclū abstraherent, omnes in me cruciatus experīctur, exempla ederēt. Nā Saul, cuius persecutionē hoc Psalmus referit, probant Hebræi, saltus, quibus Dauid latitabat, indagine cinxerat, iam cum penè comprehensum tenebat, vix prædantium manus elabi poterat. Seruatus tamen est, hostes in alia bella auertente Deo. Erant pedes in angusto, vix plantas

Cōcludere.

ON CLVSI STI in manibus, velut in potestatem hostium redigisti, qui catenis vinclū abstraherent, omnes in me cruciatus experīctur, exempla ederēt. Nā Saul, cuius persecutionē hoc Psalmus referit, probant Hebræi, saltus, quibus Dauid latitabat, indagine cinxerat, iam cum penè comprehensum tenebat, vix prædantium manus elabi poterat. Seruatus tamen est, hostes in alia bella auertente Deo. Erant pedes in angusto, vix plantas

*stat. in lo.
sp. p.m.*

A platas mouere poterat, quin caperetur: Deus hostes auertit: spelunca, latibulumque egredius est Dauid, ex angustiis scilicet in libertatem. Data est pedibus libertas, vt possent quoque ingredi. Liberauit de necessitatibus, nempe ex angustiis animam, scilicet vitam eius. Reuertitur ad orationem, quam illis angustiis detentus habebat.

Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

IUVE hæc sit oratio referens præteritas illas calamitates, quibus circumfusus supplex oraret, post longum tempus digestis carminibus, & ad rationem carminis, rebus illis redactis. Nam illud non carminis, concentusque tempus erat, nec poterat vexatus animus carminibus aptus esse, sed tota res, post multos annos, harmonicè composita, & cū cantu pronuntiata fuit velut si præsens esset. Siue, vt nonnullis Hebreis placet, memoratis prioribus illis cladibus, quas beneficio immortalis Dei clapsus est, & pro his, gratiis habitis, adiungit alias preces aliorum malorum, præsentis temporis memoria propofita. Mihi quidem neutrum displaceat. Vulnera igitur aperit, dolore impellente vociferatur, iniuriam atrocitymque temporis exhibet. Petit, atque orat, vt auxilium celeriter, quemadmodum antea fecisset, submitat. Quod ait, Tribulor, Premunt, inquit, angustiæ. Iaiā labori succumbbo, defatigatis viribus amplius sustinere non possum. Et pro ἐπειδέξιον, conturbatus est, Hebraicē νῦν has, id verbum ducitur à tinea, quæ vocatur νῦν has, vt quasi dicendum sit, tineauit, eritque significatus, corrosus est, voratus, depastus est oculus meus. Assidue lacrymæ, propter fæsedinem, humor oculorum absumperunt. Hoc significatum sciens Hieron. transtulit, caligauit oculus, refugiens scilicet insolens verbum tineauit, & eiusdem significatus aliud subiiciens. Facit enim humor exhaustus, vt oculus calget, virtute videndi sublata. Nam Symmachus, quem fecutus est Hieron, pro Græco ἐπειδέξιον, turbatus est, dixit θελάθη turbidus factus, caligauit, exponitürque Græcis, propter assiduum fletum. Et quod dixit, Conturbatus est in ira: pro ira est νῦν caas, indignatione: tametsi idem est. Hanc indignationem, iramque, vel ipsius lacrymantis, indignantis, ac dolentis senties, aut quod nonnulli Hebrei, iram, furorem, rabiem inimici. Caligauit, ait, oculus meus ob rabiem, furorē, quo inimicus incus in me properat, impetum facturus. Aut lacrymas continere non possum, dolore turbante animum, fletumque exprimente, idq[ue] semper. Hoc magis quadrat propter sequentia. Nam Græci, qui propter indignationem Dei, non omnino mihi probantur. Quod dixit, Anima mea, & venter, et si Rabi Dauid refert hæc ad famem, & sitim, esuriisse, & sitim Dauid in illis calamitatibus, animamque interpretatur, quæ appetit: videntur probabilius vniuersam perturbationem, commotionemque designari, cū mentē, animam, corpus, intima præcordia dicit perturbata: vsque ad interiores partes perturbatione penetrante, eāque exagitante, quatiante. Maximus igitur motus, ac trepidatio ponitur, toto intus & extrā homine motum accipiente, vt impetrat auxilium.

CQuoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa conturbata sunt.

Tint lucidiora, tametsi non variant multum, pro ἐπειδέξιον, defecit, sons νῦν calu, consumpcta, exhausta vita mea. Pro ἐπειδέξιον, In dolore, est παναγό, mætre, tristitia, vt ver- in dol. tit Hieron. Pro γενερούσιον, gemitibus, numero multo, est duntaxat νῦν anachath, ge- ingem. mitu. Quodque dixerunt ἡ δύναται ἡ φλεγε. Infirmata est in paupertate, Paupertate mea, est νῦν aoni, iniuriate, aut afflictione mea. Conturbata sunt, est verbū, quod superius ostendimus νῦν aesi, tineauerunt, nempe vorata, exhausta, depasta sunt ossa mea. Propterea verit hoc verbum Hieron. contabuerunt. Vniuersa hæc non longè discrepat. Exaggerat (vt affuerit) lamentationes, exponit magnitudinem calamitatum. Fuerūt, qui haec de aggritudine corporea interpretarentur. At si consistendum est in his, quæ ab exordio proposita sunt, atrocem illam persecutionem Saulis represtant, quam vberitate verborum, & Poēticis hyperbolis exaggerat, ostendens ob dolorem, ac gemitum, vitam hominis minui, cor- panas Christi, en- pus debilitari, ac frangi, ascribitque omnia peccatis suis, vt solent sapientes, quibus explo- ius linore ratum est, poenas, & incommoda delere criminā, redeunte natura diuina ad clementiam. sanati fu- mus.

quo corporis spes?

Super omnes inimicos meos, factus sum opprobrium: & vicinis meis
valde, & timor notis meis: qui videbant me, foras fugerunt à me.

Vò clarius percipientur, iterum Latina moneta recudantur. Propter inimicos meos
factus sum dedecus, & vicinis meis valde, & timor notis meis, qui vident me, extra
fugerunt à me. Hęc aperiens, expriménsque Rabi Daud, cui fuit in primis cura per-
spicuitatis, Propter mala, inquit, quæ mihi hostes intulerunt, & quæ quotidie aduersum me
moliuntur, factus sum fabula, contumelia, dedecus, propterea quod fugio ab illis, à loco ad
locum: & vicinis meis, non videlicet externis factus sum dedecus, sed meis, sed propinquis,
reliquisque Israëlitis. Hi me risu, contumeliis insequuntur: velut, quod alibi dicitur: Posui-
sti nos dedecus vicinis nostris. Notis autem meis, his scilicet, qui me diligunt, confanguineisque, & propinquis factus sum timor, & trepidatio, ut qui metuunt propter me, ne tan-
dem incidam in manus Saul, & quicunque cernit me, sermonem, aditumque defugit, ne
quid calamitatis propter me patiatur. Solent enim in calamitate plerunque fieri ex amicis
inimici, habentes odio, quem fortuna persequitur. Is est sensus. Nam quod Sept. obscurè in
Græcum transtulerunt πτεράνας τὰς ἔχθρας μέσος Super omnes inimicos meos, clarius est in
Hebraico זְרֹעָרִים zoreraim, Ab omnibus inimicis, vel propter inimicos meos, Propter
hostium persecutionem factus sum dedecus. Facit inimicorum crudelitas, odiisque perti-
nacia, ut nusquam mihi sit locus, nunquam interquiescam. Fugitiuus ubique, qui ceteris
quondam longè anteccelerem. Hęc fuga reddidit me cunctis contemptibilem, & abomi-
nabilem. Conspirauerunt omnes in meam perniciem, alii defugiunt, velut portentum, ne
quid ex mea consuetudine, detrimenti contrahant. Hostes insequuntur, mei trepidant, ce-
teri diffugiunt, auersantur: cérne quanta malorum tempestas.

Et obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde: factus sum
tanquam vas perditum.

Sordō poēmatis Hebraici, vt videbis item apud Hieronymum. Aspice, inquit, quo
statu res mea sit, quot me clades circunstant. Illi ipsi amici, familiares habent me
pro eo de cuius salute iā desperauerint. A corde ipsorum datus sum obliuioni velut
mortuus. Cor eorum de me velut mortuo cogitat, in eorum cogitatione sum perinde, si
periisse. Vident enim salutem meam in precipiti. Iam de me cogitare desierunt: iam de
me memoria nulla est. Profert quoque comparationem vasis perdit, quod iam senio con-
fectum, morti propinquum est: aut quod iam dudum periit, cuius nullus est fructus, nullus
vitus possessoribus, propterea nec manibus teritur, nec in domo ad aliquem vitum adhibe-
tur. Vas appellat, vt sonat Hebraicum, & Græcum οὐεῖος, quidquid vñi est, quodcunq; no-
bis ad aliquid efferendum, aut agendum deseruit. Vas perditum est, vas, siue instrumentum
senio obsoletum, aut infractum, destrūctum, quod non amplius sit vñi, nec tangitur, nec
nominatur. Talem se prop̄ factum queritur Vates, veluti cum quem neque cogitat am-
plius propinquus, iam veluti deploratum, inutile cadaver, sine vita, sine vñi, vtilitate: velut
qui morte effugere non possit. Ad hanc rationem exponunt Hebraici, & Græci. Desperau-
rant de eo propinquus, quod cedes eius videretur ineuitabilis, atrociter rege persequente.

Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium
in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam
meam consiliati sunt.

Comm. in
circuui. **V**ò d Græci transtulerunt παρονέστιον καὶ ωρίλατον, Commorantium in circuitu, est vox He-
braica זְרֹעָרִים magor, terror, timor, trepidatio, vt Hebraei declarant. Est q; versus, Terror
in circuitu, quo scilicet exterrit me, calumniis appetentes, notam mihi inurentes,
& iuxta has calumnias, cædem mihi minantes. Item quod dixerunt εἰ τῷ ἐπιονταχθῆναι, Dum
ipsi conuenirent, quod Latinus minus aptè, in eo dum conuenirent. Veibum conueniendi,
in Hebraico est verbum consultandi συνεντησθαι beiuale dam, In consultando ipsos: dum ipsi
consultarent, pessimum contra salutem meam iniere consilium. Inimici eius (inquit Rabi
Daud exponens hunc versum) deferebant contra eum apud Saulem. Ob hanc causam, ait,
Est

AEt mihi terror vndique, quia non uno ex loco metus impendet, sed vndique. Dum cosul-
tant, quia scilicet vna conspirauerunt, consilium inierunt contra me, cogitantes corripere
animam seu vitam meam, auferre mihi vitam. Est igitur totus versus, Quoniam audiui vi-
tuperationem, aut dedecus multorum. Metus vndique, dum inuenit consilium simul con-
tra me corripere animam meam, pessimum consilium inierunt. Hierony. vocem magor,
transtulit congregationem, sed ab omnibus Hebreis exponitur metus, terror. Quanquam
est alia vox ferè huic similis designans collectionem, congregationem.

Ego autem in te sperauit Domine: dixi, Deus meus es tu: in mani-
bus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.

Geo d Græci transtulerunt ἵκληποι μες, Sortes meæ, Hebraicè est ἥπατοι ιθοθαι, tem-
pora mea. Tempora sua exponunt Hebrai, quibus hostes, illi infidiabantur, interci-
pere conantes. Hęc tempora, inquit, non sunt in potestate inimicorum, sed in potes-
tate Dei. Non possunt ad nutum suum disponere quod animo complectuntur, propterea, in mani-
bus tuis. inquit, eripe me, ne me violēta, crudelisq; manus abstrahat. Rabi Abraham exponit quod bus tuu.
& ipsum placet, tempus salutis. In potestate tua, inquit, est tempus meæ salutis, si me serua-
re malis. Rabi quoque Salomon simile quid: Tempora, inquit, quæ super me decurrunt, sunt
secundum dispositiones tuas, peraguntur vt tibi placitum est. Omnis meæ salutis ratio, in
potestate tua consistit. Hanc ob causam, serua me. Hęc tempora vides optime Sept. vocasse
sortes, quod Græci exponentes ferunt sortes mortis, & vitæ, rerum felicium, & infelicium,
in potestate, in manibus eius esse. Tu potes, ait, seruare, & perdere, necis, ac vita dominus,
Morte afficis, vitam concedis. Deprimis, attolis. Superest igitur, vt me de manibus inimi-
corum eripias.

Illumina faciem tuam super serum tuum: saluum me fac in misericordia tua. Domine non confundar, quoniam inuocavi te.

TINVS non satis propriè illumina, siue illustra, cùm sit Græcè ἑτερόποιος, ostende, fac
apparere, Hebraicè quoque זְרֹעָרִים hairath. Precatur igitur faciem suam detegat, vul-
tum iucundissimum ostendat, miceroris tenebras discentiat. Illo vultu sc̄e terris ostē-
dente, fugient vasto æthere nimbi, nubila discedent. Omnia lœta, ridentia, exultantia: Fu-
lvi, & tristes erinnyses penitus facebent. Orat vt eum, sua clementia seruet, succurat sua mi-
sericordia, vbi desit humana virtus, quæ Deum ad beneficium excitet. Quod dixit, Non
confundar, ostensem superius: dicendum, Ne confundar, ne pudesciam, ne erubescam, ne
spes sit inanis, cùm peto auxilium, ne sece auerterat, ne aures obdat, ne ipse illusus disce-
dat, casias preces in Zephyros mittens.

C Erubescant impij, & deducantur in infernum.

Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum
iniquitatem, in superbia, & in abusione.

NOn ego, sed illi erubescant, illorum sit dedecus, ignominia: atque adeo damnati, &
profligati cernantur, vt in infernum, siue in sepulchrum, siue in tartarum, (vtrunque
proponit Hebrais) deducantur, siue vt est Hebraicè ψωτιδδεμοι, concidantur, in-
terficiantur, aboleantur, extinguantur. Mutaque fiant labia dolosa. Propter ea quæ superius
memorauit cùm diceret, Audiui vituperationem multorum: nunc, Muta siat labia dolosa.
Dolosa, in origine, labia, ψωτι, sheker, mendacij. Labia mendacia, falsidica, maledicta, menti-
tia, notam inurentia, vituperantia, nō possint loqui. Vox sceleratorum concidat, intra gut-
tur compressa conticescat. Hoc sit iniquæ loquacitatis supplicium, vt quæ contra iustum
inuictum, contra David, caterosque iustos. Loquuntur autem ἀρρώται, vt est Græcè, iniqui-
tatem, vt est Hebraicè ψωτι, atak, fortia, dura, vt exponunt Hebrai, & Hieron. interpretatur. inst.
Spirant minas, & cades, deferunt funesta, crudelia, è quibus mea pernicioes existat. Loquū-
tur autem superbè, atque arrogantiā sumentes, me despicabilem, nauci hominem, nul-
lius pretij, terræ inutile pondus, perniciosum reipublicæ prædicantes, quod furor persequē-
tis me Regis, magis incandescat. Est hoc loco Græcis nomen ζεδερώει, quod rectius reddi-
tum est. Insuper.

Abusione. tur, vt habent emaculati codices, contemptu, quām vt alij, Abusione. In superbia, & contemptu: non in superbia, & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.

Dule. **O**N S V E T A carminis ratio, post preces, post exposita pericula, quæ circumstent, ve-
sus ad subsidio impetrato gratulantur, clementiam, benignitatemque diuinam, quæ se-
plicet, proponit ab Hebrais præclarus sensus. Loquuntur, ait, contra iustos, eos superbè
despicentes, pro nullis habentes, at tu in futurum tempus abscondisti, reposuisti, & quasi in
thesauris condidisti magnum quoddam bonum, suavitatem, felicitatemque inextinguibili-
em, quām vt ait Diuus ille) nec oculus vidit, nec auris audiebat, tametsi iidem iusti in hac
vita multas contumelias perferentes, potius contemptibiles, nullius pretij apud improbos
habentur. Abscondisti igitur est velut in thesauris reposuisti, condidisti, ab oculis amouisti.
Abscondi. Hoc constanter Rabi Salomon, & Rabi Daud adhibent. Quod ait, Perfecisti eis, vt clarius
percipiatur, Græcè est ξεψιδων, fecisti, operatus es. Similiter Hebraicum ρηνα paalata, feci-
sti, sperantibus in te. Proponiturque ab eisdē Magistris verus sensus. Hoc bonum, vel hanc
inæstimabilem, inauditamque suavitatem fecisti, operatus es. Sperantibus in te, incipit in
hac vita, ipsis mortalibus videntibus. In oculis eorum geritur res, multa beneficia consequi-
sperantes in te, vel in hac corpore vita, quid putas in futura. Emendandi sunt quidam La-
tini codices. Non enim dicendum est, A conspectu filiorum hominum: sed, In conspectu
filiorum hominum, & Græcè liquidius εντονος της γραμμης της αρθρωποτης. In oculis, in præsentia ho-
minum. Græci putant alium sensum, Abscondere suavitatem suam nonnunquam timentibus se, relinquens, vt eos exerceat, vt in officio contineat. Rursum reddere claram, homini-
bus aspicientibus, vt noscant parata esse hæc sperantibus in eum bona. Sed Hebraorum
mihi placet explanatio.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum:
abscondes eos in tabernaculo à contradictione linguarum

Affodes. **I**QVIDIO R A fiant vt mens facilius excipiat. Abscondes eos in protectione vultus
tui, à superbia, aut arrogantia viri: Abscondes eos in umbraculo, à contradictione,
sive contentione, maledicentia linguarum. Sensus igitur clarus, respondens superio-
ribus. Loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia. Nunc subiicit contraria, aduersus
has pestes, contra pessimas linguis, adesse auxilium Dei, qui iustos ab improborum ma-
ledicentia tucatur. Nihil scelerorum arrogantissimam linguam contra eos adturam. Ab-
scondet igitur, sive defendet, ac proteget eos, protectione vultus sui. Respicet vultu pro-
pitio, paternis oculis, benignitate, atque hilaritate sui vultus eos amplectetur. Sua illa ma-
gna clementia souebit, nihil humana superbia, nihil fastus aduersus eos poterit. A contra-
dictione, seu maledicentia linguarum proteget, umbraculo, quodam sive elementi tento-
rio, quod vt defendet ab astu, sic illud Dei defendet ab improbitate linguarum. Erunt hoc
Dei scuto eos protegēt securi. Virulentæ linguae fibilabunt incassum, in ventos: sicut quæ
loquentur rapidis ludibriæ ventis. Audis igitur in psalmis auxilium Dei contra linguis ve-
nenatas, si modò colas, si speras in eum. Vox Hebraica ρηνα rukise, quam Septuaginta tran-
stulerunt τελεχη, conturbationem, exponit ab Hebrais, quibus in declarandis nominibus
non abroganda fides est, superbia, elatio, fastus, arrogantia. Tabernaculum est quod
Græcè σκηνη, scena, tentorium, umbraculum. Designat protectionem, defensionem. Con-
tradictionem Græcè ανταρσια, intelliges iuxta Hebraicum ρηνα rib, iurgium, loquacitatem,
maledicentiam.

Benedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam
suum in ciuitate munera.

Visitata

Mirific. **A**NTES SIT ATAP salmorum acclamatio. Primum vociferantur, ingemiscunt: pericula ca-
lamitatisq; præsentes proponunt ante oculos Dei, precibus instant liberari. Eodem
carmine gratulantur exauditi: auxilióque impetrato, prædicatur, benedicatur Deus
clemens, placidus, qui audiat mortales inuocantes, è terris oculos ad eum attollentes, qui misericordiam suam, nempe beneficium mirabile efficiat in terris, prodigiosam salutē affe-
rens, salutē, inquam, inopinatam, quam inimici minimè suspicarentur, vt cùm scidit mediū
mare rubrum, cùm diluio sceleratis obrutis, seruauit piū cū prole. Tale quid in particulari
sépius facere probatur erga céteros iustos. Mirificat, mirabilem facit suam misericordiam: *In ciuitate munera.*
cogit omnes admirari. Salus insperata cælitus venit. Quod ait, In ciuitate munera: id ē, He-
braicum exemplar habet. Sensus ab Hebrais adhibetur: Fecit mirabilem misericordiam
suam, veluti si fuisset in vrbe munitione, loci natura: sic cius clementia seruatus sum, vt si
in aliqua arce fuisset. Rabi Salomon sentit vrbe, quæ dicitur Keila, in quam confugerat
David, id cùm audisset Saul, rapto agmine ad eum accurrit, deprrensus si posset. Da-
vid, duce Deo, euasit incolumis, neminem ē suis desiderauit. Priori sensui Græci quoque
assentiuntur.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ, Proiectus sum à facie
oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.

In excessu. **V**OX Septuaginta dixerunt ἔγαστον, ecstasis, sive excessum, quanquam Hieronymus
in suo Psalterio ad Hebraicam veritatem, verterit stuporem, rectius vox Hebraica
chaphesi, transfertur festinatio, sive præcipitatio, Hebrais ad unum id afferenti-
bus. Ego dixi in præcipitatione mea. Huius præcipitationis, sive fugæ ferunt haberet in tio-
nem, cùm fugeret David Saulem persequente, tunc pauore percussus, laetitiae debili-
tatis, omni auxilio se destitutum, auersumq; sanctū numen, quod sibi praesidio, & ornamen-
to esset, existimabant. Hanc penè desperationē nunc memor, gratiisque recolit, propterea
quod illico subodium cælestè superuenit. Quod nisi superuenisset, vera desperatio fuisset.
Abiectum, repulsum se à Deo querebatur, cuius auxilio deficiente, nulla deinceps animi
confirmatio, spes nulla superesset. Nec dicitur Græcè, Excessu mentis meæ, sed dunata
excedens, excessu meo. Rectè quidem possumus cum Hebraico vocem Græcam conciliare,
excessum Græcis interpres appellibus, pauorem illum, atq; animi consernationē,
cùm saeuus hostis ceruicibus instaret, pede pedem premiceret. Græci longius iter institue-
runt. Proposita igitur calamitate, proponit impetratum auxilium, preces auditas, non
fuisse destitutum se à Deo in periculis, vt, quāti sit ei se credere, notum mortalibus efficiat.

Diligite Dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret
Dominus: & retribuet abundantier facientibus superbiam.

Diligite. **N**VITA OMNES ad pietatem, vt rem fructuosam, clavum nostrę nauis iactatę pro-
cellis, spem certam in his fluctibus, in tetricis umbris lucem mortalibus reniden-
tem. Rectè igitur hortatur omnes, vt colant, venerentur sanctū Dei numen, subiiciē-
causam: quoniam veritatem requiret Dominus: imò iuxta Hebraicum, & quemadmodū
tristitulit eruditissimus interpres της γραμμης emunim nozer, Fideles seruat, custodit. Fideles
dixit, pios, veridicos, veraces, constantes: aut in eum fidentes, credentes, sperantes, vt expo-
nit Rabi Salomon. Quare nō est ἀληθεια, ἐν ζητει κύριος, veritates requirit Dominus. Chaldaeus
quoque declarans Hebraicum, Fideles, aut fidentes seruat à malo. Fácientes superbiam di-
xit, quos superius sugillauerat, arrogantes, intollerabiles, iustis insultantes, probis contu-
meliosos. Vindex erit, inquit, Dominus, eis iusta respondens ad talionem.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes, qui
speratis in Domino.

Vir. agi. **I**RILLITER agite, Græcè αὐδηζεθε, ad Hebraicum ρηνα chafecu, roboramini, fortes
existite, ne animis deficite. Optimè cohortationes, salutaria monita. Superius, Ama-
te Deum, colite, obseruate. Nam qui Deum colunt, inq; eum sperant, redaman-
tur ab eodem, custodiuntur, defenduntur. Inde fit, vt plenos spci, fiduciaq; tales esse
oporteat. Si Deus pro nobis, inquit ille, quis contra nos? Sed animaduerte, hæc Dei
TT

*Platio dini-
na.* charitas est erga bonos, erga sperantes in eum. Hos decem esse animo inuitio in aduersis, vt quos Deus protegat, succumbere calamitatibus non sinat. His fauor celestis aspirat. His
*Pietas, pro-
missionem
scilicet vita
presentis
et futu-
re.* Nemesis vigilat, penas meditans his, qui eos infestant. Vide quam salutaris, quam exosculta psalmorum philosophia, mortales in his miseriis, quibus circumspecta sunt omnia, docentium, ad pietatem cohortantium, ingentia premia secutura in vtrique vita, qui eam colant, demonstrantium.

P S A L M I X X X I . E X P L A N A T I O .

*Intellec-
tus.* **S**N C R I P T I O est, Psalmus Dauid, intellectus. Intellectus est genitius casus Hebraicè vero est, Ipsius Dauid intellectus. Eriturque intellectus casus nominandi. Varius est sententia quid sit in titulis psalmorum, quod dicitur Hebraicè *maskil*, intellectus. Existimant plerique instrumentum musicum, quo plami canerentur, ut erat multiplex harmonia, musicorumque instrumentorum genus. Ceteris placet esse inscriptionem carminis, quod auctor à principio vocet intellectum, quasi philosophiam, eruditionem, & quod in psalmo dixit, Intellectus bonus omnibus facientibus eum: asserens legem esse intellectum bonum, nempe philosophiam, sapientiam. Huius in primis sententia est Chaldaeus transferens Hebraicum hoc loco *אָתָּה שִׁקְלָתָא* tauta, intellectum bonum. Hoc quoque mihi arridet. Nam si musicum istrumentum esset, dixisset, quod consuevit alibi, Super maskil, ut solet dicere super octaua, super octochordio, super lyra Gitthensis. Nunc autem simpliciter inscribit, Intellectus ipsius Dauid. Hac igitur verior sententia, cui Rabo quoque Salomon assentitur. Gracis item placet is sensus, ut quod ait Euthymius, qui superiorum theologorum sententias conflauit. Inscriptur, inquit, intellectus, quia plenus intellectu, hac scripsit: aut quia intelligentia in his legendis opus, propter profunditatem: aut quia erudit legentes, dicens, Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Id placet etiam Latinis. Nam Hieronymus transtulit, Dauid eruditio.

BEATI, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

*Quoniam
fuit iniq.* O n refert, quod numerus sit permutatus, cum Hebraicè dicatur, Beatus cui dimissum est flagitium, teatum, siue absconditum peccatum. Si legas alia serie, quod Hebraei faciunt edifferentes, ut planius percipiatur: Beatus cui Deus abstulit scelus, & peccatum contexit. Omne (ait Hebrei) peccatum, sequitur pena, siue maxima, siue minor. At cum delinquens redierit ad creatorem, flagitorumque poenituerit, nam ille beatus, quoniam non tantopere cruciabitur, quantopere promeritus esset, detrahente diuina clemetia, multum ex pena, his, qui mutare sententiā decreuissent. Nec, ut ait diuinus Poëta,

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Vide igitur quod exordium, quam sacro sancta hæc philosophia. Beatus, ait, cui Deus est propitius, cui cum Deus irasci debuisset, iram suppressit, peccatum condonauit. Plena est omnis terra scelerum, iniquitatis, crudelitatis, fragilitatis: nemo non grauiter, multumque peccat. beatus igitur cui Deus plurimum pepercit. Sed hanc gratiam non temere Deus largitur. Detrahit ex poena, redit cum his in gratiam, quos anteactæ vitæ poenitent, seipso execrantes, penitus aueros animos à prioribus factis gerentes. Cum igitur sit summæ prudentiae, crimem agnoscere, ac detestari, certè beatus meretur appellari, cui Deus pepercit, quod & hanc Dei gratiam est consecutus, & ipse præbuit præclaræ sapientiae testimonium. Abscondere peccatum dixit, quasi obliterare, delere, ne posthac diuinæ maiestatis oculis appareat.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

*Cui non im-
put. dom.
peccatum.* T- luidius excipias, quæ loquitur, iterat, ut consuevit, declaratque quod à principio exorsus est, O ter, inquam, quatérque beatus, de cuius peccato nulla est amissio. Alius apud Deum cogitatio, quæ in numero scelerorum Deus non habet: atque in eorum

*Nec est in
spiritu
eius, dolus.* Arum numero non habitus, supplicia quoque, quæ propter scelus essent expendenda, euasit, magnis penis liberatus. Beatum autem prædico non quemcunque, nec cuius hanc beatitudinem adiudico, sed ei in cuius spiritu non est dolus, nimis ut exponit Magistri, milique vehementer placet qui non peccatore facto penituit, non animo proditore redit ad equitatem, paulo post eodem reuoluendus, insincere penitens, adhuc in corde sceleris radicem continens, non ex animo peccata perosus, sed temporis seruens, & præsentis periculi penæ extimescens, sollicitatusque pauore, peccatis nuntiū remittēs: sed metu discedēte ad pristinam consuetudinē reuertens. In huius animo est dolus, est fraus, est sceleris nota radibus altis inhærens. Vult fallere Deum, qui non potest falli: non agit eum germana, sincera penitentia. Non hunc prædico beatum, non huic dico oblitteratum, absconditum esse peccatum, sed penitus penitentem, toto peccatore feso ad Deum recipientem. omnibus viribus iustitiam amplexanti. Corrigendi sunt Graci codices ἐπὶ ἑρμηνείᾳ τοῦ Λαζαρί. Neque est in ore eius. Pro ore, spiritus: Hebraicè *רַעַח*, spiritus, animus. Non est in animo eius dolus, fraus, simulatio. Eadem ferme Græcorum est explanatio.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die.

*Dum clau-
marem.* I beatus est cui condonatur peccatum, cui Deus sceleris notam diluit, orandum, suppli-
Scandūque ut impetreret auxiliū. Si tacueris, altius inhæredit, ossibus infidens peccatis: ad medullas usque penetrabit. Sciendū tamē hūc versum, ne sibi cōtraria videatur proferre, sic intelligendū esse quemadmodū explanat Hebrei. Non enim est in codice Hebraico, Dū clamare, sed *וְנַזֵּבֶת בְּסָגָתִי*, dū rugire, dū gemitū. Quia enim ratione consequitur, quia tacui, dū clamare: tacere, & clamare, non in contraria. Verus igitur sensus non loquitur de oratione, sed intimo dolore, ex consideratione peccati. Tacendo, inquit, mecumque mea flagitia considerando, dolore tabescō, ipsa ossa vetera sc̄unt, nempe (ut claret verbo Hebrei) *רַעַח* balu, absuntur, arescant, velut arbores succo deficiente) ossibus dolor inhalat. Idque dum mecum rugio, ingemisco, imo de peccatore suspiria duco, sceleris conscientia totum me cogit intremiscere, gemitus erupit: propter dolorem tātopere ipse displico, & quod gessi, detestor, execror. Itaque Hebrei, particulam *וְקַיִם*, quam Græci verterunt *οὐτις*, quoniam, explanant alio sensu *וְקַיִם* caasher, dum, cum. Dum taceo, præ dolore tabescunt ossa, dum rugio, dum gemo, suspiro. Tum verò sensus est clarior, quem declarant sequentia. Hieron. *προταλαιόθη* inueterauerunt, transtulit, attrita sunt. significatus Hebraici verbi verus, est tabes, senium, ariditas.

Quoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in ærumnam dum configitur spina.

*Conuersus
sum.* C **V**AE VOCES clarioræ facienda, cætera origini respondent. Quod Sept. dixerunt *Conuersus sum*. Nam eos Latinus exprimit *Ἐπέγραψε ταλαιπωλεῖαν*, Conuersus sum in ærumnam, sum. Hebraicum est *וְנַזֵּבֶת בְּסָגָתִי* nechephac lefad, Conuersus est humor meus, aut pinguedo mea. Scire operapretium est, vocem Hebraicam *וְקַיִם* lefad, constanter ab omnibus Hebraicis explanari pinguedinem, succum, declarantibus id ex aliis locis, ut quod dicitur Numerorum libro, *וְנַזֵּבֶת בְּסָגָתִי* lefad hashemen, humiditas, siue pinguedo olei. Rab Dauid, Lefad, inquit, est bonitas olei, aut pinguedinis, in qua dicit Auen. *Εστιν οὐτιστική* vita. Exponens Rab Salomon lefad, adhibet vocem notiorem, *וְקַיִם* humor meus, seu viro, vigore meus. Hoc sciens item Chaldaeus transtulit vocem Hebraicam in aliā notiorem *וְקַיִם* rutbi, quæ manifestò significat viriditatem, aut humilitatem meam. Sensus item declarat vera sentire Hebreos, post ossium ariditatem, continuo subicit aliud simile, vigorem, vitaliisque humorem, coloriisque immutatum esse. Itaque ab omnibus exploditur significatus, quem adhibuerunt Sept. *Ἐπέγραψε ταλαιπωλεῖαν*, ærumnam, & quem priuatim adhibuit Hieron. qui transfert hunc locum, Versatus sum in miseria mea. Nam ad alia, non est prima persona. Versatus sum, sed *וְקַיִם* nechephak, Conuersus, mutatus est. Ipsi existimauerunt, lefad esse duas voces, le, in, ad, shadi destructio, vastitas mea. Vnde shadaim, demones, destrucentes. Sed unica vox est, omniū Hebraeorum consensu, & sententia docente. Verus igitur sensus, & vera tralatio est: Mutatus est vigor, succus, color meus. Secunda vox, in

qua desciscunt ab Hebraica veritate soli Sept. nō Hieronymi est, quod reddiderūt ἀχθαῖς, D
spinā. Dum configitur spina ἐν τῷ εὐπαιγνῷ μοι ἀχθαῖς. Quod dixerunt spinam, Hebraicē est
τῷ kaiz, ea quidē vox interdum sonat aliis litteris spinā. Sed nunc, & ferè vbiq; sonat æsta-
rem, æstum. Et quod dixerunt ἐν τῷ εὐπαιγνῷ, dum cōfigitur, est γνῶμα becharboni. In calore,
æstu, siccitate mea. Est q̄; totius versus verus sensus: Mutatus est succus, vigor meus, in aridi-
tate mea æstu. Quod exponet Rabi Dauid, Quia, inquit, in æstate rēs exiccātur. Hierō. hoc
intelligēs reddit Hebraicum. Cūm exardesceret æstas iugiter. Deplorat igitur Psalmus, ob
intimum-dolorē, penitusq; cor depascentem, ob curas ingentes, propter admissum facinus
consecutam esse ossium, medullarūm q; ariditatem: tum immutatum esse vigorem, subiisse
maciem, & pallorem. Id q̄; in illō curarum æstu, dolore inflammante, vt Latinis quoque di-
citur ardere dolore. Æstatem, calorēmque poëticē vocat curas illas concoquentes.

*Cura, quod
cor orat, de
peccatur.*

*Ex praſa-
tione Cata-
nis maioris.
ut catonem
ma.*

*Gravata
manus.*

Quid autem dixit manum aggrauatā, manus quid sit, Chaldaeus declarat subiiciens pro
ea, plagam. Aggrauata est plaga, non dico prēsens, sed quam extimesco: supplicium ex pcc-
ato consecutum formidans, metueus mihi, rebusque meis. Hæc plaga, hoc vulnus alto
sub corde, neque noctes, neque dies, dolore, metu, solicitudine remittente.

Delicatum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam
non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me, iniustitiam meam Domino:
& tu remisisti impietatem peccati mei.

*Confessio
peccati.*

I Q V I D precibus impetrare conaris, id cuius in opia solicitat, exprimas necesse est;
S egeitatem proponas, quæ te fortuna fatigat, edifferas. Quis enim speret opem, nisi
calamitatē, periculum q; memoret, vt cōmemoratio magis ad misericordiā inciteret?
Omne itē peccatū cū superbia, cōtēptu iustitię perpetrat, nihil metuēte, nihil vltorē mor-
rāte peccatore. Maxima autē sceleris expiatio, scelus fateri, quo demittitur animus, super-
bia proicitur subiit mētē comitas, manūctudo, similis animo Deorū efficitur. Cū peccatū
fateris, primū doces te prudentem esse: placet autem Deo prudentia: non agnoscere quod
peccasti, argumentum stultitiae, recordia. Est ignorare scipsum, iustitiae bonitatem non
perspicere. Id pecudis potius quām hominis. Qui fatetur, agnoscit, sentit, plenus pruden-
tiae, nō in numero bestiarum, sed sapientissimorum hominum habendus. Ad hæc, qui pec-
catum fatetur, dum fatetur exhorrescit, detestatur, execratur. Non sine pudore, ac rubore,
ac stomacho fatetur, memoriam sceleris inuisam habet. Indicat ergo confitendo, se sce-
lus odisse, turpitudinem peccati, quam prius non cerneret, nunc resipiscētem perspicere:
non fore posthac amantem eius rei, quam nunc odio prosequatur. Contrā, qui peccatum
non fatetur, abscondit, latet animum eius turpitudino, nō decernit in posterū deserere, quod
nunc nō perhorrescit, quod ore non aperiens, oratione non prædicans, minus animo sen-
tit. Nam si sentiret, effunderet, prædicaret, velut virus euomeret. Simul qui confitetur pec-
catum, in ea luce versatur, quid peccatū pœnā cōsequi prospicit, ea sapientiae claritas, mē-
tē eius illustrat, quid scit magnum iustitiae sceptrum singulis peccatis, singulas pœnas cō-
stituisse. Id metuens, veterisque memor supplicij, quod sceleratos oppresit, adit numē se-
uerum, ad pedes procumbit: petit, ignoscat imprudentia, fragilitati. Nōnne prudentissimi
habentur, qui futura pericula prospicientes quoad possunt, vitant? Sic ille prudentissimus,
qui cruciatus flagitis debitos metuens, omni conatu studiōque contendit, vt sibi condo-
netur. Condonatio impetratur, confitendo, orando, vt parcat, quem offendisti, vt commen-
moranda calamitate, animum eius ad misericordiam flebas. Hæc vera, vetustissima philo-
sophia, prīcis patribus non ignota.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.

Verūtamen in diluuiō aquarū multarū, ad eum
non approximabunt.

V O N I A M tam salutaris est pœnitentia, tantum sperare possunt, qui peccatum con-
fitentur, quoniam confitentes execrantur, inuisāmque sibi sceleris memoriam ostē-
dūt: optimus quisque precibus insistit, vt sibi Deus ignoscat, nullam temporis occa-
ſionem

A fionem prætermittit. Sciendum quod Græci dixerunt ὑπερταῦτα, Pro hac, Hebraicē ἡμένη Pro hac.
al zoth, apud eos fœmineum genus, est etiam neutrum, id multis exemplis comprobatum:
vt, Vnam petiū à Domino: vnum, vnam rem. Ita nunc, Pro hac, propter hoc, propter hanc
rem, ob hanc causam. Et Auen Estra id enudans, Propter hoc, inquit, quia scilicet condonans
peccatum, quoniam non es inexorabilis, sed placidus, ignoscens, si qua parte maximē cōté-
dunt delinquentes sibi condonari culpam. Quod item Græci dixerunt, In tempore oppor-
tuno, pulchrē id quidem, tametsi fons Hebraicus habet, In tempore νῦν mezo, inueniēdi.
Quod exponentes Hebrai, In tempore, inquiūt, quo tu inueniris gratam habere orationē
eius. Ceteri exponunt. In tēpore, quo inuenitur cor corū aptū, prop̄ cōsumū ad orādū, quod
rectē dicitur, cor perfectū, germanē, syncerēque pœnitens. Quod sequitur, In diluuiō *in dil. sq.*
aqua multarū, Diluuiō, siue vt est Hebraicē νῦν sheteph, inundationem, vocat poëticē, *mult.*
multitudinem calamitatum, curarum fluctus inundantes, veluti noster.

Quanta per Ideos suis effusa Mycenis,

Tempſtas erit campus. Et

Párque per omnes, Tempſtas īt. Et,

Diluuiō ex illo, tot vafia per aquora recti.

Diluuiō appellat maximas acceptas in bello calamitates, strages hominū innumerabili-
les, excidium Troianar gentis. Similiter Poëta noster, diluuiō, siue inundationem aquarū
multarū, vocat multitudinē vexationum, fluctus impendentes in caput. Est igitur sensus,
B Propter hanc causam, quid tu clemē es, parcisq; peccantibus, si modo peccare desistant, si
resipiscāt, sibi q̄; postulēt ignosci, optimus quisque propriæ saluti consulēs, petit, atq; orat,
precēs nullas amittens, idq; in tēpore, quo sincere pœnituit, quo misericordia inuenitur,
quo mortalium precib⁹ diuinæ patescunt aures. Itaque cūm calamitates inundauerint,
cūm diluuiō vexationum ingruerit, eum non attinget, non opprimet his fluctibus.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me, exul-
tatio mea: erue me à circundantib⁹ me.

Refugium.

D seriem iuxta fontem Hebraicum redigantur. Tu es absconsio, siue protec̄tio mihi,
ab hoste custodies me, exultatio mea: saluans circundabis me semper. Ad hanc ra-
tionē Hieron. quoq; transtulit. Illud vnū perp̄editur obseruaturq; ab Hebreis. Exul-
tatio mea, seruās, aut ad seruandum. Hanc exultationem, siue laudē interpretantur oratio-
nē, ex qua salutem dicat existere. Oratio, inquit, seruat me. Posset item sensus esse vt diuer-
sis epithetis appellat Deum, primum vocat εὐ τὸ sether, absconsio, subterfugiū, præsidū:
tum custodem, conferuatorem. Exinde laudē, gaudiū salutis suæ, gaudium salutare, lētitiā,
delicias suas, à quibus sua salus existat. Demum, qui eum circundet, protegat, defendat ab
iniuriis, quas inimici minētur. Nō refertur igitur circundatio, (quod Sept. voluerūt) ad ho-
stes, sed ipsum seruatorē Deū, qui circūdet, protegat. Minus item dicitur tribulationē cir-
cundare, sed pro hoc Græco participio θλίψεως παρεχόντες, est νῦν tizreni, Custodies me.
Tribulatio autem non custodit. Sensus igitur clarus, Superius dixerat sanctos instare pre-
cibus, vt Dcum habent propitium. Ecce igitur orat, precatur, totus in cam cogitationem
insistit.

Intellectum tibi dabo & instruam te in via qua gradieris,
firmabo super te oculos meos.

*Intell. tibi
da.*

A T E M afāri, ac docere cæteros mortales Hebrai cōtendunt, docentem qua via fit
vnicuiq; incedendū, propterca quid à principio psalmū inscriperat intellectū, eru-
ditionem. Dat vnicuiq; salutaria præcepta. Intellectū, inquit, tibi dabo: quod secun-
do vt liquido percipias, iterat. Et instruā, dare intellectū, & instruere. Græci potuerunt
effingere verbum iuxta Hebraicū, συνεπήσει, In futuro συνεπώ, Hebraicē τίνων askileca. Pro-
pterca Hierō. latinis auribus accōmodās, Docebo te, & mōstrabo tibi viam. Quod ait, fir-
mabo super te oculos, vt Græcē ἐπιτηλῶ, Hebraicū est τίνων iasa. Est quidē sensus, consula,
cōsiliū dabo, sed Rabi Salomon clarus exponit ψυχὴ τὸν οφελούντα oculis meis tibi designabo, an-
nuā oculis, ostēdā. Et Rabi Dauid, Dabo tibi cōsiliū, quod ego vidi per memetipū, quoniā
peccavi, & ambulauī in via nō bona. Et intellexi per me ipsū, & pœnituit me, & cōuersus sū
ad Deū cum toto corde meo, pepercitq; mihi Deus, & suscepit me in illa pœnitentia: simi-
liter & tu facias. Intellexisti quid sit, Firmabo super te oculos, nempe oculis meis annuam,

TT iii

signum dabo, flectam oculos in quā partem velim contendas. Quare facilius assentior Hebrais, quām Græcis, qui putant hæc verba esse Dei, loquentis ad ipsum Prophetam, cū sint potius Prophetæ, peccatores alloquentis, ac docentis. Propterea psalmum inscripsit intellectum, eruditio nem, cui quadrat quod subiicit:

Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, in camo,
& fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

IX E R A T superius, Intellectum tibi dabo, & instruā te. Ecce igitur intellectus, ecce

Deruditio, instructio. Ne sitis velut ratione carentes bestiæ, quarum impetum, ne nocteat, coērcere solemus fræno, & lupatis. Ordo autem versus, vt sit clarior sententia ad hunc modum habet: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: camo, & fræno os eorum constringitur, ne propinquent tibi. Quamobrem non scribitur Hebraicè, Qui nō approximat ad te. Ad quā enim secundā personā, is sermo dirigitur? Sed dicitur Camo, & fræno os eorum cōstringitur, ne accedat ad te. Accedere, siue approximare, recte exponitur Hebreis, nocere, offendere. Adhibemus, ait, frēnos his bestiis, ne proxime faciat in nos impetum, calcibus pētant. Ne noceant, nō cognoscentes an bene, ant male agant. At vos eiusmodi fieri nolite, in numerum bestiarum referendi, qui nefsciant quid agant, quarū insipientiā fræno & lupatis coērcemus, ne nobis propinquæ noceat. Hæc verior sententia. Quā explicans Rabi David, hæc scribit, Ne sitis quales bestiæ, quibus nō est intelligentia, nec sciunt quid male agant, quidue noceant, & necesse est astringere os corū fræno, & lupatis, ne ad te propinquent, morsibus inuadant, neque enim capaces sunt admonitionis, & correctionis, nisi eis impedimentum opponas, quo minus noceant. At vos ne sitis tales, sed intelligite monita, & corrigamini, facta vestra prava execrantes, ad Deum vertite mentē, qui vobis parcer. Equū & mulum cōmemorauit, quod hos in primis infidentes, fræno solemus coercere, moderari, quod velimus impellentes, rursumq; fūtentes. Sententia igitur clara. Camum dixit, vox Græca est μηδε, idem atque frænum. Latinè ego dixerim, lupata, & frænum, vt poëta de equis,

Verbē lenta pati, & duris parere lupatis.

Hiersequens tralationem Sept. minus clarè hunc locum transluit: minus item Graci.

Multa flagella peccatoris: sperantes autem in Domino, misericordia circundabit.

VL T A flagella, Hebraicè multi dolores, vt vertit Hierō. Peccādo, scelerateq; viuēdo graues ægritudines, multiplices érumine contingūt. Nam, vt ait Salomō, Potētes, potēter tormēta patiētur. Id accedit improbis, qui sibi ipſis fidētes, ad iudicē cælestē minimē respectatēs, magnas calamitates adeat necesse est. At cui fiducia, spes, alacritasq; omnis in Deo est, perspectūq; habet, alibi nusquā præsidū securum esse, is cogitur odisse peccatū, sciēs à Deo bona, malaq; existere, quae ad se prouenant ex factis. Itaq; Deo immortali confidens à misericordia circūdabitur, affluēt ad eū beneficia, ybertasq; diuinæ largitatis. Præmiū sceleratorū, totidē flagella, tot tormēta, quot flagitia, ex aduerso præmiū bonorū, erit gratiarū affluentia. Hæ sunt optimæ munitiones, hac ratione dat intellectum, docens maxima bona consequi iustos, at improbos curis ingentibus excruciarī, multis suppliciis præsentibus, futurisque obnoxios, quos mancant parcs sceleribus pœnae.

Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes
recti corde.

Tu nihil est timendum præter culpam, & peccatum: sic nulla solidior, veriorque lætitia, quām ex benefactis, ex iustitia, quæ gratiā amorēmque Dei tibi conciliat. Hæc autem reddit omnia tutā, secura, plena lætitia. Vnis igitur iustis est verè lætandum, tum ob hanc iustitiam singularem dignitatem, qua nullum in cælo fidus rutilantius, vt inquit ille, tum propter gratiam, amicitiāmque Dei, quæ perpetua est ei cū iustis, eosque ob hanc sui similitudinem diligit, protegit, suis præsidis defendit: in terris, in cælo beatos efficit. Laudata igitur virtute, & iustitia, quoniā fons omnis felicitatis inde manat, iure prouocat ad lætitiam triumphosque hæc præclara bona possidentes, non quasi victorias inanæ, sed immortales laureas assecutos, quos vnos deceat triumphare, voce, plausu, suorum bonorum conscientiam exprimentes.

Psal-

Quid ho-
mini me-
tuendum.

A R E T inscriptione psalmus. Ne dicitur quidem quod apud Græcos extat psalmus David. Est autem (vt solent id genus psalmi) vniuersalis philosophia, rerum diuinarum consideratio, speculatioq; de moribus, item de prouidentia, iustis & piis defendendis, de maiestate Dei, potentiaq; eius magnitudine. Ad postrem, oratio.

E Xultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio.

NITI V M philosophie psalmi huius, consentiens cū fine superioris. Improbis instare graues animi, & corporis cruciatus, ditas animis eorum infidere pestes, vitam eorum cum sollicitudine ex tormentis conscientiæ, & cū metu futurorum malorum traduci dixerat, omnes indignitates & decora eos circumsterc. Ex aduerso igitur aliud carmen subiiciens, solis iustis esse sincere lætandum, quos omnes letandi cause circumfluant, qui nec pœnis conscientiæ facinoris admisi torqueantur, nec metus futuri mali quasi saxum impendens solicitet. Tum verò iustitia fons alacritatis, recteq; factorum conscientia optime gaudiis eos exsaturet. Sed verus alacritatis fons est, vt sis iustus, vt lætaris in Domino. Exultate in Domino, ad canones Grammaticæ, declaratur Hebraicè, lingua sua proprios significatus callentibus, exultare ipsi Domino: nempe lætitiam omnem ad Dominum vertere. Ac propriè quod Græcus transtulit ἀλλιαθε, exultate, Hebraicum ψαλμον, sonat in domino. decantare, vocem efferre. Hortatur igitur iustos, vt Deo, lætitia carmen offerant, cum vocibus efferant, plausu celebrent, quorum duntaxat accepta sit, non autem improborum exultare. Sacrificium laudis, vt est alibi, solos iustos decere, impiorum abominandas esse cantilinas. Chorus ducentos tantummodo rectis, & quis: psalmos vnis bonis esse decantandos. Inuitat iustos ad psalmorum hymnorūq; cantum.

Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.

T scires quid esset, Exultate, subiicit secundum, Confitemini. Id in Hebraico idiomate, quod sapientius docuimus, est ψαλμον, canite, celebrate, quale Græcis ex hoc Hebraico usurpatum ἀλλιαθε, non adeò clarum, minus Latinum, Confitemini. Ergo iuxta verum significatum, dicendum, Laudate, cantate Domino, in cithara. Hos quoq; Hebraismos nusquam non commemorauimus, in cithara, in psalterio decem chordarum, consideratur Hebraicorum antesignanis interpretibus, non esse legendum velut vnum, atq; idē, in psalterio decem chordarum, quod nec Græci fortasse innuit, sed distinetè legendum in psalterio, in decachordo. Psalterium Hebraicè vocatur Ψαλμον, nebel, decachordum ψαλμον, quasi decennarium, in quo decem voces concinunt. Psalterium autem est aliud genus. Et quoniam eadem vox nebel, sonat vtre, forsitan harmonicum instrumentum est, quod flatu compleetur. Duplex genus eorum hac tempestate, quod ventum concipit, vocatur q; organum, quod nostro spiritu tumescit, vna resonat humana vox, atq; harmonica. Ad hanc vocem, carmen Vates concinunt, vtraq; voce confonant. Græca igitur lætatio potest separatim intelligi, ἀλλιαθε δεκαχορδο. In psalterio decachordo. Separatim leges cum psalterio, cum decachordo. Chaldaeus tamen legit cum psalterio decem chordarum: sed à ceteris Hebraicis, quorum arbitrio ipse steterim, reclamatur.

Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione

Panticum nouum. Plurimum placet quod Hebrai interpretantur, carmen assiduum canticum perpetuum, vt aqua semper scaturiens, nouaque iugiter è fonte prorumpens. Carmen quotidianum, ore indefesso profusum: carmen insatiabile. Nunquam à laudibus diuinis interquiescas, quale apud Homerum, ἀλλιαθε αὐδην, vox indefessa. Et apud nostrum ex codem:

Bene psall. Non, mibi si lingue centum fint, oraque centum,
In vocifer. Ferrea vox. Quod ait, Bene psallite, Hieronymus venustè diligenter psallite, nempe iuxta Magistros, Instate canendo, voce diurna, nocturna. In vociferatione, voce alacri, elata, consona, quæ templum compleat, quam plebs omnis exaudiat, quale in castris, in acie fit, quod Græcè dicitur ἀλαγμός, vociferatio. Hebrei quoque suam vocem γέννητην terua, quæ est hoc loco, exponunt, quæ fit ore, manu, scilicet plausus, ut est alibi, Plaudite manibus. Invitat ad hymnos, ad carmina diuina, ad lætitiam Deorum, patrem suum assidue cantium in celo.

Quoniam rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.

plausus. Vx sint canenda proponit. Ut cancerent iusti, ore, manuque plauderent, invitauerat, nunc genus carminis concinendi demonstrat: hymnus erit, inquit. A principio iustitiam, æquitatem, dictorum constantiam effaremos. Quæcumq; loquitur esse verissima, plena bonitatis, veridica. Non quales Dij gentium mendaces implanatores, falsis oracula, mortalium mentes ludificantes. At verbum Dei, sermo, oracula, vera, recta sunt, quia veri Dei. Ut sermo veridicus, sic opera comprobant dictorum veritatem. Opera enim sunt ab eo, vera, solida, non falsa, inania, subuentanea. Cum fide sunt opera eius, nimurum stabilia, firma, solida, quibus veritas subest, æterna. Hæc prima virtus decantabitur, ut verus Deus, ut cælo, terrisq; numen omnipotens ostendatur. Secunda virtus, alteraq; laus:

Diligit misericordiam, & iudicium Dominus, misericordia Domini plena est terra.

Ro misericordia, est in fonte γέννησις zedaca, iustitia, cui quadrat secundum, iudicium. *P*ro misericordia, duas præclaras eius virtutes ore nostro celebrandas, perpetuoq; referendas ostendit: Eum esse iustissimum, æquissimum, iudicio eius cuncta subiacere, non oscitare, dormitatem, negligenter res hominum, cui non doleat si quid sceleris fiat in terris, immo iudicem esse, cui gratissima sit iustitia, iudiciumq; ius, ordo, rectitudo: contraria, iniquitas iniuria execrant flagitia, sceleratos odio habenti. Altera virtus, quod quæquam feuerus quæquam peccata perosus, sciens tamen miseris mortales in errorē pronos, cernuos in ea, quæ sunt deteriora, miseretur, cōdonat, beneficis, misericors, liberalis. Assidet igitur ei virtus vtraq; seueritas, iudicium: tū comitas, mansuetudo, clementia. Hi regni comites, sceptrū eius perpetuū prosequentes. Haec præclaræ virtutes eius, quibus est omnis gloria: patronus, plena maiestatis, bonitatis eius, omnia, quo nullus Rex iustior, nec iniuriis condonādīs, nec iustitia moderanda temperatior. Diligit quidem iudicium, & iustitiam, at tanta ei misericordia, liberalitasq; inest, ut per vniuersam terram se diffundat, quasi latior, ingentiōr q; seueritas. Nulla natio expers est, nullum hominum genus, bonitatis, beneficentiaq; eius. Totum per orbem terrarum commeat liberalitas, clementiaq; eius. Tanta est, quantam capiat vniuersa terra. Pergit ad alias virtutes.

Verbo Domini, cæli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum.

Firmati sunt. Irmati sunt, ἐπεράθησαν, Hebraicum, γέννησις naasu, facti sunt, creati sunt. Omnis virtus eorum, fons γένησις zebaam, exercitus, aut militia eorum. Quod Græcū quoq; resonabat γένησις δύναμις αὐτῶν, omnis militia, siue omnes copiae eorum. Exercitum, siue militiam cæli vocant Hebrei, stellarum choros, per cælum veluti militares copias, atq; acies dispositos. Itaq; Hieronymus refugiens insolentem Latinis locutionem transtulit, ornatus eorum. Quæ vox est Græcis etiam pro exercitu, siue acie, quam vocat Αγρούνων. Quod dixit, verbo eius cælos esse creatos, refert theologiam Mosaicam, qua maximus ille theologus cuncta iubente Deo creata prædicauit, & scripsit. Verbum eius hoc loco, est imperiū eius, iusa, motus. Quasi Vates decantet, imperio Dei creati sunt cæli. Imperante Deo, mūdus editus est. Sol, choreæq; cælestes eniucrunt. Solo imperio cuncta condidit. Ad nutum eius sidera fulserunt. Eo præcipiente nulla res in tenebris priuationis sempiterna, quæ mundum antecessit, substituit. Verba igitur, & dicta Dei apud Mosen in libro creationis, & in hoc psalmo, sunt imperia, præcepta, nutus. Velut dictator inducitur à sacris Yatibus Deus, cuius ad nutum cuncta moucantur, ut a pud profanos:

Annuit,

A Annuit, & nutu totum tremefecit Olympum.
Hoc potestas, hoc facultas rerum creandarum comprobatur: qui non laboret faciendo propter potentia suæ magnitudinem, nihil ei resistat, omnia cedant tantæ potentia. Motu quodam inuicibili, præpotenti, cuncta concitat. Insuper ea, quæ nusquam sunt, quibus nullum sit præiacens exordium, edicit. Repetit, ut confuerit aliis verbis, candom sententiam: Et spiritu oris eius. Spiritus oris eius, idem atq; verbum eius, locutio, spiratio: sicut idem propè est, cæli, atque ornatus eorum. Plato ille diuinus, siue quod apud prophetas ea legisset, siue quod in libris Mercurij Trisinegit̄ legeretur, scripsit in libro qui dicitur Em̄opus, verbum diuinissimum cælestes ordines posuisse, ut nostri de perenni philosophia libri comprobant. Enumerat res potestate, imperisque cius creatas.

Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos.

*D*ixerat, beneficiis, ac liberalitate eius plenam esse terram. Huius liberalitatis ac munificiæ fuit locuples testimonii, creatio mundi, maximis hominum generi beneficiis collatis, omnibus generatim cōmodis repertis: ut homines existarent super terra, ne quid eis ad viuendum decesset, cælum in primis cum sideribus, & astris, cum Sole, & Luna, velut lucernis in laquearibus mundi, conditum est. Sed qui profuisset, lumina illa super altissimis mūdi regionibus posuisse, nisi fuissent, quibus luceceret, radios suę claritatis demitteret? Erat autē in primordio rerū, ut Moses docuit, tellus, immēlis aquis circūfusa, ob cām q; causam inhabitabilis, inuicibilis, incōposita, nullis animatibus, nullis arboribus exornata. Secludere igitur aquas oportuit, quibus in demissiora loca coacti, reliqua terra domiciliū animatiū restituit aperta, diluta, madida. Sol eam flagrātibus radiis incēdēs, produxit plantas, herbas, brutas animantes. Subito creatus est homo, rerum dominus. Nisi igitur aquas longius remouisset, fieri quæ postea consecuta sunt, minime potuissent. Congregauit igitur eas quasi in vtre. Vtrem ex metaphora cōcaus mundi partes appellat. Pro vtre, vt Græcè quoq; est ἀκός, in Hebraico legitur ἡν, ea vox exponit Hebrais cumulus, moles, aceruus. Cōgregauit aquas in vnum acerū, vñā molem, vnam massam, vñā gentem cōegit omnium aquarum, super vniuersam terrā prius diffusarum: eis propria regna dedit, relictis, non suis. Iterat idem, vocans thesauros, quos prius vtrē, molem. Sunt aquarum thesauri, loca mundi pressiora. Cōdidit hic ingēs opifex, cuius imperiis obediebat omnia, maximas aquarū moles. Has earum recōditas, seclusasq; ab hominū domicilio sedes esse voluit. Hi sunt earum thesauri, quasi cellæ nō vinaria; sed aquaria. Prius dixit Aquas maris, pōst Abyssos, ut prius vtrē, exin thesauros. Idē thesauri, atq; vter, idem abyssi, atq; aqua, ut paulo antē, idem cæli, atq; ornatus eorum, idem verbum eius, atq; spiritus oris eius. Abyssos, numero multo dixit, quam Moses quoq; de rerum creatione scribens induxit: Et tenebræ, inquit, erant super faciem abyssi. Sunt, scilicet, aquas illas super vniuersa terra antea quæ iubente Deo discederent, latè incumbentes. Abyssus, Græca vox à verbo βύω, implēo, & priuatiua particula, quasi inexplicabilis, insatiabilis vorago.

C Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoucantur omnes inhabitantes orbem.

G Vando igitur tantæ maiestatis est, tantæ potentia tantæ bonitatis, nonne timendus & colendus? Beneficentia qua cōdidit mundum, non inuidus vitæ, sed donator, nō ne coget, vel ingratos amare, & colere? Potestas item, qua condidit cælum, sideribus exornauit, terras ab aquis segregauit, nonne cogit reuereri, timere, contremiscere? Terra igitur vniuersus scilicet terrarum orbis, omnes, qui globum hunc tuerintur, timeat hūc tam præpotentem opifem, quem dixi, terram creasse. Oportet habitantes terram timere, venerari eum, qui domicilium hoc dedit, tum cogitare quanta sit potentia. Quod Graci interpres dixerunt σαλεῦθησαν, Commoucantur, est in Hebraico verbum timendi rūa iagorū, expauescant, contremiscant. Confuerit enim per omnes versus diuersis verbis, his candom sententiam exprimere.

Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

*S*olo imperio quemadmodū superius ostensum, solis nutibus, & editis, omnia creavit, non laborando, sudando ut mortales. Edita, & verba eius efficacia, plena viriō robustarum, maximas moles excitabant, pulcherrimos ordines, motus ingentes cie-

Creatura fuit. bant. Obediebant naturae diuinæ cælum, terra, mare. Quidquid vellet in lucem euocabat, *D* magnarum regnator aquarum. Quod Græcè est *ενθητος*, creata sunt; Hebraicè *רַבָּתָה* vaia mod, & steterunt. Extiterunt, emerserunt: steterunt in pedes. Quid sit, Dixit, disce ex se cundo, mandauit. Dicta eius, quæ sunt apud Mosen in libro creationis, sunt mandata, imperia, edita. Hunc versum scias habere quemadmodum verit ex Hebraico Hieronymus. Quia dixit, & factus est, ipso præcipiente stetit, scilicet orbis, quem in superiore versu memorauerat.

Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.

Edundat in hoc versu *χρήματα βελτίων ἀπόχοντα*. Et reprobat consilia principum. Propterea clarius, & apertius, hæc transferens Hieron. in suo, ad Hebraicā veritatē Psalterio, Dominus dissolut consilium gentium, irritas facit cogitationes populorum. Proposito igitur quanta sit diuina maiestas, quām admirabilis, qui solis editis cuncta posuerit, cuius consiliis torum mundi constitutum sit opus, respicit gentes, quæ verū, ac præpotentem Deum nescientes, cogitationes, & curas ad fictitious quosdā Deos conuerterunt: patte alia impios quosdā, siue philosophos, siue nationes coarguit, quibus consilium fuit funditus euertere verā philosophiam prædicantem, quæ cernimus omnia consilia diuinis constituisse, in cōtrarium illi, nullum hæc exordiū habuisse, sempiterna, semperq; hunc ordinē à natura datum retinentia. Alij si quod exordiū habuissent, at temere, nulloq; operante, sed sponte sua nata esse. Has igitur cogitationes Deus dissolut, infirmat, dissipat, coarguit: non sinit esse veras. Omnia enim consonant vna voce, nihil sine Deo factum esse. Multis quoq; & crebris indicis, quotidie maiestatis suæ magnitudinem confirmat.

Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione, & generationem.

Ecus quām consiliū, & cogitatio corū. Cogitant illi vana, falsa: at Deus sempiterna: propterea quād vera stabilia. Consilium Dei fuit, vt esset hoc omne, cuius Dominus esset spiritus humanus. Hunc Deus creauit sempiternū. Fuit item cogitatio eius, vt esset iustitia, ius, ordo. Hæc voluntas æterna est, æternūq; erit quod instituit. Cælum & terra transibunt, siue mutabuntur, verba autē eius non transibunt. Sub hoc consilio inclusū est, vt qui viuunt iniquè, qui male de rerum conditore sentiunt, tametsi vindicta differtur, denum plectatur. Hæc æterna, immutabilisq; cogitatio: propterea solus ipse, & cogitationes eius permanent ad sempiternū tempus, reliquis rebus deficientibus. Omnia ad hoc consilium directa sunt, & hoc ante mundi constitutionem positum, vt iustitia, sanctitasq; triumpharet, regnaret, vt iusti acciperent regnum, quod præparatum esset ab origine mūci, iniusti, scelerati traducerent flāmis, in cōfortio spiritu sceleratorū. Exultate igitur iusti in Domino. Eueritur enim dissipatur, consilium impiorū philosophorum, qui ferunt mundum fuisse, futurūq; esse sempiternū, à nemine creatum, nemine rerum causas mode-
In genera-
& gener. rante, nemine gubernaculum mundi tenerente. Earum item gentium persuasio ridicula erit & dissipabitur, quæ Deos fictitious coluerunt. In generationem, & generationem, Hebraicā locutio, in æternū.

Beata gens cuius est Dominus Deus eius, populus, quem elegit in hæreditatem sibi.

Iehouah. Vrē igitur sunt beati quibus datū est nosse, & colore verum Deum. Quibus est Deus Iherouah, quorū Deus, est is, qui dicitur Hebraicè quatuor litteris Iehouah, si scribas ca lingua, i h v h. Beata gens, quæ colit hoc numen, quæ pro Deo suo habet nō Solem, aut Lunam, aut Stellas, siue homines insignes, aut quedam portenta, vt Chaldaici, Egyptii, Græci, Romani, sed vt Hebrei, præpotentem illum cæli, terrarumq; repertorem nō scientes. Hunc populum peculiarem ille sibi delegerat, à reliquis nationibus, moribus, institutis, religione segregatum. Iure beatū hominum genus, ob æternā veritatis scientiam, & cultum. Nobiliores sūt scientiae, nobiliores religio, philosophiaq; item melior, quo nobilius est quod speculatur, considerat, intuetur.

De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum.

Propte-

A Roptera beata illa natio, vt cui data est scientia vera, cæteris insania laborantibus. Hæc scientia, cognitioq; vera beatae nationis, quod nouit, exploratumq; habet Deū summum, mare veliuolum, terrāsq; iacentes ex alto cæli vertice despicere: non facta hominum nescire, aut negligere, imo fixis oculis intueri. Scit eos esse mendaces, qui de natura diuinā ferunt.

Ipsa suis opibus contenta, nil indiga nostri. Cecinerat item superius huius summi numinis potentia. En igitur quale, ac quātum robur huius Dei, cui sedenti, regnantiq; in cælo patent omnia, quæ sunt in terris, motus arcanos animorum, ipsaq; etiam pectora intuenti. Nulla est in terris natio, quam ipse de cæli specula non cernat, non cūctos generatim populos modo, sed singulos etiā homines explorans.

De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.

Ræparatum habitaculū, vt est Græcè, εξεργασία οἰκουμένης, clarius ex Hebraico percipies *prepares.* *Ε* mīmecon shibeto, De firmitate solij sui. Et Hieron. id sciens, transfert, De firmissimo solio suo. Soliū siue sedem, aut habitationē, firmā vocat, nempe locū immortalem, nullo senio deficiente. Et, vt ait Plato de cælo, ἀγράνων, ἀθάνατον, seniū, & interitus expers. Ob eā causam vocatur τεφίωμα, firmamentū, firmitas. Homerus χαλκοβατερός, ædes æratas, ex ære, compage ferrea, Domos olympias, adamātinās. Ex hac stabili sedis suæ specula cuncta collustrat in terris. Vno intuitu totum terrarum orbem, nec aere, nec nubibus, B prospectum eiſ eripiētibus, contingit, nō tātum ea, quæ in agris, & sub diuo geruntur, perspiciens, sed itē penetrās in thalamos, imo pectoribus humanis seſe insinuās. Hec illi maiestas, hæc potentia, sapientię magnitudo. Haud prohibet quo minus terrestria cernat, quod fit in altissimo cælo: tantus est illi visus, tantus oculorum prospectus.

Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Ræclarè id subiicit. Qui finxit singillatim cuiusq; cor: Qui singulo cuiq; cor fabrefecit, qui peccatus condidit, aptauitq; vt moueretur ad cogitandum, nonne is perspiciet cogitationes, membrorum autor, quibus cogitationes cōcipiuntur? Est quoq; in alio Psalmo, Qui plantauit autrem, non audiet: aut qui finxit oculum, non considerat? Obscurè transtulit Latinus, Græcum γεννά μόνα, quod est singulariter, aut singuli cuiusq;, Hebraicè יְחִדָּה iachad, simul. Finxit simul corda eorum, nempe vniuersiūsq; corda finxit. Facta quoq; asserit esse perspicua, vt qui cor extruxerit initium cogitandi, fontemq; operationum.

Non saluatur Rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitidine virtutis suæ.

P Er multam virtutem. Virtus Græcè δύναμις, iuxta Hebraicum *רַבָּתָה* chail, hoc loco est *virtus.* pro exercitu, militia, copiis militaribus. Rex non seruatur exercitus multitune, salus regia nō est in exercitu innumerabili. Pro Gigante, legitur Hebraicè *רַבָּתָה* gibbor, fortis, robustus. Nec fortis, inquit, seruatur ex magna fortitudine, egregiaq; virtute. Optimè igitur hæc subiecit. Extulerat diētis, numeris eternī maiestatem, cui nulla cælo, terrisq; sit comparanda potestas, id eo maximè testimonio comprobari, quād cūm in terris nulla sit vis maior, quām regum, quos magni exercitus comitentur, saepē tamen fieri, vt hæ copiæ nihil habeant virium, facile in fugam vertuntur. Gigantes quoque, qui & corporis proceritate, & viribus cæteros mortales anteire creduntur, debilitate conciderunt. Itaque exercitibus, & regibus vires à præpotenti Deo subiiciuntur,
Sufficit ille animos, viresque ministrat.

Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.

Vod dixit de pedestribus copiis, idem de turmis equitum prædicat. Non est quād fidas innumerabili equitatui. Qui fidunt facile, deceptos inuenies. Fallit equorum multitudo: nihil habet momenti ad salutem, equitum copia. Totaq; res est de rege, & exercitu, potestq; esse sensus Hebraicè. Aut in multitudine virtutis ipsius equi, aut ipsius regis. Nam Hebraicè est nomen exercitus *רַבָּתָה* cheilo exercitus sui. Et in multitudine potestatis, aut exercitus sui, non saluabitur rex.

Ecce, oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius

D

Vando igitur in his, quæ terrestria sunt, nulla salutis spes, nusquam robur, præsidiumque, cui possis intrepidè, securusq; fidere, miris certè laudibus efferre cælestè præfudit decet, totis viribus inhærendū. Hæc vera, hæc fida custodia dicenda. Hac superabis inimicos, per tela, per hostes trâsibis innocuus. Sed hæc custodia non cunctis promiscue vigilat, non in omnes temere suæ prouidentiæ dirigit aciem, aduersa repellens, sed his qui metuunt, qui colunt, venerantur eum, venerantes sperant se clementia eius defendendos. Id præmij datur eis, quod oculi Dei eos aspiciunt. Nam cùm Deum sibi colendum existimassent, hoc verū numē vniuersi moderatorem considerantes, eadē sapientia cōstituerunt huic esse fidédu, cuius beneficio mortales eripiantur. Ex eodē fonte sapiétiæ est, Deū colere, atq; spes omnes ad eum vertere. Cùm autē sit hæc philosophia lögē vetustissima, cū sint oracula cælestia, certè credédu est, afferentibus oculos Dei respicere bonos, ac iustos.

Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.

Nimas eorum, vita eorum, spiritus. Est Latinis quoq; anima, vita, spiratio, fatus: vt impellunt linæ animæ Thraciæ. Duo beneficia diuinitus esse, sperantibus in eum prædicat: generatim omnis leti timoré ab eis depelli, in primis, quod plurimū vexat, ingentésq; strages edit vbiq; famé prohiberi. Quidquid agitat mortales, huc deniq; tē dit vt famem repellant, omnis labor, omnis sudor, inopia fugam meditatur. Duo finitima memoravit, mortem, famem, vt Græcis est prouerbium, λοιμὸς μετὰ ληπὴν, pestem subsequi famem. Pestis à fame, vt nunc, Mors, & famæ. Nutriuntur iusti, inopia terris incumbente, vt quibus corui panem attulerunt, fame cæteris mortalibus laborantibus, sœpe pij, & spærantes in eum, escam Deo sufficiente, inopiam sustentauerunt, famem tolerauerunt.

Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est.

Anima, vita nunc quoq; Sustinet Græcè ζωὴν, expectat, vt est Hebraicè. Pios ergo palam est expectare cælestè subsidium, huic fidere. In eorum se esse numero, cait sanctus Vates, vt hanc esse pietatem veram nobis ostendat. Quibus Deus est auxiliator, & protector, suffragium cius è cælo descendit. Est quibus pietas est cordi, benefactis gaudent. Oderunt peccare pietatis amore. Hos expectare doceat Dominum, exploratum, compertumque cius subsidium habentes.

Quia in eo lætabitur cor nostrum & in nomine sancto eius sperauimus.

Ecclætia est, nimirum quod ab eo eripimur, quod iniquissimo tempore subducimur, quod affert salutem, quod eo protegēt triumphamus, lætum pæana canentes, quod spes fortissima nobis ille est. Nomen eius est sanctu, venerabile: quod cernuoso nos oportet venerari. Nomē sacrum, sanctum, augustum, pium. Est Hebraicis nomen eius, nomen dei fama, celebritas, existimatio, est quasi cognitio eius.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodū sperauimus in te

Valis spes est, talis sit misericordia, beneficium. Decet qui nostra ope nituntur, qui cæse nobis crediderunt, non prodere. Spes eorum non fallere, optimè naturæ est, qui se tibi totum commisisset, fidemq; tuam implorasset, ne contemnas, negligas, abiicias, sed plus tribuas quam sperasset. Hi Deo quam simillimi in terris habentur.

P S A L M I X X X I I I . E X P L A N A T I O .

IT V L V S huius psalmi est, Psalmus David cùm immutauit vultum suū co-

Abimelech: & dimisit cum, & abiit. Vultum suū rectius quod apud Hebreos extat ψυχή taamo, ea vox signat sensum, gustum, intellectu. Nā. Auēstra loco eius subiicit declaras ψυχή τηλεστή libro, sīkolo, daatho, Cor suū, intellectu suū intelligētiā suam. Mutauit vultum, quia mutauit intellectu qui sapiēs esset, simulans insipientiam. In vultu sunt signa mētis, si mēs desipit, si sapit, vultus testis. Hierō,

quo-

A quoque non dixit vultum, sed os. Nam, qui simularer stultitiam, secus quam cùm sapiens videretur, loquebatur. Historia nota est ex libris Regū, abundè super eo Græcis, Latinisq; loquentibus. Obseruatur Hebraicis cundem esse Abimelech, atq; Akis regem Ghet, de quo in libris Regum. Arbitrantur, aut cognomen eius fuisse Abimelech, aut omnes reges Palæstinorum, à primo vocari Abimelech, vt omnes Romanorum imperatores, Cæsares, & Augusti, Ægyptiorum, Pharaones, Arsaces reges Parthorum. Eadem Græci perhibent, in primis diuus Basilius, quod Euthymius testatur. Quod ei feliciter cessit simulasse stultitiam, psalmū super eo cecinuit. Est, vt iidem Magistri cōprobant, artificiosè contextus is psalmus, unoquoque versu à littera Alphabeti incipiente: pleroque eius generis edidit. Est psalmus de clementia diuina moralium auxiliatrix, preces eorum minimè aspernante, sceleratis, & flagitiosis exitus tristes fortientibus. Aduersus eos, qui delinquunt in terris, dormire, aut ignorare, vel negligere diuinum nūmen, iustitiam non esse contendentes.

B Enedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Oc sapientiæ, & rationis opus, amoūenda cunctis viribus ingratitudo: qui plurimum profuit, huic maximæ habenda gratia. Non possunt Deo referri gratiæ, vt eisdem cum aliquando beneficiis prosequaris, quæ tibi contulit. Ore tantum, & pectore (quod ei acceptissimum sacrificium est) possumus gratitudinē ostendere. Profertur etiam à Græcis ex diu Paulo, oportere nos semper vigilare, atq; orare. Benedicatur Deus, ac laudatur, Dens quam do laudes. quod sœpe admonui, cùm maiestas eius, ore nostro grandescit, inundat facinoribus eius oratio, cùm sœpius reddit memoria suorū erga nos beneficiorum. Frequenter meditamus, nobiscum reputantes magnitudinem bonitatis. Inde animus inardescit, incensus amore beneficentis. Hæc psalmorum cælestis philosophia.

In Domino laudabitur anima mea, audiant manuæ & lætentur.

Avabiv; est velut intransitu, gaudebit, exultabit. Spiritus, ait, meus in vno voluptas, hæc deliciæ, hoc gaudium. Inuitat mansuetos ad eandem lætitiam, vt quorum eadem est pietas, ac vita cōstitutio, eadem quoque sit lætitia. Mansuetos vocat, quasi pios, demissos, timentes, colentesq; Deum: quibus non dominatur arrogantia, superbìa non impotenter libidinibus parent. Deiecerit supercilium, fastum, non præceptis modo, sed nutibus etiā diuinis parere parati. Hos vnos, non superbos mundi huius hominū, diuumq; contéptores ad audiēda beneficia diuina, sanctamq; lætitia, ad carmina cælestia vocat. Rellexit humilitatem ancillæ suæ, diuites dimisit inanes. Ut Deus respicit humiles, mansuetos, (nam eodem nomine humiles, & mansueti dicuntur ἄνθρωποι τελεοφόροι,) sic sanctus Vates hos audire gratias, precatur, audientes secum lætari. Quorū sibi lætitia sit gratissima, & quos sciat ob has causas exultare, quorū in pectore vera gaudia versari confuerint. Audiāt, aiunt Græci explanatores, vt prodigiose seruatus sim. Ideni mansuetos interpretantur innocētes, qualis ipse esset. Exultent, quod tales à Deo non deseruntur, in periculis seruantur. Igo, ait, sim vobis exemplo, animos sumite.

Magnificate Dominum mecum, & exalteamus nomen eius in idipsum.

Nidipsum, quod etiam in Græco est οὐτὸν αὐτὸν, clarus ex fonte iachad, simul, vna, In idipsum Exalteamus simul nomē eius, in vnum coæsti, simul coēentes. Plena sint lætitia, & gratulatione omnia, quod tanta pericula, opem ferente Deo, vita uerim. Vna sit nostrū harmonia, quæ magnificet, tollat nomen Dei. Nomen Dei, memoriam, famam, maiestatē, gloriam. Hinc cernis magnificare, ac benedicere, idem propè esse, cùm Deus sit magnus Magnifica. ore nostro, cùm magnitudo eius refertur, celebratur. Propterea diū, magnificate. Potest in mundo obscurior esse, sit clarior laudibus nostris. Opera Prophetarū, fedulitate priorū siebat manifestior, bonitatem eius indefensè recinetum, apud omnes gentes, quibus esset obscurius id numen, potius simulacra colentibus, efferentium. Eodem spiritu Græci tendunt, magnificare, esse grandia, atque numine eius digna prædicare, quemadmodū exad- Deum. uerso, deprimer, atque minuere bonitatem eius, exigua, atque humili de eo loqui.

* Exquisui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Tribul. **O**c Carmen erit. Hoc in primis celebrabitur. Imploratur à iustis Deus, imploratus adest, non negligit res hominū piorum. In calamitate præsens numen salutaris. Tribulationes, rectius Hier. dixit angustias. Queritur Deus, Vate docente, non pèdibus locorumq; mutatione, longinquas terras adeundo: apud nos est, cùm imploratur, cùm validæ preces feriunt sydera: aures eius vbique tendentes, impellunt. Non est surdus vt audiare non possit, non est inexorabilis vt refugiat audire opem petentes, tam potest, quā paratus est audire, nec feci audit, quā facultas est audiendi. Nec inopia & absentia prohibet quō minus quē petis excipiat, nec crudelis, durusq; auerritur, deferens multa loqui volentes. Non sunt casia preces bonorū, in tenues auras abeūtes. Non secum rapidi portabūt omnia venti, haud in ventū vocem vertere procellæ. Nec quales delicati principes, quibus fastidio sunt loquela, sese veluti canibus apprehensos alloquentibus mordicus auribus dependentibus querentes. Nullus ei labor audire numerū loquentū quantum velis auxeris.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrae non confundentur.

Accedite. **B**hanc causam nemini cunctandū est, cùm sint omnia parata, cùm nihil prohibeat quō minus gratias quas postulaturus accedit, assequaris. Quid moratur? ait. Quin E accedimus proprius? Non leue, non exiguum beneficium erit, quod dabitur: splendet in nos præsentes claritas vultus eius, amouebitur transenna, prodibit gloriosum, plenū claritatis numen. omnis in nos fulgor offundetur. Animus clarescit, mens si quibus tenebris caligaret, exemplo radiis diuinis lucescit, discussa graui caligine. Dabitur sapientia, inscītia, insipientiaq; cui tenebrarum nomen iure congruit, repulsa, euigilabit animus ad alta. Scire operæ pretium est, quod Græcè est, φωτισθε, illuminamini, Hebraicum נָהָרַ duplicis significatus ab Hebreis accipi. Nahar illis est flumen, inde verbum naharu, fluite, confluere. Hoc placuit Hieron. qui transtulit, Aspicite ad eum, & confluete. Rabi David, Sensus, ait, huius versus est, incessus cum celeritate, quemadmodum flumen dēcurrit. Respicite, inquit, ad eum, & currite. Non displicet illis significatus luminis, vt Auen Esra, Nahar, inquit, נָהָר Iaoru, illuminamini. Sic Rabi Salomom exponit נָהָר hairu, lucescite.

Nahar. **N**on confundentur, Hebraicè clarum נָהָר iechparu, erubescit, pudeſcet, ignominia afficiuntur: non illudentur, nullo robore vultus perfundetur ob ignominiam, ob repulsam, vt qui discedunt à conspectu principum, non assecuti quod flagitassent.

Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius salvauit eum.

Pauper. **A**v p e r Hebraicè נָהָר ani, est item inops, afflictus, vexatus, calamitate circumuentus. Demonstrat se ipsum, vt ferunt Hebrei. Iste pauper, ait, quem videtis, quem nunc carentem gratiasq; agentē aspicitis, clamauit cùm calamitas premeret, vrgerentq; incommoda: Deus exaudiuit. Non sunt, ait, exempla longè petenda, num Deus audiat, cùm longè gravissimus dies instat, nos autem circunspicientes deesse quicquid opis humanae sperare possemus, vertimus oculos ad cælestē præsidium. Iste vexatus: hoc corpus, quod ante oculos astat, magnis est per orationem cladibus liberatum. Hoc decanto, hoc carminibus prosequor, hic triumpho, is vitorialis, triumphalis hymnus mihi canitur. Has ago, vt cernitis, gratias, aucturus semper dum vixerim, dum memor ipse mei.

Immittet Angelus Domini, in circuitu timentium cum, & eripiet eos.

Immittet. **M**MI T T E T, non rectè Latinus reddidit Græcum. Quid enim immittet, Græcū ad Hebraicū, περιελαῖ, castrametabitur, castra ponet, considerat: Hebraicè נָהָר chone, afflictus, castra ponit. Ad hunc sensum Hieronymus transtulit ex Hebraicis fontibus, circundat Angelus Domini. Et Hebrei declarantes, Inimici, inquiunt, circunsterrunt, castra iuxta me posuerunt: at Angelus Dei sua quoque castra iuxta hostes posuit, non est longum à castris eius ad castra inimicorum interuallum, vt si me adoriri cooperint, in eos impetum faciat, in fugam vertat, concidat, velut Angelus Domini centum octoginta millia

D

Amilia interfecit in castris Asyriorū. Sunt alia in sacris litteris exempla, de Angelo, bonorum comite, præside, vt cùm comitaretur Tobiam. Et, Dominus mittat Angulum suum vobiscum. Hoc piis datur, hæc ferunt præmia pietatis: non enim improbos Angeli, sed Deo charos defendere gaudent: vt Pallas illum vbique comitabatur, rerum ei gerendrum magistra. Norant omnia sœcula, inuisibilem hanc custodiam, pios, fortésque comitari. Quod tam crebrum est in sacris litteris.

Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Va v i s, Græcum ἔγειρος bonus. Et Hieronymus, Gustate, & videte, quoniam bonus εστι Dominus. Ad Hebraicum וְאֵת chi tob, quia bonus. Gustare iure referunt Hebrai ad mentē, cor, sensum. Gustate, sensum adhibete, cōsiderate, periculū facite, gustum sumite. Secundū, corporeos oculos respicit, vtroque iudicio cōprobari Deum, plenū esse clementia & bonitatis, vel oculis videri & probari. Vocat ad hoc experimentū confidens vertice celso, clamans, genus humanū cum primis sapientes, exploratum, certūmque habeant, proprius accedant visuri, quod cæteri incertum existimant, Deum tueri bonos, Angelos eius, crebrius subsidio mitti probis, quod sèpius priscis sacerulis factum est. Idcirco non potest non esse beatus qui nititur Deo, sperans hoc sibi singulare præsidium, non sperans vel copias si sit Imperator, victoriae causam, quæ sèpius terga verterunt, duces illatos, fortunāmque suam quærentes, reliquerunt, vel quodcunque aliud robur, quod sèpe debilitatur. Sed spem in Deum dirigens, qui si vel vnum Angelum subsidio mitrat, quantumvis terribilem aciem inimicorum fundat, delcat.

Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus cum.

Is fortè clarius efficit, quod omnibus retro carminibus proposuerat, prodigiosam salutem conseruationemq; cælestē eorum esse qui timeant, colant Deum, quibus sanctorum nomen congruat, non cæteris otiosis, minime laborantibus quid eis singularē dari possit, minimè morantibus cælestia, ab oculis remota, potius in hæc terrestria curas, cogitationesq; omnes desigentibus. Sanctos Hebrei simili atq; Græci significatione afferunt appellatos, corporeis abstinentes, libidinibus, voluptatibus parcentes, à contagione mortali maximè segregatos. Græcè dicuntur ἄγαλη, sine terra, sine foribus & inquinatione terrestri. Terra est, quodcunque corpus, quicquid hæret corpori, aut oritur à corpore. Voluptates & libidines inter corpora versantur, sunt corporum cōtaetus, imò clavi, vt ille inquit, quibus animus affigitur adhærescitq; corpori. Qui his abstinet, sanctus est, respicit pura, sincera, non inferiora: is diligitor à Deo, hunc cælestis custodia comitatur, huic Angelus submittitur qui defendat, eripiat, tela inter & hostes. Huic singularis ex omni mortali multitudine sic rara gratia datur, non cuius solita cōtingere. Nihil deest timentibus cū, *Nihil deest.* Cest Hebraicè. Non est inopia timentibus cum. Tobias filio dixit, *Nihil tibi decriit si timueris Deum. Quale igitur quantūmque præmium pietatis, omnem fecim bonorum copiam ferentis, omnem egestatem repellentis!* Quocirca omni vocis contentionē ad hanc omnibus carminibus inuitat, hunc fontem vberissimum bonorum prædicans, verum cornu *Tobi. 4. d.* copiæ, verum dimitiarum flumen.

Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.

Lla quoque fuit beata vox, beato ex pectori profusa. Et diuites dimisit inanes. Sciciū *Diuites.* dum quod Græcus dicit, πλήσσοι, diuites, Hebraicū est, וְאֵת kepirim, sonat ea vox, *egre.* Leoncs. Hier. edidit, Leoncs indigerunt, & esurierūt. Ob id Hebrei interpretantur, non prodeſſe leonibus fortitudinem, quo minus interdum esuriant. Est eis ingens robur ad prædas capiēdas, at sèpe famelicī sunt. Quo sit vt pietas quæ colēdo & inquirēdo Deo cōtinetur, valentior sit ad nutriendū, souendum, sustentandū, quām robur leonū, ad eos alienados, quos sèpē tueri non potuit à fame & inopia: pios autem nunquā inuenies indiguisse. Nosse operæ pretium est, non ab re, Græcos interpres, leonum nomine, diuites transtulisse. Hebræus Auen Esra, haud minimæ autoritatis explanator, Mihi, inquit, videtur hoc nomine appellasse homines leonibus similes auditate prædandi, quibus est incredibilis *Leones apt.* *Cic. off. 3.*

fames assequendi. Ergo diuites iure leones vocantur. Nullæ enim ferè diuitiæ non cadent **D**auditatem quæruntur, retinentur, qua leones prædari consueuerint. Animus diuitibus ad **Nos min.** quæstus & diuitias, qualis leonibus ad prædam. Non minuētur omni bono, clarius expref-
omni bono. sit Hieron. Quæreribus autem Dominum, non deerit omne bonum. Nullum bonum, nulla rerum copia deficiet Deo studentes, pietati operam dantes, opem ciuius requirentes, ad eum refugientes premente inopia, calamitate.

Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.

V O D tantopere cōmendauerat, & in eo positam salutem dixerat, vt pietatē coleres, **rili.** **H**ac ingeniu tuum excoleres, omnēmq; hic curam collocares, magistrū eius rei seſe exhibit, quo sua præcepta, sua Philosophia vigeat, experientia cōprobet, quod ipſe pios reddiderit, totidē probaturos vera esse quæ de præmiis pietatis feruntur. Quid igitur sit timor, seu pietas, venit ostensurus, inuitans ut ad locum verarum diuitiarū. Verus præceptor, altissimæ Philosophiæ antistites, magnorū mysteriorū interpres, rei, qua non habeat genus humanū meliorē, declarator. Veniant omnes, audiant, doceantur, tantopere complectitur audituros, vt eos vocet filios. Est item confuctudo sermonis Hebraici, quod hoc foco testantur Hebræi, vt filios vocet discipulos: vt filij Prophetarum, discipuli. Venite, quoque testibus eis, est non tantū accessus, sed animi excitatio, quem hortaris veniat, hortaris euigile, surgat, prōptus existat, ne iaceat, stertat: si quibus in rebus vigilem esse oporteat, in primis his desiderari vigiliam, animi contentionem. Idq; vel maxime cunctos erigat, quod pollicetur se pieratis, summāq; Philosophiæ præceptorem, cui par est cum omni tempore deseruisse, notam exploratāmque ei, frequentem usum fecisse.

Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

V O D timorem paulò ante dixerat, nunc vitam. Timor Domini vita est. Qui vult pietatem, vult vitam, vult felicitatem. Id enim est videre dies bonos. Beatè viuere, posſidentem bona quibus verè congruat nomen bonorum. Hanc vitam, dicasque bonos, tempūque beatum, Hebræi quoque sentiunt de vita caelesti, & de corpore, utrunque vitam complexū esse Vatem. Vnam candēmque esse rationem virtusque felicitatis, idēmq; iter ad ambas. Nam & philosophi vitæ felicitatē statuerunt in virtute, iustitia, fortitudine, fide, constantia, carere notis, vacare culpa. Similiter noster primum omnium sciens omnes cupidos esse vita, metas, quo ad facultas detur, longius proferre, idq; fuisse priscum præmium pietatis, quibus vita diurna cum bonorum exuberantia promitteretur, fontem huius aperit qui longeius esse cupiat, quid agere cum oporteat ostendens. Non herbis potentibus, non artibus illis Medecis, quibus senium pepulisse fabulosè fertur, redditia iuuent, opus esse, diurnam iuuentam præbere virtutem, cum diurnitate pari felicitate contante. Huic enī studendum, beatitudinem diurnitatēmque vitæ excipere vitam diuinam. Dies est illis tempus, spatium rerum gerendarum.

Prohibe lingua tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. **F**

R I M V S quoque Psalmus, quibus partibus conficeretur beatitudo, decantans, im- **Lezim.** **P**rimis beatos prædicauit, qui in cathedra pestilentiaz non sedissent, quod Hebraica intelligentia designatur: maledicos, linguaces, obloquentes detestati: horum è numero omnibus modis cauifesse. Defugisse sermonem, aditum loquacium, maledicorum, quos illi sua lingua vocant Iezim. Nunc primus felicis vitæ gradus, primus ad limina beatitudinis ingressus est, ut linguam sceleratis maleficiisq; colloquis abstineat, linguaz moderratis, ne noceat, ne causas interitus, maleficiorū præbeat. Nihil ab ea noxiis pestilēnsque proficiscatur, ne sit autor cædis, detrimenti, cladis, vastitatis, ne fallat. Mala lingua, maledictiæ indiciū. Cui mala lingua, etiam malus animus. Ergo totus malus, undequaq; improbus, nefarius cui mala lingua. Ne labia loquantur dolum, est, Hebræis declarantibus, aliud ore aliud corde loquentem, amicum sermone seſe ostendentem, sed peccatore de interitus eius aut ignominia, quem amicè cōpellas, cogitantem. Non potest igitur eiusmodi vocari dicitq; beatus, cùm ob interiores infelicitatis causas, quas omnis improbitas comites habet, tum præmiis virtutis quæ Deus cælitus mitit, deficientibus, duabus de causis beatitudinem improbis non sentientibus. Dolum Græci definiunt malaficiū occultum, cum præscriptione bona. Cortex bonus, inacula subiacente.

Dolus.

Diuerte

A Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perseguere eam.

Ecce monent Græci, non satis esse abstinere malefactis, subiiciendas esse virtutes. **H**ec illam esse velut ad virtutem præparationem, expiationem, cùm te fôrdibus vitiorū expiaueris, extemplo virtutibus imbuendū esse animū. Diuerte igitur siue discedere à malo, primum generatim dixit: generatim quoque, facere bonum. At id posset item percipi, vt persit ostendendo timorem Domini, ceterasq; virtutes, pictæ venerationē: que Dei eo maximè comprobari, si maleficiis abstineas, nemo abs te detrimenta sentiat: hanc esse maximam iustitiæ numinisq; venerationē, cuius metu, leges humani genetis per te nunquam rescindātur. Huc pertinet, Ne sint sermones tui sceleris autores, quod omnis propè hominū operatio, initium haber à sermone, colloquio, ascitis rerum gerendarū comitibus, quibus cū de re differas, sentētias corū exquiras. Si penes te sit potestas, imperes iniusta vel iusta. Omnis denique res ad sermonem vt principiū redigitur. Sed ab ea imprimis sermone abhorrendū sanctissimus Vates docuit, in quo detrimenta celātur, pestis occulta; venenū melle conteātū. Quod ybi magnus philosophiæ antistes proposuisset (nam magis è numero dēmonum sceleratorū quām hominum id genus haberi conuenit) summā totius sapientiæ posuit, vt abstineres malo, faceres bonū, sentiens videlicet, vt nullius detrimenti autor existas, nullius sceleris ac vastitatis priuatę ac publicę causa à teinitū sumat. In omni vita, infamia careas, nullius iniuritatis autor habearis. Hancq; vitasse proberis, tum quod è numero sceleratorū maleficorumq; haberi nolisti, sed pro virili, quoscunq; potuisses, beneficiis affecisti. Hocq; est facere bonū, beneficium afferre, vtilem esse, beneficiū, liberalē, enī multorum cōmodis studentē, nulla benefaciendi lassitudine nulla ingratitudine deficien̄tē. Plurimi enim, quod nōnullos ingratos experti essent, à benefaciendo, quasi homines odio deinceps habentes, deterriti sunt. His optimè additur vt queras, adamas, amplexeris pacem. Est enim cupiditas pacis, inimica superbia. Cui benefaciendū est, abstinentiamq; iniūitate, certe pax exquirendā. Qui pacē requirit, constituit secum neminē laedere, cōtumelias odisci, calumniis, & probris conuictisq; palam vel occulte tota vita abstinerē, minus loqui, minus agere, ne cuiusquam animum offendat: omnes pro amicis habere, gratiā amicitiamq; omnium plurimi facere, superare lenitatem quos superbè arrogantērque loquentes naūtus fuerit. Est pax animi tranquillitas, quod hoc loco Græci ferunt, perturbationū domina, odis ægritudinibusq; sedatis, animus placidus & quietus. Qui pacem requirit, eum omniū gratiam amicitiamque possidere, omnes ei prodeſſe cupere, cāmque nos ob causam beatum esse necesse est, propterea Beati pacifici, quoniā filij Dei vocabuntur. Non solum igitur pax, quando filios Dei reddit, quārenda est, sed omnibus modis perse-
Inquire pacem.
Pax cum proximo.
Pax nobis aut intra nos.
Perseguere eam.

Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum.

V I S nesciat iustos esse, quos pacem persequi, maleficiis abstine, charitatis amantes dixerat: Quid enim aliud constituit iustitiam? Christus igitur prēmium pacis statuit, vt quicunque amans eius esset, filius Dei haberetur. Huic supremæ sententiae subscribens sanctus Propheta, primum hoc genus hominum, iustos pronuntiat, apud quos vnos iustitia residat: tum summo deo charos gratosque, vt eos suis oculis dignetur aspicere, aures ad eorum preces patentes habere. Is optimus iustitiae fructus, ingens prēmium quibus iustorum nomen congruit, diuinam prouidentiam habere custodem, aditum ei patere ad aulam Dei, posse proprius thronum eius consistere, posse loqui, orare fidenter, non in ventum precibus eorum abiturus. Quibus haec contingent, nonne perspicuum est, charos amicosque esse summo Deo? Quae amicitia quanti quāso facienda est: Eiusmodi fuerunt olim Abraham, Isaac, multique prīſcē illius cætatis, exim post Euangelium, præclarí viri. Exemplis dicta Vatis huius comprobata. Hunc versum clarus Hierony. Oculi Domini ad iustos, & aures eius ad clamores eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

R ANT oculi eius ad iustos, quos placidè respiceret, custodiret: nunc facies eius irata, toruāque respicientes oculi contra delinquentes: tam indignata malis, quām placida mitisq; bonis. Vultus eius velut principiū iratorum, furentium, indignatū.

V V iii

Possit item vultus intelligi, (quoniā Hebreis ea vox amphibola est,) indignatio, ira furor-D que. פָּנִים Panim, eis est facies, vultus: est item ira, indignatio. Possit itaque transferri, Indignatio autem Domini super malos, vt perdat de terra memoriam eorum. Hoc sentit Hebreus Auen Esra, exponens hanc vocem, וְרַמֵּן charon aph, accensionem iræ, quæ cernitur in vultu. Horribilis sententia, vt omnibus modis ad iustitiā totos nos transferamus, hinc præmiis ingéntibus propositis, hinc si ad aliam partem inclinauerimus, instantे poena, quæ perperam agentes, sequatur. Quantus est iustitiae fructus, tantus ex iniustitia cruciatus, non modo ad supplicia improbis abstractis, sed funditus eorum memoria è terris fublata, demersis in tartarum, aternámque necem, qui cùm bene iusteque viuere potuissent, maluerunt ingredi vias iniquas, legibus humanis ac diuinis violatis.

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

E B R A I C E duntaxat, clamauerunt, & Dominus exaudiuit: haud dubiè iusti clamauerunt. Moris eius est, sèpius idem afferere, exaggerare, paulò ante, Aures eius ad preces eorū: nunc, clamauerunt, exaudiuit. Vera sunt, inquit, quæ dixi, clamant iusti, exaudiuntur in calamitate: cuius fidem opémque implorant, non denegat: agitur vtrinq; quanta cōtentione agi debuit, illis huc cōfugientibus, instantibus petendo, hic spem eorū non fallendo, depulsis à ceruice calamitatibus, summæ spei, summæ alacritatis eis repletis.

Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

R R I B U L A T O sunt corde, ad Græcum & Hebraicū clarius & verius dicendum, οὐτε πέμψεις, contritos corde, Hebraicum בְּלִבְנָה nisbereleb, confractos, cōtritos corde. Hier. quoque verit, Iuxta est Dominus contritis corde. Et Hebræi iuxta hanc sententiā interpretantur, confractos seu contritos corde, qui ab itinere iniquo rediissent, sese ad meliora receperint pœnitentes. Secundū quoq; simile est primo, vbique retinente Vate eiusmodi carminis rationē. Et humiles spiritu saluabit. Hos Hieron. venustè ad Hebraicū, confractos spiritu. Erat superius plena mens trepidationis, quod solos iustos admittendos ad colloquium, eorum duntaxat preces excipiendas videbatur proponere, iustorumq; nomine appellare, quorū longè paucos reperias in terris. Nec quisquā erit, qui scipsum contemplans, iustitiae nomen sibi tribui posse confidat. Excludendos igitur tantū non omnes mortales ab hoc beneficio, vt in calamitate exaudiantur, propterea quod iustitia terris excessit, cæliq; in regione resedit. Audis igitur nunc iustos appellari, quorū preces sentiantur, non qui nulla sceleris labe careant, quod summi Dei tantummodo est, sed quos delictorū pœnitent, quibus cor ob peccata doleat, quatatur, summa cōmotione perculsum. Tantus dolor insidet, tanta concussio, ac cōmotio propter antē actæ vitæ peccata, vt quasi strangatur, frangitur, vexatur, discerpitur, quale sape de suis canit Homeris, quibus scindi & lacrari cor scripsit. Cor igitur lacerū conuulsum, propter odium peccati: sic spiritus deiectus, F demissus, fractus, quantus peccando arroganter intumuerat. Quid sit cor contritum, disce ex sequenti, spiritum demissum, fractum: cor, & spiritus, idem. Iusti igitur sunt quos pœnitent, hos exaudit: iuxta hos Deus consitit, hos seruat, custodit. Non est iustitia res, quam nulli mortales inuerire aut possidere non possint. Sit tibi spiritus minime arrogans, pœnitent si quid peccasti: tunc iustus eris, tunc exaudieris.

Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus.

V S T O R V M, numerus vnicus פָּזַדְקִים zadik, iusti: licet habeant Græca τὸν δικαίον. Nititur probare quanquā multis incōmodis iusti subiaceant, eos tamē non deficere refrigeria. Cur iustos afferat multa perpeti, multasq; esse vexationes bonorū, afferunt Hebrei rationē, quod Deus tentet bonos, quod meliores cernat: quod eos gaudet habere nitētes vt autū, perspectos, cognitos, ac probatos, vt fortis athletas, certaminis illustres, qui suæ virtutis testimonia edidissent, nō verbis, sed re philosophates. Tétauit, probauit Abraham, Iob, Tobiam, quid virtutis eis subefset: primus homo quoque probatus. Diuus Paulus, Non patietur, ait, vos tentari super id quod potestis. Propterea multæ tribulationes iustorum, sed cripuntur, decus augetur, illustriores redduntur, digni maioribus præmiis habentur!

Ahabentur. Quod vides vexari pios, latosque diu florere nocentes, si paulum expectaueris, cernes perspicuam rationem segregatis omnibus in suas sortes. Breues igitur sunt simul, & fructuosa vexationes bonorum.

Custodit Dominus omnia offa eorum, vnum ex hi snori conteretur.

Sa sustinet molem corporis, offibus nominatis tota corporis compagō designatur. Non adituras ad corpus clades, quæ funditus demoliantur, evant, vt corrueat, obruatur corpus, fundamento subruto. Offium tralatio multis in locis. Omnia offa mea dicent, Domine quis similis tibi? Dic numerauerūt omnia offa mea, proprius Hebreis loquendi ritus. Nostris interdum, Atque implicat offibus ignem. Est nostris item medullarū nominatio. Cernis custodia qualis iustorum, non homo, non presidiū, non mons, aut arx custodit iustos, sed Deus, omnem locum custodia cælesti, quo iustus consider, si posset occulis cerni, protegente. Atque idcirco totus psalmus in eo est, omnibus carminibus iterans hanc diuinam custodiā, dubios confirmans, quoniam plerique de his quæ non videntur, aut dubitant, aut nullam fidem habent. At ille toties ingerit, vt qui non credat, vim sacri carminis non percipiat.

Mors peccatorum pessima & qui oderunt iustum, delinquent.

B V S T I S obuenit, quod tam eximia proximāque Deo virtus merebatur, necessario Mors pœ.

H cadit contraria fors super iniustos, infelicitate moriuntur, subita clades obruit, morte pœ. cum poena grauissima consequēte. Peccatores dixit, Hebraicē est יְהוָה rasha, sceleratus, impius, nefarius. Huius interitus nunquam non est cum pena. Est q; propriè Hebraicē, quemadmodum scripsit Hierony. Interficiet impium malitia, nempe calamitas, vastitas. Malum vnum, vna clades, aufret impium ē medio. Sunt quidem multæ vexationes iustorum, at non perpetuae: at improbis vñ, eaque acerbissima. Chaldaeus quidem transluit vt est apud Septuag. Mors impij mala. Noris quis sit ordo naturæ, & prouidentiae, talē proponerem diuinum Poëtam. Vexabatur iustus ab improbo, multis incommodis oblati, procaciter infestabatur, omni tempore, quibus posset contumeliis, iniuriis exercet. Venit tandem finis, improbus ad pœnam cruciatumque abstrahitur, cum luctu discedens ē vita: in his tormentis moriens, quibus iustum premeret. Iustus liberatur, subleuatur, surgit, excipit alacritas. Quod ait, Qui oderunt iustum, delinquēt, est וְיְהוָה icefa. Delinquēt. mu. Recte diuus Hieronymus, Culpabuntur, qui oderunt iustum, non modo infelicitate & cum cruciatu morientur, sed memoriam relinquunt execrabilem, prædicabuntur improbi, nefarij: erit eis nomen inuisum, quale sceleratorum: Idem verbum designat, Euerentur, destruentur.

Redimet Dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eum.

N O n sunt perpetuae & bonorum calamitates, & improborum alacritates, dum ve- commutatio, bonis liberatis, illis vexationibus, omnibꝫque flagitiis finem facere coacti, miserè cadentes. Liberatur, redimiturque iustum. Ac, vt fertur Hebreis, dixit animas eorum, quod illi bonorum vitam insequebantur, vñ supellecilem, vñ vitam eriperent, non minus fortunis atque vitæ infidientes. Sed Deus liberat, aderit. Et non delinquent. Est superius verbum, וְיְהוָה icefa, non culpabuntur, non habebuntur in numero malorum, laudabuntur, erunt apud Deum magno in pretio. Aut non peribunt, nulla immani calamitate obruentur, vt quibus celeriter auxilium submittitur.

P S A L M I XXXIII. E X P L A N A T I O .

I Græcos Hebreosque audias, quod ratio quoque comprobatur, est psalmus editus, cùm dies longè grauissimus instaret, persequente Saule, nusquam eum considerere patiente. Est oratio calamitosi, quem fata videntur tantis incommodis prementibus: superest vt oculos animamque ad cælum vertas. Id sapientis erit, veritatēque exploratam habentis, & ubi verum sit auxilium sentientis.

IVdica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.

RO P R I E Hebraicè est, Aduersarius esto aduersarii meis. Insta contra instantes, vrge vrgentes, condemnatae condemnantes me: eisdem armis opprimantur, quibus vrgent. Bellum indicunt, indicatur eis. Miles esto contra milites . Re-
spicit idem, subiiciens eandem sententiam.

Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.

AR M A Græcè & Hebraicè ὄπλον, τὸ maghen, scutum. Numerus quidem multus
ὄπλα, signat arma. Secundum est Hebraicè τὸ zina, hastam. Hieronymus quo-
que verit, Aprehende scutum & hastam. Vult eum armatum: poëtarum est Au-
reus ex humero sonat arcus. Tum virgam capit genitor, quæ plurima cælo, Deiicit in ter-
ras, De fulmine. Dextera sacras iaculatus arces.

Effunde fratre am, & conclude aduersus eos qui persequuntur
pro diu anima nostra. Salve regis ego sum.

PERTIVS, & ad Hebraicum Hieronymus, Euagina gladium. Sæpius monui, tam
in usitatè vocare gladium in tralatione sacrarum litterarum Septuaginta, rōphæam.
Nam hoc loco Græcè romphæam est, quam Latinus quicunque fuit, fraincam.
Vtrunque apud Græcos & Latinos in usitatum. Sciendum est Hebraicè quod tralationi
congruit רַמְחָת Effundre hastam, iaculare telum, contorque, & conclude. Verbum qui-
dem Hebraicum רַמְחָת segor, est conclude. Adhibent Hebræi sensum, quibus facile assentiri
possimus. Conclude, claudere portas cōtra persequentes me, ne me assequantur. Obuius ito
in hostes, venientibus eis portas obiice: hic subsistant. Hæcque per tralationes, vt erat tra-
latio, telum sumeret, iacularetur: nunc impetum inimicorum tardaret, infringeret. Hiero-
nymus eodem ferè sensu transtulit. Et præoccupa exaduerso, persequenter me. Dein-
ceps est, vt confirmet animum in aduersis, vt ei auxilium cælestis affore promittat, sublata
omni dubitatione.

**Confundantur & reuereantur quærentes animam meam: auer-
tantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.**

ON F V N D A N T V R, erubescant, pudore afficiantur, vieti discedant, ignominiam in bello accipiant. Sic reuereantur verecundia, dedecore, quale vieti, exutisque armis & vestibus accidit. Omnia haec signa cladis acceptae, deleti, fusiq; exercitus, cum in omnes partes dissipantur, vel puer captiuos fortis milites abducat. Quod ait, Auerantur retrorsum, eodem pertinet, ut in fugam coniecti codem impetu quo venerunt, terga vertati, nec prius fugere desistant, quam in suos fines propellatur: sit eis dedecus, ut qui vincuntur, omni ludibrio & contumelia a victoribus afficiuntur. Fit fuga totius exercitus, videntes in sequentes vulnerant, interficiunt, capiunt, abstrahunt, exutos armis relinquent. Eorum carra diripiunt: ipsos contumelias affectos sub iugum mittunt. Omnia haec hostibus imprecant, qui vitae eius insidiarentur.

Fiant sicut puluis ante faciem venti, & Angelus Domini
coarctans eos.

V G E T. In puluerem vertantur, tantopere conterantur, frangantur, dum puluis sint,
vt puluis per inane magnum ferantur. Nihil illis potest vehementius imprecari. Et
Angelus Domini coarctans, **Quod** ait coarctans, est **τύπος** doche, propellens, impel-
lens, quemadmodum verit Hierony. Et Angelus Domini impellat. Simile quid etiam vo-
uerunt Septuag. voce Greca, **ἐκβλίσαι αὐτὸς**, elidens eos. Est apud Hebraeos accōmoda dicti
uius explicatio. Ventus puluerem, siue paleam iactat quidem ac turbat, verlātque, at sifit
liquo, finēque iactandi facit. Verum his nō ita accidat, sed iactantur attriti, dissipentur,
elecantur armis, bello, aut quauis alia clade. Et ne quid reliquiarū supersit, Angelus Dei re-
quias insequatur, vrgeat, nullus sit finis iactandi, nec mora, nec requies. Ceruicibus instet
angelus fortissimus Dei miles, cuius robur sit vnius exercitus, magnarūmque copiarum
ab bore validius. Sint eorum plagae, quas Græci vocant **θειατροί**. Non aliud est Græcis sensus.

Fiat

A Fiat via illorum tenebra & lubricum, & Angelus Domini persecutus eos.

X A G G E R A T imprecationes, adiciens grauiora. Dum fugiunt persequente Dco,
corruant, deficiat eos lux euntes. Inde fiat ut præcipitent, luce vestigiis eorum non
præfulgente. Sit lubricum, via eorum, quod Græcæ est òληνα, prolapsus, locus quo
pedes defluant, non subsistant, qualis glacies aut petra limpida, locus agens in præcepis, pe-
dibus nō se tenentibus. Hæc sit eis via fugientibus, videoes toto itinere correuentes: Quod-
que grauius est, plaga cælestis infest eos vrgens, persequens fugientes, simile ruentes.
Sit toto exercitu fuga, ruina, clades, gemitus: tenebris nigrescant omnia circum:

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei superuacuè exprobrauerunt animam meam.

R A T I S, in fonte ^{ad} chinam, vt Hieronymus frustra. Nullis iniuriis lacefitti, furore ^{gratis.}
libidine nocendi tantum prouecti. Infidias mihi tendunt, nullis à me priore iniuriis illatis. Quale de Iudeis Christus. Oderunt me gratis . Odium scilicet, quod non offensa, non prius oblatum incommode excitauit, sed quo rapitur animus corruptus inuidia, cui sunt inuisa ceterorum commoda. Bene inultos inuenias, qui pro benefactis mala facta referant. Interitum laquei sui, vox Hebraica ^{רַחֲתָא} shachat, est quidem interitus, est ^{Interitus} item fossa, vorago, qua qui intercipitur, labitur, interit. Dices forsitan laquei sui, propterea ^{Laq.} Hieronymus pro fossa posuit infidias : & pro ^{רַחֲתָא} shachat, laquei sui, est ^{רַחֲתָא} rishetham, rete suum. Tetenderunt infidias retis sui. Eodem quidem omnia pertinētia. Quod ait, Ex ^{Exprobra} probrauerunt, ^{וְאֶלְיוֹן}, aptius huic loco, Hebraicē, quod sensit expressitq; Hiero. ^{וְאֶלְיוֹן} ^{anima.} chapheru le naphishi, foderunt animæ meæ. Iterat idem, Absconderunt rete, laqueum, foderunt vitæ meæ voraginem, vt vita mea intercipetur. Infidias vitæ meæ terenderunt. Idq; frustra, superuacue quibus nullam iniuriam prius intulisse, potius beneficus fuisset. ^{superuacue}

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit
apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipso.

PAQVEVS *mavis*, aptius in fonte *nawz* shoa, calamitas, quod Hieronymus scripsit, *laqueus*,
Veniat illi calamitas, clades quam nesciat, nō prospiciat, calamitas inusitata, inaudita, *quem igno-*
*ta, insperata, plaga cælestis, horribilis, pro captione Græcè quidem θηριον, venatio, pre-*Captio.*da, Hebraicè *nawz* risltho, rēte eius. Insidia, inquit, quas abscondit, cum intercipiant: in-
fidis quibus capere parasset, capiatur. Illud rēte quod mihi velut aui parabatur, interci-
piat ipsum. Ipse sit avis, sit præda, sit fera, cui rēte abscondebatur. Quod mihi cogitasset
exitium, illi insperato superueniat. Cadat ante diem. Obscurè dixerūt Septuaginta *xvi* et *ri*
mavisi ne Cirro erat. Et in laqueo cadat in ipso. Clarius in fonte, *nawz* *nawz* beshoa ippolba, *In lag. cal-*
in ipsam calamitatem incidat, in eam ipsam cladem offendat, in infidias, rēte, laqueū, quem *in ipso*.
Cparasset, ruat: ipse se stimulis induat, in scrobes cæcas delapsus transfodiatur.*

Anima autem mea exaltabit in Domino: delectabitur
super salutari suo.

GV M hæc ita sint, quid superiora vel postulabantur, vel prædicebantur, venturam super hostes calamitatem, inopinantesque eisdem malis corripiendos, que in existentia Vatis destinassent: cum id, inquam, venturum vaticinatus aut imprecatus esset, recte excipit alacritas, exultatio proficiens, & se inimicorum insidiis liberandum, & improbos ad supplicia rapiendos. Cum hoc totum sit Dei, non hominum viribus, non humanis praefidiis tribuendum, iure tota alacritas est a Deo, in Deum spectat, ob eum triumphat, gaudet pius, vt qui diutius fluctibus iactati, portum propinquum prospectantes, qui vexatos excipiunt: ob portum gaudent, de portu prodit alacritas: viso portu sit gratulatio, haud secus animus Vatis prospectans caelestem salutem, Deumque vindicem fore non dubitans, plenus est alacritatis, exilit, nullus est xgritidini locus. Itaque delectabitur super salutari suo. *on the way*, salutare, clarissimus est ut dicatur salus, cum sit Hebraicè invenies Ihesuatho, salute eius. Quod dixit, Delebitur, est quidem *περὶ θεοῦ*, oblectabitur, gaudium, voluptatem capiet, super salute ab eo asserenda. Omnis mea voluntas est in auxilia eius, quod defuturum non dubito.

Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? eripiens
inopem, de manu fortiorum eius, & egenum & paupe-
rem à dixipientibus eum.

AN T A intus erit alacritas, vt ossa moueantur, permeet gaudium omnes artus. Ipsius
medius fidius, non dico parietes agunt gratias, sed nullum est membrum quod non
loquatur, non effterat clementiam bonitatemque Dei, cui non sit similis, amicis tue-
dis, misericordiis que eripendiis: quo non aliis alacrior currat auxilium latus, gau-
dens eripere probos ab improbus, imbecilos à validioribus, humiles à superbis. Hoc stu-
dens, hoc vita sua munus amplectens, quasi optimus pastor oves ex ore lupiterum eruens,
rapaces, violentos verberibus à domicilio bonorum longius submouens. Si quid contra salu-
larem eorum consilii ineant hostes, celeritate præcurrens: bona eorum à rapacibus diripi
nō sinens. Est quidem eorum animus rapinis inhians, iustorum suppellestilem audis ocu-
lis contemplantium, afferre ad eam cupidissimas manus expectantium. Rapinas agunt,
in seruitutem abstrahunt, at nō procul oculus diuinæ iustitiae absistit hæc cernens, exitium
iniquis meditans. Hoc ab eo fieri didicerunt & nobis prædicauerunt Prophetæ.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.

Sr magistris is sensus, nō defuisse in populo, qui odio haberent David, ei apud Sa-
uem inimicitiam maledictis conflantes, testes iniqui, qui se vidisse aut audisse asser-
rent, quæ nunquam cogitasset: qui sciscitarerunt ab eo, quæ nesciret, questionem eo-
rum quæ ignoraret, exercentes. Ipsi quidem referrent falsa regi, exquirerent autem ab
amicis & consanguineis David, quod nunquam fecisset, earum rerum autorem cum esse
volentes, quas nunquam cogitasset, sed super eos calamitatem venturam quam nescirent,
propterea quod ipse sit ab eis incusatus eorum quæ nesciret. Illi nescient calamitatem, quæ
eos obruat in præmium sceleris, quod calumnientur innocentem, ignarum quorum ab eis
insimularetur. Græci hos Saum, adulatoresque eius fuisse, qui percundarerunt ab eo, num
insidiaretur regno, quod illi falsè apud Saum prædicabant. Genus hostis atrox: iure va-
litatem eis imprecatur. Interrogabant cùm adhuc David esset in regia, cùm in suspicio-
nem venisset affectati regni, quod ei offerri à populo audiebant. Surrexit turba improbo-
rum adulatorum, circumsteterunt, super regno, super salutem regis diligentius sciscitantes. In-
fidias veritus David profugit. Longo pòst tempore, quietem naestus, gratias egit pro singu-
lis beneficiis, non immemor calamitatum illius temporis.

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.

ERIVS id queritur: superius, Oderunt me gratis, gratis absconderunt mihi la-
qucum, sine causa, nulla prius iniuria lacefisti: nunc acerbius, pro benefactis, malefi-
cia. Quod dixit, Sterilitatem, est id quoque in Hebraico, & apud Hieronymum. In-
telligitur eadem voce שְׁמַר shekol, orbitas, priuatio: sentitque orbitatem, priuationem ani-
mæ, vitæ. Retribuebant mala pro bonis, retribuebant orbitatem vitæ. Studebant vitam F
eripere. Hæc erat retributio. Omnes cruciatus, omnes indignitates referebant, ad postre-
num mortem. Græci quoque agnoscent cum sensum, sterilitatem animæ esse, spiritu, vita
carere, ne viuens virtutis officia proferret.

Ego autem cùm mihi molesti essent, in duebar cilicio, & hu-
miliabam in ieunio animam meam, & oratio mea in si-
num meum conuertetur.

CHMOL. **V**N C locum secus quæ nostri codices ostendunt, Hebræi ex sua lectione interpre-
tantur. Est enim pro ἐτοι αἰτήσαπεν χέιμων, Dum mihi molesti essent, Hebraicum
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל bachalotham, In infirmitate eorum, In ægritudine eorum, cùm ipsi ægrotarent. Referunt ergo infirmitatem siue morbum ad illos, non ipsum David. Toto enim
hoc Psalmus prædicat se eos beneficio affectisse, eos beneficium minimè agnouisse. Inter
alia beneficia fuit, cùm illi ægrotarent, pro eorum salute indutum cilicio, suppliciter ora-
sc. Incredibilis benevolentia, summa voluntatis exemplum. Indicat hos amicos fuisse, pro
quibus infirmis suppliciter oraret. Eos autem postea proditores fuisse, regis odio seruientes, vt sunt humana ingenia. Paucos in calamitate amicos reperiri. Singulare igitur bonita-
tis testimonium, cilicium sumpfisse, ieunasse, sibi poenam indixisse, vt oratio Deo gratior,
eos ad

A eos ad incolumentem restitueret. Hoc declarans Rabì Dauid, Recenset nunc, inquit, be-
neficia quæ eis quæfisset. Si quis eorum ægrotaret, dolore afficiebar, cilicium sumebam, ve-
xabam me, vt cum Deus redderet incolumentem. Vtinam oratio, qua Deum pro illorum sa-
lute suppliciter orabam, mihi proficit: mihi ea bona contingent, quæ eis optabam, postula-
bam. Non enim reliquis perspectu erat, sed arcano res gesta est. Celabatur finu oratio: non
fuit res in propatulo. Hæc ille. Similia Auen Esra prior. At nostris Græcis ac Latinis visum
est infirmitatem siue molestiam quæ ab inimicis inferretur, describi. Nam Hieronymus
quoque reddidit, Ego autem cùm infirmarer ab eis. Cùm sint duo sensus, alter quod pro
inimicis infirmis orauerit, alter quod pro ægritudine & molestia propulsanda, quam ei ini-
mici inferrent: ego quidem ab Hebrais & à lectione Hebraica desciscere non possum. Si-
mili quid fecit David, super Saulo interfecto, quanquam inimico. Oravit, ieunauit, scidit
vestimenta, fleuit. Oratio in finu, secreta, clausa, non in propatulo. Græci orationem velut *oratio m.*
thesaurum charum, finu comprehensum: repleto finu gratiis, quas orando postulasset. At inf. m. cō.

Quasi proximo quasi fratri nostro, sic complacebam: quasi
lugens & contristatus sic humiliabar.

AD fontem perpensa, clariora erunt. Complacem *εὐηπλεγμα*, Hebraicum, cui tralatio
quoque Hieronymi responderet, Tanquam cum proximo, cum fratre ambulaui. Est
B enim vice illius Græci verbi *וְלֹא תִּלְכֶּד* hithhalachthi, ambulaui, incessi. Tum prosequi-
tur, Quasi lugens matrem tristis adorabam, in curuabar. Septuag. igitur omiserunt nomen
matris: at Hebrais est: sensumque omnem è verbis suis euoluentes, interpretantur. Si quis,
ait Rabì Dauid, eorum ægrotaret, non secus tristis incedebam, quæ amicus pro amico,
frater pro fratre: aut quemadmodum filius ob matrem defunctâ luget, illacrymatur. Me-
morasse matrem, quod grauius ob eam quæ patrem soleant nati ingemiscere. Sensus au-
tem verbi, Incuruabar, ab eis offertur, quod lugentes ac moesti, demissu vultu obambulet.
Nomen tristis Hebraicè est, *מָתַת* coder, sonat nigrum, atrum, pullum, referunt quod vel co-
lor splendorque moestis beat, vel ob vestem pullam, quam lugentes sumant. Is sensus est
Hebrais, & ex oratione Hebraica resonat, quem repudiare nequeo, facitque vt superio-
res versus clarius percipientur.

Et aduersum me lœtati sunt, & conuenerunt: congregata sunt
flagella, & ignorauit: dissipati sunt, nec compuncti.

PAC D hunc modum habet versus Hebraicus. Secus, ait, factum est ab eis. Non fuit eiuf-
modi in calamitate mea commiseratio. In infirmitate mea lœtabantur, congrega-
bantur, quemadmodum reddidit Hierony. Conuicnabant, vt inuicem referent, ge-
stirent super mea clade. Quæ dixerunt Septuag. *μάτηγος*, flagella, sunt Hebraicè *מָתַת* nakim, *מָתַת. con-*
flagel.
C dœuicnabant, quibus fors celeritatem ademit, cundi difficultatem patientes. Siue mihi do-
lores pedum accumulati, super quibus illi lœtabantur. At mihi placet magis, quod etiam
nonnullis Hebrais est visum, vt nakim designet flagella, dolores, & cruciatus illos, illam
ægritudinem & infirmitatem, quam com memorat, super qua dolet eos exultasse: crucia-
tus obsederant corpus, tormentis indolescens. Amici lœtabantur, ex doloribus meis, volu-
ptatem capientes. Quod ait, Ignorauit, nesciebam cur afficerentur inimici, causam huius *Ignorauit.*
peruersæ lœtitiae ignorabam, vt quos nunquam offendissem. Cur coirent super calamita-
te mea gauisuri, nesciebam. Quod ait, Dissipati sunt, est Hebraicum *מָתַת careu*, quod ad *Dissipat.*
aliam sonat, aperuerunt. Aperuerunt, inquit Rabì Dauid, os suum ex ingenti lœtitia, non ta-
cuerunt. (Id enim verbum est in Hebraico, pro co quod Septuag. transtulerunt, *κατεργάσατε*, *Nec comp.*
compuncti sunt, cùm sit Hebraicè *מָתַת* damu, tacuerunt.) Et Hebrai alia notiore voce de-
clarantes subiiciunt, *מָתַת* shatecu, quieuerunt, tacuerunt. Aperuerunt & non tacuerunt:
effusè ridebant, exultabant, lasciuiebant. Os erat plenum risus, lœtitiae, non tacuerunt, imò
ridebant, vocem efferebant: non dolor vocem suppressibat, nec vox fauibus hæsit, non
obstupere silentes, imò gaudebant, vox contineti non potuit. Totus ergo versus habet, Et
in dolore aut infirmitate mea gaudebant. Congregati sunt, congregati dolores, aut flagel-
lantes contra me, qui me sua illa lœtitia percuterent. Et nesciui causam. Aperuerunt & non
tacuerunt. Ne mirum tibi sit Hieronymum reddidisse paulò secius Hebraicum, Scinden-

tes & non tacentes. Nam vox careu, sonat etiam scindere, sed hoc loco omnino est aperi-D
re, hiare, non obstu puisse, non dolore conticuisse.

Tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, fren-
duerunt super me dentibus suis.

Tentauerūt. **S**eptuag. transtulerunt ἐπέλεγον, tentauerunt, est chanaphim, simulatores, hy-
subsan. m. **s**ub. **H**ypocritæ. ēstque versus obscurus, cui diuersi sensus adhibentur, וְיָהִי יְמֵן behanc-
phe laage maog. Cui sensus is subiacet, Cum simulatoribus irrisoribus, cibus aut ir-
risio. De hac re loquitur Rabi Dauid. Chanaphim, inquit, sunt viri irridentes, quibus stu-
dium est vana & ridicula loqui. Et maog sonat, inquit, sermonem vanum, irrisio n. Om-
nisque sensus est, Isti flagellatores, hi mastiges, congregati sunt cum derisoribus. Atque isti
scurræ rident, fremunt contra me. Sunt ergo propter voces amphibolas varij sensus. Nam
maog placet nonnullis, è quibus Rabi Salomon, designare escam, à verbo וְיָהִי coxit pa-
nem, placentam; interpretanturque irrisores & viros ciborum, parasitos, adulatores, qui in
gratiam principis & causa cibi, ad mensas regias frequentes probris, irrisio nibus, fannis, in-
festrarentur Dauid, fremeré in eum. At Rabi Dauid maog vult esse à verbo וְיָהִי laag, quod
etiam in versu est, irridere, subsannare, fannis, scommatis perseguiri. Totus ergo verius con-
nexus cum superiori habebit, os aperuerunt, non tacuerunt cum simulatoribus sceleratis,
irrisoribus, vel irrisoribus cibi, nempe propter cibum irridentes. Aut irridentes irrisione.
Huic sensui proximè accedens Hierony. transtulit in suo ad Hebraicam veritatem Psalte-
rio, In simulatione verborum fictorum fremuerunt. Similem sensum Septuag. respexe-
runt, transtuleruntque tentare, quod Hebreis est chanaphim, simulatores, hypocrite. Nam
tentatio propriè cum simulatione fit.

Domine quando respicies, restitue animam meam à maligni-
tate eorum, à leonibus vnicam meam.

Quando ref. **G**VM tot igitur calamitatibus sim circuuentus, cùm genus inimicorum patiar, quo
non sit atrocis in terris, quando tempus erit vt videam vindictam? Quousque fer-
re poteris pios ab impiis vexari? Quando vitam meā reuocabis ab orco, à calamita-
tibus quibus iam succumbo? Pro λευκόντα, maleficio, vel malignitate eoru, est וְיָהִי mishohchem, à calamitatibus eorum, à cladibus quas intulerunt, inferuntque. Hierony.
quoque posuit calamitates. Idem quoque sonat vox Græca ρευστία. Eosdem leones, rapa-
ces, feros appellant, violentos, audios vorandi, non aquam, sed crudelem mentem gerentes.
In perniciem eius pertinaces, obduratos. Vnicam appellat animam vitamque, nempe sin-
gularem, charam, quam vnicè diligimus, charam habemus: vt apud Homerum, φίλον ωρίην
φίλοισι, Charū cor, chara viscera, chara pectora. Nō tam propriè in Græco est μονογενής,
Vnigenitam: dicendum, vnicam, singularem, solam, vnicè dilectam, que non gemina nobis,
quemadmodum ditti, oculi, ob idque minus chari. At anima vnicam, hinc chara. Hierony.
quoque transtulit solitariam meam. Restitue, libera, abstrah, renoca velut ab orco. F

Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

In eccl. **G**raci. **E**c pietas, hoc munus, quod mortalis offerat summo Deo, quod beneficētiam eius
impetrat. Confiteri sèpius declaratum, esse canere, laudare. Hinc canere incipiam.
Idq; in magna multitudine, frequenti cœtu, quasi canam triumphale carmen, reci-
tabo panegyricum, velut in panatheneis, omni cœtu coēunte, in comitiis carmina sacra ca-
nam. Dixit in populo βαρεῖ, graui, Hebraicum וְיָהִי, azum, forti, vehementi, multo: fortudo
multitudinem spectat. Canam vt redemptus, vt ascitus in libertatem, qui malis obru-
rer. Hanc gratiam referam, quod non ero immemor: omnis cœtus audiet me canentem,
efferentem egregiam hanc salutem. Agnoce quid confiteri, ex sequenti, Laudabu.

Qui adue-
m. **N**on supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, qui ode-
runt me gratis, & annuant oculis.

Quia adue-
m. **V**o d sèpius postulauerat, ne irridetur ab inimicis, ne contumeliis eorum proscin-
deretur, ne fabula eis eset, risus, plausus, ludibrium. Iniquè aduersantes Hebraicum,
inimici mendaces. Mendaces inimici, de salute cius consilium ineuntes, apud regem
criminibus onerantes, inuisum reddentes: rem fecus quām habeat, exponentes. Hos effi-
caces,

Aristes, non gaudentes, incute vulnus quod eos ab inani improbabque latitia transferat ad No super-
interorem. Vertatur in acerbitem eis hæc voluptas: sit rufus is sardonius. Quorum odium gaudi-
iniquum est, inusitatum, minimè naturale. Natura enim comparatum est, vt odium ab of-
fensa initium sumat, vt odio habeas qui læsisset, qui detrimentum intulisset. At hi oderunt gratia.
qui nō offendisset, gratis, frustra, sine causa, nulla culpa irritati, minimè à me in hanc inimi-
citiam impulsi. Quo fit vt in numero sceleratorum ducere eos conueniat. Nam cùm oni- ofores gre-
nes carere odio, qui bonorum nomen retinere velint, oporteat: tum vero suscepisse odium tauri.
nulla causa subiacente, nullo scelere cius quem odisti, præcurrente, iniquissimum est. Id ge- ofores in-
nus hominum ex hominum societate propellendum, ultra oceanum deportandum. Tam ofores in-
magis, si pro beneficio, quod queritur noster, odium inuenisti, in quem animum placidum, gratia.
benevolum, beneficiis mitigatum, & ad amandum impulsum, gerere oportuisset, gesisse
mentem iniquam. Id nō ab hominibus modo, sed à feris etiam alienum, quæ beneficiis mi- Rom. 12.
tigantur. Ergo hi pro portentis habendi. Annunt oculis, quod Hebrais placcat, irrident, Annuunt
alter alteri ridens annuit. Fit naso irrisio, quæ sanna Latinè dicitur, Græcè μωκτηζεν. Fit
oculis, quod forte Græcè est ουαρδαμύθη. Interpretes Græci annuentes oculis exponunt
adulatores, qui presentem Dauid, vultu, & habitu coram rege irridenter. Eodem pertinet:

Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & super
iram, dolosè cogitabant.

BONTRARIUS ordo & sensus in fonte. Non affirmat eos pacifica locutos, sed nē- Mi. qu. pat.
gat. Quod sciens Hiero. reddidit, Non enim pacem loquuntur. Longè etiam diuer-
lo.
lum est ab origine, Super iram dolosè cogitabant, cùm Hebraicè habeat וְיָהִי In irac. ter-
Veal righe arcz. Cui plures sensus ab interpretibus propter amphibologij adhibetur. Vox lo. do. co.
raga, Hebrais sonat ruimpere, scindere: tum quiescere. Duos ergo sensus apud eos sicut dia-
lekti proprietatem sequentes inuenies. Rabi Salomon cum nōnullis aliis exponit scissuras
terre, nempe loca secreta, abdita. Ibi, ait, dolos meditantur, struunt insidias: ibi de mea salu-
te cōsilia clam inuenit. In locis desertis ac sylvestribus, quas fissuras aut rima terre, quadam
poëtica similitudine appellat. Huic quoque sensui acquiescit Auen Esra, autor nō ignobi-
lis. At minimè Rabi Dauid, propterea quod cogitationibus locus arcanus, atq; abditus nō
fit necessarius. Non in recessu cogimur cogitare: hic verò dicitur, Dolos cogitabat. Propter
ea transit ad alium significatum, vt vox designet quietem, requiem: dicatq; eos in volupta-
te & requie, malè de te cogitasse. Per quietem, quiescentes, voluptatibus indulgentes, otio
vinoque sepultos. Dum ego vexarer, exagitare persequente rege, nusquam consistendi
mihi locus esset. In illa alta requie mihi negotia facessunt, otio eis, vt solet magis malorum
quām bonorum pater esse, exhibente nefarias cogitationes. Non loquuntur ibi pacifica, sa-
lutaria, imò crudelia de interitu, de rapinis. Hos duos visum est magistris proponere signi-
ficatus, quos aliis exemplis ex sacris litteris, quæ sunt eis certissimi linguae sicut autores, cor-
roborantes. Primus antiquis placuit: in secundo solum Dauid arbitror esse. Vterq; subest
Cpropter πολύσημος. Haud mihi cōpertum est cur Hiero. transferat, In rapina terre, cùm is si-
gnificatus apud eos nō extet. Nō est ergo εν' ὥρη, super iram, sed totus versus habet. Quo-
niam non loquentur pacem, & super rimis terra, verba seu res fraudulentas cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Euge euge,
viderunt oculi nostri.

ECCE dilatauerunt procaciter loquentes, effusè ridentes. Cùm viderent me, ait Ra-
bi Dauid, huc atque illuc exulem vagari, tunc dicebant, Vah vah, viderunt oculi no-
stri quod voluerunt, quod eis gratum esset. Est enim pro Græco εὐχαριστία, Euge, euge,
Hebraicum וְיָהִי haach haach, Latinè quod est apud Comicos, aa, aa, ridentis, exultan-
tis, os & guttur aperientis, & crebro risum repetentis. Erat, ait, in gutture, ore, oculis, lati-
tia. Guttur hiabat resonans, oculi alacres aspectu clavis pascebantur. Nilul non de inimicis
atrox prædicat, inauditam eorum ingratitudinem ostendens. Viderunt oculis quod opta-
sent, augetur eorum improbitas, dolor vexati, quod gloriantur facinore admisso.

Vidisti Domine, ne fileas Domine, ne discedas à me.

Medit coram acies me, tu quoque vidisti. Perspecta est hostium improbitas, patet *vidisti*.
Oculis tuis. Nihil ego per indignationem exaggero, nec maiora facio. *Ne fileas*,
XX

fileas, silent qui calamitatibus circumuentos videntes tacent, non exclamant, non ingemescunt, non concurrunt opem ferentes, dissimulant. Eis dolor non exprimit vocem, connivent, quasi dormitantes, stertentes, negligentes, sibi quae fiant consideranda tanquam nihil ad se pertinentia, non putantes. At nos precumur aspiciat, ulterius ut commoueat se, misericordum cladibus indelescat. Cuius est regere imperio terras, cui lumina mille, quibus universa cernat, visis ordinem addat. Ne taceat, ne discedat, propinquus assit. Non potest Deus discedere maior omni mundo, nullis quibus se recipiat locis patetibus, ab aliis digressus, quemadmodum sol digressus a nobis, ad Antipodas recessit. Discessit cum videre respuit, auersatur, sinens perire delinquentem, poenaque scelerum dantem, cum dies opportuna venisset, aut sub cruciato corporis celestia premia lucrantem. Nos oramus, ne nobis iratus auxilium, cum postulat vsus, ferre recusat, que à nostra consuetudine peccata subduxissent.

Ne discedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus, in causam meam.

Dominus.

XV R G E, excitare, ne dissimiles, videre refugiens. Intende iudicio, iuri, iustitiae, que mihi debetur. Ius à me stat, ab eis culpa. Reus non ego, sed illi. Quasi pro tribunali sedens fer sententiam. Gladium aduersus iniquos euagina: poena capitis damnatos, mitte ad supplicia. Iudicium suum, dixit, iustitiam, & quietatem, ius, rationem. Hanc certat, ad hanc se excitet. Iudicium quoque suum, vltionem, vindictam, huic studeat, hanc animo meditetur, paret, habeat in promptu, néue inferre moretur. Dixit Deum & Dominum: secundum sonat velut patronum meum, cui causa mea cōmissa est: ego velut cliens, tu patronus, iudex, cause cognitor.

Iudica me secundum iustitiam tuam, Domine Deus meus,
& non supergaudeant mihi.

VDIC A me, vlciscere mihi iniurias illatas. Infectare edictis suis minacibus maleficos, post edita consequatur poena. Damnentur, damnati ad supplicia rapiantur. Ius meum suscipito, rationem inspicere: idque secundum iustitiam tuam: quanta est quietas tua, gaudens ordine rerum, & conseruatione. Quemadmodum iustus es, sic vlciscere calamitates illatas: id à iustitia tua, que maxima est, reposco, vt iudicium, sententiāque super iniquos exprimas, tu sceptra tenes iustitiae, soli tui indefessa comitis. Iure vindictam exposcens in his angustiis ad te conuertor, non tam vltionem, quam defensionem efflagitans. Quid ait, Non supergaudeant mihi, est Hebraicē simpliciter: Ne latentur mihi, nec mihi dolor longior, nec eis diutina latitia relinquatur. Conuersis fatis, illi lugant, nos excipiat alacritas.

Non dicant in cordibus suis, Euge, euge, animæ nostræ,
nec dicant, Deuorabitus eum.

Deuor. e.

EV G E, semel est indicium (vt diximus) latitiae, Hebraicē pro eo non heah, aaa. Hieronymus vertit, vah: adiunxitque animæ nostræ, quasi latitiam, alacritatem animæ nostræ. Ne sit, ait, in pectori atque animis eorum eiusmodi exultatio. Est alacritas eorum perniciosa, scelerata, exoriens ab alterius calamitate, non eis sperata cōmoda, sed spes alieni detrimenti gaudio pectora diffundit: cōceperunt animo cum voluptate meam calamitatem, non exitium solum, sed velut bestiæ rapaces vorare totumque absumere cogitantes. Præripuit animo prædā, auidis animis iam totum me absorbent: deliberarūt iam de mea calamitate. Hæc deliberatio est, velut cum s̄aþe lupos, aut leones vidimus impetu factores dentibus corripuisse, breui eis absumptas ex oculis abiisse. Propterea velut certa, exploratique victoria latitantur, summa omnium latitia tempus expectatur.

Erubescant, & reuereantur simul qui gratulantur malis meis: induantur confusione, & reuerentia, qui maligna loquuntur super me.

XAG G E R A T I O petitionis, Erubescant, reuereantur, induantur confusione, pudore, ignominia. Nam id melius est, pro Græco, ἀρχῆ με, ἔντοπη, quam confusione & reuerentia, dicendū dedecus, ignominia. Hieronymus quoque Latinus verecundiam dixit. Reuereantur quoque Græcē ἔντοπη, melius pudescit, dedecoretur, fœdatos ignominia videamus. Hebraica quoque tralatione dicunt indui dedecore, aut ignominia.

Aminia. Dedeceus autem, veluti vestem quandam, qua nos vestiri contingat, inducentes. Latini quoque dignitate, honore, auxilio spoliari. Est decor aut decus, vestis optata, gratissima spoliari. oculis, reddens eum qui gestat, spectantibus gratorem. Sic dedecus, vestis foeda, deformis, informem, inuisumque, cui adharcscit, exhibens. Eiusmodi vestis hostes induat, precatur, inani, stultaque ostentatione deposita: totos eos ignominia, pudorque cooperiat, obruat. Quacunque iter, in fuga subsidium ponētes, fecerint, circumstet paor, deformitas fugientium corporibus impressa, sub oculis omnium accepta clades, stultos eos, nihil sapuisse, nil vidisse comprobet. Pulchri sibi & felices, beatique nunc videntur, in aula Regis primos locos, quos sibi adulationibus quæsierunt obtinētes, post hac miserabiles, inglorios, infames, deiectos, aspiciamus. Iuste igitur eos his diris insequitur, omnēmque hæc capitibus eorum malorum molem orando deuoluit, quod genus hominum esset maleficum, ingratum, quod non terra nequius sustineret. Quod dixit, qui maligna loquuntur super me: est fons *εὐθύνης qui mali* hamagdilim, grandescunt super me. Magnificantur dixit Hieronymus, attollunt fese, superga^{lo}. perbiunt, maiores sunt, intumescent, munitando grauitate, fremendo, audaciam, spiritusque validarum bestiarum sibi sumunt, vt qui me dentibus mandere aueant. Septuaginta quoque Græcē dixerunt ad Hebraicum *μεγαλοπρεπεῖς*, magna, superba loquentes.

Exultent, & latentur qui volunt iustitiam meam, & dicant, Semper magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.

BETEIS meroitem, solitudinem, cruciatus instantes propter eorum arrogantiā optauerat, sic mitibus, iustis optat latitiam. Et (vt aiunt Hebræi) quo tempore erubescere cooperint, qui gratulantur meis incommodis, contrā latabuntur qui cuperent iustitiam videre iustitiam meam, nempe vindictam, vltionem. Iustitiam mē Rabī David interpretabatur *τίτην*, & quietatem meam: id quod mihi iure debetur, ius incum, debitum. Exultent, aut optantis est, aut denuntiatis. Exultabunt, latabuntur, & dicent, Magnificetur. Hęc erit latititia, is triumphus bonorum, cum viderint vindictam, cum viderint Nemesis expurgisci, improbis infestam: tunc dicent, Magnus Deus, admirabilis, tremendus, non imbecillus, nescius rerum humanarum, tantis laboribus impar, vt eas regere, vt gentes frānare superbias non possit. Cum videris sceleratos periisse, senties quid potestatis habeat illud numen, quod effertur laudibus iustorum, laudatur, tollitur in cælum clamor. Quod ait secundo loco, Qui volunt pacem serui eius, est alius sensus ex fonte. Non sunt *οἱ θεότες*, volentes, qui volunt pacem serui sui. Magnificabitur vocibus iustorum, deiectis superbis, bonis liberatis. Vult pacem serui sui, salutem, conseruationem. Hieronymus haud aliter, Qui vult pacem serui sui. Propter hanc voluntatem, studiūque bonorum conseruandorum laudatur, prædicatur, magnus habetur. Est clarus hic psalmorum ritus, quem sapienter retuli. Primum *psalmorum ritus*. omnium præponunt calamitates, in hostes canunt diras, desiderant iustitiam Dei, bonos vexari finitem, ad postremum (velut precibus gratis, acceptis que) vaticinantur se librandos, improbos misere perituros, impiis & iniustis pro latitia, qua pios vexantes triumpharent, futuram calamitatem, luctum, finem cum lacrymis. At secus iustis in latitiam, & alacritatem, solitudinem, lacrymasque conuertendas. Hoc haud dubie cernet fieri, qui paulum expectat. Versus omnis habet, Exultent, & latentur qui volunt iustitiam meam, & dicant, Semper magnificetur Deus, qui vult pacem serui sui.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

MEDITABITUR, Hebrais quoque quemadmodum Græcis ac Latinis verbum meditari. Ad hoc verbū ipsum Hebraicum *תְּהִלָּה* hagah, est loqui, hinc *τελεσθεῖν* heghe, sermo, locutio. Modò nominat iustitiam suam, modò iustitiam Dei. Est autem una eademque iustitia: à Deo nascitur, imparititique, nos eam recipimus. Fons ille iustitiae, nos haurientes. Nostra est, qui fruimur: illius qui dat, largitur. Iustitia nostra, est ius, & quietas, quam Deus nobis exercet, iustus his qui nobis iniurias intulissent, amor recti, odium iniqui. Affectionis animis magnis ac iustis inhærescens, eos commouens, & impellens. Huius motus sumus ipsi participes, quippe qui causa nostri cōflagrat, incandescit, iniurias quas patimur, cōcremans, amouens, in nihil redigens. Ignis animi diuini nobis ardens, nobis descruiens, nostris inimicis

AVGVST. EVGVB. ENARRAT.

infestus, nos refouens, recteans, gelidas miseriarum hyemes discussiens, calamitatūmque Dnoēm quæ nos obrueret, ardore repellens. Itaque dicitur iustitia Dei, & iustitia nostra, inter donātem accipientēmque interecta. Quid sit iustitia eius disce ex secundo, Laudem tuam. Iustitia eius, est laus eius, maxima pars laudum, maiestatisque eius, regni decus ac robur, quod iustus est, optimæ voluntatis, præstantissimæ bonitatis. Hoc decet mortales venerati, nullo non tempore versare. Nam quod canimus, gratum est, arridet, cupimus imitari, optimo gaudiorum genere detinentur, exultatque animus.

PSALMI XXXV. EXPLANATIO.

Scriptio est, In finem seruo Domini David. Nihil varium nisi quod *επέλος*, in finem, dicendum lamnazeach, ac canendum, triumphandum, ad canendum victoriam. Nam Hierony. quoque pro victoria, Necnon *τῷ παιδὶ*, seruo, dicendum *τῷ παιδὶ*, serui, ad Hebraicum *ψυχὴν* leebed. Le, seruit casui gignendi, etiam dandi: hic gignendi. Seruum seu colentem Dei, siue pium se appellauit, quod de impi locuturus est. Praclarus Psalmus de pietate & impietate, de virtute & scelerate, de fine bonorum ac malorum: quis finis præmiūmque pietatis, atque iniquitatis. Huius quoque generis erit Psalmus, huic secundus, optima Philosophia.

DIxit iniustus ut delinquit in semetipso: non est timor
Dei ante oculos eius.

LARIORA fiant ex originè. Dixit scelus, aut scelerata cogitatio, vt iniquè ageret in medio cordis mei: non est timor Dei ante oculos eius. Est velut hyperbaton. Nam Hebraicè *בְּמִזְרָחַ בְּקֶרֶב לִבִּי* bekereb libbi, In medio cordis mei, referunt ad ipsum Prophetam, qui dicat in corde suo, cogitet, affirmet. Hoc, inquit, ego in eum reputo, hoc contendo, impios statuisse sceleratè viuire, non ob aliam causam, quam quod non est timor Dei ante oculos eorum. Hunc ego, inquit, totius impietatis fontem prædicto, quod non timetur Deus, quod fræna timoris depulimus, quod negligimus ei placere, sumus velut serui dominos spernentes. Ut fontem pietatis sæpius prædicauit timorem Dei, beatos asserui qui cum timerent, quod timentes, sese ab improbitate continerent, non præcipitarent, recti tamenque consistenter: sic nunc cōtendo sceleratos infelicésque homines fieri, quod timere Deum desierūt, quod aliquid aucturis non obuersatur ante oculos timor Dei. Sunt quales olim, qui vel nullum Deum crederent, nullum numen, nullam vim, quæ generi cōsuluisset humano: si forte sit, dedighari tamen, aut non posse res hominum cernere, longissimè à regione terrestri remotam. Harum cogitationum pleni, træsuersi in omne scelus rapiuntur, nullas in posterum facinoris admissi penas expectantes, liberata metu præsentis omniāque cernentis numeris conscientia. **Q**uis enim timeat quem nusquam esse putet, aut esse quidem, sed nō iuris aut potestatis dignitatisque eius esse videre mortalitatem? Ergo maximorum malorum, omnis que perturbationis humanae vitæ causa est, quod non timemus Deum. Non timuisse causa fuit, quod non creditis esse, aut esse quidem, sed oculos eius, quoties peccas, non interesset. Nec tibi facinus admittenti occurrit ea cogitatio, non secus te ab oculatissimo Deo videiri, quam si millibus hominum oculis spectantibus, adulterio aut homicidio te contaminares. Si scires, si vehementer & solide crederes, nihil Deum fugere, non modò factis sed etiā cogitationibus tuis præsentem, certè timeres, & velut coram iudice trepidus assisteres. Alterumque ab altero nascitur, peccas quia non times: non times, quia non creditis subiectum te oculos Dei: non putas adesse ubi scelus admittis. Tantopere adest spectans, quanto per tu faciens. Hoc illi nesciunt, aut ne metus abstrahat, pauor excruciet, nescire conantur, aut peccati dulcedine capti plus cupiditati, quam timori obsequuntur. Posset esse sensus, Dixit impius, Iniquè agam in medio cordis mei: concipiā corde meo, conceptam edam in lucem improbitatem, quam quidem ipse improbitatem non putat. Tum subiicit Propheta, Non est timor Dei ante oculos eius. Eodem fere pertinet is sensus.

Quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur
iniquitas eius & odium.

SENSVS

AENISVIS euoluendus ex verbis Hebraicis. Quoniam sceleratè egit aduersus eum in oculis eius, vt inueniret iniquitatem eius, & odio haberet eum. Sunt Hebraica idiomata locutionēq; eis visitata. Iniquus ille, inquit, *ψυχὴν* hechelik, perpetam egit, sceleratè in oculis Dei, eo vidēte & sciente, quem videre & scire nō putaret. Non destitutus igitur is peccare: quodcumq; autem peccasset, sub oculis Dei factum est: omnis error & culpa admissa est spectatè Deo, peccato eum nō fugiente, immo inueniente, reperiente. Perpetratū est facinus in oculis eius, quos effugere potest nemo. Inuenit, vidit, perspectū exploratumq; habuit: & cūm vidisset, reperissetq; odio habuit. Hoc studet denique, assequunturq; improbi, flagitiis sc̄ captiuos tradentes, quod cūm videantur inuenianturque à Deo, ab eo odio habentur: execratur posthac abominatūque eos Deus. Luerant aliquam voluptatem in sceleratè, at magnō cōstantiter, inimicitiam Dei parientem. Peccauit improbus, Deus inuenit, vidit, odio habuit, hoc ordine geritur res. Deus est mens, recti iusticiā amans, iniusti inimicā. Nullum superest perfugiū peccantibus, quia in numero inimicorum Dei habentur, si quodcumq; agunt, p̄tēp̄lū est oculis illis immensis, tum quod agunt, odiosum inueniuntq; est illi. Potuisset esse sceleratis primū perfugium, Nemo est qui noscat quod agimus, licet impune per omnes animi nostri libidines vagos decurrere. Adest, inquit Propheta, fitite pedem, d̄ scelerati. Aspicit Deus, si nō homo. Est aliis oculus qui nos cernat. Alterum perfugium, Notuerit licet Deus, nihil eum factorum nostrorum latuerit, quid ei cum rebus humanis? Scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat. Vulgus ingens est omnibus Blocis impune peccantium. Propheta nuntius Dei cōtrā, Hoc erit yestri sceleris deniq; premium, hanc demum mercede feretis, eritis odio summo Deo, cum quo gratia amicitiaque perpetua vobis esse potuisset, iuste sapientēq; viuentibus. Quod si neq; odium vobis obfese, neque amicitia eius prodeſſe, cōtendit, hic ego perspicuis exemplis dementiā vestram coarguam. Tunc peccantibus deteriores ostendā, qui propter stuporem nec detrimeni causas, nec utilitatis ac felicitatis originem sentiat. Pro dementibus insanisq; relinquēdi, nisi tempus aut verbera vobis restituant sanitatem. Versus igitur habet ex Hebraico fonte, Quia perperam egit aduersus eum in oculis eius, vt inueniret iniquitatem eius, vt odio haberet eum. Hieron., quoq; eadem propemodum, Quia dolose egit aduersus eum in oculis suis, vt inueniret iniquitatem eius ad odiendum. Docent alii exemplis Hebraicè locutionem, inuenire Deum iniquitatem, quoties vindictam infligat. Verbum quoque dolose egit, ed per tinet, quod improbus opinatur arcana scelerarū, quæ per dolum & fraudem fiunt, oculos Dei subterfugere. Speciat ad occulta flagitia, quæ cum dolo & fraude fiunt.

Verba oris eitis iniquitas & dolus, noluit intelligere vt bene ageret.

ECCLARAT superiora, Dolose egit. Nunc verba oris eius iniquitas & dolus. Sermo dñs eius fraudulenti, fraudibus teuti, superne pacem amicitiamque prætententes. Subest iniquitas, prauitas, scelus. Hoc erat quod ante oculos eius non esset timor Dei, existimabat fraudes illas perinde ignoras esse Deo, atque hominibus. Propterea fons scelerum, Deum non timere, quod eum latere posse existimantes non abstinet grauoribus sceleribus, quibus tantum turpitudinis inest, vt oculos, ea patrantes, fugiamus, existimantes nemine mortali cernente non supereſſe qui videat. Horum igitur sermones sunt cum iniquitate, inest eis perniciē, vastitas, homicidium, rapina, sed haec occultata leprore, & verbis amicis. Cædes illa, seu vastitas dissimulata vocatur dolus, fraus. Res perniciosa verbis blandis adumbrata. Tendit, inquit, in perniciem hominum quodcumque loquuntur, quibus deest sensus ille timendi colendique Dei. Quodque grauius est, operam dant vt ratione insaniant. Scientes & prudentes, naturāque miseri peccant, Vlro veritatem instiūtāque refugientes. Non est eis voluntas recte agendi, abstinent etiam volentes à sapientia, despiciunt non inuiti, offerunt vltro sese dementiæ. Id enim est in Hebraico, *בְּמִזְרָחַ לְחַדָּל יְהָשֵׁק* chadal lehaskil lehetib, Abstinuit intelligere vt bene ageret. Quod Hieronymus, Cessauit cogitare vt bene ageret. Funditus despiciunt, præcipitāque labuntur, quibus non est timor Dei. Longissimè exulant à sapientia. Nam alibi est, Accedite ad eum & illuminamini. At hi accedere recusantes, necessario semper in tenebris decumbunt. Nam qui timet, colitque, accedit proprius. Qui accedit, fit calor, lucisque particeps. Qui non colit, recedit: recedens, non modo non ampliore lucem accipit, sed quam possidet, etiam amittit. Augetur misero carceris in dies. Hac de fonte scelerum & virtutum sancti Vates suis carminibus nos docentes, indefesse concinunt.

XX iii

Inuenit
iniqui.Noluit in
tel. vt bene
age.

Iniquitatem est meditatus in cubili suo, astitit omni viae ratione bonae, malitiam autem non odiuit.

Inq. me in cub. **E**RSEQUITVR, vt fons scelerum sit Deum non timuisse, expediens singula, quid agant quibus cultus, metusque Dei, oculis non assit. Noctes atque dies, inquit, marinarum pleni sunt cogitationum, cum se quieti dedissent, cum remortis arbitris, diurnisque negotiis sepositis, liberior animus curiisque solitus secum ipse volutat, putes eis tunc meliores cogitationes occurssare, decernitibus post rectius vivere, aut qua ratione melius agant, deliberantibus? Nihil omnino tale. Tunc omni scelere sceleris animus. Tempus illud maleficis condendis, quae post in lucem ab eis promantur, deseruit. Duos igitur actus nominat, alterum noctis, scelerata consilia agitandi, alterum dicie, eadem perficiendi. Primus est, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Secundus, astitit omni viae non bonae. Quod clarius ex fonte est. Instituit via non bona, iter ingressus iniquum tradidit sceleris maleficis, post suit pedes in præcipiti, viuens iustitia, probitatis imitator. Is est mos eorum, qui a timendo Deo descierunt: hac ratione vita eis traducitur, neque dies neque noctes aut male cogitare, aut peius edere quod cogitascent, desistunt. Non sunt eis inuisa malefacta. Scelus, viatum non auctor, vt est Grecc, non est execratus, non fuit sceleri infensus, cum omne vitium turpitudinem habeat, natura verò comparatum sit, vt odio turpia habeamus. Hunc habitum comparauerunt, qui Deum timere desierunt.

Domine in celo misericordia tua, & veritas tua
vsque ad nubes.

In celo misericordia tua. i. in celum. **A**c optimè post cōmemoratas quorundam hominum in terris improbitates, subiicit, qua ratione cōprobet nihil secus bonitatem prodeesse mortalibus, tametsi non defint ingredi, huiusque liberalitatis intemores. Tum ut coarguat falsas eorum opiniones, quotu ante oculos non sit timor Dei, quod eum nescire que fiant in terris arbitrentur, nihil ab eo mortalibus aut bene aut male capientibus, quippe qui non laboret inspicere facta nostra, nihil ad se attinere, minimè sibi cōsideranda existimans. Adestit igitur caelestis legatus, obuiam sceleratis humani generis eversoribus occurrēns. Et terras relinquent, deinceps improbis amplius loqui refugens, vertit se ad eum quem iniqui contémnen, tantopere delinquunt, vt potius pro monstris, quam ratione prædicis habendi videantur. Illi, inquit, o pater aeterne, quorum autor fuisti, te despicere mare terraque iacentes, aut quicquam habuisse mortales à te, quo vitam sustinerent, numenque tuum beneficiis alleli cōlerent, pernegant. At non omnia plena sunt liberalitate beneficentiaque tua? Non vsque in celum, ad orbes caelestes, ad ambitum axis, per omnem mundum longe latèque pertinens munifica charitas tua progreditur? Est enim sensus vocis Hebraicæ τὸν εασθεκα, quod misericordiam Septuag. transtulerunt, beneficium, benignitas. Hæc, ait, benignitas eò vsque larga copiosaque est, tantumque spatii in omni terra complexitur, vt in celum vsque perveniat. Nullus est locus, nulla regio, nullæ in toto terrarū orbe gètes, quin eius sint capaces.

Misericordia tua. ad n. & participes. Misericordia nempe, liberalitate, munificentia tua plena est terra. Nullum est munus in terra, nulla res qua sit usui mortalibus, cuius non tu autor largitorque fueris. Ob quam causam perspicuum fit, quantopere desipient omnes impii, quantumque ingratiudinis crimen incurvant. Tu generatim alis omnes animantes, tu cibos, quibus omnes videntur, singulis temporibus suffici. Itaque liberalitas tua cælum vsque pertingit, nusquam non præsens omni modo. Quod ait, Veritas tua vsque ad nubes, pro ἀληθεᾳ, veritas, est in fonte, τῷν εμναθέται, fides tua, siue stabilitas aut cōstantia tua. Hieron. quaque trāstulit, Fides tua. Fidem, quod aliis locis perspicitur, vocat sacræ litteræ, stabilitatem, constantiam, perseuerantiam: quasi solidam veritatem, non vanitatem, fluxamque instabilitatem. Fidem seu veritatem appellavit eam ipsam misericordiam, beneficentia, stabilitatem, conseruationemque perennem mundi, vt exponunt Hebrei. Fides eius est, perpetua beneficendi constantia, perpetua illa indeficiensque liberalitas, qui faciat semper & fideliter, amicè ac stabiliter, quod se vel fecisset. Non desertor officij, non sua munificantiae fricator, quasi pœnitentia cum beneficiorum. Est fidelis, cōstans, stabilis, perseuerans, insistens, beneficiendi auditus. Hæc virtus in eo tanta est, tam larga profusaque, vt vsque ad nubes procedat. Nubes, quod etiam placet Hebreis, sentit cælum, aethera, quem vsque nubes ascendunt. Hebraicæ υπὲν shechachim, quod promiscuè est nomen nubium, atque aetheris. Nam cælum

Alum quoque nunc aër est, nunc orbes caelestes. Hæc fides rectè dicta est ab interpretibus Græcis veritas, quasi indeficiens, perpetuus liberalitatis fluxus, non obliuio bonitatis. Nam à ληθεᾳ à priuatione ληθῃ, obliuionis, dicta.

Aληθεᾳ.

Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa.

Homines & iumenta saluabis Domine.

LV R I M A de virtutibus diuinis prædicauerat, multus in commendanda charitate munificentiaque eius fuerat: nunc de iustitia, iudiciorum eius severitate, æquitate quoque. Est quidem, inquit, benignitas charitasque tua tanta, vt omnem mundum amplectens, vel ad sydera pertineat. At iustitia exaduersio tanta est, tam vasta, longè latèque eminens, vt montes editissimos æquet. Benignitas, inquit, Hebrei, erga bonos, pios, iustos, Dei timētes; iustitia aduersus improbos, impios. Duo sunt affectus, alter benefaciendi, terrasque omnes vberitate sua fecundandi, quem benignū, liberalē, largum, beneficiorum prodigum sentiant omnes animantes. At rursum abest iustitia magna, incredibilis, severa, non minoris forsan magnitudinis atque munificentia & charitas. Hæc in terra versatur, obambulâs oculata, périgil, omnia propiciens, nihil sibi incognitū, non perspectū exploratumque sinens. Vigilat sceleratis dānandis, bonis tuendis. Cùm multa peccata exerceantur in terris, multumque vanitatis, turpitudinis, crudelitatis inueniatur: putes non esse qui curet ista, qui sibi non cōsideranda existimet, qui nec sensum habeat, nec dolorē capiat, cùm tot tantisque flagitiis inficit aër, sunt prædæ innocētes, pauperes, viduæ. Imò verò est magna iustitia, regina ingens, cui mille oculi, innumeræ manus, quibus cædat sceleratos. Insuperabiles vires, quibus iniquos corripiat, prosternat, euertat. Innumeræ suppliciorū formæ, quibus capiat, opprimat nefaria bestias. Quàm nubes attingit charitas, liberalitas, tā iustitia, montu vertices excellit. Inq. eo charitas est, quod nō modò munera sua effusæ, copioseque largitur, sed quod probos innocentesque tuctur, amicus verus, patrīque, quē cōmoueat iniuria suis illata. Quod dixit, Iudicia tua abyssus multa, vt beneficentia ad nubes, iustitia ad cacumina montu cōparando extenderat: sic iudicia ducit ad abyssum profundā, magnitudinē harū virtutum demonstrās. Ad abyssum vsque, qui locus est in mari maximè profundus, impenetrabilis vorago, procedit magnitudo iudiciorum. Sunt cius iudicia magna, grandia, fine mensura. Virtus hæc iudicadi est altissima, magnitudinis immensa. Tres excellentes ingentesque virtutes, quarū excellentiam declarat exemplis, spatiisque in omni mundo maximis cōmemorat. Maximum spatium est à terris ad nubes, magnū quoque ad montu vertices à radicibus. Haud minus magnum, à summa aqua ad infinitum abyssi sedem. Est Abyssus Grecc quasi impenetrabilis vorago. Praeclaræ, inquit, & incomparabiles sunt virtutes eius. Scendum tres has virtutes ad vnas redigi. Idem enim est, iustitia, atque iudicia, alterum alterius repetitio, declaratio, quod solitum est in sacris litteris. Scire quoque operæ pretiū est, quod dixit, montes Dei, mos est in sacro poēmate, cuius alias admonui, quod adhuc rebus his Deum, quarum velint magnitudinē ostendere, vt cedros Dei, celestissimas cedros, montes CDei montes altissimos. Simili locutione Homerus ἀλα θαρη τον περιγραφην, Non displicet quod opinatur Abraam, has cōparationes, tam ad scientiam ipsarum virtutum quām magnitudinem referri. Est, ait, incomprehensibilis nostris ingenii charitas tua. Est item maxima seitu iustitia, maiorque, vt nostra scientia possit comprehendēti. Iudicia quoque sunt inscrutabilia. Prior mihi sensus, quanquam non distant, gravior existit. Rabi David proposuit non aspernandum, iustitiam bonis defendendis & beneficiis largiendis. Est enim saepè in sacris litteris nomen iustitiae, charitatis, liberalitatis. Hanc virtutem bonis & piis studere, propterea montibus similasse, iudicia in tartaru & abyssum demississe, improbis & sceleratis. Ne promiscuè opineris & sine discrimine, charitatem, iustitiam, iudiciaque exerceri. Mihi videntur omnino compariationes à rebus maximis desumptæ. Quod ait, Homines & iumenta saluabis, est ipsis quoque duplex sensus, Homines appellasse veros, probosque, dignos qui homines vocentur iumenta verò peccantes, veluti ratione carentes, prouidentiamque afferre prioribus salutē, eccl. 12. d. velut hominibus: posteriores curare ac gubernare vt feras, bestias, habere eos in numero bestiarum, formā humanam gerentiū. Seruat veros homines, pios, sanctos, improbos pro bestiis ducens, custodit, seruatque vt bestias. Est alius ei sensus, Omnem carnem, omnem rem sensibilem Deus iudicabit. Cuncta, Salomon inquit, adducet Deus in iudicium. Sed

hic nulla salutis mentio: minimeque huic ego subscribo. Videtur ergo suscipiendum ut so-
nat: Eam esse diuinæ munificentia vberatatem, (perstat enim, vt videbis versu sequenti, mi-
sericordia diuina extollenda) vt vsq; ad irrationales bestias descédat, eas alens, pabula suffi-
cens: nusquam parca, vbiique fœcunda, quod alio psalmo extulit. Et pullis coruorum inuo-
cantibus cum. Et, A te expectant ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, ape-
riente te manus tuas, omnia implebuntur bonitate. Ergo verior sensus de vniuersali con-
seruatione, tam hominum quam omnium generatim animalium, propterea charitas eius
cælum cacumine tangit, celissima, latissima, cunctis fontibus vberior.

Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus: filij
autem hominum in umbra alarum tuarum sperabunt.

Hoc versu si legas, vt est in codice Hebraico, claret sensus versus antecedentis de iu-
mentis consertuandis, de magnitudine, vbertate diuinæ charitatis, misericordiæ. Le-
gitur Hebraicè quod tristiliter eximus doctor, ἡρόν γρ. μα iacar chasdeca. Quam
pretiosa misericordia tua. Quod quidem Græca quoque resonant, sed non rectè Latinus
reddidit, οὐτε πληθυντος οὐδὲ διέλεγος. Quam multiplicasti misericordiam tuam Deus. Ef-
fertur igitur diuinæ copiae vbertas, cum primis ad homines vberior conflieti, vt quos
Deus non alit modo, sed velut amatrix pullorum suis, alis extensis protegit, defendit. Hu-
manum genus eximia charitate complectitur Deus, non cōtemnit, aspernatur, extra flam-
mantia mœnia mundi longè sepositus. Nobiscum est, nos amplectens, fons. In eo spes E
omnis, opesque nostræ sitæ. In eo viuimus, mouemur. Sub umbra eius, sub alijs defendimur
ab omni clade. Non est inanis spes nostra, speramus salutem eius qui vicit & possit nos
feruare. Extulerat misericordia eius usque ad sydera: nunc exclamat, eius magnitudinem
admiratus, quæ cuncta gubernet in terris, maximè ea quæ ad homines attinent.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente volu-
ptatis tuæ potabis eos.

NEBRIA B V N T, V R, interpretantur Hebrai, replebuntur, fœcudabuntur, expla-
buntur: totumq; hunc versum, sunt ex eis qui de futura beatitudine interpretentur,
ebrietatem, æternam voluptatem, sempiternâ diuinæ contemplationis in domo Dei,
in cælo, ætheriis domibus, pencentralibus cœlestibus, palatiis supernis, in aula ditissima, beata.
Hinc intelligas quanta sit Dei munificentia, quam verum sit eam caput inter nubila con-
dere, quinetiam super æthera transit, & sydera tranat. In terris vbiq; vagatur regens cun-
cta, omnes animantes alens, hominibus autem fœcundior esse cupiens, dicit eos in cælum,
ad fontem æternæ voluptatis, ad inæstimabiles diuitias, ad gaudia solis nota piis. Æternam
ebrietatem Orpheus etiam antiquissimus Vates descripsit, Deos nectaris ambrosiæ po-
culis satiari, Hebe, quæ iuuentus est, pocillante. Esse Deos semper iuuenes, ignorâ esse re-
gionibus illis seneçtam, mortis nomen inauditum. Non posse magnitudinē voluptatis æsti-
mari. Nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Dicitur torrens F
voluptatis, vbertas domus eius, ebrietas, æternæ dulcedinis haustus. Ergo qualis ac quanta
est diuinæ charitas, quis est hic, qui prædicet non esse ei curæ quid agant homines, quæ po-
tius studiū contentionemq; nō remittat, dum eos beatos, Deosque constituant, dum fontes
omnes voluptatis aperiat, diuitiarū suarum, quos habet in pencentralibus æternis conditos,
thesauros largiatur, tantum hominibus assequentibus, quantum optare vix licuisset.

Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

OTERANT superiora referri ad hæc terrestria, ad vitam animantium, vniuersalém-
que rerum affluentiam ex fonte diuino, id afferens hoc loco, fontem vitæ prædicat
apud eum esse, qua ratione cecinit alibi, Aperierte te manus tuas, omnia implebun-
tur bonitate. Posset item iuxta sensum Hebraeorum, vitam beatam decantare, fonte vitæ,
torrentem voluptatis, vbertatem lætitiae, ebrietate æternam eam appellans, repletis quo-
usque capere licet, animis lætitia: suavitatemque nobis incognita, quæ propter copiam, &
quod perennis sit, nunquam exhauriatur, iure nuncupetur fons torrēs. Vita quoque, vt præ
qua nostra vita, mors sit, nostrumq; viuere, vitam morte contaminatamducere, semper vo-
luptatibus ac doloribus inuicem succedentibus, turbida, infyncerâq; lætitia profluente. At
fons ille purus, nullis perturbationib; infectus. Lux quoq; ea vita, quod nulla sit res in terris

æuo

Æuo beato, rebūisque supernis similior luce, vt quæ substantia quidem sit, tēsque in terris vi-
sibilis, sed minimè corporea tactibūisque subiecta: ea quoque de causa lux vocatur, quod
supra cælum sint omnia clara, perspicua, fulgenti Deo, veluti sole quadam immenso, cui
nostrer sol minimè cōparari queat, radios quosdam ignotos, immensamq; claritatem, quam
nos quidem augurari, vera autem scientia complecti non possumus, spargente, totumque
locum supernum longè, latèque & perpetuò complectente. Is est Sol, quo vident, viuunt,
suisque negotiis insistunt beati Negotia sunt non hæc nostratia, sed spectatio diuinæ clariti-
tatis: charitas, amari & amare illustrissimas, incōparabilesq; formas deperire. Omnes enim
beati pulcherrimi, formosissimi, quorum pulchritudinem, nulla in terris fœmina quantum
velis eximia formæ, possit æquare. Sece itaque mutuò spectantes amore conflagrant, ne-
mīne alterum minus amante, quam ab eodem redimetur. Ambit omnes lux illa Dei, in-
comprehensibilis nitor, plenus excellentium colorum, excellentiæ suavitatis, mirabilium
formarum, qualis (si fas est has similitudines usurpare) gemmarum, sapphirii, adamantis,
chrystalli, qualis iris in nubibus. Longèque plura ac meliora, quæ sub voces mortales ca-
dere, nostrorumque nominum notis designari nequeant.

Largerio hic campos æther & lumine usq; fit,

Purpureo. In illo igitur lumine viuunt, vident, lætissimum vitæ genus agitantes beati.
Hæc de superno, beatōque æuo prædicari, Magistris visum.

B Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam
tuam his qui recto sunt corde.

Rætende, Græcè παρέχεται, extende, protende. Hebraicum, ρεσω mesok, extende, *pretende*.
Porrige. Hieronymus, attrahere. Sed proprium est, extende, porrige. Postulat, quod
miris laudibus cōmendauerat, summis votis beneficētiam Dei his, qui noscunt eum,
orat pro piis, pro genere suo, quibus vnis illo saeculo datum fuerat nosse, & colere verum
Deum, eisdem rectos corde, rectæ mentis, recti iudicij: quibus animus esset integer, sce-
lerisque purus. Non tam pro populo, quam pro his qui in populo summa essent pietate ac
iustitia, preces habet: scipsum in primis innuens, qui sibi conscius rectæ voluntatis esset,
qua pietate erga Deum, qua iustitia erga homines esset. Quibus rebus fretus, rogat sua in
se clementia ac mansuetudine vtatur, dum ad eam beatitudinem attingat, nec minus in
hoc saeculo ab omni clade defendat. Est enim beneficētia, cùm futuræ vitæ facere par-
ticipem, tum verò pios in corpore à maleficiis impiorum prohibere. Eāmque ob causam
iustitiam, quæ est salutis conseruatio, postulat. Iustis non suppetere vires, quibus se tuean-
tur. Propterea subiicit:

Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

PEDS & manus superborum memorat, pedibus veniunt, manibus prælantur. Pes
superbiæ, pes arrogantium, crudelium. Pes autem impetus, vis, impressio. Tardet im-
petum inimicorum, in ipso conatu frangat, irruentes opprimat. Irruunt aduersus
innocentem, ceu iubati dracones aduolantes: hic adlit suis armis protegens. Omnibus
penè carminibus id genus preces inuenias, quod nullo tempore, nullis locis non adsint plu-
res calamitates, quæ nos excipiāt, nisi ab eo qui prospiciat, eorum initia propulsentur. Ipse
dum nascuntur, quóde loco casuæ cognoscens, quod ipsi videre non possumus, sub-
moueat, pedibus aduolant, manibus corripiunt.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi
sunt, nec potuerunt stare.

O ritu, quem cunctis psalmis aspicias, omnibus precibus primū insistunt, suppli-
citer orantes vt ab improbis tueatur, eorum vim ab eis prohibeat, quibus mos sit in-
nocentes inseſtari, odio vitam, morésque corum habentes. Post velut exauditi, at-
que auxilio impetrato, super eorum interitu triumphant, gratias agentes, exitium eorum
audaci pectore denuntiantes, certum, inquietabileque eis excidium prædicentes. Et quod
futuras eorum clades, certissima luce prospiciunt, velut iam præteritas enuntiant. Cecide-
runt igitur superbi, & crudeles, vbi prosterne insontem destinauerant. Locus is fuit, ca-
lamitatis eorum testis, quem interficiendo iusto designassent. Nec solum illic ceciderunt,
sed etiam pars quæ sibi in celeritate pedum salutem posuit, profligata est, ac deleta: tan-

Ibi cecid.

stare. tāque fuit strages , atque ruina , vt excitati deinceps non potuerint. Verbum quoque ex-D
pulsi sunt, sonat Hebræis euersi, fracti .

P S A L M I X X X V I . E X P L A N A T I O .

*Querel. imp.
penitentia.*

AD E M atque superioris, psalmi, huius philosophia, eruditio cœlestis, consilia plena charitatis & prudentiae. Qua ratione Deus regat res humanas, non ut signaris imperitisq; fortasse videtur, qui temerè & incertis casibus volui sacula, fatumque & fortunam in rebus humanis plurimum posse queruntur. Imperitiam hanc coarguit, perturbationes humanas sedat, dimouet inscitiam, veriora proponit. Certos esse fines, quod spectent omnia, quibus consideratis, accriméque perspectis, facile questus, accusationesq; diuinæ prouidentiæ sopitum iri. Referre oculos interim oportere ad eos fines, non in medio cursu debilitati: omnium rerum vera iudicia in fine consistere. Gubernatori non quæ vulgus ingemiscat, cōsideranda esse: nauclero non quid hi, quos vehit, postulent, sed finem itineris, quo cursus properet, tacitum secum prospicere. Quām velint illi moueantur, agitentur, fluctuantur: sibi clavum tenendum esse, qui cymbam ad portum dirigat. Tunc omnia clarescere, auxilium insontibus afferre, confessim sontibus trucidatis, & ad supplicia correptis, nec diuinæ grauitatis esse, nec rebus humanis prodeſſe. Proponit igitur salutarem, plenāmque veritatis philosophiam, dignam quam nulli homines ignorent, in promptuque habeant. Et Psalmus Dauid.

E

*Aristot. mag. mor.
l. i. c. 27.*

*Pexarique
p̄ios.
Æmulari.*

*Malignit.
Æmulari.*

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

IC E T, inquit, videas florere nocentes, copiasque eis omnes circumfluere: at ne tibi veniat tam dira cupido, vt eorū similiſeſſe desideres: ne falsa felicitatis imagine capiaris. Est simulata, fictaq; eorum beatitudine: Non sunt verè beati: siste iudicium, prudentior esto. Noli præsentibus more bestiarum iudicari: hominis est ratione prædicti longius prospicere, ad futura oculos intentos habere. Malignantes dixit, οὐδὲ μερχιμ, maleficos, quæ mala sunt, perpetrantes, his noctes atque dies studentes, hic omnes actiones conatusq; ponentes. Idem sunt facientes iniquitatem. Æmulari Latinū, Zelari Gracū. Est æmulatio, imitatio, cupiditas agendi ac possidendi, quæ nonnullos agere possidereq; noris: est cupere similem eorum esse, quibus aliquid præclarum inesse opincris. Sic interdum fit, vt diuites cernentes, quanquam perspectum nobis sit impie diuitias sibi quæſiſſe, alios libidinibus tametsi sceleratis fruentes, corum tamen in loco esse cupiamus, suspirantes, ingemiscentes, cur non eadem fortuna nobis aspiret. Ecce de cælo nuntius veritatis, cui propter allatam ex alto loco scientiam credere nemo recuset. Falleris, ait, quisquis in his cogitationibus versaris, quem talia turbant: sunt profundiora quæ non perspicis, sub alta nocte latencia, impiis illis ignota, oculos eorum propter cæcitatem caliginemque à flagitiis obductam, aufugientia.

Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum holera herbarum citò incident.

NON est clarissimum exemplum vanæ, & quæ cum scelere possidetur, felicitatis. Hæc causa vera est, cur non decet nos eam felicitatem, illas diuitias, illam rerum cōmeatuūmque copiam, aurum, vestes, gemmasque admirari: continuo dies aderit quæ funditus omnia tollat, totam cum stirpe videbis procubuisse domum. Propediem Tisiphone, comite Adraſtia, cuncta rapidis manibus cueret, ipsum impium in sicco relinquent, aut vñā cum supellecīle corripiens. Hæc quidem priſco illo tempore validius exercebantur, cū bona malāque præsentem vitam spectarent, aternis nondum declaratis. Illic graues sceleratū familiārum principiūmque iniquorum casus leges, plena domus erat opulentia, ipsi succulent, præpingues, florentes, pecunia superbi obambulabant, seruorum comitante caterua, nitentibus equis inuesti, tota vrbe conspicui. Meliores interea vexabat inopia, tristes, beatos illos aspicientes, si eorū in loco essent, nihil sibi beatius dari posse existimantes. O stulti, inquit Propheta: ò rerum ignari. Quos nunc virides floridōsque cernitis, paulo pōst exaruisse, velut herbam à matutino fœnifeca succisam: omnes in terram, aridos, cæſos, extintos

Atinctos procubuisse cernetis. Tantò grauius & maiore cum gemitu atque ciulatu cadētes, quantò felicitas opulentior affueret. Quod si quandoque in hac vita non fit, illo saltē supremo ſeculo ſeuerius omnes aspicient fieri.

Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascēris in diuitiis eius.

VM cætera congruant cum fonte, in eo discriben est, quod Sept. nescio qua de *pasc. in* causa posuerunt, καὶ ποιησθήσθαι τὴν τὴν πλέτραν αὐτῆς. Et pascēris in diuitiis ipsius terræ, *dīmī*. pro hoc omni in origine τούτων τοῦ verecūna, Et pascere fidem. Tum sequitur alijs versus, Delectare in Domino. Sed primum totus sensus iuxta Magistros, & vt Hebraica lectio ſuggerit, aperiatur, In calamitate, fluctibusque illis animi quibus quatimur, nos sub ærūmna videntes, alios florentes, diuitiisque impie partis latentes, oportere nos forti constanti que animo eſſe, totos in fidem potestatē q; Dei nos permittentes, ad eum vti portum certum refugientes, huic fidentes, ab eo incommodorum miseriariūmque finem expectantes, pro comperto perspectōque habentes, nobisque ipsis persuadere conantes, eum nobis auxilio futurum, interim virtutis officia, probitatisque exercitationem non relinquentes, neq; desperatione, neque indignatione. Quod si fieri, è vestigio consequetur alacritas, præmium: nos ſoli erimus, qui terram incolemus: erit terra, noſtra poffeffio, breui detruſis in tartarum, quos feliciter agere, non meritos indignabamur. Quod ergo dicit imperans, Et inhabita terram, eſt quaſi præmij promiffio, per futurum, Inhabitabis terrā. Tibi cedet terra, mundique poffeffio: tu viues, illis è luce repulſis. Tibi debentur, tibi parantur in terris, quæ ſpectant ad vitā. Quod autem ſubiicit, Et pascere fidē, eſt ex Hebræis duplex *pasc. fid.* sensus: Alij pascere, designare documenta, eruditioinem. Monere Prophetam, eum, cui det præcepta viuendi, vt in aduersis fortiter, intrepidis agat, in optimo ſtatu permaneat, *Fortis, ut aduersis op ponat pecto* virtutem ne defrateret, terram habitet, quum decurrat, doccat pietatem, pascat ſua tolerantia mortales, alimenta Philosophiæ cœlestis ſuggerat. Nam & magnus paſtor dixit, Paſce oues meas. In eo officio, quo ſemper functus eſt, etiam in aduerso tempore perſtata. Fidēmque illi interpretantur religionem, pietatem. Eſt alijs sensus: Hortatur in fide permaneas, ne ſuccumbas fortuna cōtrarium flante, & aduersa feriente, pæſidiū tuum Deus exiftat. Huc ſpes omnis tua recumbat: interim fortiter aduersa percurras. Tunc terram habitabis, colonus eris mundi, mundus erit tua poffeffio. Viues, habitabis, pascēris fidenter, cum fide, fiducia. Fidenter ſecurus ages, nullo metu quietem interpellate, nec ſomnos abruppet cura ſalubres. Nam quem prædiuum ſeruatoremq; tibi proposuiffes, iſ te ſeruabit incolumem, præmia digna feret. Paſcua tua ſecura erunt. Iſ ſensus applaudit. Hieronymus quoque tranſluit, Et pascere fide: ſit tibi fides pabulum. Eundem ſenſum reſpexerunt Sept. quia dicunt, Et pascēris in diuitiis ipsius terræ. Erit tibi terra pariens omnia laeta, fœcunda, omnigenæ diuitiæ, omnis generis pabulum ſuppetet ē terra.

C

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

LE T A S, ait, religiōque & cultus Dei, ſit tua ſumma voluptas, haſtint tuæ deliciæ, hic *Delectare* *in domino.* **P**otito pectore incumbas. Tunc nullam patiere repulſam: facilis ad aures Dei erit tibi aditus, facile quæ poſtulaueris aſſequeris, compara, inquit, tibi omni ſtudio & contentione amicitiam Dei, hanc plurimi facias. In eam confuetudinem te inducas, vt nihil habeas antiquius pietate, iuſtitia, religione. Has virtutes ita charas gratiasque habecas, vt eas ſummas voluptates exiftimes. Ex his fructum capias. Sit tibi Deus ſcopus amoris, hunc deperas, hunc omni tempore cogites, mediteris. Hac foriſta non quidem viſa, ſed qualis eſſe poſſit, conſiderans, incendariſt, hæc animo ſemper occurrat, in oculis geras. Quām fruſtuosa hæc amicitia fuerit, quam diuitiarum ſummam tibi conſlauerit! Quaſcunque enim gratias poſtulaueris, quidquid cordi tuo ſederit, nullo remorante, ab aula cœleſti demittetur. Domus erit opulenta, opulentus animus. Et cū calamitas incommodūmque impenderit, precibus efficies, vt inſtar nubis, quam ventus diſcutit, longius euancescat. Hæc tibi conſtantī pectore denuntio.

Reuelā Domino viam tuam & ſpera in eo, & ipſe faciet.

Reuelata. **E**c amicitia, oblectatio, voluptas. Hac continetur, ut totum te, tuaque, in fidem ac D
potestatem eius permittas. Sciendum, pro *σπελαύσονται*, reuelata, est Hebraicum amphibolum. *לְעֵלָה* gol, reuelata, aut deuelue. Hicron quoque dixit, *Volute*. Id etiam Rabi Salomon. Vias interpretantur necessitates, quibus vita nostra circundatur, in his versatur, his comprehensa tenetur. Iacta, inquit, deuelue necessitates tuas super eum: sine cum de te cogitare, hanc ei curam relinquas. Expone incōmoda, commemora calamitatem, suppli-
citer locutus quæ te fortuna fatigat, explica. Eius clementia ac mansuetudine fretus, sollicitus est, desistas, omnes tuas curas, cogitationesq; ad eum cōferas. Videbis quid ei fidere profuerit, quam curam suorum suscipiat, quos ei stimulos charitas addat. Tacito labentia gressu beneficia senties. Hæc nobis cælestis philosophia promittit, promittit si piè iusteç; vixerimus, si spes nostras in Deo positas esse voluerimus, si ab eo dependemus, omnemq; vita nostræ rationem ex eo suspensam, ac librataam, totamque in eum referri ac spectare voluerimus: nihil aliud in votis habendum nobis proponentes, quam quod certa ciuius prouidentia fieri donarique nobis persuaderimus: tum certò fructum huius omnis sublimis philosophiae nos uberrimum percepturos.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum sicut meridiem.

Educat. qua in. &c. **V**IRILE sensus: Aut præmium iustitiae pietatisque & huius fiduciae quam ei habuiti, erit clarissimum, spectatissimum, cunctis oculis perspicuum, manifestò omnes intelligentiæ tibi iustitiam profuisse, cuius remuneratio sole ipso, quod aiunt, erit clarior, ipso meridie, cùm sol torus refulget, apertior. Benefactorū tuorum claritas, iustitia, equitas erit in propatulo, suis eam præmiis eximiis, munericibusq; clarissimam reddente Deo, cùm tua incommoda subleuauerit, cùm tuis necessitatibus auxilium tulerit, tæque necessario tempore non deferuerit, ne forte quisquam dubitet, nullum nasci ex iustitia, probitateq; fructum, in latebris remanere virtutem, nunquam quid profit, quid præstet, clarescere, minimū apparere, ob eam causam mortalium iudicia super his titubare, clara autem esse quæ diuites & insolentes, crudeles & superbi possident, sensu ipso patere. Vel est alius sensus, sed simillimus, iustitia tua atque æquitas velut sydera nitescere, astrorum decus æquantes, per omnes diuotum ordines laureatus insignis, ipsi stellis lucentior incedes, quæ laurea iustitiae virtutisq; paratur. Nam sancti fulgebunt sicut sydera in perpetuas æternitates: florebunt sicut lilia in ciuitate Domini. Tanquam nouum fidus in calo virtus tua, Deo id agente, nitabit. Eius opera fieri, ut iustitia virtusq; tua, quæ quondam obscura, contempta, sine luce in tenebris proiecta videretur, exeat lucida, cōspicua, velut cùm sol Oceani de gurgite surgens, os sacrum, comasq; micantes repente protulisset, omnibus ad ciuius asperatum sovertentibus. Non semper obscura est iustitia, non premitur perpetua caligire virtus.

Subditus esto Domino, & ora eum: noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniusticias.

Silentium vere christianum. **R**ecum, *Ἐπαρθένοι*, subditus esto, in Hebraico *רַבָּתִים* Domladonai. Tace ipsi Dominino, quemadmodum veritatem diuinus interpres. Vult ergo te rebus in aduersis tacitum esse, non querulofum, blasphemum, importunè gementem, foemineos ciulatus emitente, imbecillitate animi prostratum, ac iacentem. Vult te racentem, ne qua vox pectore ac virtute indigna audiatur. Non in gemitiis versantem, fatumque tuum querentem, sed potius orantem Deum, eò preces omnes dirigentem, auxilium ciuius rogantem, qui tempestatem submoueat, tenebrofumq; nubibus disiectis, serenitatem reddat. Cùm dies longè gravissimus fuerit, cùm, clade cervicibus imminentem, te sollicitum curæ, fluctuare coegerint, singulare, inquit, presentissimumque remedium tunc erit, ut ad Deum recurras, suppliciter auxilium petas, noðte dieque orando cum fatiges: totus in eo insistas, eò curas omnes, cogitationesq; conferas. Interca ne fecundas res improborum admireris, nec similis eorum esse, atque eandem fortunam tibi dari concupiscas, iniquam illam sceleratamq; felicitatem contemnas, abiicias, iudicio tuo repudies, iniuriam habcas: nec te ob eam causam miserum, perditum, vilem, quod ea non possideas, opineris, ipse tibi ob inopiam displicens, quod veste nitente, quod famulis stipantibus, quod equis, quod eleganti domo, aulaisque virenti, quod satiandæ libidinis facultate careas, quod formas insignes amplecti nequcas. His enim ferè constat felicitas improborum. Hæc, inquit, qui copiose possideat, caue ne admireris, nec æmulus esto ciuiusmodi fortunarum.

Noli emul in eo qui prof.

Define

A Define ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari ut maligneris.

Vos sensus ponunt Hebrei, (quibus ego verbis explicandis, non his quæ de Mesia interdum loquuntur, libenter assentior) Define, ait, ab ira, cùm videris alium te opulentiorum, florentemq; opibus, ne tibi furor impotentiae dominetur, transierit sum corripiat, inuidiaque prouectus in eum exilias, interficere incommodumque afferre cupidus, inuidia stimulaante, dolore ex aliena felicitate cremante. Consiste, intra meliores cogitationes te cohipe, multa alia cōtēplans, non sensibus, te velut pécus abducis inens. Alter sensus refert iram aduersus conditorem, cùm videris florere nocentes, vexarīq; piis, tæque è numero piorum esse persuadens, cernas autem diuitias opulentiamque malis illis affluere, te interim egestate torqueat: tum ne contra Deum quem harum rerum autem existimes, indigneris: non te contra conditorem prouocet indignatio, iniustitia, impunitum, improbumq; gubernatorem clamitans, quasi præscribens imperatori, tibi q; quærendum aut cogitandum putans, qua ratione sit ei mundus gubernandus, meliorem regendi rationem tuo iudicio ei proponens, & quasi de eius officio desperans. Furor ille repentinus exedensq; panarium indignatio facebat, ne subito turbinc & tempestate correptus animus fluctuet, quatatur, æstuat, potius considat immotus velut annosa quercus, cui bellum indixerit truculentus Aquilo, aut præcassisimus Auster, illa grauis hæret, radices sunt ei validissimæ, immotaq; ventos contemnit. Noli æmulari ut maligneris, cùm ea felicitas sit fere scelerata, quod tum violata iustitia, & humani generis charitate, tantæ opes in vnum cumulum congeruntur, genusq; id rapinæ est: tum veris manifestisq; rapinis saepe agunt, ne tibi incidat similium rapinarum, scelerumq; æmulatio, vt æmulus esse tibi cupidas incesserit eorum, qui vel rapinæ apertis, vel adumbratis & simulatis, ea diuitiarum onera, dōmos auxerunt. Ea æmulatio est ad maleficiū, ad improbitatem, in iustitiam, crudelitatem. Qui cupiat horum è numero esse, quibus rapinæ felicitatem pepererunt, (nam id persuasum iam est, haud citra scelus, ad eas moles, eorum opes ascendisse) cupit è sceleratum numero esse, iustus esse non cupid. Audi sequentia.

Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.

XTERMINARI, cùm Latinè sit extra terminos pelli, non eo significatu sumpsit interpres. Græcum quidem responderet Hebraico *ξολοθρεψθν* Corriat, delcuntur, funditus euertentur, excidentur. Hebraicum *רַבָּתִים* icarethun, refringentur, interficiuntur. Vide quid eis denuntiet, quod referre oculos, quos fines spectare in rebus humanis oportere afferat: quis finis nos expectet, piè vel impiè gerentes, quod tota vita ratio sit dirigenda. Non absurde Latinis transtulit extermiabuntur, vt respondeat secundo, hæreditabunt terram, scelerati tollentur è medio, pellentur terra, æthere cassi, in Tartaru precipites acti, ne vita qua fuerant indigni, amplius fruantur, piis autem probisq; cedet omnis terræ possessio. Vidi, inquit alibi, impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce, non erat. Iusti, quibus probitas pepercisset, quibus Deus præcipue semper indulisset, hæredes erunt omnium. Possunt hæc ad terrestria, rationeque rerum humanarum, dum hoc tempore vivitur, referri. Si quis expectet, si iudicium contineat, ne simul visis exemplis sententiam ferat, at remoretur, ptemat silentium, moram interponat, fore vt omnia clarescant, in contrarios atq; antea cursus, finesq; tendentia. Nam quos placidum mare, tranquillis vndis latos, triumphantesq; fert videbatur, à tergo leni fortuna spirante, horum non procul inde naufragium cernit, fluctibus haustam nauim. At quos tempestas confiditare, tamq; pelagis apertis absorbere videbatur tenebris omnia circum occupantibus, omnium rerum desperatione premente, quos miseros infelicesq; spectantes haberent, cœstigio surgentes, liberatos, latos, in portum collatatos aspicies. Hæc imago rerum humanarum, iustitiaeq; & iniustitiae, bonorum ac malorum. Posset terra intelligi, quam vocavit alibi terram viuentium, patria cælestis, ubi vita vera, campus veritatis. His locis habitant iusti, hæc patria bonis dabitur, iniustis, sceleratisq; exterminatis.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

YY

Define ab ira.
der. fur.
Noli em.
vt mali

Anno quercus:

omnis dñes aut iniquis aut iniqui heres.

Hæreditatis ter.

Mare.
Huc pertinet locus Iu. 16.

VG E T , vt solet, exaggerat, apertiora quæ sentit, facit. Putes, ait, quam cernis impro-
Aborum beatitudinem ob quam indignaris, ingemiscis, lacrymaris, fore diuturnam, in
hoc rerum statu diutius mansuram, nunquam fortunam commutandam : expe-
taceas, non quidem mille annos, non centum, nō longum temporis spatium : exiguum quid,
paucos aliquot dies, miserandam videbis commutationem, mirum ante eades illius beati si-
lentium, ubi paulo antè tantus tantarum rerum, equorum, virorum, seruorum, fremitus, re-
boante domo, vnius improbi libidinibus, ingentes motus edentibus, omnia miscentibus, in
auras euanisse, perinde si puluis, si palea fuissent inanes, ventis ablata volasse. Locum nu-
dum, vacuas ædes relietas. Triste tantum spectaculum, stuporemq; remansisse. Is ordo re-
rum decurrit: haec diuina prouidentia ministrat, si cunctetur, si manus ad interitum scelerato-
rum non admoveat, res tamen suis itineribus pergentes in exitium, naturæ cursu prope-
rare sinens, omnibus ad hanc legem rebus mortalius natis, sed imprimis, nullam habenti-
bus stabilitatem rebus sceleratorū, exiguum vitæ iniustitia ducente, quā natura quā Deus inui-
sam habeat, celeriterq; cadere concupiscat. Eisdem oculis eorum excidium cernes, quibus
felicitatem vidisti, videns ingenuisti, non te ad longa tempora reiicio, nolo te fatigare mo-
rando. spectator cris: tuis pedibus ad illas diuitiarum sedes, opulentasq; domos accedes,
cōsulta requires, ne musca quidem hominis in vestibulo. Hæc ego dum Romæ meditarer,
à bonis sanisq; super rapacibus expectabuntur.

Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in mul-
titudine pacis.

E

MAN S U E T O S exaduerso sceleratis, siue peccatoribus opponi, testes Magistri supe-
rioris, nō erit peccator. Multitudine quoq; pacis futuræ, deletis impiis ac peccatori-
bus, qui vexarent meliores, quorum importuna nequitia, in terris esse pacem non sine-
ret. Illis extinctis, latitia, triūphus in terra. Mansuetos ὑπὸ pondus Hebraicæ vocis, osten-
dit vexatos, assiduis calamitatibus attritos, deiectos, humiles: quos superbi & crudeles illi
veluti captiuos, catenisq; vincitos tenerent. Hæreditare terram, dictū est quorsum spectet.
Erit lux ista, is iucundissimus rerum aspectus, hæc terrarum possesso, amandatis excisisq;
improbis, bonorum duntaxat. Sublatissq; pestibus, omnīq; sceleris cuiuslo seminario, quid
erit reliquum nisi pax, gaudium, charitas: qua nihil habet vita delectabilius, solisque bo-
nis sincera contingit. Pax erit copiosa, profundum otium, plena: vibes alacritatis, omni-
bus viis, templisq; gratulatio, voluptas, oblectatio. Hæc sunt certissima rerum humanarum
vaticinia, hæc oracula iussit prouidentia fundere legatos suos.

Obseruabit peccator iustum, & stridabit super eum denti-
bus suis.

olfer.

strid.

BS E R V A B I T , Hebraicum ὑπὸ zomē, cogitat, vt vertit Hieronymus. Designatur
eo cogitatio improba, malefica, perniciosa. Ea, inquit, est consuetudo improborum,
quibus naturalis est inimicitia cum bonis, quā canes odore feles quā malū medi-
tatur ouibus lupus. Est naturale odiū inter bonos, & malos, naturæ penitus pugnantes, con-
trariae volūtates, animi dissentientes, diuersa cupientes. Hac ob causam, in mutua perniciem
nituntur. Huc accedit quod etiam cum genere suo propter summam naturæ prauitatem,
improbi pugnant. Cogitant igitur obseruantq; iustos, super eos defigunt oculos, quibus
eos insidiis aggrediantur, vitam & opes eripiant. Eaq; est eis auditas in eos exilicandi, vt
instar canum dentibus stridant, conceptam rabiem indicantes. Declaratur his, hominibus
non raro inesse impetus bestiarum, similes feris s̄pē fieri, conuerti rationem in habitum
ingeniumq; ferinum, hominēsq; esse s̄pē desisse.

Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet
dies eius.

Timpus ille & perditus nescit quæ latent, ab oculis præsentibus longè sequestrata.
ANM cū scelerati contra pios bella parant, prædas animo percipientes, in sum-
mā spem venientes eos interficiendi, diripiēdi, cū de salute eorū inierit consiliū,
nesciunt perditū non procul inde maximi iudicis oculos obesse prospectantis, eorumque
conatus irridentis, quos sciat paulo pōst daturos pœnam, plagas in se ruentis, admiratos,
vnde

AYnde tela volitent, obstupentes. Volitant ab æthere. Hæc cernens pater, arcum desuper in-
tendit, quo terrore scelerati terga vertent, sese fugæ precipites mandantes. Audi igitur sa-
cra vaticinia, eaq; in pectus altè dimitte. Cur non simul abstrahit fontes Deus ad supplicia,
atq; facinus admisissent, iniurias intulissent, interfecissent, per dolū fefellissent, amicitiam
prodidissent? Cur non exemplū detrudit in tartarum, signa doloris nulla mittit, sensisse
quid sceleratus gesserit, non aliquo supplicio demonstrat? Scit, ait diuinus nuntius, hæc
omnia Deus videt, percipit, non oculos eius aufugint, sed velut is qui cernat arborem *Arbor.*
quempiam ascendentem, quem noscat paulo pōst lapsurum, ridet, sic Deus quoniam *Dies eius.*
prospicit aduentare diem, quo lugebit improbus ille, perditum sese, miserumq; appellabit:
ridet ea quæ conatur, quæ cogent eum propediem lacrymas fundere. Citò (inquit
Deus) rationes inibimus, non dormit Nemesis, cui rationem celester reddas. Videt quid
agitas, quid moliris, & quoniam contra te moliris, in perniciemq; tuam, ridet. Ridentur à
Deo scelerati, superbi, vano molientes, magno cum risu stultas eorum inanescq; actiones
procul aspiciente. Hæc respōsio debetur his qui querunt, dubitāt, current superi terras, an in-
certo fluant mortalia casu, cū res hominum tanta caligine volvi aspiciunt, lātosq; diu
florere nocentes, vexatiq; pios. O rerum, inquit, ignari, Vates veridicus. Frustrè turbamini.
Ridete cum Deo, superbos illos ventosos, stultos, insanos: diem illum supremum vñā cum
eo cogitate, cū velut inertia pecora, velut asinos ostendet illustres illos raptore, homici-
dasq; nobiles illos carnifices, & prædones, velut bestias in theatro totius mundi compro-
babit. Vos interim ridete, d iēmq; illum expectate. Sit pax rebus, Aliorum infania fru-
mini.

Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt de-
cipiant pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.

VI D agant improbi, quo ritu vitam decurrant, s̄pē memorat, vt in quos oracula
fundat, agnoscas. Est autem is totus vñus versus, non duo. **Q**uod Latinus dixit, *Vt*
decipient: credendum est dixisse iuxta Græcum, *vt deiiciant, τὴν καλεῖσθαι*, *vt pro-*
sternant, maculatumq; ante pedes proiiciant: in secundoq; appareat, Vt trucident rectos cor-
de: et si idem est Hebraicum, rectos via, quod illustris interpres, Rectos via, quibus iter re-
ctum est, non decium, vagum. Sunt acta corum recta, non iniusta, iniqua. Dicitur etiam La-
tinis æquitas, corporum proprium ad animos tralatum. Duplex armorum genus, gladius, ar-
cus. Arcus Orientalibus: telis & pilis agunt Occidentales. Quem dixit pauperem, & ege-
num, cō respicit, quod plerūq; potentiores bello persequuntur debiliores, humiliores: dāt
illis opes animos, implent ferocibus cogitationibus, illa præsenti rerum potentia dece-
ptos, nullos alias causas extimescentes. Perinde si natura, non fortuna, opes illæ, ac potentia
niterentur, immutabiles, immortales. Non secus eis adharentes, atq; digitii, manus, oculi,
quos naturaliter possident, raro corpus deferentes. At non opes hunc situm habent, velut
vestis adharent, quam vel exuimus, vel vñius anni, duorumq; spatio consumptam depóni-
mus. Tam facile exuit fortuna, cū flatus eius remisit, mortales, quos opibus aliquandiu
vestisset. Ea non cogitant insolentes, stulti, bello debiliores persequentes, stultis
cogitationibus tumescientes, ab ipiuria & maleficio minimè temperantes. Sed quid crit
tandem?

Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum
confringatur.

Vt precatur, aut (quod facilius crediderim) denuntiat, Gladius in cor eorum transi-
bit, arcus confringetur. Vaticinium est. Recidet in caput eorum calamitas, cōsilium
malum, consuli tori pessimum, vt est Græcorum prouerbium. Intimè plaga penetra-
bit, in mediis precordiis inhærebbit. Non leue & in cute vulnus, sed in pectori, intimè, pene
trabile telum. Non hominum iaculante manu, sed cælo veniet delapsa sagitta. Hoc expe-
ctare decet visueros propediem, pauperes, debiles, qui premuntur, vexantur, teruntur ab im- *pauperes.*

Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum
multas.

Melius.

ERVS sensus Hebreis, quibus assentior: Non est κρέαστον, melius, sed τὸν τοῦ, bonum. **D**ecies, ait, ac suave est iusto modicum, moderatum. Iustus paucis contentus, his cōquiescit, non rapitur cupiditatis æstu. At iniusti, peccatores, tametsi multa possident, non acquiescunt, non oblectantur, sitis inexhausta, implicata auidis animis. Omniaq; non ad voluptatem, veramq; iucunditatem, sed animi & corporis excidiū. Quod plus acquirunt, maiorem vitiorum cladiq; materiam acquirunt, velut qui laborat hydropsi, sitiunt semper, bibunt semper, totūq; morbi alimētū est. Itaq; diuitiae peccatorū nec sunt iucundæ, nec viiles, nō satiat corruptos anitnos, autis scelerum fomes augetur. Auaro tā deest quod habet, quām quod non habet. Animi vorago quicquid intuleris, expleri nequit, omniaq; videtur minora. Magnis curis queruntur immanes opes, noctes atque dies cruciari necesse est, iustitiam violare, insidiari his, quorum ad opes, rapaces manus extendere gestiunt, eos diutius viuere dolentes. Multisq; de-causis cruciatum plenos esse diuites malos cogit natura. Hæc nostri quoque Poëta decantauerunt. Beatus qui procul negotiis, paterna rura bobus exercet suis. Ne quis decipiatur, maiorem lætitiam suspicatus inesse diuitibus, quod secus longè est. Da mihi, ait sanctus Vates, exiguum quid cum iustitia & probitate, hic ego dico dulcedinem, voluptatemq; esse, à copiis & peccatis abesse. Sit impietas quantum velit, opulenta, perpetuo voluptatis expers erit.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.

Brachia.

ADLIA, quæ probant diuitias improborum ocyus auolare, celeriter eis eripiendas, est quod minatur eis Nemesis irata, quæ robur eorum, quod omne in illis opibus possum est, debilitabit. Designaturq; totius molis ac roboris occasus, cōtritione brachiorum, sermonis Hebraici figura. Brachia, sunt robur hominis, ac vires. His debilitatis ac fractis, nulla vis superest. His iniurias inferebant, his debiliores opprīmēre nitebantur, his prædas auertebant, his iustitiam violabant, quibus contritis, finis iniuriarum totiusq; impij, quorum statum prædicat instabilem, magnis periculis subiacētem, cui Deus rector orbis infensus, super eius interitu assidue meditatur, occasiones expectans, rei bene gerendæ. Propterea status ille non est desiderandus, vt non est domus optanda, quæ ad paucos dies collapsa, forsitan & habitatores opprimit. Cui Deus & natura minantur, quid de eius perpetuate speres, quid habet quod vehementer expectatur? Contrà, res bonorum protegēte Deo, stabiles sunt, de eorum diuturnitate sperare licet. Sustinentur, confirmantur à Deo. Secretum robur eis sufficit Deus, respicit benignus. Contritionem brachiorum referunt Hebrei ad arcus superius memoratos, qui brachiis contenduntur: brachiis contritis, inutiles arcus erunt.

Nouit Dominus vias immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.

Nouit dies

OVIT, Hebreis quoque sensus est, prospicit, curat, prouidet: dies viuieram vitam, rotum vitæ tempus, spatiū vitæ. Quandiu viuunt, nūquam oculi Dei super eis dormiunt. Immaculatos Græcè ἀμάρας, sine momo, culpa, crimen: Hebraicè ὑποθαμιμ, perfecti, absoluti: iidē immaculati. Perfectio enim & integritas synceritasq; idem. Immaculati sunt integri, sinceri: integri sunt perfecti. Vitam syncerorum, integrorum Deus charam gratiamque habens respicit, perspectam exploratamque habet. Non est ea, de qua nihil Deus cogitandum sibi existimet. Rationem eius habet. Referunt item hæc Hebrei ad futuram vitam (nam posteritatem quoq; designari posse nomine hæreditatis, iudicem autores sunt) fore vt recti ac sinceri, ad sempiternam vitam admittantur, vt eorum hæreditas sit perpetua, coheredes Christi futuros pios. Paulus etiam scripsit, exacto vitæ p̄fæctis curiculo, qui p̄iè vixissent, ad alia bona, quæ sit eorum perpetua possessio, velut hæredes accersendos, paratam eis vt hæredibus patriam caelestem, quam pater eorum Deus, ex testamento eis delegasset. Hos dies nouit Deus, ante oculos habet, ad hanc vitam, pios expectans, quam, hæreditatem eorum esse decreuisset.

Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.

Con-

AOnfundentur, sonat Græcum & Hebraicum, erubescunt, pudescunt, contumeliam, de- confid. decus patientur. Dedeceus autem, quod implorantibus auxiliū necessario tempore non veniet, nemo erit qui exaudiatur, qui circumuertos eripiat: aut capti, profligati, cōtumelis vexabuntur. Nulla calamitas: non dedeceus affert, ac præter dolorem, qui leso corpore, fortunis in potestatem inimicorum redactis, accidit, id quoq; doloris inest, quod plena sunt omnia ignominiae & contumeliae. Hanc, ait Vates, calamitatem evitabunt boni, Confusio imprimis dedeceusq; & grauissimum tormentū accidit, cū famæ in agris in vitibus bacchatur, omnia tristia dirum spectaculum. Hoc, ait, tempore bonorum, Deus nō erit im- memor, vberiores eis dabit prouentus, aut cælesti subsidio subleuabit, vt quibus manna cælitus venit, quibus escam corui attulissent, cæteri, incognita eis ratione, non senserunt horrea decreuisse, quotidie tamē frumenti nonnihil inde exportantes. Nō est miraculo- rum parca, temporibus aduersis, diuina prouidentia, suis tuendis. Quod autem ait

Quia peccatores peribunt: inimici verò Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes tanquam fumus deficient.

Senim versus est in Hebraico, & apud diuum Hieronymū. In eo est discrimē ab Hebraico, qui fons ipse est, ad quā omnia dirigēda: Λατερανη, και νομινη. Mox vt ho glorificati fuerint & exaltati. Pro eo Hebraicè וְתִבְרֵא kicarcarim, sicut pretium agnorum, aut sicut opimum pinguedoq; agnorum. Hoc interpretantur Rabi Abraham, & norificati fuerit. DAuid, cæteris sensibus dimisiss. Sentiunt scilicet, quibus ex parte Salomō assentitur, quod in agnis optimum est, id autem est pinguedo, adeps, quem super altari comburebant. Hæc declarans Rabi DAuid, Id, inquit, quod in agnis melius & pinguis est, nempe adeps, qui totus super altari igni crematur. Comparat igitur impios adipi, seu pinguedini agnorum, quod omne concremabatur igni, in cineres fumumq; ibat. Hieronymus transluit, Sicut gloriantes monocerotes. Videtur legiſse non כָּרִים carim, sed כָּרִים kereim, sicut monocerotes duas voces. At Hebraica lectione ſecus habet, habuitq; etiam apud Sept. quibus monoceros minimè nominatur. Sensus clarus Hebreis cum Chaldaeo consentientibus, comparatſe. Ieratos his quæ celeriter igni consumpta in nihilum abeunt: comparat fumo, vt item pulueri, paleis inanibus. Consumetur fame, multisq; aliis calamitatibus quasi calitus illatis.

Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & tribuit.

Aparticulares impiorum actiones descendit, in quibus est in primis crudelitas, au- Mutuab. gritia, alieni cupiditas, nescia mitescere corda. Rapaces sunt, charitatis expertes, omni in suam familiam contrahentes, propterea neficiunt res humanas, amoremq; sui, non fol. pecc. quæ philautia dicitur, velut scintillam esse, amorem autem vniuersalem, quæ charitas appellatur, vt folis fulgorē, ad plures accedentem, cuius sint omnes homines participes. Qui autem ad scipios charitatem cōtrahūt, certe lumen quod habere maius largiusq; potuſſet minuūt. Hoc igitur peculiare tradit impiis esse, quod non restituunt, rapiunt, non reddit. Manus rapaces velut aquilarum, accipitrum, quorum carnibus abstinere Deus præcepit, Pythagoras domi alere vetuit. Qui non reddit aliena, multo minus dabit sua, vt Hebrei ferunt. At iustus si miseretur, si sua largitur, multo magis restituet aliena. Esse genus crudelitas ac rapinæ, accepta mutuo, non reddere, declarat quod tribuit iusto misericordiam, cū reddit. Charitas omnibus litteris commendatur, prædicatur, ea proxime mortales accedit Deo. Iure impiis incognita, quibus Deus ignotus, piis ac iustis bene recepta, quibus in pectora Deus. Omni petenti te tribue dixit idem. Hic versum bene vertit sanctus interpres, Foenus accipit impius, & non reddit: iustus autem & donat, & tribuit.

Quoniam benedicentes cum, hæreditabunt terram: maledicentes autem disperibunt.

Vbiicit hoc non dissitum, disiugatumque à superioribus, qui tribunt, miserentur, que, sunt hi qui benedicunt, suspiciunt Deum, honorem ei deferunt, miserentes, largientes. Ea est benedictio, prædicatio, diuinæ maiestatis. Qui miserentur, sunt in causa, vt Deus benedicatur, gratias ei habeat hi, quibus tribuitur, ipso quoq; sancto opere,

illo cœlesti facinore, quod Deo gratissimum est, benedicūt, qui secus, de honestant, gratiam eius spernentes, similes eius fieri non magnopere laborantes. Nec non qui iustus est, non modo charitatis officia præstat, plenus humanitatis, sed is ipse est qui semper benedicit, qui Deo semper gratias agit. Habet summam charitas & iustitia, simul pietas cōiunctionē. Nam iustus miseretur, quod humanitatis est: idem benedicit, quod pietatis, cuius virtutis præmium est, quod hæreditabit terram, seruabitur in terra, impios calamitate auferente. Deturbatis impiis ex amplissimis illis diuitiis, latifundiis, terra lata possessione, restabunt lucis hæredes, probi, hæredes, in quam, nō quidem diuitiarum illarum quas minimè morantur, sed lucis, vt dixi, vitæ, quæ viuentibus data est: tum fortunatum quoque prouentuum quos Deus efficiet vberiores. Cæli quoq; regnum dabitur eis iure hæreditario.

Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet nimis.

Apud dominum dirig. gressus hominis. Larius ex Graeco, πατέρων οὐείς, A Domino, à Deo. In Hebraico similiter, Dirigentur κατεύθυνται. Hebraicum, יְהוָה conanu, firmantur, stabiliuntur. Quacunq; iter fecerit, prosperitas, felicitas sequetur, ducente Deo. Non cadet, nulla vis inimica proprius impetu facto poterit cuertere. Vestigia firmat Deus, sustinet gressus. Hebræi interpretantur omnes motiones, quacunq; clausus animi corpus inflebit, vt loquatur accedat, recedat, in his cunctis quidquid felicitatis est, à Deo est. Quod dixit, Gressus hominis, aut sentit quamlibet felicitatem, diuinitus esse: si graditur quis prospere, feliciter, à Deo est, ait. Aut virum sentit qui proprie vit nuncupatur, fortem, sanctum, immobilem, sanum. Vox Hebraica γέρεβος, quæ est hoc loco id notat. Inde γέρεβος gheber, robur, fortitudo, virtus. Fortium Deus vestigia firmat: quibus est virtus, virtutis perpetuus amor, his Deus est fidus comes. Hoc probat etiam Auen Esra, Gheber, inquit, in sermone nostro dicitur, qui plenus est scientiæ. Qui autem est plenus scientiæ, haud dubiè iustus est. Hæc Hebraeus. Omnes igitur, vt ipse prosequar, hoc carmine complectitur. Vates laudes virtutis ac præmia, quæ beatus sit, cui pietas iustitiæ placuerit, ne quis putet, quod apud Platonem Thrasymachus, iustitiam nullius utilitatis esse, fatuam quandam insipidamque bonitatem esse, quod ipsi vocant γεράσιαν εὐθείαν. Iustitia igitur efficit vt Deo sis charus, vt te respiciat, custodiat, feruet, vt viam tuam velit, nempe placeat ei quod agis, quod iter instituis: & quoniam placet, comes adest, ipse tibi comites Angelos mittet, omnes à te causis aduersos submouentes. Veniunt, quia places, virtutis odorem sequentes, iustitiam vehementer amantes.

Cùm ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.

Crux pior. Impiorum, perditio. On erit verè casus, si ceciderit: non dabit ruinam, non illidet terræ, non proteretur, afflabitur. Ergo poterit videri non cecidisse. Hebræi bifariam locum interpretantur, bene. Cùm ceciderit, nempe in cogitatione sua, cui videatur cecidisse, qui dubitet ne quam calamitatem inciderit: tum Deus adest tristitia serenator, submoens metum, meliora lætiорaque adducens. Videbatur ergo sibi cecidisse, sed cœntus docuit & auxilium Dei fecit, vt non esset casus, sed metus inanis. Alij quoque rectè: solere non correcti, est nunquam Deum probare, exercere iustos, aliquid eis incommodi sinere, aliquam correctionem, quod meliores fiant, accidere. Id eis prodesse, non ob eam causam funditus deriri, extremamq; pati calamitatem, non esse vexationes eiusmodi grauiores quam debeat, quas sustinere nequeas. Quos, ait, diligo, corrigo, & castigo, Diuus quoque Paulus, Dabit cum tentatione vires, vt possitis sustinere. At impios, inquiunt Hebræi, funditus euerit, lapsi surgere non posunt. Non est correctio casus eorum, sed certus destinatusq; interitus. Huc Deus eos expectat, iniurias eorum ferens æquo animo, nisi poenituerint, certa supplicij die destinata. Cadunt ergo, non resurgunt. Auxiliatrix illa manus, quæ sustineat labentes, dexteræ sacra præpotensq; cui cedant omnia, indignis opem afferre recusat. Habent igitur iusti dexteram Dei opitularem, quibus subiectæ sunt res humanæ, casus auertentem. In iusti, raptore, quantum voluptatis rapiendo scelerateq; viuendo cepissent, tantum ignominiae, dolorisq; capient, diuinis illis manibus, quæ clades remoueant, labentes suffulcent, sustinent, in tempore, destituti. Potest iustus cadere, sed non frangi, signum inclinati corporis dedisse, sed non corruiſſe.

Iu-

A Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.

V c spectat, posse iustos velut homines humana pati, casibus humanis subiacentes, fortuna & casu & natura plurimum in his rebus valentibus, vt multi temporis longæq; ætatis exempla docuerunt, leuiores fuisse casus eorū, non velut radicitus auillos corruiſſe, quod sceleratis vſuuenit, quos Deus cum tota stirpe sectos auilosoſque, propterea, quod eos iniſos habet, extra lucem exterminet. Exemplum igitur clarum, quæ iustis inferatur incommoda, potius esse probationes quæm destinata desuper supplicia, quod sceleriter surgunt, quod viuunt in posteritate, quod non paternorum scelerum, filij luunt poenam. Imò Deus memor paternæ pietatis, præterquam quod ipsos parentes semper ab iniuria defendisset, etiam filiis adest propitius, fructuosam pietatem, largèque præmia dominantem comprobans. Ea est Dei societas, amicitiæque, vt qui eam amplectatur, sentiat vberimè prodeſſe, sentiat vt parennis aquæ fontem, qui per agros longè lapsus multa terrarum spatiæ percurrat, si quis oculos aperiat, si rerum iustus æstimator velit esse, non indigabitur vexati pios, improbis florentibus, quod nec flos ille malorum diuturnior est, nec illa vexatio piorum. Atque utrisque ad iniurias iætisque fortunæ necessariò expositis, hos quidem leuite offendere, eos grauite & pernicioſe cadere. Fui, inquit diuinus Vates, puer, exegi multos vita annos, multa vidisse potui, nunquam tamen vidi iustum derelictum, nunquam stirpem ad mendicitatem redactam, precariò viuentem. Hæc Hebreorum tempore maxime nota erant, quo bona & mala ad hanc imprimis vitam referebantur.

Tota die miseretur & commodat, & semen eius in benedictione erit.

A t e, ait verus viuendi magister, & dabitur vobis. Hæc iustitia est, quam tantopere commendat, tor laudibus prosequitur. Iustus est qui nec aufert aliena, nec suis parcit. Liberalis, largus, donans, misericors inopeim, auidus effundendi vtiliter. Ei chara aliena salus. Hæc charitas est, charitas totis sacris literis occurrit, laudibus eius omnia personant, hæc clavis est vita, vertex quem respicere conueniat omnes qui laudari cupiunt. Et quod naturali ac diuino consilio fit, vt qui profuisset, qui beneficentiam liberalitatemque aliis promptè alacriterque exhibuisset, ad eum redeant beneficia, illi gratiam memoriamque omnium comparantia, propterea dicitur ipse & posteritas, charitate fructus eiusmodi proferente, gratiam amicitiamque omnium generante. Amor autem, & gratia fons est bonorum: & si defuerit humana gratitudo, si quos ingratos, vt fit, reperit in terris, Deus qua sua est benignitas, non immemor erit in filiis paternæ charitatis, quod eis conspicet, subito redibit paternæ probitatis recordatio. Genus ac posteritas liberalium, dominantium, largientium, benedicetur à Deo, & ab hominibus, gratia atque amicitia cum co, cunctis hominibus & Deo perpetua erit.

C Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum sæculi,

Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur, iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

O R T A R I non desistit, vt te totum ab improbis libidinibus, à malefactis auertas, aspernatus ea quæ sanctis oculis Dei displicere, rationis instinctus ostendit. Totus in hac cohortatione insistit, in ea sola moratur. Is vniuersæ poëſeos scopus. Sapientia itē iterat præmiū iustitiae & probitatis, habitationē sempiternā, perpetuitatē in posteris, semperitna beneficiorū memoriam apud Deum, & eos qui ea accepissent, gratiæq; recordationem. In iustitia, omnique mala actione relata, totū te charitati iustitieq; tradas. Quod fiet, vt perpetua tibi sit stabilitas, non proiectus vagusque eris. Iustitia sedes tuas stabiliet, rebus tuis radices firmas altasque dabit. Inhabita in seculum. Sacrum Hebraicæ ^{Inhabita.} ^{In seculū.} olam, sonat æcum, æternitatem. Habitabis æternum. Ut violenta & iniusta, non diurna, Deo & hominibus inuisa: sic bonarum rerum summa stabilitas, Deus amat iudicium. Secunda igitur maximè quæ Deus amat. Hæc existimanda, quibus vtiliora habere non possit hominum vita. Iudicium nunc vocat iustitiam, æquitatem, virtutem, recte factorum

YY iiiij

Iudicium. veritatem. Hoc etiam cecinit priscus Homerus, de Diis, ἀλλὰ δικαιον, sed iustitiam amat. *Sanctis.* Santos suos vocat, eosdem quos superius rectos corde, iustos, sui similes; ipse princeps sanctitatis, si quos eiusmodi reperiat in terris, hos plurimi facit, ab iniuriis defendit, charos habet, conservat omni tempore, in periculis socius, comes in itinere, rerum gerendarum particeps. *Aeterna* conseruatio spectat ad totum iusti sanguinem, à quo posteritas eius descendit, genus totum. Utilem & in praesenti tempore, & in posteritatem, iustitiam esse, universo generi prodesse, quod ab uno iustissimo defluxit. Non intra paucos dies exiguumque viuis ætatem, præmia iustitiae conclusa esse, sed longius ire, per totam deinceps posteritatem, ut viuierum genus beatum esset, unum qui iustitia præstisset, in causa fuisse. Hinc cognosci posse, quam largus virtutis remunerator Deus. In contrarium, improbitas viuis maximè improbi, facit ut totum genus pereat, remanente vestigio sceleris illius prioris, & affectione iniquitatis, in posteris, quem cupiunt imitari, similes parentibus procreati. Erit, erit impij generis excidium, non diutius in terris permanebit.

sem̄ imp̄ per.

Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt infæculum
fæculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

*In fac. se-
culi.**os iusti m.
sap.**sapientia.**Iudicium.**lex.**Non suppl.
griff.*

Epis. Et ipsi hoc cecinit, ut hac firma sententia, perpetuâque affueratione imbecillas eorum, exiguumque lucis habentes mentes coarguat, quibus videntur res hominū magna caligine volui, incerto fluitare mortalia casu: rerum bonarū atque malarum nullum esse discrimen, nemine eos diuidante, ac separante. Expositum superius quid sit inhabitare terram, hæredes terræ fieri, tum interitum necēmque supremā impiorum, tum confirmationē honorū eo designari. Hoc Dei iudicium, præscriptio veritatis. In seculū seculi, Græcè οὐαρά οὐαρός, ætate etatis, quū æui subobscurum est. Hebraicè וְלֹאָד, ad perpetuum, ad ulterius, omne quod reliquum est temporis. Accedit ad ea quibus iustitia constat, quid sit iustum esse. In primis os iusti castissimum est, qua parte plurimum peccare, aut bene agere possunt homines, hanc iustus sanctam, sinceramque habet. Meditari Hebreis animi & oris est. Etiam Latinis, Carmen meditaris auena. Meditatur os iusti, loquitur sapientiam. Locus Hebreis recte declaratur. Superius dixerat, Iustus miseretur, & commodat, Hæc, aiunt, misericordia, hæc munificencia. Erudit imperitos, docet errantes, ignorique via: quod tendere fas sit, ostendit. Hanc ipse primus gerit in præcordiis sapientiam. E pectori eius larga profluit. Hic multus est: nunquam non hæc loquitur, meditatur: nullum de rebus sapientiæ finem loquendi facit: ab hoc sermone nunquam videas eum abhorrentem. Hic omnis insistit, fons est percussus pectus illud. Casta, recta semper loquitur. Nullus mendacio, vanitatísque locus, non contumelia, non obtrestationibus. Sapientiam Hebrei exponunt ea, quibus diuini plurimum inest, in primis ea quæ pertinent ad cultum, scientiamque Dei. Tum quibus faciendis laus est, ac decus, omnium iudicio comprobantur, suspiciuntur, quibus inest æternitas, rerum humanarum solida confirmatio. Veri à falso clara separatio, bonorum firma stabilisque admiratio, carumque amor & affectione. Hinc duo sunt eiusdem rei nomina, vñumque sonantia, sapientia, iudicium. Iudicium, ius, equitas, ordo, hoc sapientia est. Os iusti non vana, plena venti, & inanitatis, sed magna, æterna loquitur, quæ tempus æternum, non fluxam ætatem respicit. Cupit homines solida, perpetua possidere, ad hæc hortatur, inflamat, horum amore cupit eos ardere: id agit prædicando meditandoque ut hunc amorem implicit animis, pectoribus immittat. Sermones eius feruntur ex optimis naturæ principiis, & veritatis exemplis.

Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

Eadem sunt, sapientia, iudicium, lex. Hanc iustus loquitur, meditatur, in pectori gerit. Quod docet, sapit, sentit, non minus pectori, quam ore: non loquendo solum, sed etiam sentiendo sapiens. Non supplantabuntur gressus. Est prop̄ si dixerit, Non vacillabunt vestigia, non luxabitur pes, non discederet à recto, non obliquus, lapsus incedet: non labetur in voraginem. Id faciet lex Dei in animo inhærens, mentemque illuminans. Illustrat vestigia, rectum iter ostendit. Efficit ut lucidè noscas quem ad finem vestigia fleetas, siue scripta, siue non scripta lex, aiunt Græci, semper in corde moratur. Iter quo tendit ad Deum, non impeditur aut ab hostibus notis, aut occultis & ignotis. Quid enim

virtuti

A virtuti impedimento esse possit: Agit altissimas radices probitas, ex illa lege perpetuò meditata conueli non potest.

Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum.

Ensv qui placat, exhibent Hebrei. Cùm videat impius fore ut ipse denique *confid.* concidat, finēmque stultum habitura que molitur, tunc inuidere iusto, tunc insidias intendere. Inuidet felicitati, sibi diem fatalem instare propiciens: omnia versat, si quid ad perniciem eius idoneum reperiat, si quid calumniati, quo pœnam capitū incurrat. Mortificare, *χαραπῶσιν*, rectius Latinus dixisset, interficere, morti addicere. Bellum perpetuum est in terris inter iustos & impios, omnia eis inimica, vita, mores, consilia, cogitationes, sermones, vultus, oculi, neutro alterius conspectum sustinente, diuersa itinera, si casus eos obuios dederit, arripientibus, subitoque discedentibus: non secus atque ignis & aqua dissentiēntibus. Summa odia, summa inimicitiae, incredibiles animorum diuisiones. Haud mirum igitur si querit iniustus impiusque interficere iustum, omni opere, omni tempore ei auersantem, consuetudinem eius respicientem, cum semper refugientem. Peccator hoc *peccator.* loco est. *נִרְשָׁה*, impius, sceleratus.

Dominus autem non derelinquet eum in manus eius, nec
damnabit eum cum iudicabitur illi.

Aciam clariora, & non damnabit eum cum iudicabitur illi. Multiplex est detrimētum, quod mali homines afferre melioribus consueverunt, aut necem apertam suis eos manibus aggredientes, aut apud maiores calumniantes. Habent enim scelerati nō manus solum exitiales, sed etiā linguas maledicas, accusatrices, calumniosas. *Quod* possunt, afferunt detrimentum. Si non manu, at accusando, & maledicendo apud principē. Deus igitur nō relinquit cum in manus eius, non erit protegente Deo, manibus iniquis super eum potestas. Minus item ut condemnetur, cum iudicabitur. Liberabit è manibus rapacibus, liberabit ex calumniis, criminibus: non sicut cum sententia damnari, non damnabit eum, non erit apud Deum reus: si non erit etiam apud iudicem, Deo defendant, non erit. Non damnabit eum Deus, non damnabit index terrestris. Illæ à sceleratis oblatae calumniæ, inanæ erunt. Turatur Deus à probis, calumniis, criminibus iustos, infantes: non sicut super eos fatalem sententiam cadere. Hunc sensum explicans Rabi Abraham, *Sensus* est, ait, Deus videt, considerat iustitiam iusti, cum improbus, percitus inuidia, non poterit bonum virum interficere, tunc requiret aliquid criminis contra eum, aut iniuria, aut auaritia. Simili modo Rabi Dauid, Porrigit oculos impius in omnes partes, si qua ad manus eius res perueniat, qua apud principem, labem infligit bono, qua cadat cum apud eum iudicatur. At exhibit indemnatus, purus, innocens. Audis igitur diuina subsidia contra calumnias, si modò iustus, innocens coneris esse.

Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram, cum perierint peccatores, videbis.

On est, ait, cur terapiat indignatio, si non sicut extēplo quæ de defensione, & exaltatione iustorum prædico: non est fas subito perire malum, fortunis imperioq; exui, ad pœnas subito rapi. Eorum sunt ista, quos agit impetus, non ratio. At Deum p̄ sua mansuetudine & clementia decet grauem esse, expectare pœnitentes, an iniuriarum finem facturi videantur. Te quoque non decet subito coronari, grandem fieri, exaltari, in corum locum facultatesque & imperia statim succedere. Expectanda virtus tua, quid virtute possis considerandum, quis tibi animus in aduersis. Hæc dum in te expectantur, exspectatur quoque in iniusto & improbo, num pœnitiat, resipiscat, matutatus tempore furens animus ad sanitatem redeat. Deus quoque dum hoc agit, agit optimum, grauissimumque principem decentia, clementiæ mansuetudinisque suæ vim, naturamque retinet. Expecta igitur, & custodi viam eius, ne ob hæc causam, quod non simul erexitur sis, illæque simul non ceciderit, pietatem relinquas. Esto pius, bonus: insiste diuinis mandatis, solitum pietatis iter ne deseras: nihil impatienter agas. Omnes tibi dabuntur honores, si id feceris. Expositum superius, quoniam sapientia iterauit, quid esset hæreditare terram, relinquere in terra, damnatis iniustis ad pœnas, exterminatis ē mundo, deiecit ē vitæ præsidio, luce delapsis. Meliores occupare quæ possiderent iniusti, quondam illis crepta, prædas relinquere cum

Rho. 2.
Expect. do.
& cust.
Viam e.

*Quum per.
pec. vñd.*

gemitu rapaces, succedere legitimos possessores iustos; Hæc erit exaltatio ex humili loco,^D ad summum gradum prouectio, in calamitatibus, contumeliasque iacentem, quas inferre peruererant iniqui, manam porrigitate. Deo, surgere, sublimemque fieri: periisse peccatores videbis, si paulum expectaueris. Testes erunt oculi tui, quibus opes impiorum indignatus aspexisses.

Vidi impium superexaltatum & eleuatum, sicut cedros Libani. Et
transiui, & ecce, non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus.

NT hunc locum, qui torfit Philosophos multosque mortales, clarius aperiat, exagge rationibus, repetitionibus, exemplis vtur. Torsit felicitas impiorum in hoc mudo, quod impune maestarent, raperent, innoxium sanguinem funderent, frustra numeri vtorem ceteris implorantibus, aliis vehementer admirantibus & super religione titubantibus, potius res humanas, cursibus effrenatis ire, suspicantibus. Incidat prauitas transuersa licet, rectosque ordines feriat, non esse qui lapsa retorqueat, praua luxuria suis locis restituat. At non ita inquit. Tolluntur in altum, Vt lapsu grauiore ruant. Confusus enim Deum immortalem, quod grauius homines ex commutatione rerum dolcat, quos pro eorum sceleri vlcisci velit, his secundiores interdum res & diurniorem impunitatem concedere. Illi quoque senserunt res secundiores sceleratis interdum à Deo concedi, quo casus sit gra uiior. Vt cedros eos vidi, ait noster, sublimes. (Sunt autem cedri arbores proceræ, quarum Libanus est ferox, totoque Oriente nascuntur: odorata arbor, similis iuniperi, baccis & foliis, nisi quod proceræ surgit, qualis cypressus.) Erant altissimi, superbi, florentes, instar arborum celstorum eminentes. Ipsi tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserant, vt ferendi non viderentur, tumentes fortunæ flatu. Sed vbi ventus remisisset, concidisse & carbasa languentia cernes. Stabant media in vrbe, velut medio in nemore arbores excelsæ. Ecce, tempes impressio facta, funditus deicit. Fit fragor: mirantur agricolæ, stupet omnis viator: vaticiniorum diuinorum veritas comprobatur, prædictiones absoluuntur. Verus ordo rerum perspicitur. Haud multum refert, quod pro *ιπηρυψενον* superexaltatum, sit in fonte *γραζη*, fortis: Vidi impium fortem. Fortitudo diuitiarum, potentiae opumque est. Neque etiam est cedros Libani, sed *γραζη εζραχ* raanan, arborem virentem. Scendum igitur quam Sept. transtulerunt *κεδρον*, cedrum, in Hebraico non est cedrus, sed *εζραχ*, quam Laurum interpretantur. Vox propriè sonat arborem semper virentem, *ἀθαλής*, Græcè vocatur quæ perpetuo floret. Fornax à verbo *εζραχ*, ortus est. Arbor semper oriens, nascens, virens, nunquam deficiens. Generatim ad omnes semper florentes arbores pertinet, quarum sunt multa genera. Ezrach, inquit Rabi David, est virens, & bona, eo nomine vocata quod venustas & viror eius omnibus appareat, sicut vir ezrach, Vir nobilis, clarus, genere de claro. Cuius contrarium est, peregrinus, ignotus. Hæc dixit etiam prior Abraham, Rabique Salomon. Chaldaica quoque tralatio versum hunc transfert. Vidi impium fortem & validum, sicut arborem *γραζη μαζιζιβ* veabuph, Erectam, & frondiferam, foliis exuberantem. Non est igitur cedrus: nam cedrus vocatur *εζραχ*. Illud autem *εζραχ*, vides quid intersit, nec comparat impium cedro Labani. Hæc comparatio hic nusquam est, potius iustum cedro comparat alibi. Sicut cedrus Libani, ait, multiplicabitur. Cedrus arbor sacra, melioribus exemplis apta. Hoc mihi placuit insigne, cum crescere, bonisque celestibus locupletari, virtutum odorem longè latèque mittere, factis egregiis ingens celsisque fieri, Rem publicam quo ad eius possem, iuuare, atque attolere cuparem. Scire quoque operæ pretium est: cum hæc vox sonet oriri, fit ut nomina inde fluant, designantia nascentem, indigenam, quasi radicentem, habentem radices, radicibus, foliis abundantem: sonatque virum multa propagine, ingenti familia, magna prosapia, genere fecundum: cuius contrarium est, inquit Hebrei, peregrinus, sine cognatione, familia, sine genere. Erat igitur impius ingenti familia, turba nepotum circundabant, ingens propago, affinitas magna. Propterea versus Hebraicus habet, Vidi impium robustum & propatulum, diffusum vt Ezrach, arborem virentem, frondiferam. Propter hanc causam Hieronymus transtulit, Vidi impium robustum & fortissimum sicut indigenam virentem. Vides vt non sit apud eum cedrus Libani. Exponunt Hebrei quid sit indigena. Gloria igitur impiorum deletur breui, velut aura recessit, velut fumus inanis, velut si super fabulo domus eorum confisteret. Sæpiusque id afferuit. Sed tanquam puluis, ait, quem proiicit ventus, erunt impij.

Custodi

A Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquæ homini pacifico. In iusti autem disperibunt, simul reliquæ impiorum interibunt.

CUSTODI, retine integratem, innocentiam, siue simplicitatem, vt diuus interpres edidit. Vide æquitatem siue rectum, considera, perspicie, fixis oculis contéplare, nūquā ab ea discedas. Sedeat in pectore, cùm te calamitosum videris, cùm fata vrgent, tu tēpus postulat animi cōfūtatiā, nullū pro laude periculū recuses. Cōtinēda est indignatio, impotentia, permanēdū in ea, qua semper fuisti, grauitate animi. Non est de rebus caelestibus, de imperio Dei super terras, persuasio relinquenda, ne similiis nostra mens frōdibus existat, quois ventori flatu leuanda. Videbis breui esse reliquias homini pacifico. Homīnē pacis vocat forrē, grauē, constantem in aduersis, nullo casu à virtute discedentē, non indignantē, quietū sedatūq; in aduersis animū habentē. Ad quā virtutem hortatur ipse Vates. Qui indignari, & fremere, subitōque in blasphemias & maledicta prorūpere noluerit, videbit ad postremū cuncta cedere victoribus prospera, piis & mitibus, patientēque ferētibus superesse bonum euentū. Quod Sept. dixit, *γνατάλεμψα*, residuum, seu reliquias, Hebraicū *εζραχ* acharith, supremū, nouissimum. Quoniam, ait, homini pacis est supremū, est quod remaneat, Detur. est quod eiad postremū debeatur. Posset etiam sermonis Hebraicū sensus esse, quem Rabi Abraham proponit, Custodi, adhibe mentē, respice virum integrū & rectum, videbis certe semper finem eius esse pacem. Si bene perspexeris, videbis rectos & innocentes, ad postremū lātos esse, pacem tranquillitatemq; asseditos, portum tenuisse, qui modo sibi timuerant, hos tutissimum portum recepisse, qui piis periculum intulissent, de suo timore coactos. Atque, vt ait Rabi David, sāpius iteravit finem impiorum, esse perniciem, iustorum tranquillitatem, & pacem, ne quos decipiat præsens felicitas malorum.

Salus autem iustorum à Domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia speraretunt in eum.

TERATIONES sunt, exaggerationesque, vt dixit Rabi David. Cupidissimè instat quod tibi celestis haec sapientia clarescat, insinuétq; animū, penetret intimè iustos à Deo defendi, necessario tēpore non relinqu, salutē conseruationēq; corū, ei curat infi, qui esse. Iustos autem esse qui sperant in eum, nam qui sperat, credit: longè ab his abhorret, qui finit. Deum esse dubitant: aut si sit, res humanas ei notas esse, aut licet nosse possit, si velit, at nō id cum laborare, nihil id ad maiestatē suam attinere. Spes autem maxima virtus, maxima pars pietatis, lux animi, cōfirmatio, robur labētis. Necesario, qui sperat, piissimus est, credit esse Deū, credit ei res terrestres non minus esse perspectas, atque regibus res suorum regnum, vel potius patri suam familiam: non speraret, nisi crederet. Tum praterquā quod persuadet sibi Deum esse, resque ei nostras non ignotas esse, persuadet quoque bonos ci charos esse, gratiam ei bonitatem iustitiamque esse. Cur enim speraret si nihil cū de nostra iustitia laborare, nihil benefacta nostra morari existimaret? Retortis autem argumētis, qui non sperat, non credit aut Deū esse, aut cū nostra nosse. Credēs esse, sed nō credēs ei nostra perspecta esse, tēdio, aut quavis alia de causa, hāc cognitionem diffugientē, tribuit ei vel insciā, vel ignauia vel crudelitatē, quæ nō in terrestri quidē principe ferri possent. At si charitatem, iustitiamque in nostris principibus laudamus, hæcq; eis laus gratissima est, cur Deus principum princeps hanc maximē laudem non possideat, atque adamet, & quoties à nobis iustus memōrque nostri, quod charitatis est, prædicatur, non gratissimum ei est? Necessario igitur qui sperat, est bonus, est iustus ac pius, bene sentit de summo principe Dco. Qui de Deo bene sentit, magnæ sapientiæ, eximiæ cognitionis, excellentis prudentiæ vir habēdus. Spes autem est rerum bonarum expectatio. Qui expectat, noscit eum à quo quid expectat, scit eum velle & posse quod expectat. Ergo qui Deum sperat, noscit eum, perspectumque habet. Tum prospicit eum velle & posse quod ab eo expectat. Summa autē charitatis ac potestatis est, posse iuuare & velle. Spes igitur est maxima pietas, inclyta virtus. Et praterquam quod maximum animi refugium & recreatio, etiam est vera sapientia, de Deo, vt bonitate ac potestate eius verus sensus. Propterea iustus est qui sperat, iustissima, maximēque vera de Dco sentiens.

In rememoracione. **I**T V L V S Psalmi est, Psalmus David in remembrance de sabbato. Is titulus non habet ad hunc modum in origine, εἰς ἀράμων τετρακοσίας, In remembrance de sabbato. Redūdat, De sabbato: duntaxat est לְהַזֵּר, ad recordandum, vel rememorandum. Videbis idem apud Hieronymum, cui titulus sic transfertur, Canticū Daud in commemoratione. Nā Nicolaus habuit codicē Hieronymi mendoſum, apud quē refert eſſe, In commemoratione sabbati. Placet vehementer (ſepoſita ſententia Auen Eſrae, de qua dubitat Rabi Daud) id nomen eſſe muſici instrumenti, quod cæteri Hebræi vñ cum noſtriſ afferunt. Ad commemorandū deſignare, vt hoc carmen cantetur, recolatur ab hiſ, qui ſibi ſceleris conſcijs, poenam metuāt, ſupplices veniam pacemque petentes, oportere eos hoc carminis genuſ canere, hoc orationis genere vti, petere precibus quibus ipſe quoque obtinueret, vt ſibi Deus crimen condonaret. Et quoniā peccare nobis proclue eſt, nec aliud pene videre eſt in hac vita, quām homines multa peccātē, docere nos pium Philoſophum, vt preces, quas hoc carmine complexus eſt, affidias commemoremus. Ergo peccantes orare, nulla interpoſita requie, propterea quōd nullus eſt peccandi finis, docet. Probabile fit Græcis & hunc psalmum in perſecutione Absalonis fuisse confectum. Rabi Salomon prop̄e huc tendit, preces has adhibendas, commemoandas ante Deum, ſupplici calamitate procellisque instantibus, applicans ad populum Israel, Græci in recordatione delictorum, aut poenarum ex eis caudentium. Ad commemorandum item Hebraico dicendi genere ſonat quod oſtendit Rabi Daud, Ad canendum, laudandum: vt, Memento quoniā excelsum eſt nomen eius, nempe recolite, célébrate. Edidisse, cuicunque clades infaret, idq; eſſe ad commemorandum, nempe ad oſtendendum cuilibet vexato, vt ore ſupplex, hāſque preces habeat in promptu. Omnia eodem ſpectant. Eſt diuinum philoſophia genuſ, diuina eruditio. Docemur Deum eſſe, noſtra ſentientem, praesentemque nobis, qui nos videat peccantes, videns indiget, paret ſupplicia. Sed exorari poſſe, exorabilem eſſe, non eſſe vel incſium iniquitatum noſtrarum, vel negligentem, aut immutabilis ira, ſi poenitentiam inuenierit. Ut ſuperior psalmus ſolabatur afflīctos, vim iniquorum fortiter ferrent, finem à Deo, vexationum expectarent, ſcirent ea Deo non neglixi: ſic iſ eos ipsos qui contra fontes arma tuliffent, ſi forre reſipificant, doceſt quid eis precondum, quām non ſit cunctandum in illa rapinarum acerbitatisque plena vita, quantum dolorem, quos gemitus, ſi redeant ad sanitatem, conſecuturi ſint ex conſientia. Ex illo dolore poſſe perſpici quid calamitatis in eo vita genere, quid periculi inefſet. Vbiq; ſœcunda hāc psalmorum philoſophia, modo miſeros conſolatur, modo non aspernata delinquentes, à quibus ea incommoda miſeri perferrent, vocat ad sanitatem, eſſe locum miſericordiæ, portum eis oſtendit, ſalubris conſilij autor.

Corripias.

Manus. Infixæ ſunt.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniā ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: aggrauata eſt ſuper me manus tua.
NGEMINATIO, vt ſolet, furor, ira, arguas, corripias. Corripias Latinus dixit quod Græcè παρέποντες erudas, doceas, Hebraicum טָהֹר teiasereni, corrugas, castiges, poenam inicutias. Manus eſt, vt Græci, vis, vtrix, flagellatrix. Symmachius pro ἀνθρώπῳ, infixæ ſunt, dixit γελίνων, attigerunt, tangunt, quod Hieronym. imitatus eſt, orat ne cum animi indignatione quām peccata commouiffent, castiget. Validiores ira plegas facit. Miſius castigat cui trāquillus placidisque eſt animus. Audi à prophetis rerum naturam atque ordinem. Peccamus, iuſtitiam violamus, iniuriam inferimus, Deus qui hāc & alia proſpiciens, vt qui optimus eſt, alterius malis dolet, indignatur inſerentibus, & quōd peccare defiſtant, quorum vita detrementi, dolorisque cauſa eſt, ē medio tollere deſtinat, in ea ſententia permanens, dum turpis illa vita recedat. Hoc prudentiſſimus quisque exploratum habens, multis cum lacrymis ſibi ignosci poſtulat. Sed cū patet nullam fine poena deleri culpam, petit, id mitius agat, id propemodum poſtulans, vt ſi quis verberandus eſt, poſtulet verberato ne minus ſeuverum. His docemur & Deum irasci, & poſſe iram eius fieri noſtriſ precibus, leuiorem, ſapienſes autem operam

Aoperam dare vt ſibi ignoscatur. Illud item docemur ſentire ſapienſes, plegas caelitus inſerri ex conſiliis magnæ prouidentiæ, vt poenam luamus non ſine numine diuum. Hoc tum naturæ docet inſtinctus, tum ſapienſior erit, quōd magis quis haec ſibi perſuaderit. Mo- nent Græci furorem irāmque Dei non eſſe paſſiones, commotiones animi magni ſui, per- turbationes, ſed qualem meliores Stoici poſtulabant ſapienſem, quem exiſtimabant caſtigare poſſe etiam tranquillum, ſine iracundia, ſedatum, fungente muñeribus ſui ratione, cuius eſt praua corrige, aſpera, dura complanare. Id etiam rectius fieri ſine per- turbatione, quale fieret ab igne, natura comburente, non comburente impetu nono ſuſcepto. Non mihiſ iucundus eſt animus diuinus peccatis delendis, atque bonis creandis. Qui tol- lit ē medio peccatum, tollit iuſtitiam, impeditum vitæ beatæ: cupidus bonorum, tollit aegritudinem: dolorem, vult eſſe latitudinem. Iuſtitia & peccata quār fiunt in terris, turbant humanam felicitatem; non eſt alacritas vbi eſt iniquitas. Qui non fert iniqui- tam, optat felicitatem: tollit eā quibus mortales fiunt moſti. Iucundus eſt igitur animus diuinus malis caſtigandis, propter odium iniquitatis, acerbatis, cupiditatem felicitatis. Qui iucunda boſquaque facit, cū ſit bonus, non turbulent aegreque, ſed cum animi tran- quilitate facit, gaudet eadē iniquitatem, turpitudinem delcri. Sagittas Deo tribuit, ve- lut Homeruſ Deo ſuo, *sagitta*.

Tίοεις δαραο! επιδιάρηγα Κοινός Ρέλαοι:
Dent mei luctus Danai poenarū ſagittis

B Sagittas eius voçat plegas diuinitus deſtinatas, quod ſapienſibus perſpicuum eſt. Poeti- cum eſt ſagittas Dei dixiſe, vexationes, vulnera caelitus illata. Manum quoque plagam, vt aiunt Hebrai, dixi, vt quām manus inicut. Orat iracundiam diuinam fedari, mitigari, redire ad lenitatem, quōd plegas ſauiri ſentiret, non instantes metuens, ſed praefentes ex- periens, non ignarus poenarū peccatis deberi.

Non eſt sanitas in carne mea, à facie ira tuæ: non eſt pax ossibus
meis, à facie peccatorum meorum.

MONENDUM eſt, à facie, Hebrais aduerbiū eſſe deſignans propter. À facie iræ, *Iræ facie*, propter iram. A facie peccatorum, propter peccata. Intellexerunt id etiam Græci, Διὰ τὸ πονηρόν ὅτι τὸ πονηρόν ἀποφύγει μόνος, οὐδὲ τὸ πονηρόν μόνος, Propter iram tuam, propter peccata mea, & propter inſipientiam, ait pro ceteris, Euthymius. Irā, minas recte ſentit. Quam Septuaginta dixeret λαον, sanitatem, Hebraicē τῶν methodū integritas. Non *Sanitas* eſt in carne mea integratas, omnia plena vulneribus.

Vix adeo agnoſcas patiſſantem ac dira regem,

Vulnra. Lacerum crudeliter ora, Ora manuſque ambas, populatāque tempora, raptis auribus, inhoneſto vulnere nares. Idem eſt propter iram eius vulneratum eſſe, atque propter peccata ſua. Ira propter peccata, ab ira plaga, vulnra. Idem quoq; carere pace, atque ſanitate. Idemq; quoque caro, atque oſſa. Carere autem pacce ſanitatēque corpus, car- nem, aut praefentem vbiq; prementem calamitatem demonſtrat, dolores ingentes in- ſitos, aut trepidationem metūmque ex conſientia facinoris admitti: tormentum con- ſientia oſſa commouens, medullas vſque penetrans, animum absorbens, infesta omnia impacatāque in mentis domicilio reddens, verbera conſientiae inſligens. Conſientia, in- quid ille, magnus Deus, magnus carnifex. Nec peccatore noſtem, Accipit, ingeminant cura. Hāc vulnra ſenties, vt Græci, iram mināſque præpotentis Dei, quas in lege Mosis ſcelera- tis minatur, aut quas missis prophetis denuntiare conſuerat. Omnia ad coſcientiam ve- nientia torquent animos, nullam eis pacem, nullam tranquillitatem relinquent. Id genus, aliis psalmis habentur, cū ſibi ipſi poenarū indixiſſent poenitentes, non expectantes diu-inas. Humiliabam in ieiunio animam meam, & caro mea immutata eſt propter oleum. Adhæſit lingua mea fauibus. Laborai clamans. Rauca factæ ſunt fauces. Dolores ergo- vulnerāque ſenties aut trepidationem, metūmque diuinæ indignationis asperitatem con- ſientiae ob facinus, aut illatas ab inimicis calamitates, quas propter ſcelus incidit ſibi perſuaderet: hōcque totum carmen oſtendit. Tralationes pulcherrimæ poëticæq; quād in medullis inſederit dolor, quād in præcordia lapsus hauiſſet medullas. Atque implicat oſſibus ignem, noſter ait. Morsu miſeros depaſcit artus. Versat ſub peccatore, fixa coquit cura. Animum expectorat.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut
onus graue grauatæ sunt super me.

PERBOLE sunt omnes, aliæq; figuræ, quod caput superauerint, totū obruerint.
Errores fatetur validè, vniuersam delictorum turbam explicat, magna contentionem agit. Imbecillitatē cōditionis humanae deplorat. Si quis immane facinus admisisset, quid aliud ei pœnitenti, veniamq; à Deo potenti exclamandū esset, quā scelus se obruisse, se sub scelere velut oppressum, submersumq; cecidisse. Grauissimū sceleris pondus instare ceruicibus. Nil aliud prop̄ esse facinus admissum, quām saxum illud Sisyphi. Peccata esse pondera grauissima, in terram deprimitia. Tralationes igitur, quod sceleris oneribus comparantur, quod pelago, quod vndis in caput cadentibus, quibus corpus obruatur: quod velut opprimere, deiicere, prostrare, suffocare dicuntur. Saxis ingentibus, ponderibus immanibus similia prædicantur. Videmur cū quid peccauimus, ferre pondus intolerabile. Grauitas quoque Latinis est in peccando, grauissimum facinus dicunt.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ; à facie insipientiæ meæ.

A quoque tralationes, cicatrices siue tumores læsi corporis, verberatae, vulnerataeq; carnis, dolores illos conscientiæ nuncupat, passiones morbōsque animi, magnāmq; illam perturbationē vocat, cicatrices, tumores, vulnera tumentia. Eam perturbatio nem non modò vulneribus, quibus corpus saucium sit, comparat, sed his etiam vulneribus, quæ grauiorē dolorem faciant corrupta, non sanata, putrefacta propterea quod sanari non possent. Vulnus insanabile, peccatum infedisse, magnos cruciatuſ afferre, non posse sanari: aut, quod sit grauissimū, quod desit medicus, qui sacras manus admoueat. Diuturnitatē insanati vulneris, putredinem fecisse, putredinem maiores dolores afferre, proponit igitur magnos animi cruciatuſ, eos appellans vulnera putrentia, insanabilia, nullo opem ferēt, ipso in his cruciatibus permanente. Commemorat calamitatē, dolores animi quibus vel ob sceleris conscientiam conficeretur, deteriora timens: peior enim est morte, timor ipse mortis, inquit ille. Aut iam calamitates aderant, premebant, grauissimos ieiūs imprimebant, futurūque erat, vt breui vitam, imperium, copias amitteret, hostibus in victoria insolentibus, nihil viatis tutum, nihil hostibus impeditum. Idq; à facie insipientiæ, propter insipientiam, vt superius dictum. Hos dolores, hos cruciatuſ attulit stultitia, dementia, qui stulte & inconsulte peccauerim: qui sapere debuilem, potius, peccando despuerim. Cicatrices, vt dixi, vocat exponētibus Hebrais (nam dicuntur Hebraicē ἡγεμονία chaburoth, forsitan à verbo ἡγεμονία chabar, alligavit, alligamenta, quæ alligantur) non signa sanatorū vulnerum, ac vibices, sed tumores, plagāsque tumentes, tabentes, putrefactas. Quæſo omnes animaduertant, stultitiam, amentiamque vocari in facris litteris peccata, libidines, errores, delyria, cæcitatess: & quid pariant, considerandum. Vocari etiam vulnera grauissima, putredines, tabesque pessimè olentes. Nam Græcē est ad Hebraicum ἀποτάξις, caro, et ēπονται, malè olent, & corruptæ sunt cicatrices.

Miser factus sum, & curuatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

MISER factus, recte ex Græco ἐπαλαυρόφυλλον, Hebraicum ῥῶς naauethi, afflictus sum, vexatus. Vexor, ait, premunt angustiæ: quanquam Hebræi eiusmodi verbum expōnunt distorquere, incuruari, vt re vera signat. Est enim aua, prauitas, iniquitas, asperitas. Vicina sunt asperitas in peccando, atque malè patiendo. Vtrunque dicitur prauitas iniquitas loci, temporis, rerum aduersarum. Item iniquitas actionum, opera non recta. Nunc corporis esse volunt Magistri, dolores, corpus incuruum, nutans in terram redidisse. Hyperbole & hæc, magnitudinem doloris exprimens. Tantos esse cruciatuſ, eam animi amaritudinem, vt corpus in terram deflexerit, seu quod mœror vultum deprimit, inuisam lucem, cælumque reddit, siue quod deflectit, calor, alimentumque minuitur, vires deficiunt, genua labant, soluuntur frigore membra, dolori corpus succumbit. Maximam ægritudinem designari appetet ex secundo, Tota die contristatus, mœratus ingrediebar: tota die mœrens ambulaui, transtulit sacer interpres. Ergo incuruatio, mœroris indicium, depresso vultus, animi curis detenti. Hos Græci vocant σύρης, totos considerando de-

fixos,

Afixos, curis eos aliud respicere, morarique non sinentibus. Rabi Dauid expōnit naauethi, (quod nostri dicunt, miser factus sum: siue, vt Hieron. afflitus sum, quod etiam probo) Ob magnitudinem doloris, art, corpus est incuruatum, curuus incedo, obscuratus est vultus. Nam quod nostri dicunt mœrens, aut contristatus, Hebraicē ἡγεμονία coder, sonat tētrum, obscurum: de mœstis, atrisque dicitur, quibus facies lurida, minimè serena. Tota die, inquit, indolesco. Magna hyperbole. In finem, melius & clarius in fonte τέλος τέλος ad meod, usque ad multum; vehementer, validè. Curuatus sum vehementer. Sequenti versu bene ὁράσθε, cūm sit idem Hebraicum.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à genitu cordis mei.

LIA hyperbole, qua manifestus dolor, calamitásque apparēt. Lumbos repletos esse illusionibus. Pro ἡγεμονίᾳ, illusionibus, ludibriis, aptius Hieronymus dixit, ignominiam. Hebraicum ἡγεμονία nikle, signat dedecus, ignominiam, rem fœdā. Ignominiam hanc in lumbis, exponunt Hebræi, quod arridet, putredinem non ferendam, non nominandam, corruptam, abominandāque tabem. Lumbos præcordia interpretantur. Est similis superioribus tralatio, totius intus & extra corporis membris dolorem asperitatem sentientibus. Caro cicatricibus, tumoribus fœda, ossa commota, conuulsa, corporis incuruatio, debilitatio. Nulla tota compage requie, pondus ingens ceruicibus instans, deprimens in profundum, submersio, suffocatio. Nunc præcordiorum fœda putredo, odor tētrus, ea plenos esse meatus interiores, plenos artus, omnia præcordia tabefacta. Propterea repetit, non esse tota carne nec intus, nec extra sanitatem: non in cute modò grassari morbi, sed intimè penetrasse. Græci quoniā in lumbis sit appetētia Veneris, ac libido quæcum præcipitē dedisset, huic dæmonē, qui fuisset autor, nunc illudere, super caridere, triūphare, illusioneq; cūm ad illicitos amores impulsaret. Hebræorū sensus cōgruentior ex proprietate suæ dialecti cognitus & propositus. Nam lumbi sunt nunq; præcordia, omnesq; interiores partes, quas ait putruſe, retegens superiora & exaggerans. Declarat dolorē, nullis non viribus neruisq; oratione contenta, veluti flumine currente. Quod dixit εγεράτης afflictus sum: fons νεροντος naphugothi. Hoc verbo commotionē, vacillationē, luxationēq; designari Rabeni fatentur, exemplis cōprobantes, vt cor vacillare, hastare. Ergo dicendum, Commotus, concussus sum, mutatus, relassatus, debilitatus. Declarat secundū, Humiliatus, nempe contusus, fractus, debilitatus. Quod Hier. verterit primū, Euigilauit, Hebræi non asseriuntur, potius id verbū, vt dixi, contendentes notare remissionē, vacillationē, debilitatiō, non vigiliam. In Iacob euigilauit cor eius, exponit vacillasse, non credidisse. Quod addit, Rugiebam, dolores ferunt Hebræi ingentes: & cruciatuſ gemitū dant, non qualē homines, sed qualem leones, rugiunt. Intentus cordis cruciatuſ, tormentūque exprimit Cvocem, gemitum. Gemitus cordis mei, est rugitus. Suspirant præcordia, pectora ab imo. Vox mei gemitus, qualis fremitus leonum. Id facit dolor cruciatuſque. Ego rugio, quod mihi cor gemit, fremit, prodit gemitus à pectora.

Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me vittus mea, & lumen oculorum, & ipsum non est mecum.

ESIDERIVM, vel viuendi Rabeni aiunt, vitaq; propagandæ, atque ex his doloribus morbisq; respirandi. Aut ante te desideriū meum est, tibi relinquere curā mei sanandi, non medicis, ait Auen Estra. Primū melius. Tibi magnitudo meā calamitatum, dolorumq; perspecta est ex ingenti desiderio, quo mihi sanitatem restitui incredibiliter desidero. Ingens sanitatis, liberationisq; desideriū, quod tibi perspicuum est, testatur dolorem esse vehementem. Quantuſ grauius doleo, tantuſ validius desidero. Magnum desiderium liberationis ex magnitudine mali est. Si leuiter ægrotarem, leuius sanari desiderarem. Nunc autem intentissimus doloris sensus adigit ad intentissimam liberationis cupiditatem. Hoc tibi perspectum, sentis quos gemitus mea pectora fundant, ades soliuago, solitudines appetenti, consuetudinem refugienti: tum in secretis thalamis audis

ZZ ii

Ante te
omne desiderium.

quos gemitus eadam, vides etiam cor turbulentum, mœustum. Hunc sensum Græci quoque Dvident, quod salutem, quod discessum malorum cupio, nosti. Est enim res sapientia, desiderium salutis, expiationis à scelere: desiderium testari cognitionem. Qui cupit liberari, magnitudinem malorum noscit: stulti non cupiunt, quia nesciunt, negligunt, qua dementia peccassent, se peccasse nescientes, aut culpam negligentes, aut poenam nullas expectantes, non existimantes iudicem fore delictorum, cui cura plectendi. Vanas fabulas esse, quæ de inferis prædicantur. At sapiens grauiter gemit, si peccauit, validè poenit, vehementer sibi condonari cupit, veniam cupidissime petit, gemit, lacrymatur, sitit salutem. possunt peccare boni, sed resipiscunt, percuesso pectori gemunt, oderunt quod peccassent. Stulti non minus despiciunt, peccatum negligentes, atque peccare contemnentes, ubique stultitia testimoniū præbentes. Turbatur cor sapientis ob peccatum, vires debilitat mœror, quod idem Græci cum Hebræis, oboritur oculis caligo. Lacrymæ tenebras inferunt, acumen hebetant. Ut gutta cauat lapidem, sic lacrymarum perennis lapsus exedit oculos, pascitur lumina falsus humor lacrymarum, humor ille per quem ab interiore sensu trahit lux, hebescit, minuitur. Omnia magni doloris indicia. Magnus dolor ex consideratione sceleris: consideratio sapientia est, negligentia stultitia. Narrare dolorem, dolorisque singulas partes persequi, est eius qui suam penitentiam iudicii monstrat, qui ab eo vehementer liberationem poscat, lacrymas, exteriore animi dolores, gemitus proponens, quantum dolet, quantum peniteat pandens, quid incommodi ferat is dolor. Ita flectitur iudex, præcipue non durus, inexorabilis, cui grata est hæc calamitatum commemoration, doloris cognitio, E similes sui noscit qui dolent ob iniquitatem, qui magnus est æquitatis amator. Etiam, inquit lumen oculorum non est mecum, Ipsa quoque lux oculorum à me recessit. Quatuor, desideriū sanitatis, liberationis, gemitus, perturbatio cordis, virium debilitatio, oculorum ex lacrymis hebetatio. Verbum quod bene Septuaginta dixerunt ἵτας οὐδὲν, turbatum est, Hebraicē τίποι secharchar, sonat Hebraicē testibus, revolutionem, rotationem, quod facit animus turbatus. Nunc animum hoc, nunc diuidit illuc, insignis Poëta, ex Homero μερεῖς. Propterea Hieronymus hoc transtulit, Cor meum fluctuabat.

conturb.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt
& steterunt: & qui iuxta me erant, de longe steterunt.

Amic. &
prox.

Adver. me

appro. &
ſte.Et quinque.
me erant.

ONTRARIA sunt, appropinquauerunt, ac de longe steterunt. Ergo veritas Hebraica secus habet, & clarius, Amici mei & familiares mei τίποι γεννητοὶ minegdi nigei iaamodu, Exaduerso plagæ meæ steterunt. Quod exponens Salomon, Qui videbantur, ait, amici, quos in tempore mihi præsto fore putassem, stant ex aduerso, non accedunt, procul constiterunt, plegas meas aspicientes, propius assistere non audentes. Similiter Rabi Daud, Stāt, ait, ex aduerso vulneris mei, non accedentes, non inuisunt: nam visitatio confirmat animum dolentis. Hoc se amicorum refugio carere queritur. Accessit ad omnia mala, inquit, & illud in cōmodum, quod amicoru, qui iam omnes me deseruerunt, familiariūq; refrigerio careo. Vident vulnera, non accedit. Et, vt exponit AuenEsra, quod cicatrices quod vulnera tumuerat computruerūt, fœdum odorē exhalantia, deterriti sunt amici inuisere. Deest igitur apud Sept. τίποι nigei, plaga mea, vulnus meū, propterea sciens veritatē Hebraicā Hier. edidit, Chari mei & amici mei quasi contra leprā meam steterunt. Interpretatur leprā, nam id quoque vox Hebraica sonat, vulnus, plaga, leprā. Leprosos vivitare solebant, eos procul ex urbibus remouebat, ne contagio reliquos inficeret. Sic velut à cōtagioso amici ab eo declinabat, sese subducebant. Hac ratione nō sunt cōtraria, Appropinquarunt, De longe steterunt. Non dixit Hebraicum eos appropinquasse, sed exaduerso constitisse, pedem ulterius ferre non ausos. Conspicati vulnera odore tetro accepto, constiterunt. Minus item est in Hebraico κρότον, & qui proxime mihi essent, aut qui iuxta me erant: sed proximos denuo nominat τίποι kerobai, propinquui mei de longe steterunt. Illud quidem Græcum proximos non loco, sed sanguine, affinitate possumus interpretari, De lepra & plaga nihil apud Græcos est. grauiorem igitur calamitatem probat quod ab amicis sit destitutus, quod necessario tempore, rebus tam contrariis non sit adiutus, quod exercentur, quod propius accedere refugiunt, inuisum habent, odoris fœditatem non ferunt. Hæc aut reuera sunt, vt sonant, eum ægrotasse, aut sunt hyperbole, & interioris cruciatus indicia, vocatque perturbationes animi, nominibus corpororum, vulnera, cicatrices, odores fœdos, quos amici ferre non possunt, longius cōsistunt, Totūsq;

ATotūsque versus habet, Amici mei, & socij mei, exaduerso vulneris aut lepræ meæ steterunt, & propinquui mei procul consistunt.

Et vim faciebant qui quærebant animam meam: & qui inquirebant mala, mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Vo d ait, Vim faciebant, est τίποι nakeshu, insidias, laqueos ponebant, quærentes animam meam, vitam meam, sanguinem sitientes, vitæ meæ insidiabantur. Quærent loquuntur, malum meum, meam perniciem, loquuntur vanitates, Hebraicē τίποι hajoth, prauitatem, interitus. Hieronymus dixit insidias, eodem tendens. Ordo totius calamitatis, quam mihi meditantur, est, Primum insidias parauerunt, inter se de interitu meo inire consiliū, dolos tota die meditabantur. Multis exprimit insidias. Primum insidiabantur, quærebant vitam, stiebant sanguinem, prauitatem, interitum, perniciem inter se consultabat, dolos tota die meditabantur. Insidias, doli, prauitatem: Quærent, loquuntur, meditantur, insidiabantur. Hæc Hieron, reddens clariora transtulit. Et irruerant quærentes animam meam, & inuestigantes mala mihi, loquebantur insidias, & dolos tota die meditabantur. His claret superiores hyperbolæ potius calamitatum ad hominibus quām ex corporis morborum expressiones esse. Nullum enim atrocius malum est, quām quod ab hominibus infertur. Totaque hæc exaggeratio, atque repetitio magnæ cladi, testimonium est, hostes habuisse se non segnes non dormitantes, mansuetudinis, humanitatisque immemores, humano sensu mentes exutas, hominis effigie remanente in his habitare feram. Claret homicidia *belua & maxima ex parte fieri cum fraude, ne sentiat cui malum meditaris, ne caueat, se se tueri feria in fig. hominis.*

B De calumniis quoque potest esse.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

MNIS, vt Hebrai explicant, spes in te mea sita cum sit, totumque me, meaque omnia in tuam fidem ac potestatem tradiderim: audio quidem probra illata, calamitates, quas parant, non me fugiunt, at racheo, silentium premo intra pectus, ad te meerto. Quid enim profecero lamentans? Aures ad hæc non adhibeo, scio quæ moluntur, sed audire refugio, respuo nosse, tum quod me contra tot hostes sentio nihil posse, tum quod malo me tibi curæ esse, quām mihi, obsurdesco, obmutesco ad hæc, nec audio, nec loquor, tum contemnens ea, speransq; meliora: tum mecessus, nulliusque alacritatis flentes oculos in cælum vertens: hæc mihi potior cura. Tales in calamitatibus mortales oportere se praestare demonstrat, non ingemisci, iactari, turbari, conuicti hostes lacefere, reuerbare. Boni vertunt animos ad sydera, cum lachrymis tacent, expectant opem supernam, Cin ea tristitia taciti permanent, considerantes rerum humanarum iniquitatem, quod scelerata mens progreditur, hæc mortalia tantopere iniqua esse, considerantes cali architectū, regnatorē orbis, hoc unum esse perfugium, solamenq; malorum. Super rebus nostris lacrymas continere non possunt, inscitiam hominum, malitiāque perspicientes. Peccant principes, caterique partim iudicij hebetudine, falsis accusationibus incitati, quas ipsi dijudicare nequeant, cum accusatoribus consentientes, alij cum malitia, vbi sciunt esse innocentia, crimen esse persuadere conātes, malitia, prauitate, inuidia, inimicitia prouecti. Hoc exploratū habentes, considerantesq; boni, si quando calamitas accidit, hominū miseram conditionem lacrymantur. Tacent, à Deo auxilium expectantes. Itaque quod ait, Velut is sum qui non habeat redargutiones, nempe non retorquens probra, querelis instans, hostes *Non habens in ore suo coarguens, qua quidem re nihil profecisset: non talia tempus postulat, ad misericordem redar.* patrem configiendū, qui tecum verè dolet, volens & petens eripere. Infita malitia nullis argumentis refelli potest, nulla ratione à concepto scelere dimoueri. A Deo, & virtute pendum auxilium, omnia non quidem in nostra virtute, sed Deo posita.

Quoniam in te Domine speravi, tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

De se.

Vis est qui non maximè tueatur, si possit, quem norit omnem in se fidem habuisse, D^{icitur totam spem in se posuisse? Tantum de sua bonitate sperare, vt cum omnia præsidia deficiant, illud vnum tanti faciat, vt id multorum instar arbitretur, omnibus incommodis opponat, velut firmam anchorā, tempestate seuiente, animo teneat, hic adhærefcat. Hoc apud mortales præsertim meliores, quibus virtus iustitiæque cordi est, nemo non magnopere perpenderet, magnūmq; decus existimaret conseruare sperantes, præditionē autem eos deseruisse, qui desperant, in numero iustorū non habendos, potius proditorū, recte facta, laudem, estimationē, opinionemq; virtutis pro nihilo habentium. Quod si Deo iustitia gratissima est, si nulla laus est, quæ possidetur a mortalibus, quin magis ab immortali Deo, qui perfectissima mēs est, possideatur: certè igitur existimandū est, non sese deceperisse pios Prophetas, nec vana nobis posteris documenta reliquisse, cum sc̄e spem omnē in angustiis, quibus vita nostra circunsepta est, ad iustissimū Deum direxisse, nosq; vi idem præstems, magnopere adhortatur. Dum vexamur, tristesq; turbant pectora curæ, tacere nos docentes, quia ipsi tacuissent, quanquam tristitia contrahit cogitante animum, & super aduersis indolentē. Crede mihi Prophetarū hæc philosophia est, sapientum vetustissimorum virorū (pluris enim facienda vetustiora) de spe cœlesti, sperare in calamitatibus beneficium, salutarem, humanissimūque Deum nobis præsto fore. Nos autem tacentes & mœstos, aut tacentes, vt Christus, humilis, delectus, miseratus hominū inscitiam, non multib[er]es luctus, non fœmineos vulnus edentes, nostra tristitia misericordiā Dei prouocātes. Desperatio magna imbecillitatis, etiam impietatis indicium. Quod ait, Quia dixi, Ne quandoe supergaudent mihi: ne triumphent, ne vincant, superent, tunc latentur. Hoc timens mecumque reputans, precor me tibi vni fidentem tuearis, salutis meæ curam suscipias. Dum commouentur pedes, ex Hebraico sermone hoc resonat, Ne triumphant hostes parta victoria, triumphabunt si lapsus fuero, si pedibus luctinere non valentibus, correro. Commotio pedū, Hebraica figura, est ruina, clades. Quæ si acciderit, magna loquētur. Hebraicè: ἡλιας ιαγδιλος super me grandescens: fient magnifici, tumescens, fient maiores. Hoc Sept. recte ad iactationē retulerunt. Magna loquentur, inflatis buccis vt viatores solent, res suas prædicabunt. Tria memorat, hostium exultationem, pedum commotionem, nempe ruinam, eorumdem hostium iactantiam, superbiam. Hunc versum clarius transfert diuus Hier, cui plurimū debemus: Quia dixi, ne forte insultent mihi, & cum vacillauerint pedes mei, super me magnificantur. Non erat per præteritū efferendū in Greco ἐμεγαλοπρεπὲν οὐ, magna locuti sunt: Futurū est vt ostendimus. Magna loqui quid sit, & pedes cōmoti, declaratū est. Tacet ergo Propheta, auxiliūq; tacitus implorabat & expectabat. Implorabat timens ne vietus hostibus ludibrio, gaudioq; esset, ne prolapsus & deiectus faceret, vt hostes gloriarentur virtutem suam tollentes, insultantes vieto. Detersis idiotismis Hebraicis, apparent venustissimæ figuræ, pulcherrima poësis, fluuius eloquentia.}

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu
meo semper. Quoniam iniquitatem mēam annuntiabo, &
cogitabo pro peccato meo.

F

In flagella
pars.

IRABILIS ordo carminis. Proposuit spem in Deum, implorauit auxilium, narrat quid calamitatis infest, quām sit auxilium, quod petit, necessarium. Redit ad eandem malorum commemorationem, ob quæ dicit se solitum esse, paucoris trepidationisq; non mediocris plenum. Is igitur duplex versus calamitatis repetitur. Metus enim procaciter instas vrget, sollicitat, non sinit quiescere, nos in omnia vocat, non dormire, non quiescere permittit, ad clamores, supplications agit, quid non mortalia pectora cogit? Huc igitur pertinet quod ait, In flagella paratus sum. Pro flagellis ιαζετα, id verbū sonat claudicare, aliquo verbere impacto. Non possum, ait consistere, idq; exponunt Hebrei iuxta sensum Sept. interpretū, plagas, vulnera. Paratus sum, ait, expositus ad omnia verbera, omnes iectus. Sic Rabi Solomon, Firmatus sum, ait, & præparatus, iugiter addictus ad verbera. Rabi verò Abraham, Resides artus sunt, inquit, non ingredior, propterea quod claudico, ne queo pedibus infistere, inualidus. Tot vulnera sunt, vt pedibus ingressum abstulerint. Sic Rabi Dauid, In flagella paratus, inquit, propterea quod incedo claudus, præ doloribus, qui quidem dolores non procul sunt, sed in conspectu, præsentes, ante oculos. Chaldaeus quoque pro zela, posuit ιαζετα thebira, fracturam, vulnus. Designat igitur,

Paratus

Apparatus sum, duos sensus, aut prope circumuētus, expositus ad vulnera, ante plagas venientes velut truncus aut arbor ad omnes ventos, ibi defixus, non digrediens à doloribus, non declinans impressionem in me calamitates faciunt. Aut claudico præ doloribus, prohibeo incedere pro vulnerum atrocitate, quæ sunt in conspectu iugiter, non remittunt seuæ procellæ. Propterea subiicit, Annunciaro iniquitatem. Fateor, ait, idque deprædico cunctis, ut exponit Auen Esra, haec mala peccatis deberi, expiari mea crimina, meruisse fatebor. Hac conscientia torquet, conscius mihi delictorum, quæ mihi ob oculos obuersantur, crucior, crimen agnosco, non deprecor, annuntio, fateor. Rabi quoque Salomon, Bene, Annuntiat, ait, cor, scelus meum, ob id doleo, timeoque ob peccatum, ne quam mihi cladem, vulnusque afferat. Itaque quod optimè Septuag. dixerunt μετεμψήσω, cogitabo, Hierony. iuxta sensum huius Hebraici verbi ιαζετα, edag, transtulit sollicitus ero, quod Græcū quoque designat. Fatur, agnoscit peccatum, & propter peccatum sollicitus timet, instant crucifixus, verbera, ad quorum iectus expositum se dicit, quæ non procul sint, sed in conspectu ante oculos, quas ob res metuat nō ignarus criminum, quæ pecnis expiantur, ne quam voluptatem male agendo cepisset, eam malè experiendo amittat. Græci proferunt alios sensus non longe dissimiles: ego cum Rabbenis Hebraicum sermonem considero.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: multiplicati sunt, qui oderunt me iniqué.

B Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequabar bonitatem.

CEDIT propius calamitates nominatim appellans, in omnibus malis quæ possint hominibus accidere, grauiora sunt numerisque plura ab hominibus venientia. Hoc mali genus fecundissimum, vt verè dici possit, non minus in hominum genere Homo, hominum in genere piscium perspicere, alios aliorum esse prædā, quod impetu pisces maiores in minores, id mille modis hominibus in alios agentibus. Nec minorem cadere multitudinem hominum, ab hominibus, quām piscium à piscibus vorari. Libidines hominum, quales illi belluarū marinorum impetus in minores. Perit maxima hominum multitudo, perdentibus hominibus: maximāque pars agritudinum, molestiarum, desperationum tota in homines referenda est. Quas ob causas sacrum poëma ex supplicationibus precibusque confessum, in primis texitur precibus his, quibus salutem nostram Deo commendantes, ab hominum sceleri custodiri precabamur, quod hoc genus malorum fecundissimum est. Sunt ad alia quædam hominum inaudita maleficia, prodigiosa, nullas causas quibus hominum mentes irritari solent, habentia. Irritantur lacessitæ iniurias. At sèpius hoc poëmate maleficia cōmemorantur, ab ingratis animis orientia, cęcitate, malitia, scelerē prodigioso, cūm mala pro bonis redduntur. Hoc igitur supplex orat, ante oculos hostes habet, viuentes, florentes, confirmatos. Videt scelerā, non videt supplicia, non poenas, non qui meritos trahat ad tormenta. Viuunt, inquit, confirmati, corroborati sunt, lucis participes, obambulant lāti, florentes. Nec numerus eorum exiguus est, ingens est, non contemnda multitudine. Plures enim per diuinam quām rectā feruntur. Multiplicati sunt, referri potest non tam ad numerum, quām affluentiam, exuberantiam, eos corroboratos, auctos copiis & diuitiis queritur, impune ferentes quod iniquè peregissent. Quodque dixit, Oderunt iniquè, Hebraicum ιαζετα, oderunt falso, odio eorum falsa, statuunt causas irarum vbi non sunt. Non est cur odio habeant innocentem. Falsa odio causa, confusa, simulata: dicunt nocuisse, qui nō nocuit, imò profuit. Sontem vocant, maxime beneficium. Rechè hoc odium Septua. vocarunt odium iniustum. Visitauit eos, inquit Auen Esra, beneficiis afficit, vt est in aliis psalmis. Multiplicati sunt in stirpe, prosapia, re familiari, ait Rabi Dauid: ego verò inops, Rom. 8. deiectus, inuisusque eis. Facit enim paupertas ridiculos, inuisos. Atque vbi me meliora sequentem diligere debuerant, amplectique, potius insestabantur, aduersabantur. Hanc meam virtutem, charitatem, iustitiam, odiis exitialibus persequebantur. Virtus illis odio est, charitas ingratis eos experitur: pro bonis mala reddit. Quod genus improbitatis inauditum est, extra terras, perditissimum. Ne canes quidcm multaque alia bruta, tantoper reperies ingrata. Feræ mitescunt beneficiis. Leones, lupi inuenti sunt beneficiis mansuetudinem didicisse. Detrahebant est ιαζετα ishtonuni, Aduersabantur mihi. Septuag. dixerunt ιαζετα, calumniabantur, detrahebant. Solent enim vbiique Satan interpretari diabolum, calumniatorem, ipsumque verbum calumniari.

ZZ. iiiij

Nederelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me.
Intende in adiutorium meum Domine Deus salutis meæ.

V P R E M A vox cum graui pectoris suspirio, in ea calamitate, qua non sit formida-
bilior, pessimo hostium genere circunfuso: Ne derelinquas, ne discesseris, vel ad He-
braicum, Ne elongeris, ne procul abeas, proprius ad sis, tempore oportunitissimo auxi-
lium feras, urgente hoste, acriterque in me tela coniiciente: nihil crudelitatis non edet in
me, si in potestatem eius venero: non dubito quin de me grauissimum supplicium sumat.
Intend. in
aditor.
Deus meus,
deus salu-
tis.
Multis cum lacrymis aram complexus obsecrat, ne deserat, ne ab eo loco, in quo ipse con-
sisteret, tam propinquis hostibus discedat. Et quod discrimen instaret, intendat in adiuto-
rium, quod Hebraicè *rwm* chusha, festinet, celeriter adsit: omnis salus in celeritate posita.
Nominatim appellat, Deus meus, princeps meus, meus imperator, Deus salutaris, autor sa-
litis, cuius est potestas seruandi, cui salus hominum, præcipue piorum, curæ est.

P S A L M I XXXVIII. E X P L A N A T I O.

In finem.

N S C R I P T I O In finem pro Idithum, Canticum Dauid. Gracum εἰς τέλος, in finem, est ἡμέρα laminazeach, victoriale carmen, sive carmen cum musica, quemadmodum Chaldeus ostendit efferens, Ad laudandum, cantandum. Latinum, pro Idithum, non reētē dicitur ex Graeco, quod Hebraico respondet, τῷ ιδίῳ, ipsi Idithum. Cur duo psalmi autores ferantur, Hebrai cum Gracis, E Latinisque veram causam assignant. Monstratum est Idithum fuisse cantorem. Carmen quidem, ait Chimchi, est ipsius Dauid, at Idithum voce cantatum est. Id declarans etiam Chaldaeus ἡμέρα πομπὴν ἦν al pumei de Idithum, Ore ipsius Idithum pronuntiatum carmen Dauid. Hoc à Septuaginta ostenditur, τῷ ιδίῳ, ipsi Idithum, nempe datum ad canendum, Super quo multa Nicolaus non aspernanda. Subducenda igitur in Latinis præpositio, pro. Psalmus eiusdem cum superiore argumenti est, autoribus Hebrais & Gracis cum Latinis: commemorat calamitates, super his orat. Est humanæ cōditionis consideratio, cui sit pro-
pensum peccare: peccatis autem pœnae decretæ, legibus æternis. Id probatissimum fan-
tissimumque philosophiae genus proponitur in psalmis, quod à philosophorū animis per-
spectum non est. Consideratio peccatorum, próque his supplicatio, quæ condonare, atque expiare præter eum possit nemo. Quo continentur, & scientia Dei, & iustitia, rerum huma-
narum gubernatio, potestas cognoscendi res terrestres, odium rerum iniquarum, pœna-
rum meditatio contra improbus. Tum mitigatio furoris huius, tristitumque horum decre-
torum mutatio, si quos pœnituerit. Eiusmodi rerum Magistri sunt psalmi.

pro Idithum.

Dixi, Custodiā vias meas vt non delinquam in lingua
mea: posui ori meo custodiā cùm consisteret pec-
cator aduersum me.

*Dicere.**Vie.**Custodia.**Peccator.**cum consi-
stet.*

I C E R E, Hebrais est, cogitare, decernere, proponere. Proposui, cōstitui,
certū mihi est. Viae sunt cīs mores, vitæ genus, instituta, cōsuetudo. **Quod**
ceteris itcm linguis vñi est, Tendere ad laudem, Ruere, cūm peccant,
præcipitare, delyrare, quod boum est, à fulco discedere. Custodiā oris
dixerunt Septuaginta φυλακή, quod Hebraicè *rwm* machson, claustrum,
frænum. Ne derelinqueret, peccaret loquendo, præcipue astante impro-
bo calumniatore, quem sua lingua vocat *rwm* rasha, improbum, impurum:
tunc maximè cauendum est. Igitur Hebrai tendūt ad hunc sensum, quid sibi velit hoc ex-
ordium, oportere nos, si quando vexamur, circumuentos premunt calamitates, minimè la-
mentari, blasphemia, conuicti, oriſ maledicentia abstinere, si vel peccator aut improbus
astans nos cruciet, angat, ad iracundiam laceſſat. Sed duplex sensus eius quod dixit, Cūm
consisteret peccator aduersum me. Aut cūm consisteret improbus calumniator exauditus
rus quid peccem, quid os præcipiter, nocitus obſeruans, mēque calumnianturus, vt inimi-
ci solent, qui non mala tantum deferunt, producūntque aduersariorum, sed etiam bona
peruersè interpretantur, modestiam, fowardiam, timiditatēmque vocantes, contendentes
te peccasse vbi non peccasti, quod genus inimicorum ſepiuſ cōmemorat. Aut melius iux-
ta Rabi Salomonem, Astante peccatore, Hebraicè, vt dixi, *rwm* rasha, fowlerato, improbo,
nequissimo,

D

Anequissimo, mēque tōrquente, instigante factis diſtisue, quod solent improbi, contra pro-
bos, grauiter instantē: tunc maximē, inquit, statui moderari linguæ iniurias, contu-
melias patienter ferre, tacere: non mihi blasphemiam extorferit. Hēc interprætatio verior
mihi videtur. Ingreditur cōfestim ad philosphandum, tolerantiam, fortitudinemque do-
cendam, nos improbis exagitantibus, quale fortissimus, optimusque vir Iob fecisse scribi-
tur. Nec ſtultum quicquam contra Deum locutus est, tametsi non deſſet qui instigaret,
animūmque ad acerbitatē permoueret. Hanc philosophiam eximius theologus è vesti-
gio edidit in exordio carminis, maximē mortalibus necessariam, cuius fundamētum, quod
philosophi monstrare nō potuerunt, potissimum est respicere in cælum, inde auxilium con-
tra inimicos expectare, sperare à Deo finem malorū. Ergo ait, vt versum ex Hebraica ob-
ſcuritate euolus, Duxi, mēcū constitui, proposui vt custodiā vias, mores, vitamq; meam
à non peccando, linguam, os meum coēcerem, custodiā veluti clauſtro, quo tempore
contra me improbus inſtat. Hunc ſenſum Graci quoque proponunt, addentes peccato-
rem fuisse maledicū illum Se Mei, qui lapides in David mitteret, eique malediceret: ita-
que nunc Dauid, Lacesitus, ait, ab eo, tacui. Hieronymus quoque edidit, Custodiā os
meum ſilentio, donec est impius contra me.

Obmutui, & humiliatus sum, & ſilui à bonis, & dolor meus re-
nouatus eſt: concaluit cor meum intra me, & in meditatione
B mea exardescet ignis: locutus sum in lingua mea.

Vo d Graci ἐπανεύθυνο, humiliatus sum, Fons *rwm* dumia, ſonat silentium, tacitum **Humilia-**
tionis. Hieronymus id ſciens transfert, Silentio tacui de bono. A bonis, vt dixit Hiero-
nymus, eſt *rwm* mitob, à bono: ēt que ſenſus iuxta Hebraos, Tantopere ſtatui tacere, **silui à ba-**
mutūſque eſſe, vt non bona quidem loquerer, eo vñque vereor calumniatorem: ſumum
ſilentium präſtabo. Eſt alijs quoque ſenſus, Silui à bono, propter ea quod nulla mihi ſpes
eſſet boni. Silui bonum, nihil de bono, de ſalute mecum cogitau. Vidi vexationem vehe-
mentem, excidit mihi ſalutis cogitatio in his angustiis. Propter ea ſubdit, Dolor meus re-
nouatus, Hebraicè non eſt *ἀνεγνώσθη*, renouatus, ſed *ἀνεβαθμητικός*, ſiue necar, primum ſonat **renouatus**.
accensuſ eſſe, iratus eſt, alterum conturbatus eſt. Hierony. legit poſtremum. Conturbatus
eſt, ait, dolor, propter ingentem plagam. Dolor eſt validus, dolor accensuſ. Ardere, incen-
di dolore, Latinis etiam dicitur. Dolor incendium eſt, flamma vorax, ob id ſubiicit, Con-
caluit cor meum intra me. Ardēt viſcera, ardēt pectus, curæ coquunt. In meditatione **mea** *in medit.*
exardescet ignis. Meditando vror, cogitando incendor: quo magis mecū cogito, meditór-
que, pectus inardescit, dolor augetur, crenat incendium, flamma populatur intima p̄-
cordia. Eſt grauissimus dolor, grauiorque fit me tacente, ſermone & queſtu non exhalan-
te, ſilento nutrit dolor, deferbet, eiicitur colloquendo. Ignis ille p̄ræcordia pafcit, ni-
fi colloquio reſtinguatur: ſi tacueris, pectis fouetur, permeat medullas, proxima quæque
Corripit. Vbi diu in hoc ſilentio ſecum collectatus eſſet, tum demum ſtatuit loqui, orare
ſupplex. Eſt autem continuatio horum verſuum cum ſuperioribus. Statuerat irritatus ta-
cere, id optimum in aduersis arbitratus. Tacens incendebatur, ſubibant curæ, coquebant,
conturbata cogitationes, cogitabat improbos, tametsi vexarēt, cruciarent bonos, eorum
iniurias æquo animo perferentes, ſuper his non grauius lamentantes, cuncta tamen eis ce-
dere proſperē. Hēc cogitatio vexat meliores, multa cogitant, multa dubitant, multa dubi-
tantibus occurruunt, quid agant homines in mundo, quem ad finem viuant, quid Deus, **Cogitatio-**
nes & me-
liorum.
num ſentiat, num ſciat hēc mortalia, num ſint ei curæ: quæ res ſit id quod dicitur Deus: fi-
ratio, ſi ſapientia quædam perfecta, cur nō melius hēc terrefria gubernet? Id genus cogi-
tationes turbant vexatos, incidunt, dolorem augent. Tum demum tacentibus neceſſa-
rio aliqua vox excidit, quaſi cum ſuſuro, vt aiunt Graci.

Notum mihi fac finem meum, & numerum dierum meorum
quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi.

Ecce mensurabiles poſuisti dies meos, & ſubstantia mea tan-
quam nihilum ante te.

Vcruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.

*Notum fac
mibi.**Quid defit
mibi.**Mensur.
p.o.d.me.**Substantia
mea.**Tanquam
nihil ante
et.**Veritas mea.**Homo vi-
nus.**Peruntam.**In imo per.
homo.**Frustr. con-
tur.*

Vo versus sunt huius postulationis. Hebrais Græcisque assertur causa, cùm se gra-
mibisi. **Q**uibus confectum morbis cerneret, tacitūque secum de exitu rei cogitaret, aliquem
finem expectans qui quidem ei ignotus esset: æstuans cogitando, prouectus est ut su-
per eo fine postularet, vt si diuturnior ætas superefset, finem malorum impensis posceret:
fin breuis instaret discessus, non esset sollicitus posthac, non longius processura vita, finem
que properè calamitate allatura. Nam quantum ipse de se, deq; humana vita iudicare pos-
fit, breues esse viuendi fines hominibus constitutos. Quod dixit, Quid defit mihi, est He-
braicum ψαλμον chadalli. Quid, ait, mihi vita relatum sit, quid supererit. Chadel Rabi Dauid
exponit tempus, quantum mihi temporis sit in hac vita. Ecce, ait, vt ego de hominum vita
pronuntiem, mensurabiles posuisti dies, Hebraicum ψαλμον taphacoth, breues, vt transtulit
Hieronymus, breui mensura, quæ dicitur ψαλμον thaphac, palmus, mensuratos. Quod etiam
Septuaginta dixerunt, ponentes dies παλαιον, quasi palmo mensuratos. Tempus nostrum
velut palmo decisum, breuissimum mensus es. Mensuram dierum nostrorum, quasi vnius
palmi constituisti. Et substantia mea, Fons ψαλμον cheldi, vita mea: licet substantiam quoque
sonet. Vitam quoque dixit Hieronymus. Idem est si cernas, substantia, atque vita. Hæc an-
te oculos Dei nihil est, aut ratione æternitatis & immortalitatis sui, æuque vniuersi, aut
quod ipse breue tempus illud humanæ vitæ definiuit. Ante eum nihil est, breuissimi finis
huius auctor ipse: in oculis eius breuitas hæc. Propterea tota vanitas est omnis homo, est ip-
sa vanitas, res velut fumus, & aura, qualis motus foliorum. Bulla est quidquid agitat homo,
vanitas, vacuum, vento plenum, sine substantia. Sicut in Ecclesiaste, Omnia vanitas. Homo E
viuens, homo in hac vita, res breuissimi temporis. Homo breue ad tempus subsistit. Tan-
quam nihil, velut si non esset, tibi rerum domino, imperatori æternitatis. Hi omnes sensus
pulchri quoque Græcorum interpretationibus existunt.

Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra contur-
batur: thesaurizat, & nescit cui congregabit ea.

Nv s versus est. Veruntamen, clarius transferri posset Græcum, ad Hebraicum: si
dicas, At certè, profecto. Hebraicè της ας, reuera, profecto. Græcè ψωτης, certe ta-
men. Hierony. minus clarè dixit, Tantum in imagine ambulat homo. Sensus imagi-
nis transeuntis, Hebrais placet, hominem esse velut simulacrum, imaginem mutabilem,
cito discedentem, auolantem. Nihil imagines habentes quo sustineantur, celeriter ex o-
culis abeunt, velut illa, quæ apparuit par leuibus ventis volucrīque simillima somno. Imag-
ines sunt quedam apparentiæ, quibus non radices, non fundamentum, stabilitas, grauitas
subdit, mille modis veniunt, totidēque recedunt. Sic homo, inquit Rabbeni, in dies
mutatur, de tempore in tempus, semper in mutatione est: nunc puer, nunc ituenis, nunc
senex. Animi quoque mirificis modis mutat, velut imagines in flumine labente. Fluuius
ipsum tempus, in hoc res hominū velut imagines decurrent, fluentes, celeriterque ex o-
culis abeunt. Reicias velut impia commenta, imagines astrorum, quas rapidissimus cœli
motus ad omne tempus designet, dispositiones cœlestes celeriter præterlabentes, sub qui-
bus res hominum ferantur. Hinc fortunæ momenta, hinc varij illius vultus, modo serenus,
propitiusque, modo truculentus. Superstitiones Auen Esra violenter ex sacris oraculis ab-
ductæ. Fuerunt qui interpretarentur imaginem, sive umbram, tenebras. In tenebris ambu-
lat homo, quod ab Hebrais non despicitur. Congruè subiicit diuinus Vates, vbi rerum hu-
manarum instabilitatem memorasset, vana hominum studia diuinarum coaceruandarum,
quæ præterquam quod instabiles, mutabilisque sunt, etiam nescis ad quorum manus, qui-
bus tantopere studiisti, deuenient: forsitan ad inimicos, quod Romæ sèpius vifum, vt quas
maximis studiis opes quis coaceruasset, earum inimici fuerint hæredes. Omnibus his, labo-
rum, curarumque humanarum vanitas arguitur. Similes interpretationes apud Græcos re-
perias. Quod ait, μάτιον τηρεστε, frustra turbatur, Hebraicè ψαλμον ak iehemaior. At cer-
te dirabitur, accumbabit. Nam Auen Esra exponit supradictum verbum congregationem
mamon, diuinarum, diuinitas coaceruatas. Sonat item conturbationem, idque etiam vertit
Hieronymus. Versusque habet, At certe in imagine ambulat homo, at certe vanitatem,
vel in vacuū ditabitur, thesaurizabit, & nescit cui congreget ea.

Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? & substan-
tia mea apud te est?

Ab omni-

A Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insi-
pienti dedisti me.

Ervs ad Hebraicum redigendus, vt clarescat. Et nunc quid expecto Domine,
præstolatio mea tu es. Ab omnibus iniuitatibus meis libera me, opprobrium stulto
poneas me. Ad hunc modum transtulit Hierony. Quare nonnulla variant apud
Septuag. Sensus quidem primi versus, tametsi alio ordine idem omnibus. Confitetur nihil
aliud rebus humanis, tam infirmis, tam caducis contemnendis, supereſſe sapienti, quod ſeſe
vertat, quo vires ingenij, rationis acumen, vota cogitationesque diſpenſet, exerceat, quam
considerando, & colendo Deo: in hunc, omnem fiduciam, ſpemque collocado. Hunc om-
nium rerū suarum scopū tenendo, è vestigio ſpem ūa aperiens, & oratione, delicta ſibi con-
donari poſtulans. Quābrem οὐτοὶ με, ſubſtantia mea, reſpoſeret Hebraico ψαλμον thu-
chalthi, quod est expeſtatio, præſtolatio, ſi deſignaret co, vt deſignat, fundaſtum, fir-
maſtum, ſtabilitas, vt dicat, Et ſtabilitas mea, ſubſtantia, fundaſtum apud te eſt. Vox
Hebraica propriè ſonat præſtolationem. Illud omnino ſecus ὄρεδος, ἀφορετοῦ, Oppro-
briū inſipienti dediſti me. Secus omnino: Orat Hebraicum, ne det eum opprobrium in-
ſipienti ψαλμον al theſtimeni, Ne ponas me. Quod Hieronymus quoque tranſtulit. Effagi-
tat peccata aboleri, bis liberatum, ab improbis defendi. Neque enim preces valerent auxi-
lii impetrandi, niſi deletis erroribus, ob quos inuita fuſſet oratio. Os pollutum, pollutas
Bedit voces. Pollutum eſt os, criminibus homine detento. Mens infeſta, totum corpus, vo-
cem, orationemque inſicit. Fœtet oratio ſceleratorum. Priuquam auxilium petas, vt iu-
sta petiſſe videaris, gratiorque exiſtar oratio, poſtula condonari peccata, tolle cicatrices,
notas exure precando. Tunc purior oratio. Inſipientes velut ira perciſus, hostes appellat, Incipien-
tiaſtūtiā tribuens velut inſaniſ, furentibus. Qualis ille, qui populati agris, deſpecta pace,
bello persequens, quibus beneficis eſſe debuiſſet, quem ad ſanitatem reuertitur exiſtima-
bat, qui precabatur, ne amicis nōceret. Inſaniunt igitur peccatores, hostes. Furor, inſania, est,
bellum, ſeditio, vexatio, iniuriatum illatio. Hæc qui faciunt, apertissime inſaniunt. His
motus accidunt quales furentibus. Pallor in vultu, oculorum perturbatio, impetus in pro-
ximos, ſanguinis effuſio. Orat ne fit ſtultiſ hostibus ludibrio, riſui, viatoribus.

Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.

Amoue à me plagas meas, à fortitudine manus tuæ ego defeci.

Sordo duorum versuum. Obmutuſſe, duas habet causas: tum quod cum ſtulto ei
res eſſet, tacendum autem ſtulto oblatrante: tum quod magis de Deo cogitant pij ſi
quando vexantur, quam clamoribus agant, cōuitiis, aut blaſphemis inſiantes. Si-
lent quod alia cogitant, quod animo ſunt verbi cōditorem, quem taciti ſupplicei ſorant,
preſenti metu cripiat. Necnon taſtent, non queruntur, propterea quod quas perferunt ca-
lamitates norunt ob peccata accidiſſe, conſciū delictorum nō iniquo animo peccas ferunt,
Cvt patientia redimant gratiam cœleſtem. Propterea infert, Quia tu fecisti. Vulnus hoc, hæc
calamitas à te eſt, hanc ob cauſam cōticeſco, collum mitto ſub iugum, fero patienter quod
intuſti. Sed ſupplico, atque oro, verbera remoueas, lacerare desinas, ne quas amplius mihi
plagas infeſas. A fortitudine man⁹ tuæ ego defeci. Plagas dat manus, iectus à dextera cadit. *Quia tu fe-
cisti.*
*A forti-
tudine man⁹, validè percutiunt. Manus Dei præpotens, fortis χεῖρ, d̄d̄mo, robusta, terribili-
lis, ferit grauita. Sub eius verberibus ſe defecifile, amplius validos iectus, validè manus iectus
ferre non poſſe. Vires laſſitudine deficiunt: nec vires, nec arma ſufficient. Multis vulne-
ribus acceptis, eō redactus ſum, vt iam ſuccumbā. Vocabulary iχθυς fortitudine, Hebraicū
eſt ψαλμον thigherath, exponit Hebrais pauor, timor, à verbo ψαλμον ghur, timuit. Nomen for-
titudinis eſt huic ſimile, ψαλμον ghebura. A metu manus tuæ valida defeci. Sensus idem.*

In increpationibus propter iniuitatem corripuiſti hominem,
& tabescere fecisti ſicut araneam animam eius: veruntamen
vanitas omnis homo.

Nicv s versus. Increpationes vocat quaſi correſtiones, caſtigationes, eruditio-
nes, dolores, verbera. Nam quoſ amat, corrigit, & caſtigat. Qui parcit virgæ, ait, odit fi-
lium. Diligit nos pater, increpat, corrigit, cœdit virga, quoties nos malis humanis re-
linquit, morbis corporis, ſtimulis inimicorum nos pungentium, torpedinem exutientiu.

sc. fe. Hæ sunt eius increpationes, propter nostra scelera. Tabescere fecisti, nempe iuxta verum sensum, & Hebraicum, liquefecisti, dissoluisti, euanescere fecisti, *τὰν ψυχὴν αἴτης*, animam eius. Rectius ad fontem, *τὸν χαμόδο*, cupiditatem, desiderium eius, aut rem cupidam, desideratam. Propterea Hieronymus transtulit, Posuisti quasi araneam desiderabilia eius. Sonat ergo rem expetitam, exoptatam. Hanc rem senserunt Septuag. ipsam animam, quæ saepe vocatur ab Homero φίλον χήρη, φίλον ἡττηρ, charum cor, chara anima. Nec ab re Septuag. senserunt animam ea voce denotari. Nam etiam Chaldeus posuit pro ea *τοῦν γυσμέα*, corpus eius. Aliisque vocem vertunt carnem eius, corpus eius. Est corpus sive anima, aut caro, res optatissima, charissima, nostra possessio. Sensus autem tinea, ab illis pulchre propinatur. Ut tinea vorat pasciturque vestes, sic tu statuisti, ut cupiditates, res optatas nostras, quas charissimas habemus, ipsumque corpus ederent cruciatus, tormenta, morbi, vexationes. Hæ corpus exedunt, vorant, ut tinea vestes. Nam tinea similitudinem sepius usurpat facri Vates: ut consumentur velut à tinea. Tinea nostræ: quibus in dies absuminur, succusque noster, caro, color liqueficit, abit, vanescit: sunt tormenta, tristitia, incommoda, res aduersæ, quarum cogitatio deicit animum, cum corpus experitur, voratur, pascitur, liqueficit. Sic inopina senectus sentina malorum superuenit. Nos igitur corrigit Deus, tinea admetuunt corpori, propter iniuritatem. Certe omnis homo vanitas, ut qui peccas assidue, assidue quoque vulneratur, absunitur, difflit corpus, vires minuuntur, debilitantur, decrescent, tandemque in nihilum, in auras inane dissoluuntur, propterea vana res homo, nunc apparen, obambulans, nunc ex oculis ablata recedens, idq; propter correctiones, tormenta vera, plagas, quibus usque premens nos Deus tollit vires, exedit velut vestem, in nihilum redigimur. Id non ex eius sententia, sed nostra malitia, quibus optimum principem peccas statuere decuisset.

Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam:
auribus percipe lacrymas meas, ne fileas.

Quoniam aduena sum ego apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Aduena O c ordine legendum est, Exaudi orationem meam Domine, & clamorem meum
peregr. auribus percipe: ad lacrymas meas ne obsurdescas. Sic quoque legit, & transtulit Hierony. Cum sint apud mortales omnia vanissima, cum decreueris tu, ut propter peccata totidem suppliciis exagitentur, & velut à tinea vestes, ab assidue vexationibus consumantur, atterantur, oro mihi parcas, lacrymas excipias, ne precibus aures obdas, neque meos fletus contemnas, expia scelera, præterita cōdonas; æquo animo tuli vexationes, quas addidisti, tempus est me absoluas, sat peccarum lui, sana vulnera. Homo enim in terris est velut aduena, celeriter ex hac vrbe recedens, pertransiens, non perpetuus habitator, aliò tendens. Quotidie in itinere est, mutans omnia è tempore in tempus, se suamque format. Atque hoc etiam ordine res ante nos semper cucurrit. Eadem fuit maiorū nostrorum conditio, similes sunt filij parentibus. Fuerunt omnes in hoc mundo velut aduena. Quocirca siquid superesse velis, expiatum me peccatorū cordibus, feliciori vita restitue. Orationem gratam acceptam habe. Breue enim mihi tempus est, velut peregrini, velut transiuntis. Id genus interpretationes Hebræi Graciq; afferunt. Cernis ut lacrymas addiderit, flens multis cum lacrymis obsecrare coepit. Dixit, Peregrinus sum apud te, ut magis commoueat, misericordiam hominum apud Deum conditionem ostendens. Deus æternus, æternam habens suam maiestatis possessionem, verus perpetuusque, immutabilis, æternitatis possessor, in suis rebus non peregrinus & transiens, sed perpetuus, idemque semper, & sui similis ad omnem. Nos contraria mutabiles, inconstantes, fluentes, velut umbras rerum in flumine rapido. Apud eum æternum immutabilem, nos ut peregrini inconstantes.

Remitte mihi ut refrigereret priusquam abeam, & amplius non ero.

Remitte. E M I T T E, refertur ab Hebreis ad cruciatus, angustias. Remitte, relaxa, molli, tempesta: fac te mitiorem. Quod sentiens item Hierony, dedit, Parce mihi. Refrigerer, ut est Græcè, *ἀναψύξω*, Hebraicum *תְּמִימָה* abliga, exponitur Hebreis *תְּמִימָה* robabor, confirmabor: ut corroborer, confirmar, ut sanitas mihi restituatur. Hierony, nescio cur dixerit Rideam. Hunc locum explicans Rabi Dauid, ut auditis Hebreis, veras sententias horum

Ahorum carminum teneas, (plurimum enim in verborum explicacione eis tribuendum est) Remitte, ait, tempera flagellum, ut confirmet, virésque recipiam, ne me posthac supplicis exerceas, ut valeam imperii tuis obsequi. Nec enim me clam est, vexationes de voluntate tua mihi accidisse, priusquam abeam, & amplius non possim facere voluntatem tuam, quoniam vita futura, aut sæculum futurum, non est sæculum operandi, sed sæculum retributio-*Et amplius non ero.* nis, præmiorum accipendorum. Quamobrem manifestum est has preces habuisse sacrum Poëtam, aut pro morbis corporis, aut calamitatibus proficiscentibus ab inimicis, orantem ut sit ei à tanti malis respiratio, cum vita brevis sit, cuius breuissima pars cum aliqua spiritus recreatione saltem traducatur. Cernis, ut Hebrei, ne videatur interitum totius hominis induxitse Vates, cum ait, Et amplius non ero, exposuerint, Et amplius non ero potens memet in tua philosophia, tique colendo, qui finis est viventium, exercere, priusquam abeam & amplius non ero facultatis eius, ut viuens, tuis præceptis piè summisque cultu paream. Hoc etsi mihi non displicet, verum est tamen in veteris philosophia mysteriis neque de immortalitate animorum sermones esse, neque de corum interitu, sed ad presentem vitam cuncta referri. Quanquam in psalmis, quorum sanctior philosophia est, de cælesti vita, quedam oracula contineri non diffiteor.

P S A L M I . XXXIX. E X P L A N A T I O .

RAEFIGITVR titulus non insolens, In finem Psalmus Dauid. Hieronymus, *In finem* proprius ad sententiam Hebreorum, Pro victoria, psalmus Dauid. Ut documenta viuendi philosophi tradidissent, qua in re sacri philosophi tenent principem locum: sic item documenta quædam supplicandi, atque orandi, quædamque preces, quibus immortales vterentur, eosdem sanctos Vates edidisse Hebreis testantibus assertior. Atque hanc vnam ex his odis esse, qua sanctissima excedētque validæ preces nec non gratiarum habendarum ratio, ob accepta beneficia contingantur, ut vbiique sacrosanctam hanc psalmorum philosophiam agnoscas. Nec assertior his omnino, qui, cum nihil eiusmodi doceat argumenti inscriptio solita præfigi, ad particulares materias hypothesisque psalmos applicant. Quod curant maxime nunc Nicolaus, nunc Burgen-*s*, nunc Græci, quorum diligentia tamen non est aspernanda. Mihi res vniuersales, res grauiissimæ comprehendendi psalmis videntur, ut si quis de Deo, de scientia, prouidentia, de rebus hominū, de calamitatibus piorum philosophari instituisset. Itemque de auxilio cælesti, an vila vis sit, quæ nos gementes audiat, cōsoletur, eripiat. An delictis irascatur, vexarique pios iniquè ferat, an qui patientur iniurias, liberare decernat, qui inferunt finem iniuriarum facere suppicio cogat. Hæc & id genus, & alia pleraque ex intima philosophia vnum mihi est, psalmis contineri.

E xpectans expectavi Dominum & intendit mihi, & exaudiuit
C preces meas.

Et eduxit me lacu miseriae & de luto fecis, & statuit supra petram
pedes meos, & direxit gressus meos.

NON est, ait, Deus ultra flatimantia intēnia mundi, nihil, propter infinitatem locoru, exaudiens, nihil nostrarū rerum cognoscens. Nec item inexcorabilis est cum mortali & supplices opem eius implorant, nobiscū est, in mundo nostro, in urbibus, cœmitis, foris, domibus, penetralibus, in agris, terra marique omni, imo vero in pectoribus. Nos audit, si vel cogitando, nobiscum tacite gembendo, flendoque eum vocemus. Si iustum est, auxilium tibi mitti, mittit: si profusset perdere subito qui te vexant, perderet: sed nec tibi profuerit, nec mansuetudini eius cōsentaneum gesserit. Est quædam secretior causa, cur non iniquus latu subito peccas. Ne referas id vel inscitiam Dei, qui nesciat quid fiat, aut sciens contemnat. Quod igitur nos Deus audiat, quod gementes non spernat, quod auxilium submittat, ostendit diuinus Vates. Expectas expectavi, est Hebrei, Sperando speravi, quod idem est. Hæc repetitio in Hebraico sermonc, obseruatur etiam à Græcis, ut Latinis Viuerevitam, mortem obire, ingredi ad dicendum. Est vehementius quiddam, Intenſissimè, ait, speravi, sperans non sum illusus, intendit mihi, quod sonat ex Hebraico, inclinavit sc̄le mihi, ad me deflexit: tametsi celissimus & in vertice mundi, at in *Inten.*

AAA

Preces. terras ad me descendit, exaudiuit preces, siue, vt est in origine, clamorē meum. Non leuiter vocauī, sed vociferatus sum, tametsi vocem non profuderim: contenta voce vocauī de lacu miseriae. His tralationibus sāpius vtuntur, miseras vocant inundationes, tempestates, turbines: vt, Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meā, infixus sum in limo profundi. Appellant gurgitē, suffocari se dicunt, cūm premuntur. Laccum dixit voce Græca, λάχος, dupli kappa, puteus est, fouea, Hebraicē יְהוּ בָּר, puteus, vorago, gurges. Eduxit me de puteo miseriae. Pro miseria est יְהוּ שָׁאֹן, sonat fremitum, tumultum, sonitum, fragorem, velut maris frementis, cūm littora planguntur. Indicat multitudinem aquæ sonantis, aquæ multitudi, copia miseriārum, vexationum. Eduxit me de puteo, de gurgite sonanti, frementi, præ aquæ copia, è pelago frementi, sonanti, cui subfesset impenetrabilis vorago. Euoluerūt metaphorā Septuaginta noluerunt: sonitus ille fremitusque aquarum, est copia miseriārum. Hieronymus quoque dixit, De lacu sonitus. Tum de luto fœcis. Clarius in Græco οὐτὸς ἡλίος, ex cœno, limoso, ex cœno, limo. Hieronymus quoque clarus, De luto cœni: ex illa voragine non aquarum modò, sed limi, qui subiacet aquis, quo sāpius infixi exurgere non possumus. Non modò submersus in fluctus eram, ait, sed etiam infixeram pedes in profundum limum, vt nulla spes effet surgendi. Statuit supra petram, super littus solidum, in margine, in loco tuto, securō, quo fluctus illidunt, rumpuntur, vbi pedes tutè cōfisterent, non vt prius in limo absorben-
stat. sup.
perr.
dir. grif.
meos. ti. Direxit gressus, ex Hebraico clarius יְהוּ כָּנֵן, stabilitauit, firmauit, non fuerunt amplius lapsabundi, instabiles, se cœno limoque induentes. Pulcherrima metaphora miseriārum, & eius qui ex miseriās eripitur: vt alio loco, Veni in altitudinem maris, & tempe-
stas demersit me.

Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt, & sperabunt in Dominum.

Beatus vir cuius est nomen Domini, spes eius, & non respexit
in vanitates, & insanias falsas.

Cat. noui. O s t beneficia, post admirabilem liberationem, secutum est carmen triumphale, gratiarum actio, Deus carminis autor, vt qui victoriā attulit, qui ex tantis incommodis eripuit. Carmen nouum, quod sāpius in hoc sacro poēmate memoratur, est Hebraicōs autoribus, quod singulo die canitur, carmen assiduum, quod omnibus horis renouetur, referatur. Vox indefatigabilis ἀκέματος αἰδή, vox ferrea, nocte, diéque rediens, repata, repetita, nunquam interquiescens, quanta fuit liberatio, fuit autem prodigiosa, tanta sit gratiarum actio: nunquam memoria tanti beneficij sopia quiescat. Videbunt multi, praterita sunt, viderunt, timuerunt, obstuپuerunt, cōspicati facinus opera Dei editum, arrebatè horrore comæ, vt super re inustitā, prodigiosa, stupenda. Timuerunt Deum, dixerunt numen illud esse trēmendum, non esse contemendum, plenum virium magnarum, non dormitans suis asseruandis, cūm se excitauerit, terribile opus edere. Hoc facinus conseruati, & liberati hominis multis fuit conspicuū, multi viderunt, & obstuپuerunt: & ex eo quod in uno factum viderunt, ipsi quoque cōfidere & sperare cōperunt. Si quem seruavit, nos quoque posse, & velle seruare. Si principem beneficio quempia affecisse vidisti, te quoque licet sperare gratiam eius inire posse. Accessit spes, & fiducia mortalibus vno, aut altero liberato. Si quis æquè studuerit, labore tantum, & precibus profecerit, vt liberari mereatur. Rectè igitur subiicit, beatos esse qui sperent in eum, p̄fidiū, decūsque suum, qui spem omnem in eum collocent. Sciendum Hebraicē non esse, Cuius est nomen Domini spes eius, sed, Beatus vir, qui יְהוּ sam, posuit, statuit Dominum, spem suam. Hieronymus hoc sciens reddidit, Beatus vir qui posuit Dominum confidentiam suam. Fuit ex amphibologia varietas, eadem vox Hebraicē יְהוּ sonat nomen, & verbum posuit. Notulæ subiectæ, quibus sermonem Hebraicum olim caruisse palam est, significata dirimunt. Nomen dicitur יְהוּ shem, posuit יְהוּ sam. Hoc in Hebraico est. Qualis igitur, ac quanta hæc philosophia, quæ nos in his mœroribus, quibus quotidie tristamur, non modò adhortari non deficat, vt in Deum, spem, fiduciāmque nostram ponamus, ad eūmque recurramus, sed beatos etiam prædicet, si id faciamus. Beatos proculdubio, quod maxima bona, diuitias maiores, & insigniores auro reperiemus. Salus enim in periculis, & animi alacritas omni auro præstat. Non est qui possidet diuitias beatus, quas amittere potest, quibus aggregatis ag-
ref. supra
vir, cuius
est no. do.
ffes e.
women,
shem.
gregan-

Agregantur curæ: sed est quædam incognita nobis, tantum cogitatione quadam comprehensibilis beatitudo, qua fruuntur rari singulares quidam. Ad hanc qui peruenient beatus est. Vanitates, & insanias falsas, partim idola, simulacrāque gentium, Deos commentitios, va-
nit. &
inf. fal.
*nos, non subsistentes, nihil numinis, aut potestatis habentes, appellat, quæ sape vanitas in faciis litteris vocantur: partim amores insanios rerum corporearum, quibus mortales detinentur, in quibus præsidium statuant. Qui dicunt auro, Deus meus es tu, qui dextram, vt Mezentius, Deum suum appellant, qui totam in hominibus spem collocauerunt. Malcedi-
ctus autem, ait alibi, qui confidit in homine. Et, Nolite confidere in principibus, in quibus non est salus. Et, Nolite ire post vanam, quæ non proderunt vobis. Quod is sit verus sensus, li-
cet interpretationibus Hebraorum agnoscere. Nam quas Septuaginta dixerunt μαρτύρια, vanitates, & insanias, Hebraicē sunt יְהוּ שָׁמָן rehābim fate cazāb, Superbias, (aut superbos) declinantes ad mendacium. Hos exponit Rabi David, viros arrogantes, superbos, quos sperat adiutores. Et qui declinant ad viam falsam. Denotat ergo viros principes Regificos, ventosos, & inania amantes. Beatus qui in his spem suam non collocauit, sed in Deo. Non ab his auxilium, sed à summo Deo expectauit.*

Multa fecisti tu Domine Deus meus, mirabilia tua, & cogitationi-
bus tuis: non est qui similis sit tibi.

Annuntiaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.

B S t vnu versu. Quod dixit, Et cogitationibus tuis, additur Hebraicē יְהוּ elenu, cō-
ga nos. Cogitationibus tuis pro nobis, vt transluit Hieronymus. Ea quæ pro nobis tuis.
cōgitalisti, cogitationes ipsa mirabilia, ipsa miracula, prodigia. Non enim Deus leuia,
sed stupenda facit. Non est finis. Idem sensus, licet aliis verbis יְהוּ יְהוּ en arok, non est ordo
aut assimilatio, sunt innumerabiles, incomparabiles, non est eis modus. Prætereunt con-
suetos ordines, quæ ab hominibus fiunt, non aspirant huic. Annuntiaui, & locutus sum.
Futura sunt in origine, Annuntiabo, referre conabor, recensabo, memorabo, ut יְהוּ יְהוּ asc-
mu mesapper, maiora sunt numero, praestant omni narratione, euincunt numerationem:
propter clarè Hieronymus, Si narrare voluero, & enumerare, plura sunt quam ut nu-
merari queant. Latinus ergo, Multiplicati sunt, debuit per neutrum proferre, Multipli-
ta sunt, ipsa nimis mirabilia. Excedunt numerum, narrationem, modum, tua miracula,
tuæ cogitationes, consilia, prouidentia tua, quæ pro hominibus iniisti. Stupenda sunt,
vt cæli, & terra creatio, vt homini datum super omnibus imperium, vt cūm per mare
Rubrum medium discissum Hebraeos deduxit, cūm genus humanum suo sanguine factus
homo redemit. Id genus operatur quotidie: quibus consideratis impletur stupore animus.
Vox faucibus habet. Tantopere mirari possumus, quæ singulis diebus, piis praestet, eos
prodigiis modis conseruans, vt nullus sit laudandi finis. Dat ori nostro ingentes causas
meditandi, perpetuum carmen modulandi. Beneficia eius, tantum abest, vt mortales
ad omne tempus nō experiantur, vt animos corum copia, magnitudineque gratiarum diui-
narum cogitando fatiget, nequeat explere.

Sacrificium, & oblationem nolui, corpus autem perfecisti mihi.

Holoëastum, & pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me.

V o' versus sunt. Iustè, & ordine congruo hæc subiicit, vel Hebraicis docentibus. Non
sacrific. &
olla. nol.
ea gratia Deus mortalibus est beneficus, mira prodigiisque eis operatur, quid redi-
tatur ei simile quid. Non est beneficentia eius, præmiorū expeditatrix, nostra sacrificia,
vi etimāsque minimè moratur. Nam, vt alibi est, Non accipiam de domo tua vitulum,
aut de gregibus hircos. Meæ sunt omnes feræ syliarum, iumenta in montibus, & boues.
Comprobat igitur diuinus Vates eo maiorem esse Dei, quam omnium hominum, charita-
tem, quod plerique mortalium beneficia dando, remunerationem expectant: at Deus sola
charitate, sola bonitate, & beneficiendi cupiditate ductus, affatim largitur, copiosissi-
mus rerum bonarum donator. Quod dixit, σῶμα δὲ τεττητὸν μοι, Corpus autem perfecisti
mihi, in fontibus Hebraicis, quod etiam nouit, & posuit Hierony, est secus, יְהוּ שָׁמָן ol-
naim caritha li, Aures fodisti mihi. Est iuxta Hebraeos, ex aliis locis comprobantibus, verus
sensus. Non accipis, aiunt, gratiaque habes sacrificia, vi etimās: non ista requiris à nobis, sed
AAA ij

vis nos tuis parere mandatis. Samuel dixit, Melius est obedire quam sacrificare. Vis nos tuis legibus obsequentes esse. Nos optas implere quae iussisti, vietas minimè moraris. Aures mihi fodisti, aperisti, ad pracepta tua mihi aures aperiisti. Aures meas apertas ad tua mandata voluisti. Hoc exponit Rabbi Abraham, & David. Hieronymus quoque transtulit, Aures fodisti mihi. Chaldaeus item iuxta sensus Hebraeorum, & iuxta lectionem Hebraicam edidit, וְנִתְחַדֵּשׁ מִזְבֵּחַ וְנִתְמַלֵּא כָּלֹתָיו וְנִתְפַּחַד כָּלָתָיו vdnim laazeta pudcanach caritha li, Aures ad audienda pracepta tua fodisti, seu formasti mihi. Cum ita sit, inquit memet offero, exhibeo tibi, parere paratus. Imperata facere non recuso. Is verius sensus. Secum ait Auen Esra, loquitur David, Tunc mecum dixi, cogitavi ut venirem, memet ipse offerrem. Quod ait, εγέρθη διδασκαλίας. In capite libri scriptum est de me: in fonte ἡγεμονίας benniglath, in volumine, Hebrei exponunt recte quidem mea sententia. In volumine legis. Ibi, ait, scripta sunt pracepta tua quibus nos parere iussisti, ibi de me scriptum est, de me & his qui legis parere praceptis iubentur, de unoquoque homine scriptum est, iubetur unusquisque in eo volumine obtemperare praceptis Dei. De nobis ibi scriptum est, & pronuntiatum, quid agendum nobis sit, qua via cuique incedendum. Graeci iuxta locum ab Apostolo ad Hebreos prolatum, de filio interpretantur, qui verum sese pro nobis sacrificium obtulerit, quandoquidem legalia illa amplius accepta non essent.

Tunc di. ec.
ye.In cap. lib.
scrip. of de
me.

Ut facerem voluntatem: Deus meus, volui, & legem tuam

in medio cordis mei.

Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce, labia mea
non prohibebo, Domine tu scisti.pt fa. vol.
tu. volvi.
& leg. tu.
in me. cord.
mei.
An. iust. t.
in ec. ma.
Lab. m. non
prohib.

O L V I facere voluntatem tuam, id verum, acceptumque sacrificium. Obedientiam, **N**eat alibi, volo, non sacrificium. Legem tuam in medio cordis, per nominatiuum effe-
rendum. Lex tua in medio cordis. In visceribus ψυχή mea, In medio ventris mei, dixit Hieronymus. In pectori lex tua est. Huc omnes meas curas constitui. Nec solum, inquit, ipse promptus sum tuis parere mandatis, eaque in intimo pectori defixi, sed etiam alios adhortari non desisto. Annuntio, prædico, vniuersa cōcione presente, vocesque meas audiente. Non abstinui linguam ab hac prædicatione. Perpetuus sum in hac proclamatione. Obtestor, obsecroque omnes tuis legibus, institutisque obsequātur, quibus parere sit beatè viuere. His pietatem, ardoremque religionis quo conflagraret, ostendit. Adeo nō erat diuinæ religionis neglector, vt fuerit eius obscurantissimus, ei deditissimum omni contentione insisteret, vt id omnibus ingeneret, omnibus hunc amorem ingeneraret.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam
& salutare tuum dixi.Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à con-
cilio multo.Injustitia.
Non abs.
Veritas.
Fideles.Salutare.
Misericor-
dia.

ST vnicus versus: eadem repetit. Prædico, ait, iustitiam, fidemque tuam, ne mpe veritatem, constantiam, promissorum fidem. Has virtutes tuas, quas ego perceptas, explo-
ratásque complector mente, defixas in pectori, nō contineo apud me, atque occul-
to, sub silentio premo, sed quanta maxime possum contentione vociferor, effero. Tres vir-
tutes prædico in te singulares, eaque intra pectus meum latere non patior, iustitiam, veri-
tatem. Pro quo Hebraicē, vt dixi, γνῶμα emuna, fides, quod Hieronymus quoque transtu-
lit. Fidem sentit veritatem, fidelitatem, Fideles dicuntur, quibus fidere possumus, quorum
dictis, & factis stare possumus. Sunt stabiles, constantes, veridici: vera loquuntur, vera faciunt, nō sunt fallaces, fraudulent, inconstantes, non perseuerantes. Hæc virtus à Prophetis in Deo prædicatur. Prædicanter eum constantem, quæ promittit adimplentem, non illu-
dentem, & fallentem, non proditorem, desertoremque corum, qui ei nituntur. Altera vir-
tus, Salutare tuum, Hebraicē salutem tuam, quam scilicet hominibus fidem eius imploran-
tibus affert: ex fide salus, cui fides, & veritas inest: inest quia seruat, non deserit necessario
tempore fidentes, qui in fidem, & potestatem eius se crediderunt. Repetit similia, adnu-
meratque quartam virtutem, misericordiam, clementiam, mansuetudinem, qui peccanti-
bus iniuriāque ei inferentibus ignoscat, misereatur peccantium. Vide qualis, quantusque
princeps à Prophetis Deus inducatur. Prædicanter eum iustum, quod spectat ad indignatio-
nem

F

Anem contra iustitiam profanantes, iniurias inferentes, quod ei summè displicet. Prædicant **Iustitia.**
fidelem, non proditorem, alia promittentem, alia facientem, anciptis animi, ambigua
mentis, nunc bona promittentem, post sententiam mutantem, qualis Romæ sacrī impe-
rabat, dum haec scriberentur, huius laudis, & virtutis expers. Prædicant suos seruantem, **Fides.**
Saluator. tum misericordem, mansuetum, clementemque in supplices, iustum, fidelem, conserua-
torem, veracem, veridicum, verum, non simulatum, fictumque ut sunt in terris principes.
Misericors.
Dixit duobus nominibus eandem rem, fidem, veritatem. Fidem tuam, veritatem tuam.
Hæc, ait, frequenti concione de te prædico.

Tu autem Domine, ne longe facias miserationes tuas à me, mis-
ericordia tua & veritas tua semper suscepereunt me.Quoniam circundederunt me mala, quoru non est numerus: co-
prehenderunt me iniuriantes meæ, & non potui, vt viderem.Multiplicatae sunt super capillos capitum mei, & cor meum dere-
liquit me.

VO D cùm ita sit, inquit, fas est quoque me abs te defendi, adiuuari. Adiuuabis enim
colentissimum tui seruū, qui te summa pietate veneratur, qui tuas virtutes ore gran-
diloquo personat, qui te laudare, deque virtutibus tuis multa prædicare nunquam
B quisicit. Fac igitur sim particeps tuae huīus beneficiæ, & clementiae, quam in te singula-
rem esse prædico. Fas omne est te mihi plurimū indulgere, fas omne tuis me fidere regnis.
Ne sit igitur à me procul tua mansuetudo, ne prohibeas à me clementia tua dulcedinem.
Veritas illa tua, quæ solet suis seruadis perspicua fieri, eos nō deferens, sed celeriter præcur-
rens, si quis eos casus circumsteterit, tuaque clementia jugiter me seruēt. Sic enim est He-
braicē per futurum clarissima tamid izruni, jugiter custodient me. Pro Græco **semp. sup. cap. ca.**
Ad Corōnus. Suscepereunt me. Hieronymus item, Jugiter seruabant me. Fac vt sit mihi perpe-
tua custodia. Clementia, beneficentia, & tua fides veritas, ne mpe fidelitas, constan-
tia mihi nunquam nō adsint hoc maxime tempore, quo me mala omnia circumsteterunt:
hæc mala, sunt peccata, delicta, à quibus existunt supplicia, calamitates, detrimenta. Sunt
hæc innumerabilia, tantopere ab his premor, tanta corum copia circumstat, vt his obrutis
videre ac respirare non possim. His adeo oppletus & circundatus sum, vt prospectus impe-
diatur. Ingens multitudo calamitatum funditus oppressit, demersit, caput rotumque cor-
pus obfederunt. Videre item non possum, nigrescent omnia circūm, caligant oculi, tristitia
patiorque & plurima mortis imago, oculis lucem abstulerunt. Est enim carum tantus
numerus, vt ne capilli quidem capitum tot sint. Defecit cor, soluitur inctu peccatus. Derel-
quit me cor, virtus quæ in corde est, palpit, trepidat, pauore defluxit, discessit, reliquit.
Vires me deficiunt, genua labant, solvantur frigore membra, ossa paucor infinuant. Rigor
ex pauore, cordis vim extinxit. Ea est cordis trepidatio, vt me non sustineat. Debilitatio
Cenim cordis, totum corpus debilitat. Is sensus duorum versuum.

Complacereat tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuuan-
dum me respice.Confundantur & reuereantur simul, qui querunt animam meam,
vt auferant eam: auertantur retrorsum, & confundantur,
qui volunt mihi mala.

VA M vchemēs oratio, quæ intimes ab affectibus deprompta. Quod dixit, εὐδοκοῦσι,
complacereat, bona propria voluntas tua mihi sit, Hebraicē simile τὸν reze, velis vo-
lens esto. Et quod dixerunt Septuag. πρόσεχε, attende, siue respice ad me liberandum,
fons τὸν chusha, festina, accelerata. Confundantur & reuereantur, quod Græcē οὐταιχω-
θεῖσαι, οὐτε εργατίσαι, pudeſtant, & erubescant, illudantur, accipiant aliud dedecus, ali-
quam infamiam, & calamitatem: corum arrogatiā deiiciuntur, simul: vna omnes, omne illud
agmen improborum, vna cadēmque ignominia deformet, de honestet: conuertatur arro-
gantia in pauorem, ridiculāmque solitudinem. Quærunt animam, de salute mea inire
cōſilium, vitæ insidiantur, sitiunt sanguinem, necem in eam appetunt, tollere de medio co-
nancut. Auertantur retrorsum: vt impetu vasto contra me ruunt, sic retro terga vertant, in-
tror.

AAA iii

Confund. sequente Deo fugiant, omnem in celeritate pedum salutem ponentes, fugam capiant, nec prius fugere desinat, quā virium laetitudine defessi, à nostris in sequentibus conciduntur: sit totius exercitus turpissima fuga. Videamus nostris oculis turpitudinem fugae. Confundatur ipsam scilicet fugiendi turpitudinem designat. Propterea est carmen triumphale, precatur victoriam, vaticinatur futuram.

Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi Euge, euge.

Exultent & lætentur super te omnes quærentes te Domine, & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Fer. confu. **T**E R A T easdem preces pro victoria: Græcum, κομωτίσσατε, Ferant ignominiam, Hebraicum וְנַחֲזֵה יְהִי וְאֶתְבָּשֵׂת, Iasomu alekeb, baſtham, Perdantur, pro fine vel causa dedecoris eorum. Pereant, ait: hæc sit corum merces pro dedecore quod mihi attulissent. Hieron. id cernens dixit, Pereant post confusionem suam. Sensus verus, ut dixi, Hebreis, perditio sit præmium irruptionis eorum, qua me irridebant. Qui me irridenter, dedecus mihi quererent, pereant, ruant, qui irruptionibus in me triumpharent, cuiusmodi superbii arrogantisque contra debiliores vtuntur. Euge euge, heach heach, Hebraicum. Solent arrogantes ridere miseriiores, insultare his quos se vincere putant, lacerare conuitis.

Euge, O vere Phrygia, neque enim Phryges, ite per alta.

Dindyma. Finis huius irruptionis sit, ut illi fugam omnibus locis faciant, nostri clamoribus in sequentes eos deleant, cōcidant, post triumphantes, exultantē que reuertantur. Sint Exult. & chorii, cantus, carmina triumphalia, cuncta plausu resonent, super te, qui vincere fecisti, vicitoriā nobis concessisti: tibi hæc carmina, hæc gaudia veniant. Ad te tota res reuocetur, te sufficit ille nos trā carmina celebrent. Quærentes te, tibi operā dantes, religioni tuae studētes, te colentes, te nominantes. Des tu causam his ut te extollant, magnitudinem opinionemq; magnā virtutis tuę celebrent, dicant, Magnus Deus, mirarum rerum, ingentium operū artifex, magnificetur. Qui diligunt salutare tuum, salutem tuam, aut seruatorem I E S V M, quem dabis terris aliquando, aut salutem tuam, victoriam diligunt, celebrat, efferrunt, habent in visceribus, hæret memorias citra villam obliuionem, cupiunt à te seruari, non à Diis externis. *Dic. semp.* A te salutem expetunt, hac fidunt.

Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei, adiutor meus & protector meus es tu Deus meus, ne tardaueris.

Pauper. **M**EN D I C Y S Græcum πλούτος, pauper, inops, quem deseruere omnes, quem deficiunt omnia. Hebraicum וְנַחֲזֵה יְהִי, afflitus, tristis ob inopiam, vexatus, deicctus, humiliis. Sollicitus est mei, pulchre quidem Latinus, Græcè ad Hebraicum ὄφοντες curabit me, considerabit de me, propiciet mihi. Hebraicum וְנַחֲזֵה iachashobli, cogitat mihi, sufficiet cogitationem pro me. Tu enim solus adiutor, siue liberator, ut Hebraicè est: tu salus. Nulla sit mora in me adiuuando, omnis salus in celeritate. Celeriter occurras, nulla dubitatione interposita. Properè venias necessario tempore, tam propinquis hostibus, ne desereras. Cernis quibus precibus vtendum sit is qui seruari à Deo cupiunt, qua contentione animi, quibus clamoribus, qua solertia, diligentia, quo conatu Prophetæ instarent, collacrymantes, hyperbolis vtentes omnes modos, figurásque precandi, & quo sibi Deum amicum redderent, omnes affectus adhibentes.

P S A L M I . X L . E X P L A N A T I O .

In finem Psalmus David.

Infine Læna-Zach. **O**N S V E T A inscriptio, Lamnazeach, pro victoria ex hostibus referenda. Aut psalmus editus à David, catus ab eo qui erat Mnazach, cantor victoriarum, triumphator. Aut ad laudandum, triumphandum, ut Chaldaeus. Hunc quoq; psalmum, pro ægritudine malisque auertendis velut superiorē editum Hebrei contendunt. Græci cum Latinis ad Messiam mysticis modis, qui testimoniū ex eo de coniuratione, bellisque domestico Iudea contra se protulerit, referunt, velut pauperem, egenum, destitutum. Posit esse philosophia vniuersalis de charitate, cōmiseratione

Atione, iustissimè facere docens homines, quoties miserorum miserentur. Documenta quoque, philosophiæ pars est de precibus, de supplicationibus, in calamitate magis à Deo, quā hominibus auxilium expectandum: de insidiis, maleficiis, quæ prohiberi à nobis, auxiliis diuinis possint. Utilissimum esse rebus aduersis orare, non se se ferere, à Deo auxilium petendum. Hanc tunc virtutem esse nostram, quæ nobis opem ferat, à qua salutem speremus. Laudat miserentes, charitatis studiosos, mansuetos, beneficos, quibus animus benignus est: his omnia bona precatur. Effert miris laudibus humanitatem, charitatem, quas solas Christus laudauit. Detestatur maleficos, insidiosos, humani generis pestes. Ostendit homines exaudiiri deprecantes, orationem habentes, orare obsecrare que eos oportere: non enim nihil agere, qui precantur, magnum emolumen sibi parere, atroces molestias à se depellere. Simul his actionibus animum impleri sapientia & pietate.

B EATUS qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conseruet eum & viuiscet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Intellig. **V**i intelligit, exponunt, Qui curat, prouidet, respicit, qui conuertit cogitationes super egenum. Propter hanc causam Hierony. transtulit, Beatus qui cogitat de paupere. Pauperem siue egenum Hebrei consentientes interpretantur ægrotum, infirmum. Auen Esra vocem Hebraicam וְנַחֲזֵה dāl, quæ hoc loco est, asserit diuiniā esse & corporis, nimurum egenum non tam qui diuiniā caret, quām qui incolumente & bona valetudine corporis. Beatus qui visitat infirmum. Nam & Christus in die iudicij in regna sua vocabit qui infirmos visitasse. Infirmus fui, & visitasti me. Chaldaeus quidem simpliciter, Beatus qui miseretur in opis, mes Kini. Quam vocē Italicus sermo usurpat ex Hebreico. Vna cœdēque charitas est, siue inopem misericordia, siue languentem, ægrotantem. Hunc appellat beatum, propterea quod eandem beneficentiam inueniet à Deo, cui gratissima humanitas est. Diem malam, diem grauissimum, diem calamitosum, cùm nos prement angustiæ, in tempore, rebūque iniquis. Item diem malam diem Gehennæ quidam Hebrei interpretantur, quo tempore in tartarum fontes rapi præcipientur: tunc proderit misericordem erga pauperes & languentes fuisse, quod ipse Jesus Christus, Iudex harum rerum ostendit. Conseruet & viuiscet, etiam futuro proferenda sunt, Liberabit, conseruabit, viuiscabit. Seruabit, ait, vitam dabit, salutem afferet, referet in numerum viuentium, in terram viuentium constituet. Liberabit eum, aiunt Hebrei, propriis manibus, non opera humana, ipse metuens, eripiensque. Nec non ex aduersa valetudine cum liberabit, reddens ei similem charitatē, eumque visitatione sua sanitati restituens. Beatum facit quod plurimos annos addet, vitæ metas longius proferet, supra ceteros illius sæculi homines spatiū vitæ amplius ducet. Inimici eius qui ei mortem optassent, frustrabunt votis. Terram quoque cœlestem senties in qua beati fient misericordes. Beati misericordes, ait sumus ille index, quoniam misericordiam consequentur. Huc tota beatitudo spectat eorum, quibus animus fuit misericors. Animam inimicorum, recte interpretantur, desiderium, auditatem. Non tradet eum votis desideriisque inimicorum: non sinet eum his cladibus inuolui, quas inimici impensè cuperent.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

ON F I R M A T antedicta. Beatus est qui miseretur, visitat morbis detentos, quibus omnia membrorum officia propter aduersam valetudinē sunt impedita, mœstissimi stratis decubunt. Si quis adueniat, sermone recreet, aut aliquid opis officiique præstet, quo mœsti animum confirmet, paulum respiret: beatus is, propterea quod Deus ei feret opem, cùm & ipsi morbus, ut fert humana conditio, inciderit. Opem ferat, Bonhoev, auxiliabitur, per futurum, ut Græci monent, Aquilam & Theodotionem vertisse Hebreicum וְנַחֲזֵה ifadenu, Confirmabit, sustentabit. Vnde Hieron. transtulit, Confortabit. Bis dicit Deum visitaturum venturūque ad lectum ægrotantis. Vniuersum stratum eius versasti, totum cubile lectumque obambulasti, (est, ut poëtis mos est, ad Deum apostrophe) in *Opim se.* *Vniuer.* *A A . iiiij*

omnes partes lecti te convertisti, quo se se propter inquietudinem verteret ægrotus, huc atque illuc cum te volens fuisti. Designat amantissimam visitationem: incredibilis amoris assistentiam, persequerantiam circa ægrotantem, & inquietè se in omnes partes mouentem. Quoquid se vertat, Deum quoque adesse, obambulare lectum. Est item sensus Hebreis & Græcis, Versasti lectum, ab ægrotidine ad sanitatem totum reuocasti. Totum illud strati incommodum vertisti, aliud esse fecisti. Omnis illa lecti tristitia versa est in gaudium, in columitatē. In omnes partes poterit egrotans te vertente se volvere, non ut quondam immobilis membris omnibus impeditis. Versasti, igitur, est, inualidi statum vertisti, commutasti, surgere de lecto dediti: aut totum lectum obambulasti, vt hi qui ægrotantibus assistunt, omnia charitatis munera obeunte: quales parentes erga filios, aut soror in fratrem, talem, inquit, te ægroto præbunisti.

Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur & peribit non men eius?

NON C persona est ægrotantis, vt Hebrai monent, auxilium q̄ Dei implorantis, cui propter delicta, quemadmodum in superiori Psalmo dicebatur, ægrotudinis incommoda inciderint: decretum esse Dei vt his malis nostra delicta purgentur, ab eo qui possit depellere, cuius consilio morbi in nos impetum faciant, opem petendam, quam tum E benefactis, & charitate impetrari posse demonstrat, tum verò precibus atque oratione, scilicet orandum esse, vt medicus nobis cælestis adsit, qui morbis medecatur, sceleribus sua mansuetudine condonatis, tum dandam operam nobis, vt cōmiseratione & charitate Deum propitium habeamus. Sana animam meam, vitam, memet, reddite vitæ meæ sanitatem. Quia peccavi tibi, peto, ait, veniam delictorum, ignoscas, postulo medicinam, peccata mihi morbos induxerunt, crimen agnoscere: ignosce peccanti: oblitteratis & deletis crimibus, redde sanitatem. Instant inimici, qui me videre iacentem, atque æthere casum cūpiant, nomen meum extinctum optent. Gratius est supplicium, adesse quibus mors mea sit optatissima, quibus meus interitus futurus sit gaudio. Hoc magnum incommodum est ægrotantibus, quibus nihil molestum offerri oportet, quo lenius dolorem morbi ferrent. Satis mali est quod ægrotent, si molestia ex inimicis accesserit, longè grauius est malum. Ne quæso hac lætitia fruantur, hunc fructum ex interitu meo non percipient.

Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

RA V I S scelus, proditio, crudelitas. Ex sermone Hebraico, quem etiam diuus Hieronymus expressit, apparel sensus. Si veniret ad videndum, visitandūmque me, vt fit, vana loquebatur cor eius. Vana, vt Hebraicè est, shā'ū, falso, mendacium, vanum. Cor eius falsa loquebatur, aliud ore, aliud pectore. Sciebam malum animum, malam mentem inesse homini, obtentienti amicitiam, charitatemque: cor autem esse fraudulentum, exulceratum. Loquebatur falsa cor eius, amicitiam pretendens, charitatem, benevolentiam. Loquebatur, simulabat, fingebat falsa, quæ non erant. Vide genus improbitatis, visitabat vt amicus, sed cor eius cogitabat falsa, edebat sermonem amicum, sed falso. Hostis enim erat, exploraturus venerat num celeriter me morbus perderet, incommoda cogniturus venerat, obtendens visitandi mēque confirmandi charitatem. Ostendit igitur eum plenum falsarum cogitationum, fingentem vultus hilares, commiserationem, intus autem cupidum mortis eius quem inuiseret, cāque de causa venisse. Congregauit iniquitatem, plenum erat cor iniquitatis, erat in pectore scelerum moles, plena perfidiae mens. Nam præferebat edebatque iniquitatem, malignitatem, penes se aggregabat. Et cū foras egredieretur, loquebatur cum aliis inimicis meis, mēque odio habentibus, cum his de statu meo loquebatur, dicebat morbum esse graue, perniciosum, ne dubitarent, læto animo essent: interitū, dīcīq; fatalem instare mihi, fieri non posse vt conualescerem. In idipsum ēnī ḥāwī, clarius esset & ad Hebraicum ḥāwī iachad, simul. Neque est de præsenti versu, sed sequenti. Hæ declarationes consentiunt cum Hebræorum Græcorūmq; explanationibus.

In idi-

A In idipsum aduersum me susurrabant omnes inimici mei aduersum me, cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?

NIDI P S V M, simul, inter se susurrabant. En proditio, falsitas, perfidia, quā superius deplorabat, Cum ceteris inimicis susurrabat. Malè habet, non est morbus is mediabilis, celeriter spiritum efflabit. Erat corum cogitatio, locutio tota de meo interitu, indignabantur contra morbū, qui non celeriter perderet. Hoc sperantes gaudebant, erat eis summæ voluptati grauis ille morbus. Verbum iniquum, verbum לְבִיאַלְיָהּ belial, recte *verb. iniq.* Hieronymus transtulit vt alibi, Verbum diaboli. Est enim Belial, inutile, est ṣāpō, malum, malignum, nōmē dæmonibus congruum. Constituerunt, clarius & melius in Hebraico, ḥāwī iazuc, fundebant, vt edidit Hieronymus. Infundebant, instillabant inuicē sibi verba, susurrōsque iniquos: alter in alterius aurem tacitis, iniquisque verbis insusurrabat. Verbum, vel sermo erat, Nunquid resurgent? solliciti sciscitabantur inter se, an conualescat, an surget qui dormit? Melius pro dormit Hebraicum ḥāwī shachab, qui iacet, qui decumbit. Nunquid is è lectulo surget, nunc decumbens, morbo membris insidente? Nunquid iste iacens, decubens, prostratus in lecto, surget? Hoc inter se susurrabant, requirebat audi mortis eius, vt sunt qui dignitatibus, officiis, bonis aliorū insidianter, audē mortē eorum expectantes, exploratores ad lectum ægroti mittentes, qui nuntient quid agat: si melius habeat, dolentes: si grauius, gaudentes, iam animis in eorum bona ingredientes. Genus pessimæ carnificinæ, quam sancti Vates omnibus modis detestantur, in ea carmina fundentes. Super quo pessimo scellestissimōque ritu sāpius Romæ sum illacrymatus, qui potissimum illuc viget. Dicendum q̄ iuxta Hebraicū, vt sit oratio clara, Verbum iniquū infundet ei vel in eo: Qui iacet, non addet vt resurgat. Modus loquendi Hebraicus. Etenim homo pacis mea in quo sporaui, qui edebat paes meos, magnificauit super me supplancementem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit iniquus meus super me.

EC L A R A T, vt consuevit, apertius, insidias domesticas, quæ sunt grauiora bella inestina. Homo pacis, homo simulans mihi pacem, amicitiam, cui plurimum fiderem, *Ho. pacis.* qui domi mecum eadem mensa pasceretur, assiduus, vt aiunt, commensalis. Magnificauit, magnam, inauditam fraudem mihi commentus est: grandem, prodigiosam mihi *Magnific.* Conflauit perniciem, omnia in contrarium, omnia portentosa, cuius ego vitæ autor eram, quem domi pascerem, cibum ei suppetarem, me per fraudem, per scelus agere conatur præcipitem. Idem sensus est, quod Hieronymus transtulit: Leuauit contra me plantam, more insidiantium, & planta implicata cruribus deiicientium, quod fraudis est. Leuauit plantam, siue calcaneum, supplantauit, vel sternere, & supplantare conatus est. Rabi quoque Salomon hanc vocem insidias interpretatur. His malis circumuentus auxilium petit, Resuscita me, ex strato quo nunc decumbo, ex morbo da conualescam, suscita me ex hoc lecto, pristinam restitue sanitatem, aduersus id, quod optantes dicebant, Non resurgent: sit spes eorum falsa, decipientur. Retribuam eis, aut ostendam eos errasse, sceleris eos coarctam. Aut si qua calamitas eos apprehenderit, non ero vt quondam eis misericors, vel quod magis probabile, & vt pīj solent, retribuam bonum pro malo, non par pari referam, sed mea charitate ac beneficentia, errasse eos conuincam, faciam vt eos improbitatis pudeat. Hos sensus Hebreis adhibentibus vehementer assentior. Proponit deinceps, vt soliti sunt Vates, quasi vaticinium, Deum velle facere quæ postulasset, hostibus diutinam lætiātiam non relinquendam: non cōmissurum Deum, vt inimici consequantur, quam peterent voluptatem, vacuos eorum animos futuros, illusos, expectatione frustratos, magno cum dolore discessuros: maior ignominia, quam exoptata voluptas.

Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus IsraEl, à seculo usque in seculum. fiat, fiat.

A T I C I N I V M est omniaib[us] pene carminibus confuetum: post commemoratas calamitates, quas aut humanæ conditionis affert fragilitas, & corporis imbecillitas, aut quod s[ic]pius solent, calamitates ab inimicis, orantes super insidiis, fraudibus, malficiis, præditionibus, calumniis, fictis amicitiis: ostendentesq[ue] Deum propitium esse & clementem, nec mortalium preces contemnentem, dum palam fatentur se exauditos, affecutosq[ue] quod postulassent. Idq[ue] tum ob clemētiā mansuetudinemq[ue] Dei, tum ob sua benefacta, quibus quidcm minimè fiderent, sed Deum propitium ob h[oc] sperarent, cui grata sit iustitia, integritas. Propter innocētiam, Hebraicè perfectionem, siue integratatem, vel simplicitatem, quod Hieronymus edidit, Quod mihi cor esset castum, nō infectum, tabidum, exulceratum, quod animus integer, mens æqua, quibus rebus maximè oblectaris, me suscepisti, siue ut Hebraicè, & Græcè, ἀντελαδε, auxiliatus es, manu prope cepisti, tenuisti, dexteram porrexisti. Hebraicum ῥωμ thamachtha, propterea Hieronymus perspicuitatis studiosus, euoluens scirpos Hebraicos, Ego autem in simplicitate mea adiutus sum à te. Quia ratione sit adiutus, quām fuerit præclarum beneficium, quod se præcibus & Dei clementia assecutum gloriatur, ostendit. Confirmasti me in conspectu, clarius ex fonte νῶν vathazibeni, statuisti, stare fecisti, assistere dedisti me. Indicat redditam valetudinem, reparata incolumitate me tuo templo, tuo conspectu reddidisti: fecisti ut sanatus adirem templum, ante oculos tuos, ante arcam gratias immortales haberem. Manus mihi porrexisti, & lecto dextera tua subleuasti, extra limina duxisti, ad templum quod cœtus omnis confluit, adduxisti, in conspectu tuum venire dedisti. Idq[ue] in semipaterno, posthac in omne tempus, perpetuae sanitati reddidisti: non breve ad tempus, sed in totum vitæ spatiū, perennem salutem reparasti. Propterea benedictus sis. Sunt, inquit Hebrai, verba h[oc] ipsius canentis, qui librum suum finiat, cum gratiarum actione, vt omnes consueuerunt scriptores sacri, velut in quinto Psalmorum libro, in calce A seculo. fere ubique est halcluia. Nam huc usque primus liber Psalmorum progreditur iuxta divisionem Hebraorum. A seculo usque in seculum, ab ævo ad ævum, à prima aeternitate ad alteram, omnibus temporibus, omnibus saeculis, nullo non seculo, & ætate sit benedictus, magnus, laudatus. Amen, amen, confirmationis, stabilitas. Nam Emuna, est fides, constantia, stabilitas. Amen adverbium stabilitatis, confirmationis. Confirmat benedictionem. Laudamus, gratias agimus quod labori nostro sic fuerit, propitiisque fuit, vt ad calcem procedere dederit. Sic ego gratias immortales habeo, quod vires constantiamque addiderit, vt totum hunc primi interpretandi Psalmorum libri laborem Fæquo animo perferrem, non lassitudine aut tedium desicerem, aut aliquis casus obiectus incepit laborem in medio cursu interpellaret. Romæ opus hoc absolutum est, Paulo Tertio Sacrorum principatum obtinente. tempus magis triste, quām lætum. Deus benedictus quem cecinere Prophetæ, scintillam lucis suæ peccatoribus immittat, iucundiora nobis tempora concedat. Annus crat M. d. x x x x i i .

P R I M I L I B R I P S A L M O R V M F I N I S .

P S A L M I X L I I I I . E X P L A N A T I O .

NON hunc Psalmum mirabili concordia conueniunt Hebrai, Græci, ac Latini esse oraculum de Rege Messia venturo ad homines. Siquidem primum Ione tas Chaldaeus, qui ex litterato sermone Hebraorum, siveque ipsorum præfata lingua, in vulgarem, quam ex captiuitate Babylonica, plebes hauisset, vertit libros sacros, sacramenta, quæ sub Psalmorum oraculis latitarent, quæq[ue] apud eruditiores eorum constanter eo tempore de Messia vaticinari crederent, conatus est exprimere, multis in locis in tralatione huius Psalmi, Messia meminit. Quem secuta ceterorum

Acæterorum Hebraeorum cuncta cohors, præcipue Salomon, Auen Esra, Rabi David uno ore asserunt esse super Messia, quem illi χριτόχον, & ut à cæteris qui Messia, id est *per emineniam* vñcti essent, discriben sit, vocare solent à Massiach, quod Græcè οἶχρος, Latinè dici non tam. potest, nisi dixeris Ipse Messias, ille vñctus, eximius ille in his qui vnguntur. Græcorum autem, ac Latinorum, qui Græcos sequuntur, perspecta est sententia, dependens præcipue ex testimonio diui Pauli, qui ad ipsos Hebraeos, suis eos oraculis conuincens, ex isto Psalmo, de filio testimonium protulit. Ad filium autem inquit, Sedes tua Deus, & quæ sequuntur. Hunc igitur tam communem consensum perspicuum habentes, & ex ipsorum hostium pectori, vi sua, veritate erumpente, facile quorum spectent, quæ dicentur, intelligemus, tametsi Hebraorum lingua, celans sub rerum vñstatarum nominibus, res quam, conditionis mortalis, excellentiores, sœpe intercludit iter ad perfectam earum intelligentiam, vt cùm maiora illa dicantur, res sensibiles quæ minores sunt, & terrestres dici putentur. Quod genus non tam in carminibus Sibyllarum, licet & illa sint figuris & tralationibus obuoluta, deprehendas. Illud autem nemini mirum fieri debet, de Christo tanta oracula (quæ si diuino spiritu illustraremur, facilius perspicerentur) apud Hebraeos haberi, quandoquidem quoad licet ex quibusdam, quæ ad nos peruenierunt, reliquis cernere, omnis terra, vatibus h[oc] canentibus, (sed præcipue terræ Orientis, Ægyptus, Chaldaea, Babylonia, Mesopotamia) plena fuit, primæ scilicet hominum sedes, vbi & Adam creatus, & vixit nongentis triginta annis, cuius vitam de eo qui & ipsum, & in eo totam posteritatem creasset, redempturisque à mortalitate esset, perennem Philosophiam par est fuisse. Neque fas est maximo illi genitori creatorem, qui ci maiora ostendisset, futura non demonstrasse, aut ipsum posteros suos, præcipue meliores, quæ vidisset & audisset, in tam longæua vita, classe. Atque & diuinis oraculis, & diligent consideratione constat, cundem creatorem hominis, cum quo in paradiso ille loquebatur, cum contemplabatur, fuisse, atque cum qui p[ro]st redenit, vt necessariò & illa praesentia & futura de eo perspexerit. Hinc in omnes gentes, oraculis etiam reuelata, de eo scientia manauit. Sed his veluti certis omissis, titulus huius Psalmi declarandus est. Dicitur, In finem, pro his qui commutabantur, filiis Core, ad intellectum, canticum pro dilecto. Primum quod Septuaginta transtulerunt ἀλοιθησμένων, id est, his qui commutabantur, Hebraicè est τοντον shoshanim: quæ vox omnium Hebraeorum & scripturarum testimonio, non sonat immutandos, sed rosas, vellilia. Hinc Hieronymus transtulit hic lilia, & Symmachus, Triymphus pro floribus. Cur autem Septuaginta immutandos transtulerint, causa fuit, quod maxima sit similitudo inter shoshanim, lilia, rosas, & verbum immutandi τὸν shina: quod si ad numerum multitudinis transeat, fiet superiori ferè simile shanim. Inde factum vt alterum pro altero acceperint illi vetustiores. Quos tamen si velimus tueri, probabiliter poterimus, Nam nescio qua sorte concurrunt hic inter se sensus, quod quos Septuaginta dixerunt immutandos, Hebraicè autem sunt lilia, Chaldaeus interpretatus est τοντον τὸν iathbe sanhedrim, eos qui sederent in cōcilio Mosis, id est, Septuaginta seniores illos, quos instituit Moses. Perspicuum igitur est eum, lilia pro hominibus selectis accipienda credidisse: vt qua forma stœvi & immutes in sacris litteris dicuntur tauri, icones & florentes Reges, arbores appellantur, sic viri selecti, egregii, præstantes, lilia seu rosæ dicantur. Sicque Septuaginta potuerunt vim vocis non ignorasse, sed perspexisse sub ea significatos fuisse aliquos beatiores, præstantioresque quām reliqui, quos immutandos, vt à cæteris distarent, vel ad aliquam felicem sortem renouando dixerunt. Itaque Græci, & Latini, simili sensu immutandos dixerunt, quos is, in quem h[oc] oracula aperte spectant, renouaturus sit, & à mortalitate, ad immortalitatem reuocaturus, quam diuus item Paulus, similiter innovationem appellavit. Omnes inquit ἀλοιθησμένοι, immutabimur. Hæcq[ue] immutatio per eum fiet, in quem, totum hoc oraculum editum est. Itaque siue casu, siue studio, translatio Septuaginta vera est, nec ab ipsis etiam Hebrais discors, quoniam lilia, vel rosæ iure sancti, & ad immortalitatem reparati dicuntur (nam sancti Dei florebunt sicut lilyum in cluitate Domini) sicq[ue] exponunt, Athanasius, Hesychius, Cyrillus, Appolinarius. Vnus igitur sensus super liliis, Septuaginta Chaldaei, Græcorumque fermè, & Latinorum omnium, vt sint hi quos ipse Messias ab interitu ad florentem iuuentutem reuocabit. Chaldaeus sapientes hos dicens, qui tanquam rosæ in populo florent, olerentque, & Rabi Salomon cum sequens, similem sensum proposue-

*Idem crea-
tor, qui &
redemptor.
Titulus.*

*His qui co-
mutabunt.*

*Lilia, in stru-
muficum.*

runt. Est alter liliorum significatus, ut notet musicum instrumentum, quod liliis insculptis D^e esset insignis. Quod genus hodie quoque videas; cūm in corpore lyrarum, & vnde sonus redditur, sint lilia, rosæq; insculptæ ligno. Hoc placuit Atien Esra, & Rabi David. Salomon autem sequitur Chaldaeum. Hieronymus transtulit lilia, nihil quo sensu essent accipienda locutus. Et alij multi Hebræi, vt testatur etiam Nicolaus, iuxta sensum Septuaginta & Chaldae, lilia populum Dei electum asseruerunt. In duos igitur sensus abit res, quorum neuter videtur reiiciendus. Nam instrumentum musicum esse, illa potest persuadere ratio, quod in principiis psalmorum, s^æpe quibus instrumentis canerentur, exprimitur. Quale apud nostrates comicos, in principiis comediarum, prædictitur, Tibiis paribus vel in paribus. Aderant enim varia instrumenta, quod & hodie quoque fit in templis, quibus diuinæ laudes canerentur. Hinc s^æpe psalterium decem chordarum, organa, tympana, cymbala, in psalmis inuenies memorari, quibus laudare nos Deum ipsi psalmi cohortantur. Habeturque de hac re in libris Paralipomenon hoc modo: Dixit David principibus Leuitarum vt constituerent fratribus suis, cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt resonarent in excelsis sonitus lætitiae. Ibidem referuntur qui præcessent prophetæ præcinentes, qui canerent pro victoria. Ac cūm dicitur in titulo, Super liliis, potest instrumentum designari, quia simili locutione alibi, vbi citra controversiam, instrumentum ostenditur, vt sit, vt cūm dicitur in principiis aliorum s^æpe psalmorum, Super o^{ctaua}, super Ghittenfi lyra. Rursum non potest tantorum etiam Hebraeorum testimonium reitci, probabiliter censem lilia diuiniores quosdam nuncupatos. Quæ cūm sub hac voce denotentur, eadem ratione probabuntur à nobis, qua s^æpe duos sensus in Aristotele, Platone, Homero, Vergilio, sub eadem vel dictione vel oratione deprehendimus. Nec nos turbare debet in litteris sacris, quod tam crebro occurrit in profanis. Est tertius sensus sub voce shohanim, cuius mihi venit in mentem cūm psalmum interpretaretur. Nam, vt inferius videbimus, ἡμεῖς Shashan, Hebraicè gaudium vel lætitiam denotat. In numero multitudinis conuersa vocali, in o, quod s^æpe fit, erit shoshanim, id est gaudia, & lætitiae. Et titulus dicet, super lætitias, vt innuat quod inferius dicetur, quod vñctus sit oleo exultationis, sic nūc prædicat se, læta, felicia dicturum, nempe ipsum Messiam, qui est filius, & gaudium nostrum, quemadmodū etiam eum in titulo vocat, amores, dilectiones, vt dicēns super lætitias, innuat super Messiam, per quem vita redit, omnīsq; fuit eae lestis & terrestris autor lætitiae. Quod autem dicitur In finem, differitur aliis psalmis, Sept. credidisse, mnazeach, quod vertunt εἰς τὸ τέλος, in finem, putasse duci à μέσῳ nezach, aternum, quod illi dixerunt in finem. Vox autē nazach, amphibola, ad victoriā, & aternitatē, exemplaq; sunt multa. Ideo quod Sept. acceperunt pro aternitate, ceteri Græcorū interpretū, quos sequitur Hieronymus pro victoria, transferentes mnazeach μετωπιῶν, victoriā danti, vincere facienti, Hieronymus victori. Idēmque in libris Paralipomenon putat hac voce denotari ὄχητος, carmen triūphale, quo canerentur in templo victoriæ, ex hostibus partæ. Canebant, inquit, ἐπινίκιον super victoriis. Tunc mnazeach participium est, à nazach. Quoniam autem eadem voce designatur ingens, alacrisque iubilatio, & quasi ἀλαλαγμός, F^o vt cūm dicitur, iubilat^o Deo omnis terra, videtur, (quod Chaldaeus sequitur) posse transferri quod Septuaginta dixerunt in finem, ad iubilandum, ad canendum totis præcordiis, rotō pectore, alacriter, vt audiatur iubilatio nostra, talēque sit nostro de pectore carmen, quale exultaūtum ob victoriam, iubilantium, frementūtumque castrorū. Tale quid faciunt Angeli in cælo, cupidissimè, & alaci plausu, regem suum prosequentes. Ad id quoniā eccl^{esi}a in tertiis, est eccl^{esi}a celestis imago, inuitant psalmi in principio, vt toto pectore, totis cogitationib^{us}, hoc sacrosanctum sacrificiū laudis, Deo nostro offeramus, quo se se explicat aiimus, hilarescit, exprimit gaudia, & amoris in Deum indicia pandit. Tunc lamazach designabit, ad canendū, exultandū totis vñsceribus, tota vocis animiq; contentionē, vt cāntemus repetamusq; hæc diuina carmina, quibus pulchritudo diuinitatisque creatoris prædicatur. Hocque acceptissimum sacrificium. Quarētur enim amor, hoc amoris clarum indicium. Dixi alias alibi sententias, quas si sincero animo perpenderas, videbis cum hiāc congruere, super voce mnazeach. Dicitur item in libris Paralip. vbi de carminibus his & ordine canendi agitur, vt resōnaret in excelsis sonitus lætitiae. Nam mnazeach propriè sonat consonantem, vñcentem contendēt. Sequitur autem in titulo, filii Core, quod Hebraicè οὐδὲ quo^{rum} duo casus possunt intelligi. Etenim articulus Hebraicus h̄ genitivo, & datiuo de-

A tuio deferuit, potestque dici aut filii Core, aut filiorum Core. Hocq; postremum verius. Declarat enim Chaldaeus, psalmum editum vel cantatum à filiis Core, dicens quod dictum est in propheta, super manus filiorum Core. Psalmus, inquit, & hoc oraculum dictum est à filiis Core, spiritu prophetæ. Nam manus sonat autorem apud eos, vt videbis ubique. Filios autem Core intelliges, sicut filios Israël, eos scilicet qui essent de stirpe Core. Perit enim Core in seditione filiis superstitionibus. Et in libris Paralipomenon, filii Aaron, filii Cath memorantur, vbi agitur de his rebus, qui parentes tempore, Moses fuerunt, & Core fuit nepos Cath. Itaque nonnulli Græci videntes in editione Septuaginta, τοῦ Ἰωσήφ, crediderunt psalmum datum ad canendum filiis Core à David, quod etiā fieri potest, ex Hebraico tamen quo dicendum est, filiorum Chore, sicut quod Septuaginta dicunt τῷ Δαύιδ, ipsi David dicendum τῷ Δαύιδ, apparet eos, quod & Chaldaeus ostendit, autores carminis fuisse. Copiosus enim tunc fuit spiritus prophetæ, erantque eo tempore sicut in Babylone. Sibyllæ, sic in Iudea, Prophetæ, & Prophetissæ multæ. Et in libris Paralip. vbi agitur de hoc ipso, dicitur: Conenias autem princeps Leuitarum, prophetæ præcerat, ad præcinctam melodiam. Ecce, Conenias de tribu Levi, præcerat prophetæ, filii autem Core erant Leuitæ. Ac forte è filiis Core erat is Conenias, qui in libris Paralip. dicitur princeps Leuitarum, quasi princeps filiorum Core. Ab his igitur edita est hæc prophetia, vel edita à David, ab eis cantata inter alia carmina. Quod autem sequitur εἰς οὐρανού, Ad intellectum, ad intellectum, clarus Hebraicè. Nam redūdat Græcis præpositio εἰς, Hebraicè ἡμεῖς maskil, intellectus, eruditio. De hac quoque voce quædam dissensio, putant, vt Rabi David, quod minus probabile, musicum instrumentum. Verius autem & plurium testimonio, ac ratione firmum, vt sit maskil, quod Sept. dixerunt, intellectus, intellectio, sensus, doctrina, sapientia. Qualis laudatur in psalmo cx. Intellectus bonus facientibus eum, scilicet timor domini, Initium sapientiae intellectus bonus. Et psalmo xlviij. Psallite sapienter, vbi est maskil. Sic isto loco intellectus sonat sapientiam arcanam, eruditio. Ideo & Chaldaeus, iuxta psalmum citatum transtulit hoc loco intellectus bonus, & Hiero. eruditio. Et Rabi Salomon, exposuit ρωμαῖον turgman, id est quod Græcè ἐρμηνεία, interpretatione, sermo clarus, elegans, competus, eruditus, Sicque appellat hoc carmen insigne oraculum, sapientia, profunda eruditio. Cuius autem vel de quo sit ista sapientia, sequitur ostendens, Canticum pro dilecto, quod eodem ferè modo ab Hebreis atque Christianis intelligitur. Nam propriè Hebraicum στοιχεῖα scir iedidit, sonat canticum dilectionis, sicq; exponit Auen Esra, pro iedoth ponens στοιχεῖα ababoth, dilectiones, amores: idem Rabi David, sic itē Rabi Salomon. Ac Rabi David hoc declarans ἡμεῖς οὐρανούς Vocatur, ait, hoc carmen, dilectionum, quasi dicat, dilectionis Dei erga Messiam suum. Ex quo habes eos concordes esse cum Christianis, qui dilectum interpretantur, filium Dei, de quo ipse pater, Hic est filius meus dilectus. Hieron. vertit, canticum amantissimi, pulchrum & istud, vnde & Laetantius merito Iudeos ipsos extrema neci à Vespasiano datos prædicans, Quia, inquit, exultaūt super amantissimum Dei filium. Ex quibus perspicuum fit, ita hoc loco vocare Hebraicam dialeton, ipsum dilectum, dilectionem, sicut vocat seruatorem, salutem. Nam Iesu^s, sus potius sonat salutem, quam seruatorem.

E Ructauit cor meum, verbum bonum, dico opera mea regi.

R A E C I, videlicet Eusebius, Cyrus, Euthymius verè testantur hanc esse quandam prefationem psalmi, & exordium: narrationem autem inchoari cūm dicit, Speciosus forma. Dicturus enim res mirabiles, non sine prefatione quem morem vetustissimos seruasse poëtas, palam est, ingressus est. Et apud poëtas prōponitur, deinde narratur. Sicut autem Latinus prius dixit, Arma virūmque cano: & Homerūs ἀνθρα ποιεῖται μῆτε, & quidem alius: Fortunam Priami cantabo & nobile regnum. Homerūs item & ipse psalmos quasi decantans, semper in principiis hymnorūm præfatur, cui cantare velit: vt in primo hymno:

Μήτρας εἴτε λάθυρας Στόλλονος Ἰατροίο.
Sim memor, atque tui hand oblinifcar Apollo.

Sic Vates Hebraeus præfatur quem cantare velit, nempe Regem. Verbum Eructauit, alia erat, ab Hebreis, alia à Græcis, non multum tamen differenti ratione exponitur. Hebraicè est

Eruct. vni rachas, ebullire, & stuarre, quando res procreatæ surgunt, mouentur. Hebræi ferunt hoc verbo designari motum cordis silentem, tacitas, arcanasque cogitationes, habentes in arcane pectore motum, conceptus tacitos. Mouebant, inquit, labia, eloquium non resonabat. Loquitur os quidem, sed omnis sermo prius in corde formatur. Sermo cordis dicitur, rachas, sic interpretati sunt Rabi Salomon, & Auen Esra maiores: minor item Rabi Dauid, ex antiquis suis etiam sensum deducentes. Ac Salomon pro rachas, posuit, sensum declarare volens γνῶνας, pullulare fecit, produxit. Et Dauid γνῶνα, mouit, vel mouere fecit. & Symmachus iuxta hæc εὐεργέτης καὶ λαοφάς, commotum est cor meum, verbo bono. Sic que designabit, quod Sept. dixerunt, Eructauit, quasi produxit. Datur autem sermo etiam cordi ab Hebrais. Et dixi in corde meo. Vadam & affluam bonis. Dixit insipiens in corde suo. Dixit Deus, Fiat lux. Pulchra est etiam ratio Græcorum & ferè cum Hebrais consona super Eructauit, eo designari ingentem cogitationum motum, estum, copiam prorumpentem, non sponte sua, sed ab alio incitatam, nimirum à spiritu sancto. Sicut enim ignis & virtus tollunt vndas, & stūmque, & crebros agitatus aquæ faciunt, sic cor suum feruere ab igne diuino prophetam dixisse. Feruensque & stuarre motu, vt qui moueat, significetur, & motus ingens, altisque cogitationum æstus, ac feruor. Interius ergo Græci penetrarunt, Hebrai in sola vocis nudaque superficie constiterunt. Referunt item Hebrai hoc loco, cor esse fontem cogitationum, & mos est scripturarum cordi dare principatum, Latinis, & Græcis etiam solitum. Vnde exordes, recordes. Et Homerus facit cor cogitare, dicere, hominésque ad cor suum, quasi secum inducit loquentes. Sed quoniā idem etiam ad animum homines inducit loquentes, & Latini dicunt, dementes, & amentes, Græci quoque παραφραστες, μεμφραστες, principatum ad animum referentes: declarata fuit alio psalmo hæc ratio, cor esse fontem causamque vitæ, & spiritus, qui ex sanguine existit: intelligere atque cogitare taciteque loqui, esse solius mentis, nullum hic munus gerente corde, solius terrestris, sensibilisque vitæ genitore: cōque multa animalia cor habentia, non habent cogitationes, nec possunt loqui in corde suo, mente, sermonis, cogitationisque fonte parentia. Duōque sunt, vt ait Philon, ἔχοντα θυμονίαν, ή λαφία, ή μέφαλον, habentia in homine principatum, cor, & cerebrum. Cerebrum fides mentis, cor fons & causa vita & sensuum. Sine corde sensus non esset, sine mente cogitari non posset. Ut autem sensus sunt corpori, & tamen insensatos dicimus, quasi dementes: & sāpe spirationem, totam animam vocamus, licet ratio, & mens non sit spiratio, sic ex quadam cognitione datur sensus, ratio, cogitatioque cordi, non propriæ. Si quidem & sine cerebro dicuntur, quibus deest ratio, cum nec ratio, cerebrum sit, nec hi cerebro, etiam dementes, careant. Anima quinetiam dicitur animus, spiratio, ventus, ab Hebraico τὸν νε σαμα, litteris inuersis, vera tamen anima, non est anima, id est spiratio. Affinitates igitur membrorum istarum, non propria membra, & ex affinitate nomina fortuntur. Sic cor non cogitat, sed quia est ex parte, ut cogitemus, quia generat spiritum, is sensus efficit, sensus sunt mentis psychiculum: ei tanquam præcipuo membro, sicut vita, sic item datur cogitatio: de quibus multis in locis. Verbum autem bonum dicens laudat, vt inquit Rabi Dauid, Messianū, Regem. F que istum, dicens ea quæ dicturus sit de eo esse verba bona. Quæ cantabo, inquit, diuina sunt, admiranda, suspicenda, grauia, sicut dicitur, intellectus bonus, id est, sapientia eximia, pulchra. Aitque Rabi Dauid, vt cognoscas eos nobiscum esse concordes. Et cantor laudat in exordio suorum verborum, quia verba quæ suscitat, cor suum super Regem Messiam, sunt verba bona. Verborum bonitas etiam Latinis est celebris. Et bonum sonat etiam Hebrais, & Græcis, & Latinis pulchrum, forma bona, sic verbum bonum, quasi pulchrum, vnde Musa Græcis dicta Calliope. Et Homerus ὅπικαλη. Quod autem ait, Dico ego opera mea Regi, eodem sensu Hebrai, & Græci, ac Latinis opera exponunt, hoc carmen. Canto, inquit, hoc carmen Regi, hanc prophetiam super Regem contextui. Dicam Musam meam Regi. Poëta autem profani Musas suas alloquentes, orant ut canant. Regem autem absolutè dicens, Quis non intelligit altam, vetustamque, per omnes gentes sparsam sapientiam? Apud quas Regem Regum, creatorem mundi appellarunt inuenies, cui cæteris in psalmis oblatur alijs. Reges munera, & cultum dicuntur. Qui Rex Regum dicitur, idemque est Rex Regum, atque Rex simpliciter, quasi verus Rex. Et Homerus eum appellavit ob hanc causam ὑπατον ρήστων, supremum imperantium. Callimachus item in psalmo, sine hymno in Iouem, Quid, inquit, (dixi enim saepe, Iouem esse Ichouam Hebraicum) aliud de Ioue dici possit? οὐδὲν αὐτὸν, οὐδὲν μέγαν, οὐδὲν ἀρακτα, quām cum esse, Deum semper magnum,

Cor. Cerebrum.

Animæ.

Verbum bonum.

Bonum pro pulchro.

Dico op. m. regi.

Rex regi.

Callimachus, p. sal. mucen.

agnum, semper Regem. Postea reprehendens Cretenes mendaces quod ei tanquam mortuus sepulchrum fecissent,

Kρῖτες δέι φευται, τούτη δέ τοφον ὡντα σειο.
Cretes mendaces, semper tibi nanque sepulcrum,

O Rex fecerunt.] A Tusciis qui Hebraicè loquebantur, ad Latinos allatum nomen Iouis, ex Hebraico. Et diuus Paulus, quem Aratus Iouem dixit, verum Deum interpretatur. Iamblichus, Illa, inquit, est optima ad felicitatem perueniendi via, quæ mista est invocationibus Deorum. η μάλιστα βασιλεώς αὐτῶν θόρος, sed præcipuè Regis eorum Iouis. Sic etiam illi ex oraculis agnoverunt hunc esse Regem etiam Deorum, id est, Angelorum, qui dicuntur & ipsi αὐτοί, Reges, vt si Rex Regum est, id est Angelorum, & Archangelorum, multò magis mortalium Regum. Cūm enim constituit pater Regem viuensorum, Regem creationis, vt per quem etiam sæculum, id est, cælum, & mundum fecerit: cūmque ille sit Rex viuensorum, cūm Rex cælestium, ac terrestrium Regum, iure nuncupatur Rex, sicut cūm dicimus Apostolum, præcipuum Apostolorum intelligimus, poëtam nos, & Græci principem poëtarum: & scriptura, quæ tenet in omnibus scriptis principiatum, sentitur sacra. Græci quoque cūm maximum totius Orientis Regem Persarum fentirent, eum simpliciter τὸν βασιλέα, nuncupabant. Vrbs dicitur nobilissima vrblum, apud eos η πόλις Athenæ. In sacris ergo litteris Rex absolutè, est maximus ille Rex ab Hebrais & Christianis concorditer Messias dictus, sed pro sua cæcitate Hebrais cum mortalium Regum tantum Regem scientibus: si diligentius considerare vellet, cognitoris necessariò Angelorum quoque, & B Deorum iuxta priscam philosophiam. Neque enim scriptura cum tantopere laudaret, tantamque maiestatem ei exhiberet, tot oracula in eum euulgasset, nisi vera essent, quæ maior philosophia Christianorum apertius, & antiqua theologia Ægyptiorum, Chaldæorumque perspexit. Apud Sibyllas enim inuenies præter alia diuinissima oracula, etiam hoc expresse,

Παντοπόφον κατίπιον, θεῖον γλυκὺν πνεῦμα ἄπαιοι
Κάθετο πνεύμα γε θεῖον πάντων ἐπόνοε. Hoc est,
Diuorimique ducem, & qui cuncta aλεράρη, cearatique
Instituit, dulcem qui vitam horpini dedit omni.

En Sibylla cūm à patre ait constitutum ἔγινε θεῖον, sicut & Paulus, Quem constituit Regem viuensorum. Eðque etiam vocavit cum παντοπόφον κατίπιον, omnia nutriēt, & cœrent Philosophia quoque eadem apud Chaldæos, à qua fluxerunt hæc carmina, quæ penes Zoroastræos & Magos erat, hæc diuinitus eloquuntur: πάντα ξεράνετο παττηράχειρα παρέδωκε δευτέρῳ η τριτον κληπτανταν γένος αιθρόπον. Omnia perfecit pater, & menti secundæ tradidit, quam primam vocat omne hominum genus. En primum dicunt à mortalibus vocari, quæsi Regem principem. Est clarissimum item atque admirabile testimonium Orphæi, vt viideas priscam omnium gentium philosophiam hęc cum antiquis Hebrais aperte confitentem. Is hortatur filium Musæum, vt aspiciat diuinum verbum, appellans eum mundi formatorem. Deinde adiurat vocem paternam, quam primam ediderit cūm crearet mundum, tum ad hunc ipsum reuersus, hortatūsque filium, in eum intueatur, ait,

Μένον δ' εὐσέβη καθεύδοι ἄνατα.
Et solum mundi aspice Regem. Paulò pòst de eodem inuisibili,
Οὐδὲ πιστὸν εἴτε πολὺ μεγάλης βασιλεῖος.
Nec quisquam est alius nisi solum maximus Rex.

Cernis apud Orpheum priscæ philosophiæ antistitem, eundem esse Regem, atque verbū, formatorem mundi. Hinc Philon ex his fontibus hauriens, eum dicit ὑπαρχον, magistratum, principem mundi. Clarum igitur est, cur cum Regem absolutè antiqua Hebraeorum sapientia vocet, & cur, & quibus testimoniorum hæc regia maiestas non possit esse à diuinitate scindenda, quod Hebrai si saperent, inteligerent utique.

Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

B Hebrais exhibetur sensus litteralis, à Græcis, quos Latini sequuntur, ulterius in causas penetratur. Lingua, inquit iuxta Hebraeos, mea, acceleratè loquitur de eo, videlicet Rege, vt calamus scribentis expedite. Ita pura, & minimè rauca, sed resona, claraque est mihi lingua, in decantando Rege, vt calamus acceleratis scribæ decurrit, elabitur. Talis est enim calamus in manu, qualis lingua in ore, estq; calamus, lingua quædā

tacita nostrarum manuum. Græci verò, quorum etiam respicit Nicolaus sensum, do-
d
Etè ac sapienter à Propheta sic prædicari dicunt. Agitur mea lingua, tanquam calamus à
veloci ardentiq[ue] scriba, non mouetur sponte motuq[ue] suo calamus, sed à scriben-
te: sic lingua mouetur à spiritu sancto. Lingua, inquit, mea est calamus diuini spiritus,
qui ista dictauit, vsus lingua mea, veluti calamo suo. Ac Hebræi dicerent esse compara-
tionem, linguam esse sicut calatum, Græci proprietatem intelligentes, scribam, spiritum
ipsum, cuius omnis operatio rapida, velocissimâque est, nulla re obstante potentia illius: vt.
Et factus est repente de celo sonus, tanquam spiritus vehementis. Quemadmodum autem
repentino, rapidoque spiritus descensu pectora illorum exarserunt, omnigenisque linguis
loquebantur, quidam etiam prophetabant: sic rapiente eodem spiritu linguam Prophetæ,
locuta est oracula eximia, ardentina, vno impetu, æstu mentis agitante, igne illo inuisibili,
animo calente. Hinc Græcè tales dicuntur ~~χαράξαι~~ occupati à spiritu ipso imperante, regé-
tique linguam. Vt at si fas est) hac similitudine. Vidi fœminas, spiritu malo detentas, ita ra-
pidè, promptè, terribiliterque loquentes, tanto torrente verborum, adeoque graui, & ac-
commode, vt mirum mihi fieret. Quid spiritus ille omnipotens, quo fulmine, impetuque
verba torquebit, cum omnia qua à spiritu facta ferantur, ardentina, volantiq[ue] fuerint? Vide
autem qua prefatione in hoc excellenti hymno sit usus, primum dixit, feruere, æstuarē sibi
pectus, verbo bono, quasi diuina prophetia, & quod Græcè expeditè vno verbo ~~χαλικη~~ si-
ue ~~καλλιτε~~. Postea, loquitur mea Musa Regem, deinde rapior, feror impetu mētis, stare lo-
co nescio. Quid, inquam, hæc sibi significant, nempe oraculorum dicendorum maiestatē? E
quasi hæc dicat præfatus, Æstuat mihi pectus, pulchra carmina texo, cano Regem, incen-
dor amore canendi, ardeo, rapior, æstu videns quæ sum dicturus, quam bona, grandiaque.
Scriba, autem, genitiuus est, Græcè ~~χαρακτής~~. Vnōque verbo Græcè velociter scribens
dicitur ~~χειρογράφος~~. Calamus est etiam in Chaldaeo, corruptè colmos, & pro calamo Hebraicè
w^u & stylus: idq[ue] Hieronymus interpretatus est. Idem tamen calamus, & stylus, alter æreus,
alter ligneus.

Speciosus forma præ filiis hominum : diffusa est gratia in labiis
tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

I exordium, & enarratio, primū verba perpendantur. Quod Septuaginta abso-
lutè pronuntiarunt ἡράκλειον, speciosus forma, Hebraicè clarissimus, per verbum
iaphiaphita, speciosus extitisti, formosus es: licet Septuag. more Græco verbū sub-
stantiuum omittentes, idem dixerint, Speciosus, eoque Euthy. dicit subaudiēdūν τηρηγές.
Et quinta editio, καὶ λαζαρίαν πατέρα τὸν αὐθόποτον, pulchritudine decoratus es præ filiis ho-
minum. Praeclarum est esse comparationem, Hebrais eo modocomparacionē exprimen-
tibus, ut si dicat, Iste est melior illo, dicant, Iste melior præ illo. & in psalmo, Bonum est
confidere in Domino, quām confidere in homine. Hebraicam locutionem non inuerter-
runt, dicendum est, Melius est confidere in Domino. Et apud diuum Paulum, Quia multi
filii desertæ, quām eius quæ habeat virum: intelligendum, plures sua enim lingua vtebatur.
Itaque & hoc loco, licet clarius quām in superius adductis, intelliges: Speciosior es omni-
bus filiis hominum. Item est Hebraicum idioma, filii hominū. Origenesq; putat, Hebrais
dici filiis hominum, sicut Græcis οἱς ἀχαιοῖς, filios Græcorum: sed Hebraicè quiddam aliud.
Dicunt enim filios Adā, quod Septuaginta dixerunt ιψος αὐθόποτος, quasi filios Israel. Ut enim
totam posteritatem Israel dicunt, filios Israel: sic totam posteritatem Adam, filios Adam.
Nec Hebraicè est, filii hominum, sed vbiique, filii Adam. Cū ergo in factis litteris est, filii
Adā, totum genus humanum senties, quicūque ex illo primo, qui verè ac propriè, & primo
dictus est Adam homo, hoc est terrigena γῆν, πτλογένος, χορός. Hinc vasti, & proceri simi-
les illi Gigantes, & πτλογένοι, terrigenæ sunt dicti, quasi nati ex τῇ πτλῷ, cœno, limo. Nā tulit
Dominus de limo. Itaque nunc filios Adam, vel hominis, totum humanum genus sen-
tiens. Nemo enim est, quin sit filius Adam. Pro, Speciosus forma præ filiis hominū, Hieron.
clarissimus ad Hebraicū dixit, Decore pulchrior es filiis hominum. & forma eleganter Latinus
dixit, quod Græcè καὶ λαζαρία. Cætera conueniunt cū fonte. Quod ad sensus attinet, quē dixerit
speciosum, ad eum redit sermonem dirigens, claret ex Chaldæo, qui sensus arcanos sæpe,
non veritus munus paraphrastæ, expedit, sensus, inquam, quos antiquo illo tempore con-
stans fama esset, in scripturis esse de Christo, & de eo debere intelligi. Sic transfert, Pulchri-
tudo

A t u o n i m u s R e x M e s s i a s ἡγεμονή adiphī, maior, excellentior est, filiorum hominis, præstantior est forma tua omni humana forma. Tum sequitur, Datus est spiritus Prophetæ in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternū. Ecce adiccit Hebraico, regi quidem, Messiam: gratiæ verò, Prophetiam, vt scires qui Rex, quæ gratia diceretur. Ac Rabi David admonet, verba suæ lingua duplicata, excellentiā denotare. Habent enim Hebræi sic verba, sicut nomina duplicata, quibus excessus designatur. Nanque vt dicunt, sancta, sancta, nos sancta sanctorum, id est locum sanctissimum: & sæcula, sæcula, æternitatē: aceruos, aceruos, magnū plicata, aceruum: Deus, Deus, meus: valde, valde, maximè, quod genus etiam in lingua Italica est, apud hebreos bene, bene, optimè: albus, albus, albissimus: durum, durū, durissimum, sic habent quedam eiusdem rationis verba Hebræi, vt εστιν πρᾶς dak, dak, quasi pulvescere, minui, & παίζειν, dam, dam, quasi sanguescere, rubescere. Ita est hoc loco, pro nostro speciosus forma γραπτης iaphethiaphira, quasi pulcherrimus es. Omnes autem non nostræ solum litteræ, sed etiam profanæ mirabilem, immensamque pulchritudinem, rebus intelligibilibus, id est his, quæ nostrorum fugiunt nunc obtutum oculorum, nec veniunt sub aspectum, quæcumq; cum non oculis, non auribus nunc sentiant, possunt aliquo modo intelligi, tribuunt. Tanta est illi pulchritudo, vt illa sit archetypos, nostra simulata, ymbratilis, pendēs, & nascens à corporeis linearimentis, corruptibilisue coloribus, illa in lumine claritatis suæ hærens. In hac est Deus formosissimus, omnes antecedens animos diuina, & oculis ac menti nostræ incomprehensibili veneestate. Hoc intelligens summo ingenio vir Aristoteles, tale edidit pendē oraculum: Quemadmodum, inquit, anima est inuisibilis, per visibilā tamen opera, quæ sunt tam multa cognoscitur: sic de Deo cogitare debemus, διάλογοι πορεύονται, καὶ λέει δὲ εὐρετηρίας, ξενὸν δὲ ἀλαβάστρον, ἀρτῆν δὲ κρατής, διόπι πάνω θυητὴ φύσις γενέμενος ἀθέρωτος, ἀπὸ αὐτῶν ἐρχονται θεωπῖται. Qui potestate quidem sit fortissimus, pulchritudine speciosissimus, vita immortalis, virtute optimus, vt tamen omni naturæ mortali sit inuisibilis, ab ipsis tamen operibus intelligatur. Sic Aristoteles Deum etiam inuisibilem dicens, eximiā ei excellentiāque tribuit pulchritudinem. Hæc prædicat de illo Deo, qui fecit cælum & terram, nempe regem mundi, filio, sapientia, quæ etiam à Salomone dicitur παντογνῶντας γενεσιάρχην, omnis pulchritudinis inuentrix, vt si inuenit ipsa omnem pulchritudinem, necessario infinita pulchritudine prædicta sit, sed crassis oculis nostris, & non merentibus, nondum apparente. Vt autem Aristoteles etiam naturæ inuisibili, & incorporeæ tribuit κάλλος, decorum: sic Platonicus Damascius πορεύοντος γελῶν, παντακαλαποῖν, primum pulchrum, omnia pulchra facit. Ad quam rationem, hæc etiam Philosophia à qua fluxerunt illa Philosophorum, sæpe Deum prædicat formosorum. Dominus regnauit, decorē induit, induit fortitudinem, vbi sunt illa duo Aristotelis διάλογοι πορεύονται. Et pro decoro, Græcè apud Sept. hoc loco, εὐερπέτεια, illud scilicet Aristotelis. Alibi quoque, confessionem & decorum induisti, amictus lumine, sicut vestimento. Quibus & sacræ, & profanæ Philosophiæ testimoniis, appetit etiam in rebus ab oculis separatis, esse venustatem, formam, pulchritudinem, etiam ineffabile, & quam corpora, maiorem. Ac vbi dictum est superiorius, Et decorum induisti, Græcè est μεγαλοφεία, quasi magnum decorum, magnum pulchritudinem. Quo constat mortalē pulchritudinē cum illa collatā, esse minimam, esse deformitatem. Itaque & Boëtius secutus philosophiā Platonis, creatorem mundi ad imaginem suarū idearū, omnia formantē alloquitur. Fingis ad exemplum pulchrum, pulcherrimus ipse. Nam prior Plato venustatē mundi ab alia maiore venustate deduxerat, vt à pulcherrimo, nisi pulcherrimum fieri non posset. Eaque Plato de creatore, & formatore mundi eloquitur: quem esse filium Dei, eiusdem testimoniis conuincitur, dñs, id est autorem, seu causam eum mundi nominantis, deinde istius cause patrem in Epistolis, vt constet eundem esse speciosum istum, atque eum, quem regem dixerant superiora oracula, quod Hebrei etiam conseruantur. Hunc autem esse Deum, claris rationibus euincitur, quod priscis sæculis, & in omni philosophia fuerit vulgatissimum. Idem enim est, rex absolute, ac formosissimus, creator, autor, visibilis pulchritudinis inuentor. Hæc autem eximia pulchritudo, quæ nunc oculos effugit mortales, cælicolis, quos & pietas cum clementia eius ad tantam beatitudinem sublevauit, aspicitur, cuius intuitu eos esse semper beatos, par est: ob hoc dicitur θεός, Dei contemplatio. Cuius quandom intuentes imaginem in monte Apostoli, haustamq; mirabili dulcedine, omniūq; oblitati mortalium rerū, exclamauerunt, bonum ac dulce esse ibi confitere, perennēsq; sedes ibi figere optarunt. Nobis itē si quādo cerneretur in hoc corpore, qualisq; videri cælicolis, & quāta solet, inexplicabili, longè quam formosarū aspectu mulierū maiore gaudio afficeret,

omnemque mortalitatem redderet contemptibilem. Hæc ambrosia, hoc nectar, quo fide
rea in sede, beati fruuntur. Diuina lethe, tanta dulcedine inundans, vt omnium præterita-
rum rerum, in se diuorum ora conuertens, faciat volentes animos obliuisci, quod illi, ma-
gna inter gaudia positi, & gloriae cælestis eis imagine oblata senserunt. Ut autem diuina
fortitudo Aristotele perhibente nō sentitur mortali naturæ, sic pulchritudo nō aspicitur.
Locū tamen esse quendā, omniū est mortaliū, omniūque litterarū cōsensus, vbi hæc affa-
tim enitescat, & ætheria theologia docuit, sæpe speciem, quādā suauissimæ, & semper au-
gustæ venustatis illius ad oculos mortales venisse, venturā autem aliquādo, & pàdendā to-
tā, cùm venerit filius hominis in maiestate sua, cùm miseri mortales pulsabūt pectora pal-
mis, se, quāta felicitate male viuēdo priuarint, aspiciētes, quā dulcedine, quā gaudia, sibi ip-
sis eripuissent, videbūt inenarrabilē decorē, nulla cum mortali forma æquādū. Quod si sēpe
formosam mulierem, cuius formā gratiæ quoq; comitentur, aspicientes, mirabili suavitate
replemur, incendimur itē amore, quarū si cōplexus daretur, beatos se nonnulli faterentur:
quid facturā putes æternā illā immortalēq; pulchritudinē, non è coloribus mortalibus, sed
gratiis inenarrabilibus resultantē, quæ nos tūc incēdia, quæ suavitas arripiunt? Dicce enim
ex illis in monte. Itaq; simili ratione est ante omnes formosissimus, qua fortissimus, rex ma-
ximus, creator, autor, & carmen super pulchritudine eius, hoc designat, quod quemadmo-
dū est creator, sic est ipsum bonum, est gaudiū, est vita, in quo omnia nostra desideria satia-
ta conquiescent, in eum omniū vota consumentur. Tunc satiabitur, cùm apparuerit glo-
ria eius, & torrente voluptatis suæ nos potabit. Ipse præmium nostrū, & dulcedo. Quādiu à
conspicu eius abfuerimus, nunquā conuiscemus, perenni siti æstuantes, nec vacuuus vn-
quā erit mōrōre animus, quadā nos noctesq; diesq; mōrōtia tenente. Eadē ratio erit, si re-
feras hanc formam ad omnigenā virtutē eius, vt quemadmodū alibi dīstum, Confessionē,
& decorem induisti, quasi τερπικός appellás decorem, & laudem, potestatem eius, creandi,
& signa quæ creando, diuinitatis suæ demonstrauit, sic talem ei nunc tribuat decorē, vt qui
Rex sit absolutē, ceu Rex maximus, sic etiam pulcherrimus, nempe gloriosissimus. nā pul-
chritudo Dei, gloria dicitur: οὐδέ ταῦτα, nobilissimus, nihil habens non egregium, non insi-
gne, nō formolum, radios diffundens bonitatis. Est alia pulchritudo corporis, quam Vates
spectare potuerit, vt Messia in humano corpore futurū dicat nobilissimum, formosissimū.
Quæ pulchritudo etsi vera fuit, quia omnium fuit, estq; mortalium speciosissimus: videtur
tamen hæc quasi pars illius vastæ gloriæ, vt potius referatur tota maiestas, & pulchritudo
eius, quam vna corporis, particularis, præcipue corporis nōdūm glorificati, & sub quo ma-
iore illam pulchritudinem suam occultaret, nolens venire ad mortales in claritate sua
quod & ferre eam non potuissent, & veniendum ad labores erat, descendendū in aciē, per-
ferrendi dolores, quibus fortiter tolerandis ad maximam pulchritudinem illam mortales
attingerent. Hebræi nihil super hac re loquuntur, sed tantum de nuda verborum significa-
tione patua locuti diffugiunt, dicentes, Formosus es, figura, decore, intuentes formam cor-
poræ. Græci variant, alijs ad corpoream pulchritudinem, alijs ad incorpoream referentes,
alijs ad vtrūque: sic item Latini. Qui ad animā referunt, dicunt eum solum ex omnibus ho-
minibus caruisse peccato. Alij, vt te appellaui regem, sic dico te exceedere pulchritudine &
gratiæ omnes mortales, sapientia quoque quæ ore insidet, mirabilis es. Vera sunt & illa quæ
à Nicolao referuntur, à maioribus Latinis manantia, ad Latinos ex Græcorum fontib⁹
defluentia, corpore & animo fuisse eum absolutum, corporis gratiam cum animi pulchri-
tudine respondisse: nihil in eo non perfectū fuisse. Adductürque à Nicolao quod Porphy-
rius ex Euripide, οὐδέ τον ἔδος δέξιον τυγχωδός, Prima species imperio digna. Qui gratia &
forma præstat, is imperio dignus esto. In quo maior gratia animi & corporis ineft, huic impe-
rium debetur. Sic regem istum Messiam, nihil non habuisse regium: vt erat Rex, sic imperiū
ob infinitas gratias quantæ in nullo mortali fuerint, meruisse, vt sit præclarus regis descrip-
tio. Sed quoniā tū nō subiacere peccato, tū habere incoparabiles gratias, ex illa pulchri-
tudine manat, tum quia Christus non fuit Rex mortalis, sed maximi regni cælorum, cuius
famā primus ipse vulgauit, nec hominibus, regum more imperauit: videtur regia cælestisq;
illa maiestas, & pulchritudo maximè prædicari. Hoc enim maximè fecellit Hebræos, non
vidētes quale imperiū, quæ maiestas prædicaretur, opinatos corpoream, Prophetæ tamen
apertè, nominibus rerū corporearū, maiores illas cælestes, & immortales res nuncuparunt.
Nam Zacharias (quod exemplum est mihi vbiique necessariū) cùm memorat iusurandum
patribus factū, nominat tenebras, & vmbra mortis, inimicos itē, quæ nomina rerū sensibi-
lium

Alium pro sensibilibus accipienda non esse clarum est. Sic species, & pulchritudo Christi
immortalis, indicat eum regem immortalem, non terrenorum regnum, sed cælestium,
& terrestriū dominatorem, formāq; etiam ista clucebat in corpore humano suo, quoad ip-
se vellet, gloriamq; suam, regiumq; decus occultaret, extantibus expressis diuinita-
tis, maximiq; imperij signis. Ideo quod ait, præ filii hominum, potest quidem iuxta Au-
gustinum, ex hoc intelligi, hunc regem futurum fuisse hominem, quia comparatur homi-
nibus: comparatio autem fit in eodem genere, hōc q; Hebræi dicent: sed, vt dixi, ista ma-
xima gratia, regiāq; pulchritudo non potest esse à diuinitate sciuncta. Da enim aliquem
hominem, qui non peccet, in quo non sit aliqua deformitas, aliquod vitium. Et nefas est di-
uinam Theologiam, ipsumq; Spiritum sanctum, mortalem aliquem tantum caducas viæto-
rias, sceptræ lignæ habiturum, tot laudibus onerasse, vt in eum tot Prophetarum ora ape-
riret, tanta præconia, tot oracula ei prædicti faceret. Itaq; si rectè consideres, secus res quæ
habuerunt, habere non potuerunt, vt is esset diuina pulchritudine, & digna, quæ à tot Va-
tibus prædiceretur, à Spiritu sancto decantaretur, indutus, Rex regum, Dominus domi-
nantum. Comparatio autem cum hominibus, non cum Angelis facta est, quod tum homo
futurus esset, tum ex rebus notis assumatur exemplum. Nam cùm Anglorum forma sit
ignota, accepit exemplum clarum, sicut sæpe dicimus, Deum superare vires nostras, maie-
statem eius, omnem humanam gloriam longè excellere. Hæ locutiones vbiq; circumuo-
litant, pulchritudinem quoq; humanam Philon ait, à diuina venire, vt quasi sit comparatio
inter creatorem, & cœrataram. Iam etiam homo futurus erat, cuius gratia supra omnem
mortalem pulchritudinem à diuinitate manaret, iurēq; ob hoc hominibus comparatur, si-
cut etiam regibus terrenis collatus, rex regum dicitur. Ideo quod ait,

Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in
æternum.

Tul. offic. 2

SIGNATVR vt Græci, & Latini testantur, regia sapientia. Describit regem incly-
tum, insignem, eumq; primum dicit omnium mortalium speciosissimum, tū ex ore *Gratia.*
Eius gratiam eloquentia fluere, priorq; pulchritudo totius maiestatis, totius formæ
regiæ est: secunda, quæ maxima est, tribuitur ori & eloquentia. Quid autem supererit ad
pulchritudinem, cùm videris aliquem primum regem, deinde speciosissimum? postremq;
diuina, immortaliaq; loquentem? Nec vox hominem sonat, Namq; haud tibi vultus mor-
talis. Tres maximæ Charites, regia maiestas, forma, eloquentia. Tantam autem docet hanc
gratiam oris, ac sermonis esse, vt eam appelleret fusionem, quasi torrentem, flumen. Sic Ho-
merus γλυκύρ πένθος, melle dulcior fluebat vox. Sed idem noster maximus, speciosissimus
que rex verius de se dicebat. Qui sitit veniat ad me & bibat, flumina de ventre eius fluent
aque viuæ. Et ad Samaritanam, Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet
in æternum. Hæc illa eloquentia, hæc oris gratia reuocans à morte, ad regna cælestia, rara
& diuina τέλος, & oris gratia. Quicquid autem hic dicitur, spectat, vt dixi, ad aliud regium
insigne. Ac diffusa est, potest, quoniā est passiuum, intelligi diffusa ab eo qui eum benedi-
ctit. Cxit: aut sine persona, diffusa est, fluit insidet gratia in labiis tuis, circunfusum est gratia os
tuum: sicut fons effunditur, aut effundit sese, sic effudit sese vberim gratia in ore tuo, quasi
vberima, maxima, redundansq;. Quæ autem sit hæc gratia, quæ eloquentia, et si clau-
rum est, Chaldaeus tamen diuinè explicat, pro diffusa est, dicens, Datus est spiritus propheta-
tiae in ore tuo. Gratia igitur est spiritus prophetæ. Est autem prophetia Hebræis, non fu-
turorum modo prædictio, sed etiam omnis sacra cælestisq; eloquentia, omnis de rebus al-
tissimis, ac sapientissimis sermo, qualis apud Græcos philosophia, Persas & Chaldaeos Ma-
gia, Theologia quoque apud nos, & illos rerum magnarum, atque occultarum explicatio.
Eadem enim ratione celantur, quæ sunt, tametsi præsentia, ab oculis tamen remota, neque
villa est earum in nostris animis effigies, atque ea, quæ in causarum suarum serie delitescunt.
Siue igitur explicet rerū futuraru sicut rerū tēpore, sed obscuritate remotissimaru late-
bras, prophetia est. Ideo prophetæ apud omnes gétes dicti sūt quasi theologi, & sacerdotes
eū Diis loquētes, sacerdotesq; Agypti, Prophetas Dioscorides, aliiq; Græci solēt appellare.
Nam prophetæ quasi diuorum interpres dicuntur: sacerdotes autem intercedunt inter
homines, & Deum. Spiritus ergo prophetæ, est spiritus sapientiæ, & scientiæ. Spiritus va-
tinandi, philosophandi, theologiae, in quibus rerum futurarum prædictio tenet præci-
puum locum. Et Auen Esra ait, hoc latam eius sapientiam designari, quæ cùm sit interior,
Prophetæ.
sacerdotes.
BBB iiiij

eloquio representatur. Talis gratia effusa est in illo, qui non solum venientium seculorum, metasq; omnium temporum nobis explicuit, sed etiam arcana quæ à nullo hominum sciri potuerint, reuelauit, reserans mysteria cælestia, intra cæli vertiginem abscondita. Hæc eius perennis vberimq; fluenſ eloquentia. Eadem videbitur, cùm eum omnes mortales audiēt loquentem, tonitrua, fulminaq; contra impios tonantem: dulcem autem, ac placidum erga pios, regiis editisq; fortes æternas cuiq; deputantē. Quod autem dixit, Propterea benedixit te Deus in æternum, Rabi Dauid vult hunc esse sensum: Cùm intelligam in te esse tot dotes, tam præclara dona, dixerim te, Deum, benedictione sempiterna benedixisse, non possum aliud dicere, quām te à Deo benedictum in æternum. Ac cùm dicit, Propterea, non respicit causam, quod illa fuerint in causa, vt à Deo benediceretur, sed eorum est causæ assignatio. Hoc, inquit, est, quod in te est tanta sapientia, tanta maiestas, quia benedixit te Deus in æternum. Ideo benedictus es in æternum à Deo, quia tanta es ab eo gratia donatus. Non aliud est hæc gratia, quām diuina benedictio. Verū duos potest habere sensus, cùm à Deo benedictum esse, vt aut ad consuetudinem scripturarum omnia in Deū, præcipue maxima quæq; referentium, dictum sit, aut altissimum subest mysterium, declaraturq; illa sapientia, quam idem ipse attulit de cælo. Omnia qua filius habeat, à patre accipisse, à quo primū accepit, accipiatq; ipsum esse: esse autem non humanum, sed diuinū, cū quo omnia bona sequuntur. Ideo ille dicebat, Sapientia mea est mea, sed eius qui misit me. Et omnia inuenies eum, præcipue apud Ioannem, vbi est altissima philosophia, patri referre accepta, tanquam optimum, obsequentiū, gratissimum filium, iuxta quam philosophiam etiam Paulus dixit, Quem constituit regem viuencorum. Et Constitutus est à patre iudex viuorum, & mortuorum. Et, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. &c, Caput Christi est Deus. Angelus item magni consilij apud Esajam, nimis missus à patre. Illeq; solus patris sui diuinitatem apertè reuelauit. Hanc philosophiam inueniemus etiam apud præcos. Ideo enim vocabant patrem τὸν ἄγαθον, ipsqm bonum, scientes ab eo manare omnia: primumq; omnium causam, filium suum. Chaldaeorumq; oracula, & Sibyllarum apertè confitentur, ei à patre rerum creationem traditam, regemq; Deorum ab eo constitutum. Hæ sunt gratiae, quibus à Deo benedictus fuit in æternum. Neq; verò filius est minor. Nam genitus à Deo, Deus est, cū diuinitate est æternitas, omnis potestas, sed è minor, quod ille dedit, is accepit. Ille genitor, is genitus. Is mittitur, exequitur, paret: ille mittit, iubet. Ac quoniam dixit, in æternum, quis non intelligit diuinitatem sempiternam? Quid hic dicent Hebrei, cùm hunc de quo hæc dicuntur, fateantur esse, Messiam volunt esse meum hominem moritum, nihil amplius? Vbi est in his sempiterna benedictio? quæ, quid aliud, nisi gloria æterna, & earum gratiarum, quæ in eo apparuerunt, & à Prophetis sunt decentatae, sempiterna possessio? Si est rex, si speciosus, ante omnes homines, & si tanta gratia & sapientia circumfusus, haecq; omnia in sempiternum, quid aliud prædicatur, nisi diuinitas, cui & omnia bona, & bonorum æternitas est adiuncta? Qui triginta vel quadraginta, vel etiam centum annos regnet, deinde sicut cæteri moriatur, eo mortuo, omnes cum eo gratiae morientur, nec erit sempiterna benedictio? Est autem benedictio, largitio, effusio. Ideo cùm Isaac benediceret filium, dixit, Det tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini, & olei, & seruant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit, benedictionibus repleatur. Simili quadam benedictione, benedictus est à patre suo filius amantissimus. Dedit ei omnium rerum abundantiam, dedit diuinitatem, omnigenam sapientiam, ac potestatem, dedit imperium, iussit vt in nomine eius omne genu flecteretur, cælestiū Angelorū, mortaliū hominū, dæmonū deiectorum. Qui spernit eum, spernit patrem eius, & ab eo maledicetur. Qui autem adorauerit, benedicetur, benedicetur ab eo. Et hæc benedictio, non ore, & votis, qualis Isaac, sed quoniam supra Deum nihil est, fuit re, & fuit ab æterno. Ideo vñs est præteriti temporis verbo. Ne subterfugias autem, dicasq; non sempiternam benedictionem designari, quia εἴη ολα, designet seculum, ecce pro seculo transtulerunt Septuaginta Hebrei αἰώνα, æuum, quod teste Aristotele, & Plotino dicitur quasi ἀεὶ ὥν, semper existens. Ideo recte Latinè redditur in æternum. Ac quod dixit in præterito, in æternum benedixit, respicit, vt dixi, non solum posteriorem, sed etiam anteriorem æternitatem, licet apud Deum sit vna.

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.

Hebrei &

AEBRAEI & Græci conueniunt in eundem sensum, quod narrata eius pulchritudine, narrata sapientia, describit fortitudinem, alloquens vt imperatorem, vt magnum dum etorem copiarum, accingat gladium, hostes prostrat, & occidat. Hucusq; Hebrei progrediuntur, sola verba, sensum in superna facie apparentem proponentes. Chaldaeus autem ampliauit orationem, hostes memorans dicensq;, Accingere ense tuo super femur tuum fortis, vt interficias Reges cum Soldatis, id est, principibus. Græci igitur, ac Latini hos hostes, & Reges, eos interpretantur, qui κοσμοκράτορες, principes mundi à nostris dicuntur, cum quibus, vt saepe dixi, sceleratorum, impiorumq; sequitur agmen, qui perinde regnum patris sui, quod iustitia, æquitasq; est, & recta ratio euertere conantur, atq; dæmones. Respice igitur animumq; exercere. Non enim sunt veri hostes, qui nostras opes corporeas depopulant, sed qui profanant iustitiam, quorum consilio efficitur ciuitas impiorum, regno, & gloriae Dei infesta, inimica. Quemadmodum autem iustitia, & pietas gloriam Dei, nomenq; augent, cupiuntq; famam cælestem imperiumq; propagari: sic omnis impietas molitur dédecus Dei, maiestatem eius querit minuere. Cùm autem filio, vt omnium gentium, & nostris oraculis est cantatissimum, pater tradiderit rerum creationem, & earum administrationem, eumq; imperatorem, & ἡπαρχον, vt Philon vocat, regni sui constituerit cùm filius venerit in mundum, vt patrium decus propagaret: eadem certè ratione: cius hostes sunt, & ad cum spectat cædes impiorum, inimicorumq; Dei, qui sese à cultu cius auerstant. Induciturq; in sacris litteris, filius, gloriae patris sui ardentissimus defensor, vt cùm eicit è templo iratus vendentes, & ementes, ei eritq; eorum sedes, & hoc in humano, fragiliq; corpore, & in re minoris ponderis: quomodo astuabit, quo impetu, quâve indignatione à conspectu suo abiicit scelerissimos & impiissimos quoq; s; totamq; malorum cateruam? quos inimicos patris sui appellabit, sicut pios amicos? Venite, dicet, benedicti patris mei. Vbiq; etiam in sacris litteris impios, & sceleratos, inimicos Dei inuenies nuncupari. Nonne qui oderunt te Domine, odrat, & super inimicos tuos tabescet? Contabescet, liquefiebat homo dolore, & indignatione super inimicis Dei, quid filius ipse Dei, ad quem spectat maximè totum istud odium? Et illud, Inimici autem Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, sicut holca herbarum deficiunt. Ecce, inimicos Dei superbos, ac principes, & in honoribus constitutos vocavit. Consideratis igitur omnibus, hæc appellatio inimicorum, & contra inimicos bellum, ac cædes eorum, & gladius quo cædūtur, maiora declarat, quām res humanas, & humana bella, vilia indigna Deo. Nec de sanguine inimicorum fundendo, sed de mactandis eis alia ratione, quod & Esaias prædictum, de ipso Messia canens. Et spiritu laborum suorum interficiet impium. Et diuus Paulus: Quem Dominus Iesus spiritu oris sui interficiet, innuens Antichristum, eversorem paternæ gloriae, quiq; turbabit, aget, rapietq; mundum. E grege eius sunt, signumq; eius sequuntur omnes impij, quæ quidem res principium habuit à dæmonibus. Ecce quomodo Messias sese armabit, interficietq; inimicos solo spiritu suo, sicut solo spiritu, & voce quadrivium mortuum resuscitauit. Hæc antiqui Poëtae imitati, induxerunt etiam ipsi Deos pugnantes: & apud eos, & nostros vñs sunt Dij, id est, Angeli armati, gladium horribilem, fulminum tenentes, tantaque se facies aperiebat, vt exanimes caderent videntes. Et Homerus hæc sacra armulatus, quorum apud Ægyptios non fuit ignarus, perinde atq; nostræ litteræ, exercitum pestilentia interfectu, inducit, interfectu iaculâte desuper Deo. Sic exercitū Assyriorū pestilentia interceptum, sacrâ litterâ dicunt ab Angelo trucidatum. Illis & in sequentibus temporibus Angeli gladios ardentes teneat vñs sunt, qui pestilentia occidissent. His exemplis fit perspicuum, non debere nos falli, aut turbari consuetudine scripturarum, Deo, & inimicos, & bellum, & gladios attribuentium. Si quidem & de Angelis (licet de populo exponunt Hebrei, Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compediis, & nobiles eorum in manicis ferreis) dicitur in Psalmo. Et gladij ancipites in manibus eorum. Ecce gladii in manibus Angelorum ad interficiendos Reges, & Principes, quod nunc prædicatur de Messia. Nec arbitror tamen gladium illum Angelorum, ferream spatham, quibus mortales vtuntur, quenquam sentire, sed simile quid. Et Chaldaeus illic dixit, Et gladius iustitia in manibus eorum. Habes quem gladium sentias. Mortales quoq; singunt iustitiam, gladium tenentem. Et magistratus anteit gladius, quo ipsi non vtuntur. Nec certè si recte perpendas, aliud est illa iustitia sic figurata, nisi filius Dei, qui constitutus est à patre iudex viuorum & mortuorum. Nam pater, vt de se filius loquitur apud Ioannem, non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Iste gladius,

quo accingit se, & hoc designatur vniuersalis eius iustitia, & potestas, regia maiestas. Is D
procedit ex ore eius acutus. Vocauerat eum Regem, dixerat esse formosissimum, grandilo-
quum, nunc tribuit sceptrum regium, potestatemque iudicandi, dat ei fasces sicut Dictatori,
quæ cum supra Romanos potestas esset, antecedebant eam duodecim fasces. Cō
fules sex, quibus cædere obuios quoque prauè agentes, vrbem obambulantes, omniaque cir-
cūspientes, quale facit in mundo iustitia diuina, solebant. Ex hisse Hebrei saperent, hunc
tam inclytum, tanta maiestate Regem nisi Deum esse non posse cognoscerent. Proponitur
enim vniuersalis quædam iustitia, inimici & gladius alterius generis ostenduntur. Considera
& illud, si Messias non Deus, sed homo, si non fuit, sed futurus est, quomodo eum allo-
quitur quaspræsentem, Accingere gladio tuo ò potentissime? Crede mihi, videbat eum, &
cum eo, spiritu sancto uestus loquebatur. Præsens præsenti hæc canebat. Deinde licet sit
Hebraicè γάρ ghibbor fortis, potens, vt possit in homines cadere: non sine ratione tamen
absolutè fortis dicitur, sicut & rex. Et gibbor, sepe est nomen Dei. Ornat igitur eum regis
insignibus. Dedit coronam, appellavit, salutavitque Regem, dedit speciem imperio dignam,
dedit grandiloquentiam, maiestatemque dictandi: nūc dat gladium iustitiae, appellas etiam
potentem, fortē.

Ioan. 8.
Ghibbor.

Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede,
& regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te E
mirabiliter dextera tua.

R A T I o iuxta Græcos, sic distingueda est. Sunt enim tria verba imperandi, Inten-
de, sequitur Græcè γέλειν & prosperare, feliciter ingredere, quod Latinus, prosperè
procede. Terrum est, regna. Sed Hebraicè aliquid variū. Primum quod dicitur, spe-
cie tua, siue gloria tua, est γάρ hodeka, confessione, laude tua. Deinde γάρ vchadareka, &
splendore tua, gloria, pulchritudine. Tum vbi Septuaginta dixerunt γάρ οὐτε, & intende, est
rursum γάρ vchadareka. Eoque Hieronymus transtulit, gloria tua, & decore tuo. Et quod
Septuaginta γάρ βασίλειον, & regna, est γάρ reckab, equita. Tum quod transtulerunt γάρ της ἀλη-
θείας, propter veritatem, est γάρ της ἀληθείας aldebar, emeth, quod duo designat, id quod Septua-
ginta transtulerunt. Et super verbum veritatis. Iam quod apud nos dicitur, & iustitiam, iun-
genda sunt, & mansuetudinem iustitiae. Præterea sciendum dimidum superioris versiculi ha-
bere cum isto, dicendumque vt oratio sit clara, & distincta, & iuxta Hieronymus. Accingere gla-
dio tuo super femur tuum potentissime, gloria tua & decore tuo. Tum sequitur aliis ver-
siculos: Et decore tuo, prosperare, equita super verbo veritatis & mansuetudinem iustitiae, &
decibet te mirabilia dextera tua. Est igitur elegans repetitio decoris quod poëtæ solent:

Ecce autem Panthus telus elapsus Achium.

Appositio.

Panthus Otriades. Et velut nisi quis diceret, Versatus est in prouincia, splendide, & dignè. Et, dignè se, vbiq; gesit. Et, in caelo, viuit perenniter, & beatè. Et beatè semper triumpha F
tur. Dixerat autem vt accingeret cum decore & gloria gladium, id est, decorè, inclytè, glori-
osè, nobiliter, speciosè, pulchrè, regaliter. Rursum ait, vt decorè & gloriosè accinctus en-
se diuino procedat, feliciter ingrediatur in bellum: eius enim tantam esse potestatem, vt
dexteram suam sensurus sit fortissimam, validissimam. Ingrediatur autem ad iustitiam, & ve-
ritatem, tum ad mansuetudinem, vt iudicium sit mite, clemēs, mansuetum, non crudele: tri-
buitque ei haec omnia, gladium regium, incessum grauem, felicitatem in rebus gerendis, ve-
ritatem & prudentiam in disquirendo, cum seueritate & iustitia mansuetudinem, fortitudinem quoque manuum, rerum item gerendarum, incredibilem potestatem. Potest autem
quoniam apud Hebreos casus non distinguuntur, hoc modo dici iuxta expositionem Ra-
bi David, Accingere gladium tuum, super femur, potentissime: gloriam tuam, & decus
tuum. Gladium, inquit, accinge, qui est decus, & insigne tuum, in hoc gladio potestas & glo-
ria tua cognoscitur. Gloriosus ensis tuus, maiestas omnis tua hoc gladio intelligitur. Est
enim imperij & potestatis insigne. Ac rectè dicunt Hebrei gladium, γόργικόν, accipi, non
revera, sicut autem dictum est, eoque timorem omnium gentium designari. Quare autem da-
tus sit gladius Messias, non rectè intelligunt. Ac dicunt quod, quanquam in diebus Messiae
erit pax, sicut sunt vaticinati prophetæ, tamen in principio regni eius, erit bellum Gog, &
Magog. Quo testimonio imprimaria eorum, aperte conuincitur, & veritas ignaris excidit.

Con-

A Cōfundūt enim duplē Christi aduentum, quo primo adueniente, pax in toto orbe ter-
rarum fuit. Et Angeli eo nascente cecinerunt, In terra pax. Et Esaias eum Regem pacifi-
cum appellat. Et Sibyllæ eo nascente aurea sœcula redditura. Venit enim mansuetus, humili-
lis, placidus: & cum posset gentes implere terræ, spargere per omnes terras legiones ex-
iles, adeò tamen maiestatem suam dissimulauit, & texit, vt se ante omnes homines de-
icerit. Factum est igitur, quod Hebrei veritate cogente fatentur à Prophetis prædictum.
Quid enim indigemus testibus, ipsis ea aperte asserentibus? Quod autem dicunt de Gog &
Magog, confundunt, vt dixi, ex summa imperitia alterum aduentum, qui erit in gloria ma-
iestatis suæ, circumstantibus legionibus Angelorum, & millibus sanctorum, bellumque erit
visibile contra Antichristum, qui iure à nostris dicitur filius perditionis, & princeps apo-
stas. Consurget enim contra omnem quod dicitur Deus, eoque cultoribus veri Dei bellum
inferet, summis eos cruciatibus, vbi potuerit, afficiet. Is ab eis vocatur Gog & Magog se-
ptus exercitibus impiis suis. Ideo sanctis fidem speciemque Dei veri implorantibus, & turbato
tumultuanteque toto mundo, nec sani quicquam restante, veniet de caelo terribilis filius Dei,
impiumque illum gladio oris sui interficiet, finemque rebus imponet. Hæc est veritas, hæc ab
Hebreis, sed mente ignara dicuntur. Dicunt enim ab isto, de quo canitur Psalmus, bellum
impiis inferendum, & sanctos ab eo liberandos, se sanctos ex summa imperitia, impios au-
tem Romanos & Christianos interpretantes, eodem scilicet iudicio, quo sunt in omni pro-
fessione. Rectè igitur gladium figuratè accipiendo censem, eoque designari iudicium & Gladis.
B bellum contra impios. Hoc enim canunt nostræ litteræ, quod magis etiam Hebreorum
his testimoniosis roboratur, qui nescio quo impetu agnoscent, & fatentur gladium hic acci-
piendum esse figuratè, quo se, refellunt, cum Messiam terrestrium copiarum ductorem
faciunt, ensem ferreum, quo sanguinem eorum, qui Hebreos infestassent, spargat, tribuunt.
Ecce cognoscunt, pro ense maius aliquid accipiendo, diuinam nempe autoritatem, & so-
lo sermone vincendi, refellendi, iudicandi potestatem. Quæ soli Deo adesse possunt, vt ne-
cessariò cui tanta autoritas traditur, ab illis, & à nobis Messias interpretatus, sit potestate,
& natura diuina. Gladius igitur is decorus, gloriösus, inclytus, gladius, qui est gloria eius, &
decus, est inclyta potestas, lataque maiestas, scelerum cognoscendorum iudicandorumque
diuina autoritas. Id enim faciet Christus ore, imperio, dictis, cū dicet, Ita maledicti in igne
eternum: & cum spiritu oris sui principem impiorum interficiet, & Reges, & principes en-
se ferreo, cum caput nefario cuique iubent abscondi. Sed illi humanè Deus diuinè. Illi quod
ad hanc vitam, & corpus, ille quod ad eternitatem, totumque hominem attinet. Quoniam
autem iudicium est, vbi & cognitio delictorum, si Messias iudicat, etiam cognoscat nece-
sse est: cognoscere omnia scelera, præterita, præsenta, & futura, tum latebras cognitionum
euolueret, videre etiam pondera criminum, hæcque exactè, ac diligenter perpendere, ne iu-
dicium aut immeritos damnet, aut meritos peccarum absoluat, quis non intelligit, nisi so-
lius Dei esse non posse? Messias igitur iudicat, & is est gladius eius: vniuersale autem ex-
actumque iudicium solius sapientiae diuinae, vide tu quid sequatur. Hoc igitur est quod in præ-
senti versiculo dicitur: Et decore tuo prosperare, equita super verbo veritatis, & mansue-
tudine iustitiae. Quo loco sunt Hebraici sermonis figurae, & tropi, Equitare super verbo ve-
ritatis, sonat, quod quemadmodum decorem & gloriam eius, dixit gladium regium, sic
bigam & currum eius, dicit esse iustitiam, veritatem, mansuetudinem, quasi à duobus ni-
tēibus, diuinisque equis biga trahatur, à veritate, & à dulci, mansuetaque iustitia. Sic enim est
Hebraicè πρὸς τὴν ανευταραχήν, mansuetudine iustitiae, aut sine tau, mansuetudine, & iusti-
tia. Nec mirum hac cum eleganti figura vti, quandoquidem & Plato hominem bigæ assi-
milauit, quæ à duabus equis trahatur, furore, & cupiditate, desuper regat habenas, tāquam
auriga, ratio, mens. Equi sunt irrationales, furor & cupiditas, ratio auriga, currus moder-
atrix. Idem facit Iouem super currum πήδων volucrem ire per cælum. Sic noster Rex, currum
eius iustitiae & veritate trahentibus, veniet ad iudicium: vt si quis Latinè diceret, iustitiae
moderatur habenas. Ac veritas pertinet ad verum, syncerumque iudicium, iustitia vt iu-
dicetur, procedaturque ad supplicia: mansueta iustitia vt de poena, & criminibus detraha-
tur, vt ad sit clementia, condonans peccata, fragilitatem humanam miserata. Quæ duo sunt
in his sanctis litteris celeberrima, nūc iustitiam Dei, nūc misericordiam indefessè canen-
tibus. Esse autem hunc verum sensum appetet ex Chaldaeo, qui partem huius versus trans-
fert, Prosperare ad equitandum super equos regni. Sunt ergo equi regni diuini, veritas
& iustitia cum clementia, quibus constat regnum Dei, quibus vtitur is qui constitutus

Deduceste. est iudex, cui datum est iudicium viuorum ac mortuorum. Hæc est altissima quadriga, qua portatur altissimus Rex filius Dei. Quorum dictorum grauitatem si possent Hebrei agnoscere, intelligenter vtiq; cum, de quo ista tam grandia canuntur, habere necessariò diuinatatem. Hæcq; eodem ferè modo accipiuntur de uno eodemq; Messia ab eis, Græcis, ac Latinis. Ad eundemq; scopum omnes diuersis è locis tela iaciunt. Nam verbum veritatis, negotium legis, & fidei, Hebrei, & Chaldaeus: nostri Euangelium, Dicerem ego vniuersale iudicium, mundi q; moderamen, præcipue rebus nouissimis, quod Hebrei spectant, volentes à Messia eo tempore legem defendendam, rectius nos, non ceremonias illas, sed maximum Dei cultum, & honorem, pro quo contra principem apostasiam depugnabit. Ac verbum prosperandi, ea ratione ab Hebreis exponitur, qua à Sept. est tralatum *τετραδέκατην*. Exponunt enim ipsum, transire, incedere, vt sonet feliciter ingredi. Quod autem dicit, Et deducet te mirabiliter, pro Deducet διδύμοις, est Hebraicè τὸν τορκα, docebit te, sicut translulit Hieronymus. Idem verò docere, & διδύμοις deducere. Sensus autem clarus est, troppo qui sub dextera latet resoluto. Dextera est potentia, robur, potentia qua inimici cadunt.

Nunquam animam talem dextra hac (absiste moueri)

Amittes. Et,

Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus. Et,

-Dextra Drancis nec dicta refallam?

Et apud Poëtas Græcos, quoties *τὰ χεῖρας ἀδίπτος*. Sic noster Poëta, bellicosus regi, cui gladium quoque tribuerat, tribuit dextram potentem, terribilem, grauem, prodigia facientem, bella immania confidentem. Hæc, inquit, docebit te, suggesteret tibi mirabilia, grandia. Sicq; *τροπικῶς*, tribuitur dexteræ quod doceat, cui tribuunt vim, effectumq; belli & cædis, etiam profani Poëta. Hæc de femore gladium educit. Omnia de diuino Rego αληθεορεικα.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis.

¶ Ro corda, dicendum iuxta Græcum, & Hebraicum, Cor. Verba clarent, si sensus patet. Eodem tropo tribuuntur ei sagittæ, atq; gladius, & dextera fortis, ac terribilis. Est q; vt admonent Hebrei, hyperbaton, quia dicendum est, Sagittæ tuæ acutæ cadent in corda inimicorum regis, id est, figuratur in cor inimicorum istius regis, in hæreditate harundo: transdigid costas, & pectora rumpet. Aureus ex humero sonat arcus. Ac fixo transit præcordia ligno. Et similia huic loco Homerus,

Τόξον ὄμοιον ἔχειν αὐτῷ περφέρει το φαρέτην.

Arcum humeris gestans, villo horreptemque pharetram.

Cadent.

Similis est istius item nostri Dei descriptio. Quemadmodum autem Homerus Deum illum vocat Regem tribuitq; ei τόξον, arcum & sagittas, & pestilentiam, quæ latè stravit Achiuos, inducit fuisse vulnera, spiculaq; Dei, sic omnia haec sunt apud hunc nostrum. Sagittæ appellat dicta, imperiaq; Dei, quibus interficiet impium. Et, Spiritu labiorum suorum interficiet impium, ait Esaias. Neque enim etiam apud illum Poëtam, Philosophi sagittas, vt sonat, accipiunt, ipseq; Poëta clare ostendit. Ac sunt etiam Hebrei qui verbum cadendi vitroque referant ad populum, & sagittas. Populi cadent, cadent sagittæ in cor inimicorum. Primus est igitur sensus vt hæc quasi ad secundum Christi aduentum referantur, in quo potestas eius, & maiestas, iudicium, ac securitas, qua turbæ, vt vertit Chaldaeus, usurpans vocem Græcam ὥχλος, agminaq; impiorum ducem Antichristum sequentium, ingeniti ruina & vastis occisorum aceruis, sternentur, tum ante Christi tribunal, & ipsi, & omnes ab orbe condito scelerati, qui Deo bellum intulissent, similes illis qui tunc inuenientur, ab illo fortissimo, formidabiliq; Rege, quem infinita ducum, principum, potestatum circumstabit multitudine, pœnis æternis deportabuntur. Nec mora erit post latâ sententiâ. Hæc cum maxima sint, vt nihil in rebus diuinis, & humanis sit maius, oraculis Prophetarum sunt prædicta, præ quibus humana bella vilia sunt, contemptissima. Et apud ipsos Poëtas apparet pœnas à Diis illatas, sagittas, & iacula vocari, vt similiter is, cui sagittæ volantes, auras scindentes, acutæ, volucres dantur, sit Deus, nec mortalem Regem debeas intelligere, vt toto eluet in Psalmo. Est alius sensus Rabi Salomonis, & Græcorum, Latinorumq;, vt quemadmodum verbum Dei gladium vocat diuus Paulus, sic sagittæ sint verba Eu-

gelij

A gelij ei acutata ab Apostolis in corda populorum. Nam Salomon sagittas simili ferè sensu *sagittæ* exponit, sapientes discipulos legis. Quemadmodum extat in Psalmo, Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excusorum. Et Esaias vocat Ioannem, sagittam electam, ibi q; ait, Ut euellas, dissipes, quæ pro ruina, hostiliq; euerſione non accipi, palam est. Sed pro euerſis religionibus impiis, humanis cordibus mutatis, talis euerſio potest esse prædicta hoc Psalmo, qua etiam euerſio imperij diabolici continetur. Et Christus dixit figuratè, & ad morem Psalmorum, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius ciecietur foras. Et, Videbam Satanam sicut fulgur, cadentem de cælo. Et Zacharias, iam Christo nato, Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Quibus testimoniis appetet figuratè arma, sagittas, gladios, bella, hostes, cateruasq; cadentium accipi. Sicut figuratè vocauit Homerus sagittas Dei, pestilentiam. Hic autem etiam interior quædam figura, si populi, hostesq; in bello cadentes, demones innuantur, quasi συμβολάς. Sunt enim symbola, vt ait Philon: σύμβολα δὲ εἰν τὰ λεγέντα φανερά, οὐλαρχά φανερά εἰναντίον. Clara nomina rerum statim occultarū, asperatumq; fugientium. His plenè sunt scriptura sacra. Quanquam potius μεταφοράς superiora illa dicantur. Hoc quoq; loco observes, Regem absolvitè vocari, & inimicos eius, quasi inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, gloriaq; corum, plena confusio, terrena tantum cogitantum. Sicq; in sanctis oraculis duas sunt acies inimicorum & amicorum Dei, priores etiam ab antiquis Græcis dieti θεοι, θεοτυγχανοι. Posteriores θεοφιλεις, ενστεφεις, θεοτεφεις. E quibus duas resplicæ, duas Rom. 13. ciuitates, duo regna fiunt, pugnatürque semper inter utrosque, donec bellum supremum geretur.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis,
virga regni tui.

¶ V m res clarissima sit, ad cūdem illum esse nūc sermonem, atq; superius, cū quo semper ab exordio psalmi est locutus, vt ista secunda persona, cum qua nunc sermo est, eadem sit necessario, atq; ea cum qua quasi facie ad faciem loquutus semper est: Hebrei tamē istius téporis qua solēt vbiq; miserabili cæcitate, diuersis cuniculis subterfugere conantur, adnixi totis viribus, veritatē benignæ in oculos eorum clarā, ac manifestā venientem repellere, ne religionem Christianorum, quam stulto odio execrantur, asserere cogātur. Est igitur clara hoc loco confessio Messiam esse Deum æternum, esse sedem eius sempiternā. Hoc enim est, quod eadem tépore Christi constans opinio in toto populo Hebreorum erat. Ideo dixerunt eidem, Nos audiuitus ex lege, quia Christus manet in æternū. In æternū, hoc est, post & retro, eius regnum, ac diuinitatem, imperiumq; futurum. Si mori talis esset, vt turba dicebat, more caterorum hominum mortuus deficeret ipse, & regnum *Sedes tua Deus, in se, ac militiam refellere, falsis, & inepris diuerticulis à veritate refugiūt.* Ac Rabi Sahadias paulò ante Auen Esra antiquior, exponit, Sedē tuam Deus stabilit, in sæculum sæculi, refugiens fateri Messiam esse Deum. Auen Esra pōst interpretatus est, *Sedes tua Dei*, id est, *Sedes tua Messia*, est sedes Dei, sicut dicitur de Salomone, quod sedit super solium Dei, appellante theologia, solium regū Israël, solium Dei, quia super ipsum, imperio Dei federant, cādēmque probat Rabi David. Rabi Salomon vult Deum appellatum ipsum Messiam, sicut appellatur in Exodo, Moses Deus Aaron. Tu autē eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Et ad Mosen, Et dedi te Deum Pharaonis. sic Messiam nō verum Deum, sed quasi Deum, aut vice Dei esse. Quorum omnium aperta est, & cuius de medio exposita dilutio. Quatuor sunt rationes, quibus & eorum error refelli, & veritas clara demonstrari queat. Primi quod facile sit intellectu, eandem nunc esse secundam personam, ac superius, & inferius: superius eorum etiam testimonio est Messias. Post semper etiam erit Messias. Non enim est probabile, cūn totus iste psalmus cum aliquo secundo astante, ac praesente loquatur, hunc qui semper sit Messias, in uno versiculo duntaxat esse alium. Secundo, si Messias est, vt velle videntur, expressa inscritia est, qui Deus dicatur, dicere aut quasi Deum, aut tā absurdè orationem interpretari, vt dicant, *Sedes tua Dei*, scilicet est, ò Messia. Tertio, quomodo defenditur, quod hanc eadem sedē cū Messia sedem fateantur, Vates eam dicat sempiternam? Quid co inuitur, nisi sempiterna diuinitas? Tum sedem, quæ Prophetarum oraculis cātatur diuinā esse necesse est. Veritas igitur est clara, & perspecta, nec potest, quantumuis CCC

artificiosa malitia occultari. Idem est hoc loco Deus, atq; superius, & eiusdem regnū semipiternum effertur, cuius gladius, cuius sagittæ, cuius forma, cunctis hominibus præferebatur. Quem appellauerat primū regem, tum formosissimum, diuinitus loquentem, in eternum à Deo benedictum, fortissimum, veridicum iudicem, felicem, seuerè & clementer iudicantem, inimicorum vastantē cateruas diuinis sagittis: nunc deniq; tribuit ei diuinitatē, regni eternitatem, sicut fama erat penes antiquos Hebræos, Nos audiuiimus, dicebant, ex lege, id est ex sacris litteris, quod Christus manet in eternum. Quomodo posset igitur sedes eius, id est, sicut trāstulit Chaldaeus, solium gloriae, esse in eternum, & vlt̄a, sicut dicitur in psalmo: & in seculo seculorum, sicut vertit Chaldaeus, si Messias homo tantum, nō Deus? Cuius est mortalium regnum sempiternum, si tribuitur Christo sempiterna maiestas, quod illi quidquid conentur, negare non possunt, tribuitur sempiterna diuinitas. Diuinus est igitur iste psalmus, eiq; subest alta theologia. Is enim est de quo totus istorum oraculorum chorus canit, Dominus in celo parauit, id est firmavit, sedem suam & regnum eius omnibus dominabitur. Ecce & hoc psalmo, & regem eum nominat, & supra omnes mortales formosum, nominat item sedem. Vbinam sedes sempiterna nisi in cælo? Sicq; locus is ex illo innescit, cùm similia nomina, similis item sit locutio. Sic dicitur, Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Id est, sedet in altissimo diuinitatis throno. En Dominus, en sedes. Et, Parata, hoc est firmata, stabilita est sedes tua, ex tunc à seculo tu es. Nimis ab eterno, sicut alibi, Regnū tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua, in omni generatione, & generatione. Quibus exēplis appetit eundē hunc esse, de quo loquitur p̄rē sens, atq; cum de quo simili locutione, cæteri loquuntur psalmi. Illum autem Hebrei Dei non negabant, ne istū quidē. Similiter locutus est Daniel, Potestas eius potestas eterna. Et regnum eius, quod non corrūpetur. Dicitur ergo, Sedes tua, quo non omnis sedes intelligitur, sed regia, Hebraicē kīse, Græcē thronus, Latinē, solium: Quod autem dicit, Virga directionis, virga regni tui, pro directione, Græcē ἀθητιστική, & quietatis, vt reddit Hieron. Et pro virga, Hebraicē τε shebet, quod virgam sonat, & sceptrum. Non auferetur sceptrum de Iuda. Vbi est hæc vox. Sceptrum hic vertit etiam Hieron. Exponunt autē Hebrei hoc iuxta superiora, refugientes sensum verum. Quia, inquit, sceptrum tuum est iustissimum, ideo regnum tuum erit eternum. At is non est verus sensus, sed, Ideo regnum tuum est eternum, & sceptrum & quietissimum, quia Deus es. Nemo est enim super terram, qui non peccet: vt regnum Dei duntaxat, & iudicium possit esse incorruptum. Si humanū esset hoc regnum, nō esset usquequaq; à peccato alienum. Præterea si homo Messias est, quomodo regnum eius sempiternum? Nam si homo est, vtiq; morietur, sicq; non erit eius regnum eternum. Quod si in posteris remāserit, eternāc erit regum series à Messia orientium, & in eternum non peccantium, cùm etiam ipse Adam peccauerit, peccauerit etiam David: à quibus tametsi ipsi genearchæ sanctiores fuerunt, nepotes scelerati & impij nati sunt. Siue igitur in vita Messias, siue in posteris, propter eximiam pietatem, eternum regnum habere nō poterit. Sicq; cognoscitur, eos quæ maiores bene sensissent, & bene à scripturis tradita fuissent, depravare studuisse, propter eum, quæ sibi finxerunt pietatis errorem. Laudat igitur psalmus in corruptā regni iustitiam, sicut dixerat eum equitare super veritatem, & iustitiam. Nullamq; partem omittit regiæ descriptionis, dans omnes eximias dotes huic regi, pulchritudinem, grandiloquiam, potentiam, fortitudinem, eternitatem regni, summam & quietatē. Celebrimus enim fuit iste rex apud antiquos, ac propter dotes attributas, nominibusq; corporis significatas, suspicati sunt nonnulli cum fore quasi mortalem regem. Audiebant enim sagittas, gladios, pulchritudines, iudicia, virgas, sceptra, quibus ad opinionem mortalitatis adducebantur, adducunturq; hodie maximē. At si linguam suam consuluissem, qua Deus dicitur vir belli, dicitur habere manus, pedes, os, linguam, sermonem, dicitur irasci, contristari, dicitur sedere tanquam rex maximus, apprehendit arma, & sagittas, & venit in adiutorium: cædē ratione cognouissent hæc Messiae Deo attributa, nec inde in suspicionē mortalitatis deuenissent. Dicitur ergo nunc quod aliis in psalmis, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, Laudaturq; vbiq; & prædicatur, iustitia & clementia diuina. Sub cuius autem nomine laudatur alibi, sub eiusdem etiam hoc loco.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus,
Deus tuus, oleo latitiae, præ confortibus tuis.

Princi-

Rincipio est quam Græci dicunt παλιονία, carumdem rerū repetitio. Idem enim est diligere iustitiam, & odisse iniquitatem: atq; sceptri regni tui, est sceptri iustitiae, & inquitatis. Quod autem dixit, Deus Deus tuus, duos habet sensus, vt primū, nomē Dei sit ad eum, de quo antē, Sedes tua Deus, secundum sit summi patris vt dicat, Propterea vnxit te δε Deus, Deus tuus. Secundus est sensus vt iteret eundē Deum, vt, Deus Deus meus. Prior sensus est probator, grauior, profundior, qui facilius decipiatur Hebreos obtusū pēcus, altos sensus nusquā agnoscētes. Et Aquilas etiā Iudaeus vertit θεός. Primusq; casus est vocariū. Multaq; super eo Eusebius de Evangelica Σπέλεαι, libro quarto. Et Hieron, ad principium. Est autē non solum in nostra theologia, sed etiam apud antiquos Græcia theologos, & antiquiores Hebræos, hæc altissima scientia, quam apud Mercurium quoque, Orpheum, Platonem, Plotinum, Amelium, Philonem Iudaeum deprehēdimus, duos esse quāsi Deos, quorum sit alter propriæ, ac primo Deus, alter etiam Deus, sed Deus ab illo. Atque ille dicitur τὸ ιερόν, primum esse, is autem imago eius, & exemplum, natus ab illo, & donatus ab eterno, diuinitate, & regno, & imperio. A Philone, vt agnoscas veterum Hebræorū longè diuiniorem fuisse, quām istorum istius temporis, semper humi reptantium, omnium rerum imperitorū philosophiam, semper vocatur θεος λόγος, verbum diuinum, diuina ratio, diuina sapientia, De quo ad alia, hec diuinè elocutus est in libro Quis sit haeres rerū diuinarum, μέν λόγος, εἰς μὲν αρχέτυπος Καρδιῶν, ἐπερος δὲ μύμα, ὁ καθ' ἡμᾶς ὑπάρχων. Καλέει δὲ Μωϋσῆς τὸν μὲν Καρδιῶν εἰκασίαν θεόν, τὸν δὲ καθ' ἡμᾶς τῆς εἰκόνος οὐμαγένον, ἐποίστε, φησιν, οὐ θεός τοι ἀνθρώπος, Βασιλεὺς εἰκόνα, ἀλλὰ καθ' εἰκόνα, ὅτε τὸν καθ' ἔκστον ἡμῶν νῦν, δε δὲ καὶ τρεῖς ὀλύμπιοι κυρεῖς ἀνθρώποις εῖσιν, τοιούτους τὸν τοῦ πεποιηκότος, τὸν δὲ μέσον τὸ θεόντερον μὲν τούτου ἀντεκόμιδα δὲ οὐκέτις. Quæ sunt: Duæ sunt mētēs, siue duæ rationes: viua quidē archetypa, & primæta, altera imitatio, eaq; est nostra. Vocat autē Moses eam quidē quæ supra nos, imaginem Dei, nostrā verò imaginis simulacrum. Fecit enim Deus, inquit, hominem, non imaginē, sed ad imaginē. Quocirca nostra vniuersitatis mēs, quæ propriæ & verè est homo, est tertia imago à creatore. Medium autē, exēplar quidē est nostra, imago autē illius. Hæc Philon ex sacris oraculis, & priscorum philosophia hausta. Quo in loco vides cū fateri, duas esse mentes, quarū altera quæ supra nos est, id est filius Dei, sit imago veri ac primi Dei. Ideo enim est imago, quia filius, filius est enim imago patris. Nostrā autē esse imaginē imaginis, creatā ad cum qui est imago Dei patris sui. Eo q; fieri vt filius respectu Dei patris sui, sit imago & simulacrum, respectu nostri sit exēplar. Et nos ad similitudinē eius sumus, ille est ad similitudinē Dei patris. Appellatur autem Deus ab eo, siue & in sacra nostra theologia pater, propriæ. Semperq; inuenies apud nostros, Deum propriæ patrem dici. Qui constitutus est à Deo, index viuorum ac mortuorum. Et idem, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Et, Hunc suscitauit Deus tertia die, Et caput Christi est Deus. Sicq; est Deus de Deo. Hæc altissima theologia est apud Philonem, cui magis credendum est, quām Iudeorum turbæ fallaci, & imperitæ omnium bonarum rerum. Idem in secundo libro, sacrarū legum, similia locutus est, οὐδὲ δὲ λόγος αὐτῷ εἴη, δὲ καθέπερ ἀρχέτυπος οὐρανοῖς, οὐ κοσμοῖς, αὐτὴ δὲ η σπειρ, καὶ ὕστεραι ἀπόκλισις ἐπερόν δὲ τὸ αρχέτυπον, ὕστεραι τὸ θεόντερον, τοῖς εἰκόνοις, την σπειραν κληροβρον. Τοιούτοις δὲ εἰκόναις ἀλλαζόντες τὸ θεόντερον, δε καὶ καρδιῶν εἰκασίαν, δε καὶ νομοθεσίας ἐδίλαστην εἴστω: Καὶ ἐποίστε, οὐ θεός τοι ἀνθρώπος κατ' εἰκόνα θεός: ας την μὲν εἰκόναν κατ' τὸν θεόντερον, τοιούτην εἰκόναν, αλλέσσον δύναμιν τὸ θεόντερον. Vmbra autem Dei, est verbum Dei, quo tanquam instrumento usus creauit mundum. Hæc autem vmbra, & quasi imago aliorum, est archetypum, sicut exemplar imaginis, quā vmbram vocauimus. Sic imago alteri est exēplar, sicut in principio legis declarauit dicens. Et creauit Deus hominem, secundū imaginem Dei. Quasi imago secundū Deū sit expressa, homo autē secundū imaginē, quæ accepit vīm exēplaris. His Philonis testimoniis probatur, priscos Hebreos cādē philosophiā atq; nostros Apostolos tenuisse. Hæc enim est doctrina à Christo reuelata. Sicut nos fecit similis sibi, sic ipse est similis patri suo. Ideoq; est filius, vt qui videat eum, videat patrem suum. Hæc autem testimonia cōspectant, vt cognoscas sapientiam in psalmo latente, non cognitam ab Hebreis. Hic sunt duo Dii, aut bis nominatur Deus, summus pater, summum bonum, & Messias ille Rex, verbum diuinum, ratio, sapientia, imago patris, hominis, vt Græci dicunt ωφέτην, primarium exemplum, archetypon item & origo omnium rerum. In libris autem de Agricultura, hæc item locutus est, ταῦτα δὲ πάντα ὁ ποιμὴν καὶ βασιλεὺς, θεός ἄγριος καὶ δίκαιος, νόμον περιποτάμιον, τὸ οὐρανὸν τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τοιούτον ιδεῖν, δε τὰ διπλάσια τῆς ιερῆς ταύτης κατέχεις, οὐδὲ της CCC ij

Christus i-
mago pa-
tris.

Christus i-
mago pa-
tris ho.chri-
sti.

Homo pro-
prie.

Chrysost.
in epi.ad
Heb. cap.i.

Exemplū.

μετὰ βασιλίων ὑπάρχει τοῦ θεοῦ. Hæc inquit, omnia, pastor, & Rex Deus agit iustè, lege re-
cta præfæcta, verbo suo, & primogenito filio. Qui prouinciam facri muneris huius tan-
quam magni Règis magistratus sustinet. Sic hoc quoque fit perspectissimum, quantum
antiquiores Hebrei anteirent sapientia viles istos, & stultè pertinaces. Ecce & nunc si-
cūt in præsenti psalmo, duo quasi Dij nominantur. Et pater ipse primòque Deus, dicitur
Vnctio filij. præfecisse filium ad mundi gubernaculum, sicut in psalmo, quod vñxerit eum Deus. Est
enim hæc vñctio qualem dixit Philon, Factus est Rex mundi, & gubernator. Et res spiri-
tuales, & inuisibilis more & nomine humano designatur. Sicut enim Reges, & Sacerdo-
tes vngebat, corūq; electio, erat vñctio, sic electio filij Dei sempiterna in Regē vniuersi
vñctio vocatur. Vnctus est à patre. Philon relicta proprietate sui sermonis, & ex philo-
sophia, quæ, vt ait Aristoteles, respuit metaphoras, loquens, dicit, Constitutus est præ-
fectus, est Rex mundi. Et Paulus etiam explicuit vñctiōnem: Constitutus est à Deo iu-
dex viuorum ac mortuorum. Quid hoc aliud, nisi summum imperium ei traditum? Sicq; maxi-
morum virorum, & omnium sacerdorum testimoniis concurrentibus, consonantibus,
omnibus religionibus, omni philosophia sibi respondentē, veritas est clara. Nam &
testimonium Numenij Pythagorei extat. Quæ eti alibi tractata sunt, repetere tamen
aptè & commodè, non ab re fuerit. Is hæc scribit diuinus eodem modo loquens, atque
in ipso psalmo Prophetæ, & vt Philon, ὁ μὲν ἀράτος εἰς τὸν ἄνθετόν τούτον οὐ γέγο-
νενος, διὸ μηδὲν εἶναι Διόπειρον. Μέντης δὲ τοῖς εἰς τὸν γέρατε διμετρύειν εἰναι χρεῖον τὸ ἀράτον
χρήτου διμετρύειν δὲ τοῖς πατέρες καὶ τοῖς γενέας νομίζεσθαι πατέρες τὸν αὐτὸν θεόν. Quæ sunt: Pri-
mum quidem in seipso existens, est simplex, propterea quod semper sibi coniunctus,
nunquam est diuiduus. Secundus, & tertius est unus. Etenim, neque creare oportet ipsum
primum, & de creante patre, & filio, oportet credere patrem esse primum Deum. Hæc
Numenius: in quibus cùm subsit altissima theologia, cætera alibi sunt examinata, id
solum nunc consideramus, quod duos quasi Deos nominat, sed eos tamen unum esse di-
cit: patrem autem ponit tanquam primum, tanquam vngentem, constituentem filium
ad creandum, vt imperium filij à patre dependere clare fateatur. Similis est theologia
in psalmo. Omnia ab Hebreis, & ab antiquissimis patribus, ab oraculis item, quæ
rato in mundo quandam resonabant, manantia. Siquidem & oraculum Apollinis sa-
pe mirabilia de Deo, de Angelis reuelauit. Sed audi etiam Plotinum, vt in psalmo, duos
quasi Deos audiens, alterum vngentem, præficientem, alterum vñctum, præfectum,
electum, ac constitutum Regem, agnoscas cælestem, à regiis sedibus vénientem sapien-
tiā. Nec more imperitorum Hebraeorum decipiari. Hæc ille sublimia fatur: Τιθεντοι τοι
τοι τελεφοτάτης λέγει μηδέποτε αὐτῷ τὰ μέντην μετ' αὐτῷ, οὐδὲ τὰ μετρητά
δέντες εἰκόνων, καὶ δέρται αὐτῷ μέντην εἰκόνων δέντες τὰς θεραπεύσαντας, οὐδὲ τὴν εἰκόναν, καὶ κρίταν αντα-
τῶν δύος, ὅπις τὸ δέλλα μετ' αὐτῷ. Quid igitur, inquit, oportet de perfec̄tissimo dicere, nihil ne
esse post ipsum aut maxima post ipsum? Maximum autē post ipsum, est mens, & secundū,
Etenim aspicit eum mens, & indiget eius unius. Ille autem huius nihil. Et quod gene-
ratur à maiore mente, mentem esse: omnibusq; maior est mens, quia cætera post ip-
fam. In his Plotinus tantum theologiae eloquitur, vt Apostolorum discipulus suis videa-
tur. Manabant autem à Mercurio Trismegisto, à Chaldæis. Vides etiam hic patrem men-
tem generantem: vides duos, alter dicitur maior, sicut ipse dixit, Pater maior me
est. Pater dicitur perfectissimus, maximum autem post patrem, mens, sive filius, quia
super omnia, secunda quidem à patre, quia respicit eum, & indiget eius, quia filius, vt
ipse dixit, non potest quicquam, nisi pater dederit, dedit autem maximè vt esset omni-
bus visibilibus, & inuisibilibus rebus maior. Hæc humano vocabulo, dicitur vñctio. Hæc
est profunda philosophia huius psalmi, quam Hebrei non agnoscentes, sed decepti,
hac ratione dicendi, primum quod vñctio nominatur: deinde quod alter dicitur vngi,
alter vngere, putat necessario alterum esse Deum, alterum hominem: non enim habent
captiuū sublimium rerum, vt qui à teneris assuefacti vilibus. Hæc enim igitur vñctio, quod
Hebraicè dicitur Masiach, & hinc Masiach, Messias, Christus, vñctus, non corporalis
vñctio, sed ad regnum aternum, ad regnum dignum, quod tot oraculis prædiceretur.
Hunc sensum, quod primò Deus sit filius, per vocatiūm d' Deus, Græci & Latini se-
quuntur, hinc dicentes agnoscit filij diuinitatē, quod Deus à Vate appellatur. Et
Augustinus ait, Deus vngitur à Deo. Et in Latino dicit putari idem casum nomi-
nandi Deus, Deus. In Græco, inquit, est euidentissima distinc̄tio, vt alter sit vocan-
di,

Masiach.
Masiach.

Adi, alter nominandi. Videtur enim legisse Græcè ὁ θεός ὁ θεός. Nunc legitur vbiique ὁ θεός *Deus tuus.*
ὁ θεός, semper in casu nominādi, tametsi probo quæ sentit. Et is videtur sensus verus. Et quod
dixit secundò, Deus tuus, idem est mysterium ingens, Hebraeorum oculos aufugiens, sed
non oculos magnorum, sublimumq; theologorum. Vidimus enim superius primum con-
stituti: tāquam patrem ac fontem totius diuinitatis. Sicut autem summus ille Deus, est prin-
ceps, & Deus noster, sic est Deus filij sui, quia pater eius. Ideo dicebat Plotinus filium in
eum respicere, & indigere eius, patrem autem filij minimē. Respicit filius in Deum, quia
est bonum eius, felicitas eius, respicit imago in suum exemplar, vt dicebat Philon. Et
filius ipse in mundo exp̄ressè dixit, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum
meum, & Deum vestrum. Hoc, vt dixi, Hebrei non capiunt, & tamen antiqui eorum ca-
piēbant. Fallitq; eos quod pater dicatur Deus filij, quasi necessaria sit hic humanitas, quia
Deus non posit alium habere Deum. Quæ quidē est vera illusio, ac humana deceptio, quā
vetusta philosophia facile redarguat, & Euangelica nihil aliud sonat. Quodq; dixit, Oleo
lætitiae, Hebrei ignari impingunt in scopulum, quem certum fuerat eis vbiq; declinare.
Nam & Rabi David secutus expositionem, Rabi Salomonis, Toton, ait, mundus exulta-
uit quando vñxit te Deus. Nonne suo ore Euangelio subscribunt? Nascente enim Christo
æterno quidem Regē, sed tunc maximè vñctione eius clarente, totus sursum ac deorsum
mundus exultauit. Et Angeli carmen lætitiae cecinerunt, & pastoribus dixerunt, Annun-
tio vobis gaudium magnum, quia natus est saluator mundi. Oleum igitur lætitiae, designat
sub Hebraico tropo tum gloriosum, plenum æquitatis, & tranquillitatis regnum, plenum
felicitum gaudiorum, tum, quod quidem idem est, salutem, gaudium vniuersale, per hunc
Regem euenturum. Nam cùm filius dixit, Venite benedicti patris mei, possidete regnum,
quod vobis paratum est à constitutione mundi, inclusa est his vñctio gloria, & salus ab
æterno. Per eum enim statuit Deus finem & abolitionem omnis peccati: & si Adam non
peccasset, per hunc etiam regem ad æternam felicitatem peruenisset. Tolle quoq; mētem
altius, & perspice, cùm mortalia, caduca, vilia, fragilia nostra gaudia sint, vmbrae, insom-
nia: considera, inquam, quantum lætitiae, qui plausus, quæ choreæ, quantus voluptatis
fons sit ab isto Rege in celo, vbi omnia meliora, vbi maiestas eius clara in luce resplendet,
qua voluptate cum cælestes animi circumstent, dextra, laevaq; frequentes. Sicut consti-
tutus est, vñctus vt esset creator, & Rex mundi, iudex viuorum ac mortuorum, sic con-
stitutus, vt gaudium, & salus inferioris, voluptas æterna, summumq; bonum vtriusq; mun-
di. Quæ enim fuit salus per eum parata, nisi ad incomprehensibilia, diuinitatis suæ gaudia
proœctio? Ideo regnum eius, & vñctio, quandoq; à patre est definitus, vt quemadmodum
præstaret ineffabilem lætitiam Angelis, sic extincta morte, in mundo, ad veram vitam, ho-
mines adduceret, fuit vñctio summæ lætitiae. Sub hoc igitur oleo, & tropo sermonis huma-
ni, non sensibili, sed iuxta superiora, maius eminentius gaudiūm intelliges, id est *Διαδέσσων*,
deificationem, in qua sunt omnia gaudia, & incredibiliter maiores, quam triumphi Ro-
manorum, lætitiae, licet nunc visibiles. Nec te cortex verborum humanorum, quemadmo-
dum Hebreos, stolidum pecus, decipiatur. Sicut Regem non terrenum, sicut eloquentiam
non humanam, sed maiorem quam humanam, sicut formam supra filios hominum, sic
oleum lætitiae, maioris quam humanæ lætitiae, senties. Quod verò dicitur, Prae confortibus
tuis, dicit Auen Esra, Si Psalmus est de David, confortes intelliges Saul: si de Messia, san-
tos qui tempore eius inuenientur. Ecce aut sicut nocte lucem, sic ipsi verum sensum non
agnoscunt, aut agnoscentes refugunt. Quinam enim sunt participes, aut confortes sicut
Græcè μέτωποι, aut socij, sicut Hebraicè τοῖς chabitim, nisi quos superius dixerat filios
hominum: Ut enim dixit eum ibi praे filiis hominum formosum, sic nunc ante omnes ho-
mines, in humana forma, regium esse & insignem, electumq; ad regnum. Ac in Hebreo
præpositio, me, sonat praे, vel ex. Ideo duos sensus dat Rabi David, vt vel dicat, Vñxit Deus
te de confortibus tuis, eligens te ex illis, aut magis te quam illos. Is est verior, & à pluribus
approbatus. possamus iuxta altiores sensus, sublimiorēq; philosophiam intelligere He-
braica locutione, obscurè, & arcane dicitum, quod Plotinus aperte, & ex Philosophia, κρί-
των ἀπαρτών διδικτον, ὅπις τὸ δέλλα μετ' αὐτῷ, Maior, melior omnibus mens, quia cætera post ipsam.
Dat menti primatum & locat ante omnia, mentemq; vocat siue intelligentiam, vt vidi-
mus, filium Dei. Et noster altissimus theologus cum dicit primogenitum omnis creatu-
ræ. Et Philon, ὑπάρχει τοποτονον. Respetu igitur cælestium, & terrestrium creaturarum,
præelectus dicitur, & antepositus cunctis, figuratēq; & ad morem illius lingua: vocavit so-
di, CCC iii

Lego con-
situiffe.

oleum lae-
tiae.

*si Adam
non peccas.*

Prae confor-
tibus tuis.

Philip. 2. cios, vel participes, cælestes, & terrestres. Si quidem Philon filium mentem vocat τὸν υἱὸν, supra nos dicens eum esse exemplar mentis nostræ. Quo est participatio, & vt ait Aristoteles, συγγένεια, consanguinitas, & Plato φίλοτη, familiaritas, proprietas, inter mentem nostram, & mentem creatricem. Quod sumus ipsi ad similitudinem eius, & multò quidem facilius Angeli. Omnes igitur animi, & mentes, dicuntur participes aut socij eius. Menses diceret similes eius. Aristoteles συγγένεια, Plato, φίλοτη, proximi, vt loquitur in Legibus. Philon ἀπεριόμετα, simulacra. Omnibus his antepositus, & prælatus, factus, & vñctus eorum omnium rex, Rex hominumq; Deumq; filius Dei, propter obedientiam, & æquitatem summamq; bonitatem confirmatus, assertus à parte omnium dominus. Qua locutione etiam Paulus dixit, Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, super omne nomen. Cuius arcanae sapientiae mentes Hebraicæ non sunt capaces. Aut quemadmodum superioris: Quia à patre genitus & electus, ob id optimus, aquifissimus, optimi patris, optimus filius. Idem vtrunque.

Myrrha & gutta & casia, à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo.

*Myrrha.**Casia.**Gutta.**Avenim.**A domin. eburn.**Dotes Reg.*

MYRRHA Hebraicum est τὸν mor, notus odor, nota arbos, odor suavis, vt ait Rabi David: Arabicè Lobni, seruans etiam à putredine. Et Chaldaeus dixit, Mera. Quod Latinus dicit gutta, Græcè γάτη, stacte, quod guttam propriè sonat, à στάτῳ, destillo, Hebraicè ἡλοθ: videtur q̄d esse aloë, hocq; nomen ad Græcos & Latinos ex Hebraico acceptū. Et Chaldaeus expressit ἡλοθ θερα. Et arbor aluona, Aloë, Myrrha, & aloë sāpe in sa crisi litteris commemorantur. Stacten siue guttam Græci Athanasius, & Euthymius dicunt esse liquorem ex arbore Myrrhae stillantem. ή ταχτὴ γάτη τὸν γράπτης ταύτης τούτης, & quæ sequuntur. Stacte & ipsa est, quod Myrrhae est liquidissimum. Refoluto quidem aromatico, quicquid enim defluxit, in stacten secenitur, crassius autem subsidens Myrrha vocatur. At si ita sit, non intererit inter Myrrham, & stacten. Verum quoniam dicit Euthymius, omnem guttam de stillantem inferius, esse stacten, aloës autem gutta est, & liquor latus, posset credi stacte, siue guttam, Septuaginta pro aloë posuisse. Omnino est in Hebraico aloës. Quod autem Septuaginta dixerunt cassia, id etiam est Hebraicum κεζιοθ. Basilius, ή η κεζια φλοιαδες ἀρωματικα ενδεξαται, Cassia est cortex aromaticus, odoratissimus. Verè dixit Basilius. Nam Hebraicum kezioth, ducitur à kaza, decorticare, degluçere, abradere. Is est quasi calamus aromaticus, cortex abreptus ex arbuscula. Quod autem Sept. dixerunt κασια, à vestimentis, Hebraicè dicitur κασια, ή col bigdoteka, omnia indumenta tua. Omnes, inquit, vestes tuæ, odores sunt, fragrant odoribus vestes tuæ. Vestimenta tua sūt myrrha, gutta, casia. Quem sensum clariorem fecerunt Sept. adiecta præpositione τῷ, manat odor à vestimentis tuis. Quod verò sequitur à domibus eburneis, Græcè domos dixerunt Sept. βάπεις, antiquum nomen, domos, templaque designans, vt Græci testantur. Nam & Aquila, & Symmachus pro βάπεις, transtulerunt γάτη, templa: Hebraicè sunt τὸν hekla shen, templa eburnea. Sicq; etiam transtulerunt Sept. inferius γάτη, vbi est Hebraicè τὸν he cal. Sonat ergo templum, palatium. Dicunt Græci, βάπεις esse οὐθὲς γάτη. Quam significationem nōnulli ignorantes, Latinè transtulerunt graues, putantes idem esse βάπεις graues, & βάπεις, diuersis accentibus. Sensusq; est iuxta Hebraeos, Vestimenta tua fragrantia, quæ de templis vel palatiis eburnis educuntur, è sacrariis, è locis sanctissimis, odoris fragrantibus, ebore circunuestitis. Inde vestes tuæ sacrosanctæ promuntur. Templo enim & facella apud Indos, Persas, Æthiopas, apud quos eboris copia est, vestiebantur ebore. Vestes pretiosæ, odoræ, fragrantes, & è templis, facellisq; acceptæ, ornamentum regium designant: ornamentum autem sacrosanctum, venerandum, quasi sacerdotis magni, æterni, incorrupti, sanctissimi. Nam Aquila, & Symmachus verterant τὸν γάτην ιδύτος, à templis eburnis, & Athanasius βάπεις οἱ πολυτελεῖς γάτης αἴρετοι οἴκοι ή γάτη, sumptuosa domus vel templo. Quemadmodum ei dederat formam excellentissimam, eloquentiam supra humanam, fortitudinem, inuiditatemq; manus, armamq; immortalia, solium regium, aeternum, summam equitatem, & iustitiam, sceptrum iustissimum, vnitatem semperternam in regem, in qua totus mundus exultet, quod is fit electus à Deo rex & imperator, nunc demum dat ei vestes fragrantes, optimè olentes, neptareas, ambrosias, odorem sacrum procul spirantes, easq;

Aeasque acceptas è facillis eburnis, venerandis, sacrosanctis que, vt nihil desit ad regiam descriptionem. Ac quod dixit, Ex quibus latificauerunt te, Hebraicū est obscurum: quia pro ἐξ ᾧ, ex quibus, est τὸν minni, quod tamen ab Hebreis, Auen Esrē, & Rabi Dauid exponitur sicut transtulerunt Sept. τὸν τὸν ex quibus. Sensus autem est, quod vestes hæc, aut templæ ex vestibus, ob vestes odoratas eum latificauerunt. Tres enim numeri multitudinis hic sunt, Odores, vestes, templæ. Ac potest dici, Templæ latificauerunt te ex his vestibus, vel potius vestes, ex his odoribus fragrantibus, quibus cor hilarescit. Odor hilarem facit, & iam vestes nitentes. Omni tempore, inquit Salomon, vestimenta tua munda sint, ad letitiam invitans. Sic nunc dicit, Adeò vestes tuæ nitescunt, adeò fragrant, vt tibi letitiam afferant, innuens pretiosissimas, regiasque vestes. Sunt apud Hebraeos, & Græcos, qui odores profecti accipiunt. Domos eburnas etiam Augustinus exponit regias, pulchras, amplas, lenes, Græci nimium συμβολάκας, putant sub vestibus myrrha & stacte perfusis intelligi anima & carnem, animam ad inferos euntem, corpore à corruptione seruato. Alia allegoria, vel symbolo paulo clariore describitur regia maiestas, omnibus insignibus decorata, formosa, incorrupta. Et sub nominibus corporeis latent res eximiæ. Quod autem dicitur, Filiae regum, non est de praesenti versiculo, ne sententia perturbetur, sed de sequenti.

Ex quibus del. de fil. r.

Filia regum in honore tuo: astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate.

RIMVM sciendum, quod Sept. transtulerunt τὸν γάτην, in honore tuo, Hebraicè esse *In honore*

BΙΛΛΙΟΝ bikeroteka, interpretiosas tuas, intelliguntque Hebraicæ pretiosas fœminas *tuo.* ipsius Messia, pretiosas aulicas, comites nobilissimas, puellas pretiosas, inclytas, gloriose, insignes, in quibus dicit esse filias regum, quasi hæ ipsæ reginæ sint omnes regum filiae. Has ait fore in aula Messia, nymphas formosissimas, Deas, & heroidas: vt quasi dicat, Filiae regum inter heroidastas. Sept. tamen & Hier. & alijs apud Græcos interpretes supradicta vocē iecaroth, videtur legisse, iecaruth, quasi pretiositas, honor, splendor, aut à singulari, iecara gloria, maiestas, putarūt esse numerū multitudinis iecaroth. Chaldeus etiā accipit hanc vocē pro honore, non pro mulieribus honoris. Hebraicū & sensus videtur mulieres insignes sonare. Siquidē etiā reginæ coniugū Messia memorat. Nā quā Sept. transtulerunt βασιλισσα, reginā. Hebraicè est, ή shegal, cōiūx, sicut reddidit Hierō, secutus Aquilam qui συγχοιτη, ceterique interpretes, alijs reginam, alijs pellicem reddiderunt. Quæ sunt idem omnia. Sed melius coniunx, & regina. Et Rabi Dauid hæc exponens, Omnes, inquit, reges gloriabuntur, benéque secum agi putabunt mittere in aulam inclytam tuam filias suas. At regina vel coniunx, quæ erit de stirpe Israel, sola assistet lateri tuo. Et vocatur, ait, shegal, quia hæc vna ad concubitum eius semper erit, ceteræ venient temporibus certis, quando unaquæque vocabitur hora sua vt veniat ad regem: verum regina vxor eius, in cubiculo quo ipse dormiet, semper aderit. Et quod dixerunt Sept. τὸν γάτην Αφροδειην, in vestitu deaurato, recte, & clare, obscurius Hebraicè τὸν γάτην bekethem ophir, in massa vel

*Coniunx. Shegal.**Astitit re. 4. dext. tu.**In vest. deaur.**Ophir. 3. re. 9. d.**obryzum.**Circundata.**Varietate.**Messia.*

pondere ophir, in splendore auri ex ophir. Innuitur autem vestis tota aurea. Diuus Hieron, hanc auri massam & insignem notam, refert ad diadema aureum. In diademate aureo, transferens. Est autem kethem, auræ massa, & aliquid insigne ex auro. Aurum hic appellat Hebraicum, ophir, quia ex insula Ophir sinus Persici afferebatur. Græcè dicitur, vt vocat Homerus, sāpe obryzum, quasi Ophyzum, vt nonnulli volunt. In Chaldaeo etiam, obryzum pro ophir. Rectè igitur refertur tum ad vestem auream, tum diadema. Et quod Sept. dixerunt, περιβελλει, πεπολιθι, περιπολιθι, circundata, circumuariata. Adiectum est ex sequentibus, totumq; redundant. Ideo neq; apud Hieronymum repertus. Ferri potest quasi appositum ad declarationem vocis kethem: verbis autem expeditis, de sensu agendum. Turbat, tortuæque etiam Hebraeos iste locus, si regi Messia futura quasi vni ex Tyrannis, & profani regibus sint agmina concubinarum, habiturus sit vxorem, procreaturus filios. Quod Rabi Dauid litteram sonantem secutus approbat, cuius ineptia non ratione solum, sed aliorum etiam Hebraeorū testimonio refellitur. Quid enim, vt sāpe dixi, erit post Messia corruptibilem illum, mortalem, habentem more aliorum mortalium, vxorem? Nōnne periculum est, si filios procreabit, accidat ei, quod Dauid integerimo regi, qui filios omnibus flagitiis insignes procreauit, etiam ipsum Salomonem, cui ad omnem humanam lasciuiam, supremam idolatriam imposuit libido? Ex quo à supernis oculis iustitiae, hæc indignantis & execrantis, prospicendum, & meditandum fuit de regni, quod longum & diuturnum CCC iiiij

num esse voluisse, euerione. Nónne simile quid imperio Messiae si non eo viuente, certe defuncto, si mortalem eum, si gregibus formosarum puellarum circundatum, si procreantem filios more cæterorum facis, accidere necesse erit? Nulla est in rebus humanis, etiam optimis stabilitas: optimas dico, vt optimas respuplicas, optimas leges: principia semper sunt meliora, donec ad corruptissimum rerum statum deuenitur. Hoc respublika generis humani ante diluuium perpeſſa, à Deo inchoata, intra mille & quingentos annos corruptissima reddita est. Idem accedit post diluuiū, intra tēporis breuius spatiū. Idē legibus Hebræorum, reipublicæ Lacedemōniorum, Romanorum quoque & Christianorum, quas saeculū longus processus in peiorē statū semper, donec euerteret, demutauit. Paria necesse est accident regno illi corruptibili Messiae, vt legibus eius posthabitis ab ipsissim⁹ Iudeis, ad idolatriā, sicut sub Moſe fecerunt, vel aliud scelus maxime declinēt, & hæc aspiciēt, & castigante Deo, in terras alienas iterum reiuantur. Sicquę necesse sit alium venire Messiam, qui eos liberet. Idq; in infinitum. Non potest igitur corum stare cogitatio, nausta ex locutionibus scripturarum, sua deceptionis occasiō. Itaque alij Hebræi præcipue Chaldaeus, Rabi Salomon, Auen Esra non secundum verborum sonitum, nec in symbolo, supernam faciem acceperunt, sed in aliū sensū penetrarunt. Sunt enim symbola, quasi duæ res inter se ligatæ, altera ab altera contecta, quasi duæ vestes. Alius supernam tantum aspiciat, alius sagatior, & curiosior dimoueat supernam, vt videat inferiorem. Simile saepe fit in oratione, vt duæ res dicantur, vt cū Pythagoras monebat, Vias latas, & λαερόπες populiferas, declina, aliud simile in alio rerum regno desigans. Auen Esra igitur hoc loco ait, E Si psalmus est d̄c Dauid, accipe vt sonat: si de Messia, filias regum vibes intellige, reginam prouinciam eius. Chaldaeus item detecto symbolo, pro filiabus regum ait, Pronincipiæ regnum venient ut suscipiant, honorent faciem, presentiāque tuam, & vt veneretur te, in tempore quo futurus est liber legis in dextera tua, & scripture descripta auro ex Ophir. In his videmus filios regum, prouincias & regiones, eum vertisse, & pro regina posuiscit legem, vestitam descriptāmque auro. Et quam psalmus paulò p̄st dicit filiam, hi omnes Ecclesiam Israēl exponunt. Sicque constat secus eos intelligere locum istum, ac fermè codem sensu, atque Christianos. Nec suspicione falsa dixerunt filias regum, prouincias, & vrbes. Est enim vistata hæc sacris litteris metaphora, vt filia Babylonis, filia Moab apud Esaiā, & hoc psalmo paulò p̄st, Filia Tyri in munib⁹, quibus locis vbiique sunt filia, pro prouinciis. Duabus igitur rationibus possumus has figuræ explicare, aut iuxta sensum eorum quos diximus, vt filia regum, sint nationes ac prouinciae, quæ vno ore, ac consensu colant incolytum regem: reginam autem aliquam celebriorem, regiāmque vrbem, & prouinciam. Iuxta quę sensum alij Græcorū, filias regū accipiunt Ecclesiæ, vbiq; terrarū à regibus ædificatas, quod maxime quadrat Hebraico, banoth, quod nō filias solū, sed etiā ædificia designat. Alij, vt sonat, acceperūt, filias nobilissimas regum quæ ad cultū Christi tāquā sp̄si cōcurrerūt. E quibus exéplū ponit Euthymius secutus Chrysostomū ἀ; σφωτάτη κατέβα γῆ αἱ Λαοὶ, sicut sapientissima Caterina, & aliq. Simili fermè sensu etiā Augustinus, & cōcorditer cū Hebræis. Intellige etiā, inquit, filias regū, ciuitates, quæ in Christū crediderūt. Om̄niū igitur & Hebræorū, & Græcorū ratione, quæ ab eodem fonte fluxit in omnes, duce agnoscitur, locū, talem quendam habere sensum. Altera ratione possumus hanc figurā enodare, vt sit quædam humani regis, humanæ aulæ descriptio, repræsentans tamen aliam sublimiorem, ac maiorem. Sicut ei dedit sceptrū, vestes pretiosas, acceptas è palatiis ebore vestitis, quæ quidem sunt humani splendores, ac delicia, vt sagittas, & arcum, & gladium, pro quibus alia maiora quā nostra intelligimus, sic reginas, & filias regū ad exemplandam maiestatē regiam. Perficitur aula ab artifice, vate, omnibus apparatibus. In throno sedet formosissimus rex, sceptrum tenet & quæsiſſimum, assistit lateri fulmineus gladius, plena est aula reginarum, virginum formosarum. Est regina, quam toto agmine reliqua nymphæ comitantes venerantur, adorant q̄ regem. Nihil illic non sacrum, non venerabile, non castum, sanctum, ac purum. Et hæc descriptio terrestris quidem tota, cælestē quædam remotam repræsentat, designantibus hominibus teirigenis, res absconditas manifestis, & suis nominibus. Quia & ipsi loquentes, & qui audirent, homines essent.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

Hoc

Affix. **H**oc quotq; loco eadē seruatur tralatio, eadē est figura, & eodem sensu ab Hebræis, & nostris accipitur. Chaldeus, quē sequitur Salomō, pro filia dixit, Audi Ecclesia Israēl: & obliuionē populi, & domū patri, sicuti nostri, operatiōes iniquas impiotū in populo, & domum idolorū, quibus seruierit in domo patris sui. Qui etiā est sensus nostrorum, Græcorū, & Latinorū. Mirabile est autē testimoniuā Auē Estræ, super hac re. Si inquit, psalmus est de Dauid, hortatur cātor cōiugē, reginā, vt obliuiscatur mores ac leges patrias, & legē diuinā sequatur. Si de messia, filia est נָתְנָה kahala, ecclesia, cōgregatio. Sicut, inquit, est filia Iuda, id est, cœtus, cōgregatio Iuda: vt quāsi sit quod alibi dicitur, Et seruant Domino, humero vno. Et Rabi Dauid paulo in ferius, vbi dicitur, Filia Tyri in munib⁹, filia expōit, נָתְנָה cœtum, congregationem. Affertque exemplum, Sicut filia Sion, filia Edō. quibus testimoniis cognoscimus recte Christianos, filia hic Ecclesia interpretari. & Vatē more suæ géritis loquentem, filias, & reginā introducere. Rabi Dauid dicit esse sermonem ad vñāquāq; filiam regis, quæ in aula Messiae futura sint, vt obliuiscantur populi, & patriæ suæ. Sed si ad superiorē reginam, & coniugem est sermo, sine dubio Ecclesia significatur, quæ tāquam sponsa in antiqua, & noua theologia sacra introducitur. Vidi sanctam ciuitatem Hierusalē, pararam tanquam sponsam ornataν viro suo. Et apud prophetas, anima tanquam sp̄sa inducitur Dei, & dicitur fornicari, quoties alios amatores, reliquo vero, sequatur, quoties se se cultui profanorum Deorum, & impiorum religionibus dedit. Tria igitur posuit verba, quibus hortatur filiam, hortatur reginam, vt audiat, vt videat, vt attendat, aurēisque arrigat ad B hæc oracula, ad gloriam tanti Regis, illum charum, iucundūmque habeat, illum vnum diligat. Ac verē Christiani patrem, & populum interpretantur alienas religiones, & cultus, patrem præcipue diabolum, principem, & patrem omnium scelerum: hortari hūc relinquit, Deum suum, verūmque sp̄sum formosumq; Regem sequatur. Hūc solū noscat adorandū, amandum, colendum. Meritoq; vbi ad hæc venisit, Spiritu vehementiore corruptus, cernēnsque animo, totam formam, totam Regis gloriam, defixo intuitu, exclamauit, O beata gens, beatus populus, cuius est Dominus Deus eius. Beati qui Regem istum decorum, formosissimum sequentur, oblii paternas, & domesticas fraudes, & sordes execrati. Sicut sponsa obliuiscitur, & patris, & paternæ domus, & vrbis, totaq; transit in amorem sponsi, sic sub hoc humano, & Hebraici sermonis tropo, animi ad sempiternas, quæ in solo amore existunt, voluptates inuitat. Qui quidem sensus possit videri ascitus à nobis Christianis, & nostræ religioni accommodatus, nisi videremus omnes gentes, Hebraeos præcipue, allegoriarum inimicos, idem fateri, & ex sermonis sui figuris eum deducere.

Et concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus
Deus tuus, & adorabunt eum.

Ro, Adorabunt eū, Græcē verius, iuxta Hebraicum, ἀρχωντικός, adorabis, Hebraicē Ador. eū.
Pro vñāquāq; vchistachau, Et adora tu. Et non est Dominus Deus, etiam Græcē, sed tantū κύριος, dominus. Nomē Hebraicum τύπον adonaik est nomen diuinum, & humanum. Sponsa igitur loquitur, hunc vnum sponsum sequatur. Sequatur, non ad concubitus, sed adorabis eum, inquit, quoniam ipse Dominus tuus. Quo loco audi Auen Esra, qui putat Regem hoc loco posse designare Deum. Si, inquit, est de Dauid, & concupiscet, intellige vt sonat: sin de Messia, Rex est Deus aut Messias. Sic sensim ignari delabuntur in confessione veritatis, vt putent hunc regem esse posse Deum: quod si sit Messias, etiam mira eorum confessio, Messiam vocari Dominum, adorationem ei dari. Cūmque & ipse, & cæteri Hebræi, filiam, Ecclesiam interpretantur, & huic iubeat psalmus vt adoret, & veneretur Regem, liquet eorum etiam testimonio, tum Regem istum esse Deum, tum non ad supernam, & in superficie locutionem hæc accipienda, sed alio quodam maiore sensu. Quām facile autem sit intellectu, hæc super Dauid dicta non esse, non aliorum Hebræorum modo aperte contradicentium testimonio fit perspicuum, sed vele maximē, quod nullam habuit yxorem Dauid, cui possit hæc congruere: sed plures habuit in eodem honore omnes. Tum non est fas in sacrosanctis psalmis, de amore, & concupiscentia carnali agi. Et quare diceretur reginæ, Dauid esse Regem Dominum suum, & vt eum adoret? Certè est figura hæc, qua vñus etiam Ezekiel, apud quē Deus queritur quod filia Iude, omni trāſeunti discooperuerit ignominiam suam, & diuariata fuerit crura sua, & quod se verum amorem deseruerit, qui eius misertus in Ægypto, vidēnsque eam denudatam texerit, & cūm hortatur eam vt ad se reuertatur, quoniam redibit ad nitorem pristinum. Esaias au-

Amor dei. tem, aliique Prophetæ assimilant Ecclesiam, vineæ plantatae à Deo. Tali quadam figura, D is psalmus sub nomine filiae, aut sponsæ prouocat, inuitatque coetum piorum, ut adorent Regem, eum adeant, quoniam concupiscet formam animorum sanctorum, & amplexabitur, sicut dicitur in Ezekiele. Spiritus enim est Deus. Spiritus item purosque animos amat, & cum eis delectatur habere commercium. Amat autem ardenter, pro magnitudine animi sui. In animum enim ingentem, ac purissimum, ingens, ac purissimus amor inheret. Ideo Deus est etiam zelator, nec vult in amore parem, ante omnes formosissimum se intelligens, & dignum sciens, in quem amandum omnes animi vires intendere debeamus. Sicut ergo idolatria turpitudo, & abominatio dicitur, quia turpissima, & indignissima diliguntur: sic cultus Dei optimus, & purissimus, efficiens animum formosum, ut à Deo talis forma expetatur. Si enim est formosissimus Deus, & si eum amando, & colendo, similes eius officinam, quoniam pietas est, & sapientia, iuxta priscam philosophiam ἡρακλεῖον τῷ θεῷ τὸ δυνατόν, fieri Deo similem, quoad possis, profecto eum amando, & adorando, venustatem animas augemus, speciosioresque euadimus. Tunc eum adorantes, quoniam est Deus noster, appetet ipse decorum animi nostri: quæ est vera felicitas, ad quam psalmus, animi sui tortis effusus habenis, nos inuitat, dicens, Attende, audi, vide, adora Regem, quoniam cum amando amaberis, appetet ipse te.

Filiae Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

*Tyrus.**Filia.**Diuites plebis.**Venetiae, In mulieribus.**Deprecab.*

Y R V S Hebraicè τῷ Ζω. Eadem vox sonat fortè, ideo Hieronymus vertit, filia fortis, quasi omnes alias vrbes sentiens, secutus Symmachum καρπού, fortissimum. Filiæ fortissimi, vrbes omnes Dei fortissimi. Non est item Hebraicè & Græcè filia numero multitudinis, sed θυγάτηρ, & η bath, filia. Docui superius filiam Hebræos expovere gentem, coetum. Et Chaldæus explicans figuram Hebraicam, pro filia Tyri, transfert, habitatores Tyri. Et Euthym. accuratè monet, θυγάτηρ δὲ τύρων θυγάτηρ τύρου. θυγάτηρ ζεγέτο. θυγάτηρ βασιλίων, θυγάτηρ δὲ γελάσι τῶν πόλεων. Filia Tyri pro Tyrus ipsa filia. Est enim idioma Hebraicū, ut filia Babylonis: filiam autē vocant vrbe. Quod dicit, etiam ex sequenti innoscit, Diuites populi. Hi enim sunt filia Tyri. Tyrū autē præ ceteris populis nominauit, quod hi sint Iudææ propinquiores, celebrisque esset ac nobilissima eo tempore Tyrus, in mari non procul à continentí, emporium co tempore totius orbis, quales nunc Venetiæ in Europa, situ, magnitudine, & diuitiis, Tyron antiquam referentes. Hanc vti clariorē nominat. Et munera ei tribuit, quod esset mercibus, quæ toto ex Oriente, illuc importabantur, refertissima. Pro munericusque est Hebraicè τοντολινcha, oblatio. Et, In, sonat cum, Cum munericus, pro λατεβότον, deprecabuntur, sicuti est Hebraicè τοντολινcha, Theodosio dixit πρηστόν, honorabunt, sed sonat deprecabuntur. Et Chaldæus τοντολινcha hachatur, orabunt. Clarusque est sensus. Orare enim Deum designat. Sic superius hortabatur filiam Sion, ut adoraret, nunc ad venerandam præsentiam tanti Regis, munera ferentes. Chaldæus autem dixit, Et adorabunt τοντολινcha le beth mikdeshaike, ad templum sanctorum tuum, ut cum Rege loquens, sicut loquitur Hebraicum, templum sanctorum eius commemorat. Templum autem est solius Dei. Prædicunt ergo gentes venturæ ad cultum Dei. Quia notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Et alio psalmo, In conueniendo populos in vnum, ut annuntient nomen Domini, & laudem eius in Hierusalem. Diuites populi autem dicens, nobilissimos quoque respicit, ut si hi, multò magis cætera plebes. Mirabilèque est hoc oraculum, & a fatim Euangeli coruscante absolutum.

Omnis gloria eius filia Regis ab intus in fimbriis aureis, circundata varietate.

*Ab intus.**In fimbri.**au. cir. v.*

A T I N V M mendosè habet, dicendum iuxta Græcum, Omnis gloria filia Regis. Et quod Latinus dixit, Ab intus, poterat Græcum εσθε, elegantius vertere intrinsecus, sicut Hieronymus. Deinde quod Græcè dicitur, εν ριωστοις χειροσοις αεισελεγιδιν, περιστοιχιδιν. In fimbriis aureis, circundata, variata. Primùm non varietate, sed variata dicendū est. Distinguenda etiam est oratio iuxta Hebraicum, & iuxta Hieronymum, Omnis gloria filia Regis, est intrinsecus in fimbriis aureis, τοντολιν lebusha, vestita est: Hic est finis huius versiculi. Sequitur alius, In vestibus intertextis ducetur ad Regem. Et pro fimbriis, quæ Græcè

A Græcè κροστῶδε, Hebraicè τοντολιν misbezoth, à verbo shabaz, stringo, vincio. Et Hieronymus hoc cognoscens, vertit fascias, secutus alios interpretes, qui transtulerunt apud Græcos σφρυγτῆσον, quasi iuncturas, vincula. Et Græci κροστῶδε, exponunt ζάνες, cingulæ, zonas. Sicque non propriè fimbrias sonat, sed fibulas aureas. Iuxta quem sensum, Rabi Salomon dixit vulgo has appellari catenas. Hoc loco aduertendum est, quod candem nunc appellat filiam Regis quam superius reginam, & coniugem, ut evidenter appareat error Rabi David, qui superius vxorem Regis Messie corporaliter accipiebat. Eadem est vxor, & filia. Nec omnino probo quod Chaldæus, & ipse Rabi David, filiam Regis sentiant ciuitatem cuiusque Regis, quæ vestita auro ventura sit ad adorandum Regem. Videtur dici illud superius, & quam idem Chaldæus transtulit, ubi in psalmo dicebatur, Audi filia, Ecclesiam Israel: sic nunc Ecclesia & sponsa eadem intelligenda est. Quod autem dixit Ab intus, vel, intrinsecus, Auen Esra, & Rabi David exponunt in palatio, in arcanis penetralibus. Omnis, inquit, gloria eius est in auratis thalamis, omnis pompa, decórque. Thalamos habet, & laquearia aurea, inclyta, pretiosissima. Quo loco etiam atque etiam quæso animaduerte, quid dicat Auen Esra: Si haec, inquit, sunt de Messia, figuratè dicitur: si de Christo dicantur, secundum corticem iudicat, sed figuratè dari ei sponsam, thalamos, corporea ornamenti. Sicque cæteri Hebrei falluntur, qui haec accipiunt ut sonant. Græci autem & Latini, intrinsecus non ad regiam habitationem referunt, sed animum, hincque comprobari non corporaliter haec, sed spiritualiter debere intelligi dicentes. Omnis, inquit, gloria, omnibz ornamentum huius spōsa in animo est. Interior est eius pulchritudo, & interius amatur à Rege suo. At Chaldæus retulit aliud sensum, gloriam quæ sit intrinsecus, esse thesauros Regum reconditos, qui afferendi sint filia Regis, Ecclesiæq; sanctæ, munera pretiosissima, intima, abdita, sepulta in thesauris abstrusis. Hæc omnia, inquit, dabuntur filia, offerentur. Est & is pulcher, probabilisque sensus. Potest intelligi gloriam corpoream, formamque eū figure, dixisse, quæ spirituale referat, sicut tota descriptio, ut dicebat Rabi Auen Esra, cùm dicitur, sit corporea, eximium quiddam & νοντόν, nobis repræsentat. Siquidem & Esaias vidit Do-facte. minum sedentem super solium excelsum, & fimbrias vestis eius regentes templum. Viderunt alias pompas corporeas, aut corporearum simulacra Prophetæ, quæ maius aliquid, atq; excellentius referunt. Sunt enim tria genera figurarū in sacris litteris, dictæ, factæ, vīsæ. Dictæ, quales hoc toto psalmo, quo pompa corporea describitur, innumerabilésque aliae in sacris litteris. Factæ, vt cùm propheta incessit nudus, & catenatus, cùm scidit pallium alius in undecim partes: & id genus. Vīsæ, vt tota Apocalypsis, totus fermè Daniel, & apud alios Prophetas. Ac quod videt Esaias Dominum super solium excelsum, & levatum, & ea quæ sub ipso, id est, fimbriæ vestimenti eius replebant templum. Posset describi figuratè claraque est haec ratio. Resolunt ergo Græci fimbrias, mihi ad explendum descriptionem & ornatum videntur appositæ.

Afferentur Regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.

S t, vt dixi, confusa periodus. Nam ad hunc versiculum spectat, quod superius Latine corruptè dicitur Varietate, cùm dicendum sit Variata, περιστολημένη: dicendum hic, Variata afferetur regi. Hebraicè τοντολιν τοντολιν lircam oth tubal lamelek, id est, In racamis, siue scutulatis, vt dixit Hieronymus: aut in vestibus intertextis adducetur ad Regem. Diciturque id de regina, & filia. Nam virgines habent suum verbum. Quomodo enim stat ista periodus apud Sept. ἀπενεργούται τὸ βασιλεὺς τοπέοι ὅπλων αὐτῆς, Adducentur Regi virgines post eam. Post quam si adducentur Regi, verbum ergo Adducentur vel Afferentur, debet esse singulare, iuxta Hebraicum, ut dicatur, In vestibus intertextis figuris, siue scutulatis, adducetur ad Regem. Et Hieronymus, In scutulatis ducetur ad Regem, virgines sequentur eam, amicæ eius ducentur illuc. Pulchra igitur reginæ sicut & regis descriptio. Dedit ornamenta sua regi, dat etiam reginæ sua. Prædicat eam adducentam, vel portandam sicut reginæ solent, & sicut portabatur Esther ad Regem, comitantibus virginibus sociis eius, quæ eam sequentur venientem ad formosissimum Regem. Ecce sensus clarus. Nam quas Sept. transtulerunt proximas eius, est Hebraicè, sicut Hieronymus clarius proxime. τοντολιν rex otheha, sociæ, comites, amicæ eius. Sicque & haec est descriptio aulæ corporeæ, & sensibilis, figuratè repræsentans quandam νοντόν & maiorem, regiamque pompam maximam, ab oculis secedentem, mente tantum comprehensibilem. Hic est Rex, est formo-

fillimus, est regina, eadem & coniux, & filia regis, sunt virgines comitantes eam, quārum est eximia forma, omnes vestibus aureis interlucentes. Auen Esra & Rabi Salomon etiam de Messia hæc sentiunt, cogunturque, nisi sint sui immemores, figuratè accipere. Quod si filiam, & reginam accipias pro ecclesia, facilis est de virginibus, vt sonet has ipsas, sanctas, integras, intelligere. Regia tamen est corporalis descriptio, sub qua, maiorem ac quasi cælestem aulam intellige: vt si singula singulis referre nolueris, minimè cogaris, totam tamen formam regiæ, pro quadam alia maiore accipias. Et quod dixit, Tibi, alij apud Hebreos referunt ad Messiam, alij Deum, quasi innuant idem esse Deum atque Messiam. Memorabile quoque est, quomodo hunc locum verit Chaldaeus, In vestibus, inquit, figuratis offerent sacrificia coram, נָשָׂא וְנָשָׂא malca de alma, Rege mundi, appellans regem mundi, quem cæteri, Regem Messiam.

Adducentur in lætitia & exultatione, adducentur in tem-
plum Regis.

*Solus Me-
ssie voluntas facienda.*
Math. 17.

ORVNDEM est παλαιόν, additur autem quod in lætitia, cantando, & exultando, ἐντυμphando, coram inlyto Rege venient in palatium eius, sive templum, vt so- nat Hebraicum לְבָתָה Et Hieronymus perspicue, Ingredientur thalamum Regis. Et Auen Esra exposuit לְבָתָה palatiū, aulam, interpretaturque Regem, aut Dauid, aut Messiam. Hoc quoque loco ipsimet Hebrai, non sustinente tenebras veritate, aperte fatentur manibúsque & pedibús veniunt in sensum, quem altissima, regiaque theologia nostra con- spexit. Siquidem Rabi Dauid ratione viētus nunc demum ait, Adducentur in lætitia, om- nes qui venient aut venire eas facient ad regem, in triumpho, & gaudiis. Venient in pa- latium Regis, quasi dicat in palatium, quo Rex inhabitat. Quia ipsæ habitant in palatio, sibi præscripto, quæ est dominus fœminarum, quoisque velit Rex, & vocet eas nominati- vum, vt veniant ad se. Sunt autem qui hæc omnia accipiant figuratè, quorum est recta, & vera expositio. Et filiæ regum sunt populi, qui omnes concurrent ad audiendum, vel obe- dientiam Regis Messiae. Et coniux regia, eadem & regina, figuratè debet intelligi Eccle- sia Israel, quæ regina erit omnium populorum. Et dicit, Audi filia, ad omnem videlicet orbis terrarum populum, vt non faciant nisi voluntatem Regis Messiae, quia ipse est בְּנֵי יִהְוָה Adon leculam, Dominus omnium. Et omnes populi venient cum oblatione ad Regem. Commemorauitque cœtum Tyriorum sicut exposuimus, quia Tyros propinqua sit terra Israel. Et virgines figuratè sunt populi, sicut virgines tiliæ Iuda. Eruntque hi populi tanquam virgines, quia nesciebant religionem. Accipiēntque super se præ- cepta Regis Messiae, Hæc Hebraeus ille. Nulla igitur quod ad eos attinet, superest super hoc Psalmo quomodo intelligentius sit, dubitatio, quorum ore etiam inimico, no- stra religio eo magis inclarescit, quod dum eam volunt abscondere, elucescit, dum tollere, hæcipia esse cernitur, quam ratio eis, oraculorumq; vis ostendebat. Nam omnes populi ad amplexandam hanc pietatem, concurrent, impouerintque sibi Christi mite ac suaue iugum. Omnes, inquam, nationes ab ortu in occasum, qua prius virgines essent, lege & re- gno cœlesti, resurrectione mortuorum, ceterisque mysterijs ante hac eis incognitis. Ex quibus conflata est vna inlyta regina Ecclesia, Sponsa & filia Regis, quæ conatur facere non nisi voluntatem Messiae, qui est Rex vniuersorum. Quantus est autem in pectoribus eorum, tenebrarum horror, qui prudentes, & scientes, & cum ratione insaniunt, totum mun- dum ad hanc religionem concurrisse cernentes, omnes munera portantes, reges etiā potentiissimos, & ab Iudaea remotissimos, natum in Iudaea, Iudæum, ex eorum stirpe, Christū appellare, adorare Deum, per eum legem Mosis in omniū pectora, & animos venisse, om- nes venerari sacrosancta illa, & quotidie canere, versare diurna, nocturnaq; manu oracula, vt lex altius, & honorificentius post illud tempus prouecta sit. Idem fuerit autor, vt Deus Abrahā, Isaac, & Iacob apud omnes innotuerit, vbiq; adoratus sit, hec tamē sépercæci semper immundi, non videntes, & vtrō lucē refugientes, stulta pertinacia pernegat. Cōsidera etiam quomodo ipsa seipsam falsitas euertat. Quomodo enim in aduentu Messiae populi virgines erunt, ante id temporis sine vlla religione, cùm à Christo iam nunc totus mun- dus sit religione præoccupatus? Nam Arabica illa impia superstitione, est vna quasi veræ religionis hæresis, qualis Manichæorum, Eunomianorum, non noua religio. Et colit verum Deum, cæli & terræ creatorem. Colit autem à vera nostra pietate, quam Christus sparsit per orbem, accepto hoc lumine, cùm ante Christi aduentum hæ nationes essent idololatræ.

Aidololatriæ. Sed cùm veritas sit clara, sic eos hanc odisse, & refugere dicemus, sicut apparu- vbiq; pertinacissima, & stultissima natio, sine iudicio semper, & semper in malū, quā bōnū propensior, tenebrarū, quām lucis, superstitionis quām veræ ac solidę pictatis, appetētior.

Pro patribus tuis, nati sunt tibi filii: cōstitues eos principes
super omnem terram.

R o, Hebraicè & Chaldaicè, & à Hieronymo exponitur, loco, vice, Et Latinus quod- perat Græcè εγενθησαί, non nati sunt, licet id sæpe denotet, sed facti sunt, vel fuerunt. dicere debuit, iuxta significatum Hebraicum, quanquam Hebraicè potius est futu- rū in ihu, erūt. Aquilas quoq; vertit Κοραῖσσοι υἱοί, erūt tibi filii. Symmachus εγένετο ιού. οἱ, filii, tui fuerunt. Sensus igitur duobus modis exponitur ab Hebreis, Rabi Salomon vult esse ser- monem ad vnumquemque de populo. Israel, vt dicat ei oraculum, Perpetua erit series, pro patribus succedentium nepotum. Erunt, inquit, tibi διά Ισραήλ, loco defunctorum patrum, filii, repulsantes, sicq; in sempiternum, felix nepotum series. Auen Esra simili ferè ratio- ne, pro generatione præterita, erit altera succedens generatio, vt Messias sit medius, cui & antè patres erunt, & post filii superstabunt. Rabi Dauid diuerso quodam modo. Regnum, inquit, peruenier de generatione in generationem, yisque ad ipsum Messiam, & sic non de- ficiet de filiis suis. Ideo dixit, loco patrum regnantium, erunt etiam regnantes filii. Chal- daeus etiam nihil immutans Hebraicum, eadem sensisse videoetur. Tantum, ait, pro patribus, tuis iustis, erunt filii tui. Sed hæc accipi non posse nisi vt ipsi Hebrai dicūt לְבָתָה derek mashal, id est parabolicè, & figuratè, non ratione solum, sed ipsorum etiam testimonis, est evidentissimum. Si enim superius filias, & coniugem, & thalamos autatos, virginesq; Re- gem adorantes figuratè accipiebant, quo ore nunc quasi sui immemores ad proprietatem transiunt? Etsi non videbatur aptum, Messiam habere pellices, & coniugem, cur ei nunc fi- lii tribuunt? Iam si, vt probauimus, fecū diligentius perpendant, & loagiū prospiciant, nō ne videant necessario futurū, vt filii, qui succedent Messiam, nō semper cultores Dei ac pro- bi sint, vt regnum necessario aliquando ab eis transferatur. Deducitur enim hæc ratio è fonti- bus humanæ nature, & ab usque sæculorū exordio repetitis exemplis. Nec enim Messias defunctus efficere poterit vt filii sui semper boni sint, nec erit hac parte ceteris hominibus, præcipue Mose, & Dauid, viris maximis, Deoq; acceptissimis felicior. Tum si quis ipsorum, Iudeorum naturam è præteritis exemplis judicare voluerit, sentiet futurum vt eadem post Messiam, atque sæpe sunt, impietate implicitur. Quibus omnibus regni necessario erit, euersio. Quādo, itē erit aut esse poterit iste Messias, cui a patribus & maioribus suis ampli- simū, ac totius orbis terrarū tradatur imperiū? Vbi vel scintilla, vel minima penes Hebreos, imperiū radix existit, super qua possit amplissimum regnum crescere? Vbi sunt isti maiores Messiae, qui filio tradant imperiū tantum super omnes mortales? Quæ principia nunc, quod inchoamētum? Imperator etiam ex se ipso non erit Messias, sed a maioribus erit successio. Cur ergo tantopere celebant eum oracula? Miremur igitur inanis animorum ludificatio- nes, & spes semper falsas, mentes semper vilia, corruptibilia, vana, semper opes caducas, in quibus non solum nihil est stabile, sed nullum solidum gaudium, verūque bonum, me- ditantes. Ut si Deus per tot oracula promitterebat hominibus singulare quoddam bonum, necessariò dignum effet diuinitate sua, nempe in renouatione corporum, & abolitione nostrarum miseriuarum, quas in hac vita sive diuites, sive pauperes, sive imperantes, sive seruientes, habemus comites. Verior igitur sensus, & clarus est, vt non sit nunc sermo ad ipsum Messiam, sed ad eandem filiam, & reginam, quam superius hortabatur, vt obli- uisceretur populum suum, & domum patris sui. Nunc ait ei, quod pro patre vel patribus relictis, & in obliuionem datis, renascentur ei ex amplexu Regis, filii principes orbis terrarum. Ideo dicebat ei, Audi filia, inclina aurem tuam. Prædicto enim tibi prole in- lytam, sobolem gloriosam, filios qui principes sint in omni terra. Sicutque exponunt Græ- ci, & Latini, & vera est expositio. Nam Apostoli plus in orbe terrarum, quām triumphator Cæsar, valuerunt, solisque Paulus, vt ait Chrysostomus, ille inquam tabernacu- lorum factor, & scenopegia, intra quatuordecim annos, subegit Græcos, Romanos, Iudeos, Asiam majorem, ac minorem, Hispaniam, Galliam, multaque alias prouincias, *Paulus.* *Chrysost.* quas obsequetes, humilesque Deo reddidit, reddidit autē tanta virtute in eo solo florente, quanta non fuerit inquam in omni exercitu Romanorum. Eoq; meruit nomen sempiter- num, vt sub eadem subiectione, & imperio gentes remanserint, quæ eas moriēs reliquisset,

quod Romani facere non potuerunt. Et cùm nunc nonnunquam Cæfarem, & Pompeium d^etestentur, Petru & Paulum colunt, & adorant Romani, limina venerantur, adorant omnes g̃tes, vt viuis, & mortuus plus imperio, nomine, rerum gestarū gloria potuerit, quā illi Romanorum imperatores. Hæc igitur vera regna, hi veri principes, digni qui oraculis prædicerentur: non scelerati, sūorum vitiorū māncipia, qui ne p̃fentes quidem titulos, nedum famæ aeternitatē mererentur. Qui cædibus terras infecerunt, multosq; mortales, m̃estos reddiderunt, nihil, nisi cupiditatibus suis profuerunt. Tales principes etiam in posteritate Messiae qui cædāt, mactent, accincti gladio incedāt, superbi, generis humani contemptores prædictos à Prophetis ne erendas, sed veros illos principes, qui pacem, & cōcordiam, iniuriarū acceptarū obliuionem, charitatem, benevolentiā eximiū inque Dei cultum, introducentes, felicitatē nobis quæsierunt, & animos ad veram sapientiā, immortalitatē inquit excitare sunt excipiētis; & sermone conati, vsquequāb; humano generi viles, & fructuosi. Variante igitur spiritu personas, quod creberimū, & in psalmis, & prophetis, tum verò & apud profanos poëtas deprehendes, nunc ad regem est sermo, nunc reginā, & filiam, ex adoratione, & amplexū, desiderio que regis inclytam futuram, & filios, mundi principes habituram. Sunt tamen apud Græcos, qui putent posse ad Messiam hic esse sermonem, vt dicat ei, pro patribus, quōs à genere materno duceret, id est Abraham, Isaac, & Jacob, & David; cæterisque inclytis, & pullulatutis ei similes filios, & ipsos patriarchas animorum, & principes, ac patres gentilium, patres patriæ, vbicunque fuissent: quod & ipsum longè sapientius dicitur, quā illa Hebraeorum delyria, è p̃store nimiū humano, & humanas opes, aeternum autem nihil, & immortale spectante, manantia.

Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.

Patres apo-
stoli.

Mem. erūt
no. iii.

In omni gen-
& gener.

Generatio-
& gener.
Nestor.

Sed Messiam Hebreis etiam testibus est sermo. Nam Rabi David ait, Nominis tui, de rege Messia dicit, qui in omni aetate nomen eius recolent, expectantes vel respicienes in eum. Rabi autem Salomon, & ex parte Auen Esra, dicunt nominis tui referri ad ipsum Deum. Videntes enim, fugientesque incurrit in veritatē. Eundem enim illi volunt esse Deum benedictū, quem Rabi David Messiam: est ergo Deus Messias. Ex ipso enim loco sit clarissimum, vt nulla certa, rationabilisque sit fuga. Recolere in aeternū, ac celebrare, nisi de Deo dici non potest. Psalmorū perpetua locutio, vt dicant nomen eius fore sempiternū, propter sempiternā gloriam. Ei qui semper est, debetur nominis aeterna memoria, præcipue psalmo & Propheta hoc dicente, Ille mihi erit semper Deus. Nunquam de nostro labetur pectore vultus. Semper laus eius in ore meo. Benedicā eum in omni tempore. Hæc omnia significant diuinitatem. Filii, inquit Moses, qui nascentur, enarrabunt filii suis, quanta fecit Deus magnalia. Est autē Propheta, qui hæc magnitudine suarum cogitationū elatus, loquitur. Mos est autem hymnorū diuinorum, in eundem, & eodem modo desinere quo coepisse. Quemadmodū autem dixit in principio, Dico ego opera mea regi, sic terminas in eundē. Memor ero nominis tui: vt mira sit Auen Esra, & Salomonis mēs, non cum dem regem, ac Messiam sentientium, nisi videreimus, quā ob causam refugerent hunc expresse doceat diuinitatem. Ac repetitio generationis idem valeret, atque aetatum, vel aetula aetolorum. Idem est enim aetas, generatione, aetatum. Apud Ouidium, vertitur in aetatem, quod erat τετραπλος apud Homerum, id est generatio. Annos, inquit longæus Nestor, vixi bis centum, iam tertia viuitur aetas. Homerus,

Tō d' ἥδι άνθι μέντη περόπων αὐθόπων

Ερθιαθ ὅτι οἱ τετράπλοι τετράπλοι οὐ εἴναι τοι.

Ἐν Πύλῳ ἡ αθηναὶ μετὰ δὲ τετράπλοι τετράπλοι.

Quo loco apparet Ouidio interprete, idem esse generationem, atque aetatem: aetatem autem siue generationem esse ceterum annorum. Repetitio igitur generationis, sonat aetatum, aetolorumq; continuationem, ac perennitatem. Ac Vates scipsum introducens aetere memorem, partim denotat se noscere, quæ cæteti non noscant, videre quæ multi non videant, diuinitatem, inquam, aeternam q; dignam memoria, Messiae diuinitatem, tum se pro cæteris sistit, vt se tanquam carminis ducem canentem, vehentemq; hunc inclytum regē, reliqui sequantur chori plaudentium, exultantium. Ipse est carminis, oraculique princeps. Chaldæus tamē videtur quid aliud respexisse. In tempore, inquit, illo, dicetis. Recordabitur nominis tui in omnem aetatem & aetatem. Vera quidem sentit, quod tunc recordabimur, & deinceps

Adeinceps in omnem aetatem, quia veniente libertatis vindice, psalmi in toto terrarum orbe resonarunt. Itaque cùm is psalmus in omnium ore personet, idq; iugiter, & in omne saeculum, cantantibus Ecclesiis pro ipso Propheta, qui oraculum edidit, efficitur ore nostro, vt sempiternus sit Vates, nominis Messiae regis praeco. Quod ille videns prædixit, in omnem aetatem, nomen tuum celebrabo, quoniam hoc de te, meum carmen decantabitur semper omnibus linguis Græca, Romana, Arabica, Aethiopica. Quanquam & in caelo canitur laudatique idem à sanctis semper.

Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, & in saeculum saeculi.

Si quis claro, integrōque iudicio perspiciat, cùm totus is psalmus ad secundam personam quandam loquatur, videbit duos nō plures, quibuscum Propheta loquatur regem, ac reginam esse semper: vt vbi curū regina non sit sermo, rex omnino intelligatur, quod & ipsi Hebrei non negant. Nam Rabi David hic Messiam sentit, Et Chaldæus præbet veritati eximium testimonium. Nihil verò est clarus, & quod (quanquam errore graues) magis excitare possit metes Hebraeorū, quām hoc oraculū. Prædicat istam religionem & pietatem erga Messiam, aeternā, prædicit eum à populis celebrandum, decantandum, animandum vbique gentes vniuersas, & vniuersa tempora complectens, populos dicens, & in aeternū, & vltra, vt est in Hebraico. Quod oraculum nō solum quod nunc vulgatissimum est, tanto ante tempore prædictum, confirmat, verūque docet, sed cognoscitur, adorandum, celebrandumque, & laudandum ab omnibus populis, in aeternum, Deum fore. Dicant enim Hebrei, an laudandus à populis in aeternum possit carere diuinitate, cùm præfertim hæc non à poëtis, & oratoribus dicantur, qui templū pacis aeternum, aeternā famam, multaque alia sempiterna, siue per exaggerationem, siue per mentis errorem faterentur, dicant autem à Spiritu sancto, omnia saeculorū volumina prospiciente. Tria sunt hic diuinitatis, & istius quæ penes omnes est, pietatis testimonia. Vniuersitas populorum, aeternitas temporum, cultus ipse laudis, & Confessionis. Qui quanquam de hominibus dici possit, vt, Iudeate laudabunt, siue confitebuntur fratres tui, in Psalmis tamen propriè est Dei, nec inuenies alium laudari, & de eo usurpari hoc verbū hoda, confessionem, quām de Deo. Hinc, Confitebor tibi Domine in toto corde meo: Confitemini Domino quoniam bonus. Confessionem, & decorum induisti. Chaldæus igitur hoc loco, hæc transtulit, Quoniam populi qui conuertentur, confitebuntur nomen tuum, in aeternum, & in saecula saeculorū. Et Rabi David, Confitebuntur, hoc est, te Regem super se, fatebuntur, quia regnum tunc adeò magnum erit, vt tale non fuerit inquam. Vera dicit, Nam & Daniel, regnum eius sempiternum fore prædictum. Potestas eius potestas aeterna, & regnum quod non corrumpetur. Quod de homine, & regno terrestri, verum esse non potest. Omnia enim terrena imperia similia præteritis, Periarum, Medorum, Græcorum, Romanorum erunt, eadem natura, mortalique aetate, mutationēque in deterius. Aeternum regnum, alterius generis sit oportet, sicut Philosophi, quoniam cælestis corpus putant aeternum, è quatuor terrenis cæximentis, quintum statuerunt analogum, vel & qui uocum ad ista terrena. Sic aeternum istud regnum à Prophetis visum, & prædicatum, non vt falsum & obtusum, & vbique caligans iudicium Hebraeorum disipit, in homine mortali, mortalique posteritate poterit esse, quoniam in aeterno Imperatore, supra humanā, vt sit ab omni homine, & omni tempore insuperabilis, necesse sit, potestas, ratione, & oraculorum summo consensu comprobata. Tum si mortalis, vt vult cæca natio, erit Messias, quomodo summa pietate, & amore eum populi in saecula saecula, in aeternitatem confitebuntur? certè si cum ratione, cogitata sua ponderarent, suam absurditatem, & scripturarum in his depravationem agnoscerent, cum quibus digredi sepe coacti sumus, quoniā & mitamur in tanta oraculorum luce eos cæcos esse, & peruersis eorum, vanisque interpretationibus vbiique occurrere necesse fuit.

Aeternū,
pro diuinur
no, & ap.
poetas.

Confit. ad
deum solū,
dic in psal.

Corp. celi.

P S A L M I L X V I I . E X P L A N A T I O .

HPSALMVS quoniam in titulo non est nisi quod sit psalmus David, varius fecit homines suspicari, quamobrem editus esset. Græci (quod & Augustinus sequitur) solum mysticum sensum exhibuerunt, videlicet quod prospiciens David magnam per orbem terrarum dæmonum potestatem, & ad eius interitum venturum filium Dei per Spiritus sancti revelationem agnoscent, precatur vt acceleret, docens tum salutem humanam, tum dæmonum interitum

DDD ij

per omne carmen. Hebræi, & ipsi ancipites, alij super data lege, alij super bellis David, alij super Gog, & Magog, alij super exercitum Sennacherib, quando Angelus centum octoginta millia interfecit, editum psalmum arbitrantur. Hoc postremum quoniam & remotissimum fuit à David, & tametsi fuit res prodigiosa, non tamen vniuersale bonum, deinde nulla ratione hæc suspicio robatur, nec verisimile est David qui miraculum illud plus centum annis antecessit, oculos ad hæc defixos habuisse, quasi spiritus laborarit hæc ei referre verisimilius est, aliquid sublimius ac magnificètius iuxta superiores hic doceri. Nam & Chaldaeus putauit super lata lege in monte, eum recitatum. Et Rabi Salomon de Gog, & Magog, & de Christo nonnunquam. Quicunque igitur altius in hæc penetrauerit, compierit, in eo vniuersalem Dei gloriam, vniuersalem rerum prouidentiam, celebrari, commemoratis etiam nonnullis exemplis, quibus eius prouidentia sublimisq; maiestas mortalibus innotuit. Atque in eo refertur, quod Plato videtur hinc accepisse, Iouem, id est Deum, aureo curru insidentem, Deorum immortalium frequentia comitatū, ire per cælestia templa, cælicolas intuentes, circumstantes diuinis plausibus salutare, quotum vocibus cælum omne resulset. Multas igitur res diuinæ, ac mirandas canit Psalmus, vagus per omnes theologiae partes, nunc cælum, nunc terras, nunc humana facta, nunc prouidentiam, & Nemesis ostendens, præcipue vero Messiam decantans, vt cuncta simul quæ Græci, ac Latini, & Hebræi crediderunt, non seorsum aliquid referatur, eoque Auen Esra testatur hunc psalmum esse καὶ νῦν valde nobilem, ac gloriolum, & grauem. Atque in titulo dicitur, In finem ipsi David, psalmus cantici. Primum cur Septuaginta interpretes transtulere. E runt, In finem, retuli alibi, referatque nunc breuiter. Hebraicæ hæc vox νῦν nazach sonat quidem multa, sed duos principales habet significatus, æternitatè, victoriæ. Forma vero, & canonismus significata distinguit. Atque distinctè apud Hebraeos in æternum dicitur, ac victoria: cùm dicitur in æternum, est νῦν lanezach: cùm victoria, νῦν lamnazeach. Quæ sunt duæ partes, le, qualis Græcus articulus, τοῦ: mnazech, participium sonans vincentem, triumphantem, siue canentem vehementer. Crediderunt igitur Septuaginta, lamnazeach, esse quasi lanezach, id est in æternum, eoque transtulerunt εἰς τὸν τόνον, in finem, quod illis sonat in æternum. Plures igitur Græci, & Latini partim quid Græcum sonaret non intellexerunt, nec agnoverunt in finem, sonare in æternum, plures veram vocis Hebraicæ vim agnoscere non potuerunt. Docemur autem in libris Paralipomenon, mnazechim, appellatos præpositos operis, instantes, vrgentes: sic quoque iubilantes, & quasi vincentes alios, quasi triumphantes, quod genus modulatus fit voce, fit organis, tibiis, tubis. Secutusq; sum alibi hanc sententiæ, eundem esse David, & mnazech, vt Hebraicū, quod in principiis Psalmorum pónitur, lamnazeach le David, solet iubilans, triumphantisque David, & quasi exultantis, & duo genitui in eundem spectent. Est aliud item probabilis sensus, vt mnazech non participium, sed nomen verbale sit, aut quasi gerundium, vt designet ad canendum, quod idem dicitur νῦν lenazeach, sicut apparet in Paralipomenon. Primo, vbi, quod Hieronymus vertit, Pro octaua, canebant epinicion super victoriis, est lenazeach, quod ille ostendit esse canere pro victoriis, idq; Græce dicitur Ἐγγύων. Et apud Abacuk vbi dicitur F in nostra tralatione, Et super excelsa mea deducet me viator in psalmis canétem: Hebraicæ est lamnazeach bnighinothi, quod propriè sonat ad canendum in cithara mea. Facit inquit, vt triumphem, & exultem. Chaldaeus item pro hoc Hebraico in psalmis semper ponit νῦν lesabecha, ad laudandum: quibus exemplis colligitur hoc, quod in principiis psalmorū sèpius ponitur lamnazeach, esse idem atque lenazeach quod est in libro Paralipomen. id est, ad laudandum, vt in titulo quasi sonet, ad exultandum, ad iubilandum & ad exaltandum Deum totis viribus. Hoc carmen, ait, est ad laudandum Dominum, in eo laudamus, exultamus. Hoc facit, inquit, hoc carmen laudat Dominum, præcipue od victorias, pro quibus Romani supplicationes habebant. Et Moyses, ac Maria carmen pro superatis, & summersis hostibus cecinerunt, dicentes, primum cantemus. Sic Psalmorum autores inuitates omnes ad laudandum Deum, docent hæc esse carmina vera, & dicunt in principio, Hoc carmen est pro gratiis agendis. Ad quam similitudinem, formamq; loquendi eodem libro Paralipomenon, vbi dicitur, Ut confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis: Hebraicæ est ιωδοθ, ηιωθ letisthabéah, ad confitendum, ad laudandum, exultandum. Sic in principiis Psalmorum, lamnazeach, sonabit ad exultandum, ad canendum, iubilandum. Vtq; Homerus in principiis suorum hymnorum dicit, εἰς τὸν στόλαρα, εἰς τὸν Διό, in Apollinem, in Iouem: sic vice argumenti ponitur in nostris

Anostris, in principio quasi in laudem Dei, exultationem Dei. Hæc tam multa dicenda fuerunt, vt essent omnia clara, quoniam iuxta tralationem Septuaginta non facilè intelligentur, cogemurque à fonte abhorrentia sentire, vt sunt qui finem interpretantur Christum. Nam tametsi Septuag. finem reddiderunt, id tamen tum non est in Hebraico, tum apud illos potius sonat æternitatem. Quoniam vero hac voce nazach designatur etiam victoria, eo vertunt mnazeach, alij Græci interpretes νυστοῖ, vincenti, victoriæ danti, quos sequitur Hieronymus: eritque eadem sententia, vt dicat, Hoc carmen canitur ei qui dat victoriæ, qui facit vincere, sicut interpretati sumus ad canendum, laudandum: eos, vt dixi, sequitur Hieronymus, pro eo quod Septuag. vertunt εἰς τὸν τόνον, ipse semper reddens victori, quasi diceret, Canitur is psalmus ei qui vincit, Deo scilicet: quod clariss Græcè νυστοῖ, victoriæ danti, quanquam sint qui hanc victoriæ, & conatum potius ad cantum, quam ad victorias bellicas referunt. Potestque, victori, referri ad ipsum David, sicut superius docueram, qui vel vicerit in bello, vel triumphet in carmine. Quod autem sequitur in titulo ipsi David, articulus, qui nomini David apponitur le David, est potius casus gignendi, sicut & Græcè τῷ Δαβὶδ. Sicque ^{In finem, in Christum.} dicendum potius, Ipsius David, quam τῷ Δαβὶδ. Dicitur item in titulo, Psalmus cantici, quod cum sit & ipsum difficile ad intelligendum, clarum faciendum est. Videtur enim esse verus sensus quem transtulit Chaldaeus reddens Νεβαίον thusbecha vescira, laus, & canticum, quasi duo idem pollutia, vt non intersit inter laudem, & canticum. BCantica enim, psalmi dicuntur: vicissim psalmi dicuntur cantari. Ergo duo sunt nomina idem valentia, sicut, si diceremus, melos atque oda. Non enim esset νυστοῖ, sed major expressio, id sepissime fit apud Prophetas. Videtur autem deesse coniunctionem, Et, nec crediderim tametsi etiam diuus Hieronymus dixit Psalmus cantici, alterum horum esse easum nominandi, alterum gignendi, sed potius vtrunque nominandi, Psalmus, Canticum. Et diuus ipse Hieronymus saepe hoc nomen misnom, quod hic reddidit psalmum, solet transferre canticum, vt sit quasi canticum, & canticum, quasi duo idem. Et post, vbi nunc dicitur, Psalmus cantici, dicitur Canticum psalmi, vt videantur idem esse. Et illuc Septuaginta dicunt φῶνα λαμψά, hic vero φῶνα λαμψά. Possumus & hoc ostendere, quod & diuus Augustinus proposuit, psallere apud Græcos non propriè dici de voce humana, sed de instrumento musico, quod à Græcis vocatur φαλτεῖον, psalterium, quod Atheneus testatur octo chordis constare, ostendens Epigonum quendam addidisse duas alias chordas. Aitque quod idem φαλτεῖον πλήκτης, sine plectro psallebat. Ex quo videmus, quod cum ille sine plectro psalleret, psallere dictum esse de voce illa musica, non humana. Plutarchus ait in Symposiis, quod tarditatem, & curiositatem Philippi psaltæ compescuit, qui eum volebat φέλε τὸν κρεμάτων καὶ ἀφονοῖν, de pulsu, & harmonia reprehendere, Dij, inquit, auerant ut tu melius quam ego hæc noscas. Quo exemplo appetat psalten esse qui pulset, feriatque. Sic de Hebraico misnom, tametsi ad vocem humanam interdum referatur, signare tamen propriè vocem musicam, secundum autem nomen shir, vocem humanam tantum, vt ostendatur duabus vocibus & harmonica ipsius psalterij, & humana recitante hæc verba modulatè, hunc psalmum & alios multos fuisse cantatos. Quod Orpheus lyra fecisse dicitur, vt & cantando, & lyræ chordas ducentio, ac feriendo dulcissimum redderet modulatum, quo faxa, arborésque se sequi cogeret. Viget idem vsus hodie apud mortales, & totidem instrumentis, quot & tempore David fermè psalmicanuntur. Nam instrumenta, quæ numerantur in libro Paralipomenon, quibus psalmi canerentur, hodie ferè sunt eadem, in Ecclesia. Numerantur ibi Nebalim, id est psalteria, & kinnoroth, Citharæ, quibus hodie respondent lyræ maiores, & minores; & mezithaim, id est cymbala, tubæ item, quarum est idem hodie quoque vsus. Nec mirum tametsi propriè Psalmus sit vox harmonica, etiam vocem humanam, carminaque propter modulatum, accessionemque vocis harmonicæ, vocata, Psalmum. Psalmus ergo propriè vox psalterij, ob affinitatem autem, & secundo, etiam vox humana, seu carmen ad psalterium decantatum.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui
Eoderunt eum, à facie eius.

DDD iii

In finem, in Christum.

Psal. Cant. Canticum psal. Psallere. Psalterium.

Psalter. Misnom. Shir. Orpheus.

Instrumē- tam musica.

Psalmus.

*Dissipare.*

ESCRIPTVR s maiestatē potentiamque diuinam, eiisque excedentem omnia vim, & sapientia, ait primo imperium eius, hostes posse labefacere, datus inimicos eius terga, formidaturōsq; potentia. Nihil ei posse resistere, & quicunque cum nunc blasphemant, execrantur, si se commoueat vel minimū, si velit quid possit, ostendere, in cineres eos & fauillas subito abituros. Ut autē is sensus melius intelligatur, sciendū, quod & Hebræi quoque testantur, hanc orationē & principiū huius Psalmi duobus modis effterri posse. Nam Hebraicē futurum est, sicq; per futurum potest pronuntiari: Exurgat Deus & dissipabuntur inimici eius. Potest & per imperatiūm transfreri, quoniam Hebræi, & Græci futura pro imperatiūis usurpant, sicut & Sept. & Hierony. transtulerunt. Hos duos modos innuens Rabī David, Hoc, inquit, aut est oratio, vt roget inimicos dissipandos, aut prophetia, quasi vaticinetur fore vt iōimici Dei liquefaciant. Quod si verum est, stabit, & quadrabit sensus Christianorū dicentium his quasi prædicti euersiōne diabolicae potestatis. Illi enim sunt veri inimici Dei, multō magis quā omnes homines, cūm imperio & gloria, & cultui eius semper aduersentur, quærentes ad se honorē maiestatis eius transfreri. Et cōmunitis est omniū mortalium consensus, hostes Dei esse aduersas potestates, quæ regnū eius appetierunt. Quod si ad homines referas, vt saepe in sacris litteris inuenitur, appellantibus homines impios, ac superbos, Dei inimicos: etiā pulcher est sensus. Si Deus, ait, exurget, dissipentur scelerati illi, vanescant, qui tum ipsum Deum, tum amicos eius persequuntur. Hinc suspicati sunt nonnulli Hebræi hæc referri ad Sennacherib ipsos Hebræos E persequente. Atqui non debuit res vniuersalis, & diuina maiestatis vniuersalis prædicatio ad particulae redigi. Potest igitur esse aut deprecatio, vt oret Deū excitari, euigilare, cōmouere se, facere potentia suā contra hostes indicū. Potest & futurum esse, vt prædicat fore vt inimici Dei vanescant. Atq; oratio de futuro, aut erit, tanquā prophetia, aliquid extimum prædicens, aut est vniuersalis, de potestate diuina enuntiatio, & demonstratio mirabilis, & ineffabilis potestatis eius. Quo volente, & nutu solo, ad quē tremit olympus, mones quatuntur, nullus erit locus qui fugientes hostes recipiat. Nec dubiū est, quin exurgere dictū sit ab humanis actibus, cūm irati surgimus, cūm expurgicimur, euigilamus, cūm vocat res, & properare facit, cūm maturamus. Atque ideo Hebræi dicunt, exurgere, esse potentiam suam demōstrare. Et Græci ferè quiddā simile, τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν τῆς μαρτυρίας πάντας, surrectionē vocat, patientię suę finem & interruptionē. Euthymius quoque monet, vt surrectionem θεοπεπτός, diuinitati congruentem intelligas, motum ad pleatendos hostes. Ac cūm non haberet ex Hebraico esse posse hanc orationē de futuro, dicteam intelligendā quasi optatiū, Vt tñā exurgat, & dissipetur. Sed Hebraicē scientē is scrupus non male habet. Sic quoque facies Dei siue præsentia, dicta est figuratē à corpore humano, & quia fugiunt cūm paudent hostes, gladiū persequētis. Sicut autē surgere intelligimus diuine, sic hostiū fuga intelligēda est humane, vt homines fugere, dissipari, perturbari, pauescere, deinde interfici à persequētibus, cædi, mactari solent. Nam alioqui quocunque aufugeris, à conspectu Dei abire non poteris. Sed à similitudine rerū humanarū dictum est, F tanquam fortissimo Deo, turbante, profligate hostium phalangas: inimici autem Dei sunt quos etiam diuus Paulus vocat θεοφύες, Deum odio habentes. Habuit & apud Græcos antiquos suum nomen θεοφύες, sine Deo, sine pietate. Claret etiā Hebræos aliquid arcānum atq; abditum sub isto Psalmō cantari putasse, quod hos inimicos Dei, Rabī Salomon exponit Esau, id est Romanos, vt ipsi putant, quos destruēdos in aduentu Christi prædicant. Sicque constat omnium consensu esse de aduentu Christi hæc accipienda, licet diuersis rationibus exponantur, peruerse, vt solet, ab Hebræis.

Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores, à facie Dei.

*Deficere.**Fumus.*

Ter, vt solet, eorumdē clarior quædam explicatio crescente oratione, & manifestiora ponente. Hoc erat ergo dissipari, & fugere, deficere, liquefcere, abire in nihilum. Est autem & hoc effterēdum per futurū, si placet prior ille sensus. Non solūque ait hostes vertendos, sed liquefaciendos etiā, & dissipādos in nihilum. Duobusque internecciosis corū perpicuis exēplis est vñus. Nihil enim est vento ac fumo inanius, & quod facilius dissipetur, ac vanescat, tam cito deficiat: cera quoque igni admota extemplo liquefcit in nihilum, vt quæ fuerat, non appearat. Et Græci hanc similitudinem explicantes, vt fumus à

Amus à vento dissipatur, & ab igne cera resoluitur, sic impios à potentia diuina resoluendos. Hebraicē pro Deficit, quod Græcē εὐλέπτε, positum est ἡνῶ hithnedoph, quod quidem sonat propellere, abiicere, quod fit à vento, cūm fumus in aëra tollitur, eum fugante, & dissipante. Septuag. rem ipsam, & finem dixerunt, cūm in nihilum abit. Porro quod illi dixerunt, Deficiant, licet sensus non variet, Hebraicē tamen dicitur, Sicut propellitur, fugatur, abiicitur fumus. ἡνῶ thindoph, propellas, abiicias. Sicut fumus turbatur, & tu turbes, aut turbabis, & proiicies: vt sit oratio ad ipsum Deū. Et quod ait, A facie ignis, Hebraismus est. Omnem præsentiam, siue humanam, siue rerum inanimatarum, faciem dicūt, vt facies terrę, facies abyssi. Latini quoque dāt os, & vultū sāpe rebus inanimatis, extulit os sacrum: sic & superficiem, quasi superiorem faciem, de omnibus dicunt. Quod & Græca vox recipit τρέπων, quasi anterior aspectus cuiusque rei. Quodque Latinus dixit, Fluit, Græcē melius, & expressius τίθεται, dissoluitur, absuntur. Et Hieronymus in Psalterio ex Hebraico, Tabescit. Et quod Septuaginta dixerunt ἀμυρτωλοί, peccatores, grauius est Hebraicē τύχη reshaim, impij. Sicque cæteri apud Græcos interpretes, id est Aquila, Symmachus, transtulerunt ἀτέλεις, quos sequitur Hieronymus dicens impij. Et ipsi Septuag. hanc eandem vocem in primo Psalmo transtulerunt ἀτέλεις, impij. Non simpliciter ergo peccatores dicit perituros, sed grauissimè peccantes, id est impios, quos paulo ante. inimicos Dei dixit, vt idem sit Dei inimicus, atque impius, qui Græcē, sicut Hebraicē recte dicuntur, vt dixi, θεοφύες. His sempiternam cladem communatur, & optat, in quibus non solū impios, & à cultu Dei abhorrentes homines intelligere necesse est, sed multō maximē omnium impiorum principes, & ductores dæmones. Quos etiā vulgus fortè non videt, quid in Republica Dei peccent, quas impietas exerceant, sapientissimos tamen Prophetas hæc nō latuisse credendum est. Augustinus sentit Iudeos qui cruci amantissimum Dei filium affixerunt. Vbique autem in sacris litteris interitus impiorum desideratur, vt, Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint. Et, Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescbam? Sic nunc quasi sceleratis, & impiis extintis, & procul à luce, ac vita fugatis, solos pios, perpetua pietate, & cultu, a clade Dei, latentes, cupit esse quietos, & viuere. Eoque ait:

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.

Epulare.

Vo d Latinus dixit, epuluntur, non videtur quid propriè Latinis sonet epulari, intellectu. Quis enim nescit epulas cibos appellari? Epulāque ante ora paratae. In de dicitur epulari. Græcum igitur melius, & Hebraicō respondens εὐφαύθητον, lætentur, exultent, hilarescant, sicut animo læto. Dicitur enim ab ē & φένες. Lætitia vero & gaudia non in sola mēnsa existunt, nec illa gaudia iustorum respicit Vates. Potest hoc solo defendi Latinus, vt quasi spirituales epulas senserit, de quibus diuus Paulus, Itaque epulēmur in azymis fyticeratis, & veritatis: vt triumphum, lætitiamque iustorum, epulas C vocarit. Græcum est clarus, & Hebraicē τύχη ismechu, lætentur, exultent. Hieronymus item transtulit lætentur. Psalterium quoque Augustini, ab alio quām nostrum ē Græco in Latinum, tralatum, haber iocundetur, quod est melius, ne symposia conviuiaque iustis, & bacchanalia videatur ascribere. Quodque sequitur: Et exultent: bene Exultent, siquidem & Hebraicē immensa quædam lætitia designatur, τύχη iaalezu, sonatque jubilare, efferti gaudio, exilire, omnibus lætitias incedere. Vocat iustos ad magnam lætitiam, vt alibi, Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Quod quidem omnibus ferè in Psalmis fit, prouocante Vate ad laudem Dei omnes iustos, Deumque colentes, vt gestiant gaudio, animo, corpore, voce, exultent, quo amore erga Deum significant. Lætitiae, plaususque fremunt, omnibus in templis matrum chorus. Hæc enim maximē cūpiunt illi. Potest esse, vt dixi, vaticinum de futuro, vt prædicat incommemorabilem quādam lætitiam, redeunte Christo in mundū, cum summa maiestate, cūm impij lugentes, à cōspectu eius aufugient, iusti, ac probi in cōmemorabili gaudio exultabūt. Nulla enim erit vñquā maior lætitia, & alacritas, ante principē suum, cui erunt cōformes, his exulantibus. Quod si inuitat ad laudandum, sicut sāpe faciunt Psalmi, conspectū Dei intelligemus secretam eius præsentiam, cui præcipue affīstimus, cūm ad eius cultū accedimus. Hæc q; ad laudem Dei inuitatio præcipue fit in Psalmis, quorū hoc est opus. Ter autem inuitat, epulētur, exultent, delectentur: totāque hæc exultatio Psalmorum, laudūmque diuinārū crit.

In confeſſione.

Cantate Domino, psallite nomini eius, iter facite ei qui ascendit
super occasum, Dominus nomen illi.

D

AETERA sunt clara. Quinques inuitat ad laudem Dei, aut quandam exultationem
prædict. Et pro psallite *רָאשׁ* zameru. Chaldeus dixit *שָׁבֵה* shabehu, laudate. Nomen
quoque est pro ipso Deo. **Q**uod autem dixit, Iter facite, secus accipiēdū est, & se-
cus Hebraicē exponunt. Hebraicē est *רוֹא* solu, exaltate, euhrite. Causa autem varietatis fuit
quod verbū Hebraicum salal est *שְׁמַרְכָּו*, designans tum aggerare, aggerem facere, tum
ob hanc fortasse similitudinem, accumulare laudes, euhere, exaltare. **V**t enim Latinē à cu-
mulo lapidum, ac materie, cumulum bonorum, a laudum dixerūt: sic ab aggeratione ter-
restri, Hebraicē aggeratio laudum dicta est. Siquidē & hoc Latinū, de materia propriū,
tralatum est ad orationem, quā cūm crescit, exaggerari dicitur. Itaque etiam Hebraicē, id
est Auen Esra, Salomon, Daud, exponunt hanc vocem solu *רָאשׁ* romemu, hallelu,
exaltate, laudate. Quanquam Hierony. transtulit præparate viam. Et Græci hoc volunt es-
se sicut illud, Parate viā Domini. Sed certè videtur aliud dici hoc loco. Nam sequitur mox
aliud verbum similis significatus, exultate in conspectu eius, patris orphanorum. **Q**uod si
præparationem viā velimus quasi intelligere triumphum, & pompā, quā præparatur ven-
turi regibus, cūm sternitur omne solum floribus, & coronis, odores vndique exhalant, nos
autem ornati obuiam incedimus, canentes, pæanizantes: hoc fortasse, & Hebraicum po-
rūt respexisse, & Græci veram proprietatem reddidisse. Omnis enim ista toties repeta
Exultatio, non aliud quām triumphus est, & pompa, ad quam inuitat psalmus, quale fecit
ipse Daud, cūm omnibus harmonicis instrumentis canentibus, toto populo plaudēte, ipse
coram arca, quā deducebatur, exiliebat, tripudiabātque. Is sensus potest latere sub *אֶלְעָזָרְתָּן*, parate aut facite viam, quod & quidam Hebraeorum senserūt. Verus tamen, & cer-
tior significatus expositus est. Theodoritus quasi hæc Apostolis imperari censet, vt faciant
iter in omnes gentes cum plausu, & chorea, & Deo parent iter, quod & Augustino arrisit.
Quod autem dicitur, *Εἰ* qui ascendit super occasum, sciendum pro Ἐπικλήσεων, *εἰ* qui ascen-
dit, in fonte esse *אֶלְעָזָרְתָּן* Ierokeb, id est, equitanti. Nam rakab, est equitare, & rokeb, equitan-
tem, ascendentem equum sonat. Et pro occasu, est Hebraicē *רוֹאשׁ* araboth, quam vocem
secus Hebraicē exponunt, secus Hierony. interpretatur. Chaldeus pro ea, in sua ex Hebraico
in Chaldaicum tralatione posuit *רָאשׁ* *רָאשׁ* cursea ickara, solum maiestatis suę, dicens: Ex-
altate eum qui sedet super solium maiestatis suę, quanquam posuit, & ipse, arabot. Iuxta
quém sensum Hebraicē exponunt, *Εἰ* qui ascendit, aut equitat super cælis, sicut ascensor du-
cit equum quocunque vult, sic Deus benedictus, versat, torquētque orbēs. Hæc illi dicunt.
Atque hoc nomen Hebraicum est valde polysemum, nunc desertum significans, nunc ve-
speram, nunc dulce, ac iocundum. In numero multitudinis dicitur araboth. Sept. accep-
runt pro vespera. Hier. transtulit deserta. Verum est nomen beatissimarum iucundissima-
rumque cæli regionum, quā dicuntur araboth, quasi amœnitas, quas & Homerius descri-
bens ibi dicit esse nectar, & ambrosiam, nunquam locum illum ventis infestari nubibus F
opacari, gelida niue conspergi, aut pluia allui. Hebræus similia sentiens hanc regionem
vocavit araboth, suauitates, iocunditates, beatitudinem, felicitatem: hic equitare aureis
quadrigis inclitum regem, Deum aut in solio maiestatis suę sedere, vt huic iubeat nos ca-
nere, hunc noëtēsque, diélique cogitare, & laudare. Itaque & Porphyrius, Apollinis oracu-
lum tale adducit decimo libro *εὐλογίαν φιλοσοφίας*, quo Dēum precari docuit Apollo, cūm
celare non posset veritatem, sed exprimere coadūt. Afferāmque hoc exemplum, vt subli-
mis philosophia istius loci sit perspectior.

*De per. phi-
lo sophia,
lib. 3. c. 14.*

Ἄθαντε τὸ ἀρότητα πατρὸς ἀνέψει μάτη,
Κόσμον αἱρεῖσθαι ἐποχὴν οὐδὲ διασύντα κότοις
Ἄθελοι, ἀλλοὶ οὐτα, σοι μόνος εἴσθε κατα,
Πάτητον πατέσαι, & στροφῆς αὐτὸς οὐ ἀργει.
Κλεῖτον πατέσαι, & στροφῆς αὐτὸς οὐ ἀργει.
Σὺν γέρουτα ποσιοτε καὶ σεινον ἀστέρεντα
Χρυσον παρκετα πολλὴν αἰσιονος ἀλλοι.
Quae & si difficile reddentur Latinē, conabor ta
Incorrupte pater, sacer, haud effabilis, atque
Aeterne, inuestis mundis volentibus, ipse

Recherius

Aetherius campis rex incolis, alta poteſtis
Regnat ubi tua, ſlatque immota: hic cuncta tueris,
Auribus & pulchris exaudis, respice natos
Alme tuos, quos ſempre amas: nam defuper aſtris
Aurea maiestas tua, mundum & defuper omnem
Euchitur ſemp̄ ſtabit, viuetque perennis.

Hæc quaſi ex hoc loco tralata, aut ob diuinitatem ab oraculo similia dicta videntur. Nam
propriè quod Hebraicē dictum est rokeb, est quod dixit oraculum *ἐποχήν οὐδενός*, inuestis,
equitans. Et quod nostrum oraculum araboth, illud appellauit *κόσμος ἀμφιθόμενος*, mundos
circumrotantes, quod etiam sentiunt hic Hebraicē. Appellauit etiam *νότα αὐτερα*, ſolum
cæleſte, ſuperficie aetheria, vbi dicit eſte maiestatem Dei aternam, ſtabilem, ſupra aſtra,
ſupra mundum. Oraculum verè diuinum, noſtris litteris cæleſtibus, altiſſimæq; philoſophia
ſimile. Quo declaratur ſedes Dei aternam, incorrupta, & motor cæli Deus, quod & philoſo-
phiſenferunt: qui ſi noſtra oracula, ſi principium & fontem huius ſententia cognouiffent,
non applicaffent Deum ſuo orbi, ſed imprium cæli ei, habenāſque diuinè, & vt Deum de-
cebat, dedit: & vt altiſſima philoſophia docuerat, præterea quod hoc oraculum dicit,
inde & ex tam ſublimi, tā regio loco, Deum omnia intueri, omnia exaudire, & amare filios
ſuos, id eft homines, & exaudire vocantes. Eft igitur ſenſus clarus, quid ſonet rokeb hara-
bor, ascendens, vel equitans, loca beata: notat enim tum ſedem Dei aternam, auream, ma-
bieſtatemq; in calo defixam, ſicut Chaldeus docuerat, & oraculum, tum eum eſte qui regat
moles cæleſtes cum ratione, perpetuaq; cōſtantia, hōque eft *ἐποχήν οὐδενός κόσμον ἀμφιθόμενον*,
inuestis mundis circuoluientibus, ſive rotatis. Ideo hunc locū nō videntur noſtri intel-
lexiſſe. Nam Græci occasum, tenebras, & ignorantias gentiū interpretatur, ad quas Apoſtoli
mitterentur, ſequentes ſuperiorē ſenſum. Occaſumq; tenebras humani peccoris interpre-
tantur. Ascendere quoq; deserta nō claret, quid ſonet. Videmus quām ſit ille ſenſus altior,
clarior, regalior. Iubet psalmus, vt cantemus ei, vocibꝫq; noſtris cum exalteamus, cuius ſe-
des, & maiestas altiſſima, in locis cæleſtibus, reges omnem mundum. Ideo vocatur Altissi-
mus, & nos ab eo viuimus, qui nobis mouet, & regit cælum, inuentor eius. Fuerunt ex He-
braicē qui putarēt araboth, cælos dici, quasi deserta, id eft vaſtates, latas regiones, ſicut Ho
merus vocat *εὐπύρων*. Nihil eft enim eo vaſtius. Hīque nō ab harab dulce deduxerunt.
Posſet autem defendi interpretatio Septuag. ſi acciperetur pro Christo, qui ascenderit in *Ascensio*
cælum, versus occasum, partem pro toto accipiendo, aut in vniuersum de equitatione Dei *Christi do-*
minis. locus poſſit ſecus exponi, vt per vniuersum cælū, dicit Deum equitare, Nicolaus Hebraeos
ait Araboth, putare vnum ē ſeptem cælis, quasi cælum empyriū, ad quod ascenderit Chri-
ſtus. Burgenſis ſicut Rabi Daud, primum móbile, quod hīc occasus dicatur, quia ab ortu
tendit in occasum. Quasi dicit psalmus, Qui ascendit versus Araboth, id eft occasus. Quā
omnia eodem fermē tendunt, vt cūm probabilitet cuncta dicantur, ſimilem quoque atq;
Ceundē habeant ſenſum, præcipue ſi reſte intelligātur. Eft enim cælū araboth, propter amœ-
nitatem, propter latitudinē, propter motū in occasum. Quod autē dixit, Dominus nomen *Dominus*,
illi, in fonte eft *רָאשׁ* *רָאשׁ* hehmo, id eft, in iah, quod eft nomen eius. Et Hiero. In domino *nomen illi*.
nomen eius. Dicit vt laudemus eū, appellantes cum ſuo nomine iah, quod eft nomen diui-
num, in psalmis frequētissimum. Omnis enim psalmus qui inchoatur, Laudate Dominum,
Hebraicē eft hallelu iah, Laudate iah, Laudate eum qui dicitur iah. Quod dicunt Hebrei *iab.*
designari eum eſte creatorem mundi, atque autorem. Rabi Salomon vult eo designari ti-
morem, quasi iah ſit Deus timendus, verendus, vt psalmus dicat, Laudate, & titillate eum.

Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius patris or-
phanorum & iudicis viduarum.

RIMVM ſciendum eft, principium huius verſiculi hæretē cum ſupero, vt dicen-
dum ſit, Dominus nomen illi. Et exultate in conspectu eius. Nam Hebraicē coniun-
ctio eft, & ſicut Græcē, *καὶ ἀγαλλαζε*. Secundo, ſuperfluò additum eft Græcis *ταρ-*
χθοντας *τὸν τρεπόντας* *αὐτὸν*, turbabuntur à facie eius. Hoc enim in Hebraico nusquam eft, *Et turbab-*
nec vllam habet hoc loco rationem, nec credo Septuag. appofuisse, ſed potius aliquo caſu *ἀ τὰ fac. eius*.
irrepiffe. In tralatione quoque Hieronymi ex Hebraico non habetur neque apud Chal-
daicum. Igitur veluti adiectum, prorsum oblitterandum eft, conſequens autem, & addens ad

superiores laudes diuinias, quibus dixerat thronum eius aeternum esse in celo, regeretque motus caelestes, nunc ut eum in tanto rerum suarum fastigio, in tanta maiestate etiam minutissimum ostendat, ad pupillos & viduas docet eum sece inclinare, aspicientem in celo, & castigatem, eos angentes, & turbantes. Opinabar autem superius oraculum illud diuinum Apollinis, aut acceptum ex isto loco, aut veritatem ad eandem spiritum illum adduxisse. Ut enim illic vbi diuinam maiestatem, aeternam, inconcussam, ineffabilem, in celo florentem, vbi motus caelestes ab ea regi, ceterique dixisset, postea dixit eum diuinis oculis, & auribus benignis, nostras videre, & audire preces, filiosque suos homines nunquam amare cef- fasse: sic nunc oraculum cum eum altissimum praedicasset, praedicit item clementem, suauem, misericordem, aspicientem omnes, iniuriam patientes, praecepit pupilos & viduas, genus omni ope humana destitutum. Atque adeo bonitatem in hoc eius praedicat, ut patrem eum appellet pupillorum, & iudicem viduarum, sicut oraculum, filios. Et ipse Christus docuit eum nostrum esse patrem. Hæc est ad superiora consecutio. Itaque dicendum est, Cantate Domino, psallite nomini eius, qui graditur super astra, nomini eius, & exultate ante eum. Pater pupillorum, iudex viduarum, Deus in loco sancto suo, aut dices per casum dandi, Exultate ei, qui est pater pupillorum, iudex viduarum. Ideo Hieronymus obseruans dicit, Et exultate coram eo patre pupillorum, & iudice viduarum. Oraculum dicebat πατήρ ἀληθεῖτε, Pater immortalis, pater aeternus, ineffabilis. Et consecutio quidem clara, & clarus sensus. Nam Dominus altus quidem est, sed & humilia respicit. Sicque pleni sunt diuinis sensibus psalmi, nunc maiestatem Dei, nunc prouidentiam decantantes. Ac si velles sequi E. Hebraicum, pars versiculi sequentis, Deus in loco sancto suo, est cum presenti versiculo coniungenda. Sed hoc minimum refert.

Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit viuis moris in domo.

Deus in loco sancto suo. **V**o sensu dicat Deum esse in loco sancto suo, & qua consecutione, Hebraici quoque docent. Sic enim legendus esse videtur totus versiculus, Pater pupillorum, iudex viduarum, Deus in loco sancto suo, è loco illo sublimi, & eminentissimo aspicit res terrestres, præcipue vexatos miseretur, sicut dicebat oraculum πάτερ θεοφόρος, omnia aspicienti è celo, vbi tua potestas firmata, ac stabilita est. Inde est pater pupillorum. Chaldaeus autem dixit, Deus in habitaculo domus shekina, sanctitatis suæ. Est autem shekina nomen à verbo shakan, quod Graeca dialectos usurpauit, scena, sonatque illud Hebraicum, habitationem. Sed quadam priuata loquendi ratione, vocat shekina, diuinam maiestatem, diuinitatique locum, ipsamque inhabitantem diuinitatem. Ac pro loco Hebraicè dicitur πνεον, habitaculum, sicut Aristoteles dicit ὅντες τε φύσις, habitaculum Dei, esse cælum, negans extra cælum, vbi degit πᾶν τὸ θέλον, tota diuinitas, esse locum. Et tamen, inquit, sunt ibi res, optimam vitam ducentes, ut neceſſe sit locum ibi esse dicere, rursum non esse, sed res nostris dissimiles. Quod autem sequitur, Vnius moris, Hebraicè est πάτερ iachidim, quod sonat singulare, eoque Hiero, transtulit solitarios, secutus Symmachum vertentem μοναχούς. Septuaginta. Graecè dixerunt μονογόνους. Duo sunt sensus apud Hebraeos super hac re, vnuus quod solitarios facit habitare, id est, quod sterilibus det habitationem, det familiam, det domum, sicut dicitur de obstetricibus in Exodo, quod fecerit eis Dominus domos, hoc est copiosam familiæ. Sic nunc cum diuina beneficia recenseat, narrat eum esse prolis datorem, quæ res plurimi siebat apud Hebraeos. Iuxta quem sensum jakidim transtulit Aquilas μονογένεις, ynigenitos, quod Auen Estra exponit Deum diffundere, dilatare vnicos, facere eos plures, augere familiam. Chaldaeus item, iuxta huc sensum transfert πάτερ αὐτοῦ mezaueg zugim, sociat, coniungit iugatos. Vtisque est voce Graeca ζεύνυμι. Alter est sensus, quod quāquam quis est omni humana ope deſtitutus, quanquam solitarius, derelictus, Deus tamen habitare cum facit, facit vivere, dat ei opulentiam, felicitatem, dat domum, dat familiam. Isque verisimilior sensus videatur, hærens ad superiora. Pupillos enim ac viduas nominauerat, hi verò sunt solitarii, deſtituti, soli, nudati præſidiis, his Deus clementissimus & misericors fert opem, facit opulentos eos, est eis δωρεὴ δῶρον. Atque videtur is sensus, qualis alio in psalmo, Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Solitarios igitur intelligentes viduas, pupillos, pauperes, auxilio deſtitutos. Sicque clarus est sensus. Graeci ex parte viderunt hunc sensum interpretantes μονογόνους, simplices, iustos, sinceros, non duplices, his parare Deum domos, quas iuxta diuum Paulum, Domos nō manuactas, domos caelestes, aeternas.

Aeternas. Is sensus magis est allegoricus quam ad litteram. Rabi quoque Salomon his al- legoricè, solitarios, vel vnicos interpretans ipsos Iudaicæ ante Christi aduentum disper- pos, eo adueniente colligendos in stationem securam, & tranquillam, referens totum psal- mum in aduentum Christi, quem expectant. Quoniam ergo Deo altissimam regionem tri- buerat, eum in altissimo maiestatis gradu locauerat, eum tamen non solum non spernere res humanas dicit, vt etiam sit refugium miserorum, pater pupillorum, iudex viduarum, deſtitutorum, atque exitorum adiutor, & largitor necessiarum rerum, præcipue testi, fa- milia. Atque habitare facere, est dare domum, dare testum: domo autem cetera necessa- ria continentur. Ideoque simile huic beneficium aliud introducens, eximium prouiden- tia, clementiaque sua exemplum, ait:

Qui educit vincos in fortitudine, similiter eos qui exasperant,
qui habitant in sepulcris.

In fortitudine. **S**eptuaginta. interpretati sunt ἄνδρες, fortitudine, Hebraicè est ρωμαῖοι casharoth. He- bræi catenas dicunt, dicentes in hac voce esse caph, loco coph, ut nomen descendat à ρωπ cashar, ligavit, strinxit. Inde catenæ, casharoth, quasi clausuræ. Siquidem hoc verbum venit ex Hebraica lingua, ad Latinos. Ac quanquam sunt qui casharoth interpretentur, con- gruentias, exponentes tempore congruenti eductos, vincos Hebraeos de carcere Egyptio- rum, ille tamen est purior, veritati congruentior sensus. Dicitque psalmus, qui educit vin- cetas catenis, qui de carcere, & catenis eripit. Has catenæ Septuaginta dixerunt ἄνδρες, for- titudinem, ut innuerent hunc sensum, Qui educit eos qui fortiter legati. Et Graeci expo- sitores sensum non ignorarunt. Didymus Liberans, ait, πεπεινούμενοι τοιούτοις ὑπα- τηριοῖς, compeditos catenis suorum peccatorum. Chaldaeus ad captiuitatem referens, ait eos eductos, be pombi, id est, cum pompa, magnificentia, vbi est vox Graeca πομπή. Quod autem sequitur, Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris, longe aliter: Hebraicè hoc modo, videlicet, ρωμαῖοι καὶ στρατιῶται veruntamen rebelles habitarunt in lo- co squalenti. Quorum is sensus est, quod vincit, & compediti catenis liberabuntur, & in lu- cem educentur apertam: at scelerati, duri, præfrafti, impij, & contemptores, habitabunt in locis horrendis, squalidis, siti, & ardore formidandis. Et sicut solitarios dixerat ditandos, vberitate replendos, sic vexatores eorum, siti, fame, egestateque necandos. In Hebraico igi- tur est particula aduersatiu ak, qualis, at, Latinis: referens contrarium eorum quæ dicta sunt, nec sonat vinquam οὐαίος, similiter. Et quod Septuaginta transtulerunt τάφοις, sepulcræ, Hebraicè est ρωμαῖοι zechicha, quod Hebrai quoque testantur sonare squalore, siti, hor- rorem. Quod Septuaginta explicare volentes, sepulcræ dixerunt. Dicitque Psalmus, siti, fame consumentur inimici, piis ex eorum manibus liberatis. Ideo Hieronymus in suo Psal- terio referens Hebraicum dixit: Increduli autem habitauerunt in siccitatibus. Consideramus autem ut hæc inter se opponantur. Sicut enim Deus, pios, & se colentes eripit, sic qui non eripiuntur, necessariò sunt impij, duri, implacabiles. Hi dicuntur Hebraicè sororim, qui Deo aduersantur, eoque Septuaginta dixerunt παρεπικαποντας, exacerbantes, exasperantes, Deum ad iracundiam prouocantes, debiliores prementes. Itaque Graeci videntes coniungi vtranque partem, quod & inquieti, & exasperantes æque liberari dicatur, hos ex-asperantes, Iudeos sunt interpretati, à duritie, & perfidia Iudaica ad Christum redeentes. Compeditos autem exponunt dæmonū catenis prius alligatos. Et de resurrectione quod- dam hic esse yaticinium credunt, quia dicantur habitantes in sepulcris, liberati. Fortitudinem quoque interpretantur virtutem diuinæ potentiae, aut euangelicorum verborum, quorum vi sint homines è tenebris liberati. Is sensus etsi pulcher est, tamen non est in fon- te. Atque ex parte vera dicunt, vincos, exponentes dæmonum laqueis, & carcere prius impeditos. Siquidem & Hebrai ad quosdam suos sensus abeunt, alii referentes ad eos qui vincit essent à Sennacherib Rege Assyriorum, alii ad ipsos Hebraeos sub Pharaone ligatos, alii ad tempora impij Antichristi, Gog, & Magog. Sed cum hic generaliter dicantur à clementissimo Deo prouideri res humanæ, & quod plerosque perpulit in errorem, abesse hinc diuinam prouidentiam suspicentes, quia iustos vexari, lacerari cernerent, ipse autem dicat Deum hæc videre, & eripere pios de manibus crudelium: profectò aut ad vniuersalem prouidentiam sunt refereha, aut ad eam maximè liberationem quæ fuit maxima, ac diuinissima, à Latinis & Graecis proposita. Quod ed potissimum est verum, quod Chaldeus

Qui habi-
tare facit
in domo.

Catenæ pec-
torum.
Similiter
e. qui exas-
perantur
qui &c.

Captiuitas
nostra.

Captivitas referat ad captiuitatem Aegyptiacam, sub qua (tota nostra theologia assentiente) continetur dæmonum captiuitas, ab eisdemque liberatio-
Aegyptiaca.

Deus cùm egredieris in conspectu populi tui, cùm per-
transieris in deserto.

R O P O S I T A . vniuersali Dei prouidentia, ac benevolentia erga res humanas, accep-
Dedit ad quædam particularia exempla. Nec tamē in Hebraico propriè explicatur hoc
exemplum. Chaldaeus autem referens sæpe sensus occultiores, egressum Dei ante po-
pulum suum, exponit, quādō in columba nubis, & ignis anteibat populum, noctu ignea co-
lumna, interdiu clara nube præcedente. Egredi igitur antè, designat Hebræis ducere, Deo
duce cesserunt, ducente Deo, ex Aegypto Hebræi. Græci verò referunt ad superiorum sen-
sum, qui mysticè latet sub isto qui dicitur in Hebræo, & à Chaldaeo ponitur. Egressumque
interpretantur cùm cœpit Euangelium diffundi, & cùm Christus dixit, Ecce, relinquetur
domus vestra deserta. Desertum autem interpretantur gentes diuina sapientia carentes,
ad quas Deus ipse egressus sit. Sensus qui dicitur litteralis, est clarus de egressu Iudæorum
ex Aegypto. Licet non defint qui dicant Deum ingredi ante populum suum in bello, vt ad
bellicas pugnas hæc referantur. Et cùm Hebræi ad terram promissam tenderet, quibus ca-
stra mouentibus, omnis terra expauit, & concussa est, vt hæc dicta sint quādō *υπερβολας*,
non multum hæc à se distant. Additur autem in versiculo Hebraico, sela, quod Hierony.
transtulit semper. Apparet autem ex sacris litteris, esse particulam affirmationis, qualis est E
amen, quod propriè sonat verè, certè: ideo Septuaginta. γένοτο, fiat. Idēm fermè sonat fe-
la. Additürque nonnullis in locis ad confirmationem rerum dictarum. Quales apud Græ-
cos *πάτερ μήτηρ τόντος*.

Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai,
à facie Dei Israël.

Ter. mota. **I**egressum Hebræorum ex Aegypto iuxta Chaldaeum superius interpretetur, dici-
Stur sicut idem interpretatur, quod dum Lex diuina daretur in monte, terra mota
est, terra mouit, sicut in Exodus legitur, auditæ voces, visæ coruscationes, numine di-
uino præsente, totūque mons fumigabat. Rabi autem David refert ad superiorum sensus,
quod in bello hostes formidant, retróque cesserint, perterriti, tumultuantes. Motum ter-
rae Græci referunt ad passionem Christi, aut motum gentium ad nouam religionem ac-
cedentium. Videtur, ut dixi, sensus Chaldaei patens, & propior. Claret enim in exodo, omnia
summæ maiestatis, dum lex sanctificatur, apparuisse signa, præcipue motum montis Sinai.
cæli distil. Quod autem ait, Etenim cæli distillauerunt à facie Dei Israël, cælestem distillationem, fi-
guratè dixit, paucorem cælestem, lapsum cælestium gratiarum, affluentiam diuini boni, ef-
fusionem spiritus diuini. Sicut dicitur in Isaac, Det tibi Deus de rore cæli: Et, Rorate cæli
desuper. Distillauerunt autem cæli tunc, omnibus gratiis, diuinaque clementia liberalissi-
ma fuit, fontibus sapientie laxatis. Non placet quod Rabi David hanc distillationem, aëris
super hostes obfuscationem interpretatur, quia cùm stillat cælum, tenebræ inhorescant.
Non enim (reor) distillationem leuem, & placidam, tenebrosum pluuiam appellasset. Licet
alium sensum de lata lege proponat. Et distillauerunt, de manna Theodoritus interpreta-
tur. Alij de ingentibus pluviis, quibus oppressus fit Seon Rex Amorreorum. Quod autem
dicit, A facie Dei Sinai: à facie, designat à cælesti loco, à sedibus ætheriis. Quanquam Græ-
ci *πλευρας*, à facie, pro ab ipso Deo positum. Aut poterit stare sensus ille, terræmotus,
coruscationes, pluuiam in danda lege accidisse. Quotsum autem ista referuntur, vult sum-
mam maiestatem, augustumque Dei numen prædicare, potentiam efferre, recensens pro-
digia, & ea quæ humanas mentes mouant, quæc; attestantur ei, ac sint tanquam signa suæ
magnitudinis impressa animo. Columna nubis interdiu, columna ignea noctu impédens,
ducensque populum. Post lex data in deserto, est ad præsentiam diuinam contestandam,
excusus mons, caligine, coruscationib; que oppletus, pluuiia demissa cælo. Referuntur pro-
digia, quibus ingens beneficium expressum est, cuius terra, cælum, aëris, testes quasi fuerunt.
sic etiā **cōfir-** Quod autem Septuag. transtulerunt *πλευρας*. Et enim: Hebraicè est *πλευρα*, veruntamen, cer-
matū legi- te, vtique. Nec reddit causam, sed affirmat: quæ quoniam eo modo obstat ad sensum Græ-
Dei sinai. **Math. 27.** cis, eam redundare dixerunt. Et quod ait, Dei Sinai, est Hebraicè *πλευρα* zeh Sinai, is est Si-
nai, sicut reddidit Hieronymus. Declarat autem vbi hæc prodigia facta sint, quæ terra ex-
cussa,

Acussa, vbi cæli distillauerunt. Dicitur quoque bis in Hebraico, A facie Dei, Dei Israël. **Deus Is-**
raël. Deus autem Israël est, nō quia Israël, vt pañim Græci, & Latini suspicantur, dicatur videns
Deum, quod scriptio demonstrat Hebraica. Non enim scribitur *πλευρας* vir videns Deum
sed *πλευρας* sonansque superans, vincensque Deum, quando luxatus est cum Angelo, ac supe-
rauit, aut non est ipse ab eo superatus. Tunc cum Angelus vocavit superantem, Deum.
Itaque cogor mirari Philonen dicentem, *Ιερονιμος επιμελετως δρας θεον*. Interpretratur Israël
videns Deum. Deus autem Israël est, quod hæc sola natio verum Deum coleret, cui se
manifestum dedisset.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infir-
mata est, tu verò perfecisti eam.

Bscvr s locus, sed collatis inter se cunctis innoteſcat. Pluuiam voluntariam di- **plu. volūtis.**
Gocit, Græcè *πλευρας*, spontaneam, liberalem, munificam, copiosam, sicut sonat Hebrai-
cum *πλευρας* nedaboth. Quod autem Septuag. dixerunt *πλευρας*, segregabis, separabis, **segrega.**
sonat propriè dabis, largieris, offeres. Hac enim voce vtitur Moses in sacrificiis, cùm ait, Of
feres, eleuabis. Hebraicè hoc verbum *πλευρας* taniph. Eoque Hierony. dixit, Pluuiam voluntariam eleuasti. Est autem horum sensus qualis superiorum, & ad illum, explicandus est iste.
Nam si illi de lata lege in mōte hæc prædicari velimus, dicemus quemadmodum ibi, Cæ-
li distillauerunt, sic nunc quasi eadem re repetita, quod in Psalmis fit sæpiissimè, Deum de-
diffe pluuiam liberalem, copiosam, hæreditati suæ, id est Israëli, eos alluissé, pluuiam dediffe,
eis hoc signum suæ præsentiae, quod demisit pluuiam, totamque passim regionem comple-
vit. Chaldaeus, Pluuiam voluntariam, sentit ab illo pauore recreationem, rorem quandam
cælitus demissum, consolationem. Superiorum sensum videtur pendere Hierony. transfe-
rens futurum Hebraicum *πλευρας* taniph, in præteritum eleuasti, respiciens tempus illud latæ
legis. Nec verò turbemur quod futurum per præteritum reddiderit. Ea enim est cōsuetu-
do sermonis Hebraici, crebra apud Prophetas, & in Psalmis vñitatisima. Rabi verò David **infirmata**
iuxta suum illum sensum exponit, hostes ingentibus nimbis mergendos, populū placida, & **est.**
optabilis pluuium exhilarandū. Magis decent superiora. Atq; quod ait, **Infirmata** est, Hebrai-
cè est *πλευρας* ve nilea, & defecit, lassata est, referendum ad pauorem illum, ac trepidationem,
cùm tot portentus exterritus est populus. Nam cœperant audiri tonitrua, micare fulgura,
nubes densissima opere montem. Et totus mons fumabat. **Quia Dominus Deus descendit**, **hereditas**
derat in igne. Erat q; omnis mons terribilis. Tunc defecit, id est pauore perculta est heredi- **Dei.**
tas Dei, nempe populus, vñitate in sacris litteris dictus hæreditas, est peculium Dei. **Quem**
sibi delegerat. Ideoque hunc sensum prosequens ait: Tu verò perfecisti eam, quod Hebrai- **Perfe. eam.**
cè clarus *πλευρας* conantha, confirmasti, roborasti, stabilisti eam. Ingenti enim pauore erant
perculti, genua lababant, Deus eos confirmauit, bono animo esse iussit. Nec voce solum,
sed aliis clementiæ suæ signis, fortiores eos reddidit. Hunc sensum perspicuè Chaldaeus po-
nens dicit, Quando audierunt domus Israël vñcem potentia tuæ, timuerunt animi eorum.
CEt Hieronymus iuxta hunc, vertit Hebraicum. Hæreditatem tuam laborantem tu confor-
tasti. Græci iuxta superiorem, hæreditatem gentes: pluuiam verbum Euangelicum inter-
pretantur. Legem Moysi non voluntariam, sed coactam, & ad tempus fuisse cōtendentes,
cùm in officio, eos supplicis, & minis, volentes nunquam, repugnantes semper contineret.
Poteſt, vt dixi, & is sensus latere sub littera: ille tamen vero propior.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua,
pauperi Deus.

NIM ALIA duobus sensibus accipiuntur ab Hebræis. Nam pro animalibus multis **Animalia**
Sunt *πλευρας* chaitcha, id est fera tua, animal tuum, pecus tuum. Est autem sermonis He- **πλευρας**:
braici duplex mos. Primus, vt per synechochen, singularem pro numero multitudi-
nis accipiant. Vt absconderunt se inter arbores paradisi: ibi dicitur, inter arborem. Et La-
ctantius de eo ipso loco, Et cōsitus arbore multa Lucus. Sic animal dicunt pro animalibus.
Secunda figura, quasi animalium gregem, vocat hominum multitudinem, cœtum, congrega-
tionem, *πλευρας*. Eoque Auen Esra, Salomon, & Rabi David chaitat, id est animal, expo-
nunt *πλευρας* ada, nempe synagogem, cœtum, multitudinem, afferentes exempla, hic non ne-
cessaria. hinc Homerus vocat reges *πλευρας λαῶν*, pastores populorum. Luxta igitur hunc
sensum dicitur, Animalia, hoc est copiosa multitudo, sunt in hac tua hæreditate: relinquens

*Habit. in
ca.* iam commemorationem latæ legis, est ad alia diuina transiens. Hæc hæc tua hæreditas, D inquit copiosam multitudinem. Rabi Dauid secundum suum sensum, habitabunt in ea, interpretatur Hierusalem, in qua hæreditas Domini inhabitet. Sed prior clarior, verisimilior. Est alter de animalibus, quem forte respexit Chaldeus. Nam omnium est Hebraorum mos, animalia, vocare Angelos. Quos in scriptura sacra, animalia sancta, vocatos certum est. Præcipue apud Ezechielem, qui vidit quadrigam, quam animalia, nimurum Angelorum dacebant. Quadriga est ipsa summa diuinitas. Hinc appellati sunt throni, quibus Deus insidet. Etiam igitur Aristoteles Deum appellat ζων παράγον, animal beatum, semipitem. Utique quia dicitur ζων παράγον ζων, à vita, ut animal sit quasi viuens, Hebraicè quoque à chai, vita, chaiab, viuens, animal, animatum, habens vitam. Meliusq; dicitur Hebraicè, & Græcè Deus, & Angelus animal, quām Latinè, quia in illis linguis dicitur à vita. In Deo autem est optima vita, sicut ait Aristoteles. Angelus item excellētis est vita. Animal Latinum est ab anima, hoc est à respiratione, Græcè dicta ἀερός. Ut autem in Deo est vita excellētissima, sic nulla est respiratio. Appellarunt ergo Latini animal quidquid respirat, Græci quidquid viuit. Sic optimè, & verisimiliter Deus dicitur ζων viuēs, vel animal. Ergo & Angeli dicuntur animalia, & hæc dicit Propheta habitare in hæreditate Dei, eam regere, ac fovere. Vna enim omnium est gentium sententia, & sapissime Plato confessus est Deum, cùm cerneret genus humanum per se imbecillum, adhibuisse ei quosdam rectores, & custodes, non adhibuisse autem eiusdem generis, sicut & nos homines, non damus rectores, & pastores gregibus, hircum aut arietem, sed animal maioris solertia, hominem: sic Deum dedisse E nobis quosdam maioris prudentiæ, ac naturæ gubernatores & ἡγεμόνες, duces qui nos regerent. Sic in legibus Plato. Nostræ autem litteræ ostendunt nationes habere præfectos Angelos. Micaël apud Daniélē, est Hebraicè gétis præfector. Et Græci theologi dicunt præcipue bonis datam hanc custodiā. Genios eos Latinè dixerūt, quis simul ac nati sumus, eos fortiamur. Exponitur ergo locus, quod cùm in commemoratione diuinorum beneficiorum existat, cùm dixerit Deus è sublimi sede respicere afflitos, & vexatos, patrem eum pupillorum, iudicem viduarum vocavit. Cùm item aliud summæ clementiæ singulare testimonium præbuerit, quod legem ferre, quod venire ipse in suo numine è celo voluerit, aliud attulit incommemorabile bonitatis, humanitatisque exemplum, quod animalia sua, Angelos, quos ministros, & nuntios, & rapidissimos ventos, ob hanc causam vocavit, habitare faciat in hæreditate sua, in populo, quem hæredem habeat & possessionem, & peculium, & quasi filium, ut dicebat oraculum. Et ipse patrem eum vocavit. Is sensus sublimis est, quem Chaldeus exprimens ait, Animalia tua vèl viuificatione collocasti, in ea, disposeristi exercitus Angelorum, ad bonum vel beneficium humilium, ac pauperum. Horum enim præcipue gerit curam. Sicut I e s v s de pueris dixit, Angelos eorum videre faciem patris. Itaque quod ait, Parasti in dulcedine tua pauperi, clarus est sensus. Nam pro parasti, est πον τακιν, fixisti, firmasti, referendū que ad illa animalia, locata, posita, ad dulcedinem, pro quo Græcè ξερότητα, bonum, mansuetudinem, Hebraicè תְּבוֹתָה, id est beneficio, clementia, ut dicat, Posuisti, firmasti eos in bonitate & clementia tua pauperi, pro paupere, ad custodiā pauperis, & beneficium, quod quidem est beneficium tuum, tua bonitas, & clementia. Aut potest dici, Firmasti, stabilisti, parasti beneficia tua pauperi. Pauperes autem appellant quos superius, pupillos, & viduas, paulò pōst, solitarios, id est ope defitutus, nudatos. His abundat, vigilatque misericordia. Si quis contempserit vnum de minimis istis, expedit ei ut suspendatur mola asinaria, & demergatur in profundum. Nec procul absunt ab hoc sensu Græci, pauperem exponentes populum gentilium, ope diuina, & gratia cælesti carent. Animalia verò, Apostolos missos in mundum, qui & equi apud Abacuc appellantur. Et illa quatuor animalia quæ Hebræi Angelos interpretantur, nostri Euangelistas esse contendunt. Sensusque diuersis itineribus eodem tendit.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

T hic duo sunt sensus, unus Chaldei atque Græcorum. Chaldeus enim referens ad superiora, vbi de lata lege facta est mentio, sic locum transfert, Dominus dabit verbum legis populo suo per manum Mosis, & Aaron, annuntiantium sermonem Dei exercitui magno Israel. Græci verò, quod Chaldeus de Mose, & Aaron senserat, senserunt de Apostolis, quibus Deus dederit verbum cùm essent antea idiotæ & pescatores. Dederit autem virtute multa, quia totum mādum reduxerint. Habet certè is sensus cum illo similitudinem,

Alitudinem, ille de veteri, is de noua lege, vt neque etiam à cōtemptoribus Hebræis reiciatur. Est alter, vt dicat magnum exercitum mulierum nuntiantium venire, dicentium castra cōtra Hierusalem posuisse regem Assyriorum. Nam pro euangelizantibus Hebraicè ἡγεμόνες, hamebaeroth, nunciatrikes. Is sensus est Rabi Dauid, qui quidem a nobis vbique reicitur. Refert enim totum psalmum ad regem Sennacherib, & exercitum eius profligatum, quæ res nullum hic habere locū videtur. Is autem licet locus sit perobscurus, ac perdifficilis, sensus apparel. Nam potest esse sensus Chaldei, cùm antè de lege multa dicta nosecantur. Rursum cùm hic incommemorabilia Dei beneficia decantentur, quorum iam multa dicta sunt, nunc post latæ legis commemorationem, perséquitur aliud prouidētiæ eius singulare beneficium, quod hostes terga vertent, etiam magnis copiis irruentes. Ac dabit ipse Deus vt fama fundatur, volentemq; nuntij, magnos, ac validos exercitus esse profligatos, & ad internectionem extremam casos. Ut autem is sensus intelligatur, scidum Hebraicè habere modo, Dominus dabit verbum euangelizantes, vel nuntiantes exercitum multum. Videtur ergo dicere Deū daturum hanc famam, daturum nuntios exercitus multi. Neq; hic remanet fama, & nuntius, sed sequitur, Rex virtutū dilecti dilecti, quod Hebraicè verius dicitur, Reges exercituum fugient. Hæc erit fama, hoc verbum, veniens à Domino de profligatis, ac deuictis hostibus. Hoc ille dabit vt passim per ora volitet. Ipsius erit beneficiū, is bonus nuncius, vt dicatur hostes aufugisse, reges cum magnis exercitibus fusos. Quoniam autem non probauimus sensum Dauid ad vnam particularem victoriā, cuius nullum est indicium, nec nomen illius temporis sit, sublata diffinitione victoria, aut vniuersalem Dei clementiam in victoriis præstandis: credendum est hic prædicari, aut victoriā, quæ fuit omnium maxima, cælo, ac terra memorata dignissima, quæ quidem quoniam ad animos pertinet, oculos imperitorum non ita attingat, sapientum autem non lateat. Hæc fuit, quæ nostris in litteris est cantatissima, de profligatis atrocissimis hostibus demonibus, quos inimicos & Dei & hominum esse, clarum est. Ac quemadmodum à principio, horum interitum deprecabatur, aut vaticinabatur, exurget Deus, & dissipabuntur inimici eius: sic nunc ad hæc habens intentos oculos, alisque multis memorandis rebus memoratis, iterato vaticinatur victoriā à Domino. Quod quidem declarat, vt dixi, sequens versiculos. Atque vbi Septuagin dixerunt εὐαγγέλιον, euangelizantibus, est, vt dixi, hamebaeroth, quod sonat nunciatrikes. Estq; hoc verbum ex Hebraico assumptum in linguam Italicanam, qua dicitur imbasciator, legatus, nuntius. Hos nuntios per sceminiū genus, Rabi Dauid putar dictos, quia mulieres abstineant bello, mittat autem ad viros belligantes, bona spes, eos confortantes. Mihi videtur foemineum genus designare τὰ φύμα, nuntios ipsos, famam, sermonem nuntiantē. Sæpe enim Hebraicè neutrū genus per foemineū effertur, τῷ zoth, sonat istud, istam rem. Et, Vnā p etiā à Domino: Vnum, vna rem. Sic hamebasseroth sonabit, quod Græcè diceres, τὰ φύμα, τὰ εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, nuntios, res nuntiantes. Iure autem hæc appellant Septuag. euangelizantes, id est bona nuntiantes, pacem, victoriā, beneficium diuinum: sicut Euangelium est, quo hæc victoria est publicata. Ac versiculos cùm habeat, Euangelisti. C Dominus dabit verbum euangelizantes, secundo etiam loco, intelligendum est, Dabit, vt dicas, Dominus dabit verbum, dabit nuntios, vel nuntiantes exercitum multum. Itaque in δυάδις πολλῆ, quod Latinus dixit virtute multa, δύναμι, sonat his exercitum iuxta Hebraicū, zaba. Ac potest esse accusandi casus, vt dicat, Annunciantes exercitū multum. Nam virtus Zaba hic nō sonat robur, audaciam, sed exercitum. Conuenientque sensus Græcorū, & Hebreorum, & noster, si quis eos bene dijudicet. Nam lex antiqua, & noua codex ex fonte manant, simili modo, similibus nuntiis promulgata. Hæc autem promulgatio simili, & legis, id est diuinæ philosophiæ fama, diffusa fuit, simili victoriæ nuntius. Vtrobisq; enim sunt hostes iidem deuicti, profligati. Prima lex sustulit idolatriam, secunda totum démonum imperiū veritatis. Sic cùm generatim, & ex hostibus victoriā fore à Domino dicat psalmus, & hanc famā, bonumq; nuntium cum daturum, in hoc autem psalmo diuinum quiddam, ac recōditum, & arcum insit, quod non facile sub oculis non cādat: credendum est, æternam illam victoriā maximè eum expectasse, nominibꝫque, vt solet visitatis, & visitati loquédi modo, eam demōstrasse. Nam & Zacharias qui de Christo præsenti, & iam nato canebat, simili locutione dixit: Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Rabi Salomon, & Auen Esra eodem fermè modo exposuerunt, verbum euangelizantium ad id quod sequitur, referentes, scilicet, Reges exercituum fugient, quorum ex parte sensum exceptit Rabi Dauid. Atque Auen Esra hos exponens, Dominus, inquit, suscitabit verba mulierum Lex, ad id latram su- fructus. Euangelii, dominis imperium subvertit.

nuntiantum in canticis suis. Reges fugient, fugient à facie vestra. Sicque præbentibus suæ linguae declarationem Hebræis, nos veriores sensus excupimus.

Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia.

Rex virtutum.

Virtus.
Dilecti, di-
lecti.Princedid
ia.Et spec. do.
dini spolia.

DOCVS erit clarior si adhibeantur Hebraica. Pro numero singulari rex, & pro virtutum, est $\tau\alpha\kappa\alpha\mu\pi\alpha$ ριω malke zebaoth, reges exercituum, non reet Latino, quisquis fuit dux, id est copias, exercitus, transferente virtutes. Nunquam enim virtus apud Latinos, exercitum designat. Et pro, dilecti, est $\tau\alpha\kappa\alpha\mu\pi\alpha$ ιδοδυν ιδοδυν, secusque intelligendum est & iuxta Hebræos, videlicet, fugient fugient. Est enim hoc futuri temporis verbum, à radice ητη nadad, quod sonare motum, fugam, ne ipsi etiam Septuag. ignorarunt, vt multis apparer exemplis. Visitate autem Hebrais supradictum verbum sonat fugere. Ad alia in psalmo x x i. Qui videbant me, foras fugerunt à me. Hebraicè, ητη nadad. Et Septuag. cum locum transtulerunt, δι θεωρητε με, ζε οφυρη απ' εμού. Quo testimonio apparer eos significatum istius verbi, non ignorasse. Quare autem transtulerint τοις αγαπητοις, dilecti, (sic enim est Græcè, semel tantum, quamquam credo Græcos codices emendationes habuissé bis Dilecti, quod apparer ex translatione Latina, & ex Hebraico) fuit in causa duorum verborum similitudo ητη ιδοδυν, fugient, & ητη iedid, quod sonat dilectum, sicut ipsi Septuaginta sciebant, Psalmo lxxxix i i i. Quam dilecta tabernacula, Hebraicè ητη iedidin, Græcè αγαπητά. Putarunt igitur etiam hoc loco, quod certè mirum est, cùm non inscritia, sed studio factum videatur, iedodou, esse iedidin, dilecti. Sed quoniam clarius est, ac verius quod est in fonte, hoc potissimum sequamur. Ac diuus Hieronymus pro Hebraico fugient, fugient, posuit foederabuntur foederabuntur. Apparetque eum non quidem ignorasse vim verbi Hebraici nadad, sed quoniam sonat fugere, discedere, recedere, recessum credisse foederatione & inducias. Et Burgenis probat cum Nicolao. Videtur tamen fuga, qualis terga dátum designari, propter id quod sequitur, Diuidet spolia. Et Chaldæus hunc locum vertit, Reges cum exercitibus eorum ιθελον asalselu, fugerunt, migrauerunt. Auen Esra quoque declarans hunc sensum ait, Et sensus est, inquit, quod reges exercituum prophanorū ητη ibareku, fugient à facie vestra. Et Rabi Salomon pro eo ponit ητη ithnadeu, mouebuntur, abigentur. Deinde ητη veiushalechu, proiicientur de medio vestri. Quod autem sequitur, Et speciei domus diuidere spolia, facilius ex Hebraico cognoscitur. Non video enim cur Septuaginta per casum dandi την ὀργάνην, Speciei, vel formæ, verte-re voluerint, quod erat clarum per casum nominandi. Hebraicè dicitur, ητη ητη ητη ητη. Vneueath baith thechalik salal. Et pulchritudo domus diuidet spolia, sicut transtulit Hieronymus. Forma autem, vel species domus, Hebraismus est, pro domo speciosa, formosa, sicut flamma gladii, flammus gladius. Hæc autem domus est cōgregatio bonorum, & Ecclesia. Chaldæusq; dixit, kenitha de Israël, Ecclesia Israël. Sicque exponit Salomon, Auen Esra, David. Iustorum, piorumque manus, diuisuras spolia prædicit. Illi, ait, triumphabunt, illi Pæana canent. Tota iustum domus, sceleratis hostibus extintis cecinit, & exultauit: superni, & terrestres chori, æthera, & terras vocibus demulserunt. Hæc erat exultatio ad quā inuitabat, vel eam fore prædicebat in principio. Et iusti epulenter, & exultent in cōspectu Dei: hæc lætitia, hi triunphi, hæc gaudia. Nihil enim vile & terrestre, nō victorias caducas, bona, felicitatemque labentes credidum est in his psalmis, præsertim sublata temporum, rerumque diffinitione, decatari, sed æterna, vera, bona, immortalitatem, veros triumphos, æternaque viatorias, quibus coronabuntur vere, ferentque palmas manibus iusti. Omnis enim vita nostra vt à sapientissimis probatum est, pugna est, & militia. Ac superiorius demonstravimus visitatis loquendi modis, antiquos Hebræos, à sensibus remota designasse, coronas, viatoriæque, & libertatem, & hostes, à quoru seruitute in æternum vindicemur, visita loquendi modo dixisse. Nam Zacharias cum lege patefacta, regna caelestia, cùm culpas deletas cerneret, solito & visitato loquendi modo, quasi victoriam terrestrem, & terrestribus hostibus consecutus, decatavit: & perinde atque Moyes de Pharaone, Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Agnosce igitur similem, & hic loquendi modum, redemptionem aspice, scito eandem victoriam, eadem spolia decantari. Ac sicut illic plebi suæ dicitur, redemptionem fecisse, sic isto loco, speciosa domus, quam ne turberis, quid soñet, habes qui eam Ecclesiam tibi interpretentur, ipsi scilicet Hebræi, diuidit spolia, liberata, redempta. Sic hortabatur à principio vt iubilaremus, exultaremus, benedi-

Abenediceremus. Sicut ille, Benedictus Dominus. Ethoc carmen dicitur meritò θεον πνευμα, triumphale, quasi pánismus pro victoria, ob deuictos hostes. Hunc esse veriorem sensum, superioris apparuit, cùm nulla victoria in particulari exprimat. Græci eti difficilis erat tratio, totum tamén hunc sensum ferè perspexerunt, pulchritudinem domus, sicut & Chaldaeus, Ecclesiam interpretantes, spolia de gentibus conuersis.

Si dormiatis inter medios clerros, pennæ columbae deargentatae, & posteriora dorsi eitis in pallore auri.

R o, Cleros, quod Græcè sonat partem, est Hebraicè σφαθαιμ, labia. Sed Cleris. Hæc labia variè accipiuntur, Hieronymus interpretatus est terminos, alij Hebrai limites. Auen Esra, quem securus est David, labia, vt solet hæc vox etiam apud Latinos. Labia. sonare, pro Chitropodibus, quæ Græcè pedes ollarum dicuntur, & pro labiis ollarum, super quibus ollas ponimus. Solentque ob ignem, & fumum semper nigrescere. Atque hunc habet sensum, vt nigri habitatis, & squalentes, quasi miseriari caligine denigrati: sic Deus in contrarium præstabit, vt nitidi efficiamini, vt clariores, hilariores, serenata fronte existatis. Ne timeatis, ait, tenebre vestrae, in lucem, squalor, & frides, ad nitorem redibunt. Quod si iuxta Hieronymum, aliósq; Hebræos interpreteris, sephathaim, terminos, limites, idem designabitur, videlicet angustia, pressura, afflictio. Termini enim, & limites sunt extrema cuiusque rei, & inter terminos, aut limites esse notat, inter angustias & pressuras: arctati, Bstringi, vexari, tribulari, id est, ητη, atteri, affligi. Hos terminos Chaldæus, Regum impiorum præ uitatem interpretatur, resoluens, scilicet, nodum, & obscuritatem, sub Hebraico latitatem. Vexatores, & ad amaritudinem adducentes erant impij Reges Aegypti, quamquam ille hanc sententiā reddit, licet vos impij Reges, nigri, & praui sitis, at plebs mea sincera: omnes item impii, & impiorum principes dæmones, iuxta alios sensus. Atque oratio Hebraica sic legenda est. Si dormiatis, vel potius iaceatis ητη inter angustias, aut nigredines, ad hilaritatem, ac nitorem redire, vos faciet Deus, quales sunt pennæ columbae, quale argentum. Deterget miseriari frides. Græci verò in cōtrarium hæc acceperunt propter vocem καλύπτος, dicentes clerros esse gétes, Apostolorum prædicationi distributas, inter quas illi habitent. Et hanc esse quasi vocem, & præceptum spiritus sancti. Sic Cyrillus, & Didymus, & post eos Euthymius. Sed clarior est sensus Hebraicus. Partem autem, sive clerum Septuaginta putauerunt hac Hebraica voce designari, quia sephathaim, sonat labia, ea vero sunt extremæ partes. Dicuntur autem ista ad populum, & sanctos à Propheta & Psalte, eos cohortante, corroborante, & ternam alacritatem eis prædicente, ac denuntiante. Quod autem sequitur, Pennæ columbae deargentatae: pro Deargentatae est ητη ητη nechpa, cōdeccæ argento. Vbi Hebraicum verbum est capa, quod à Latinis, & Græcis, & lingua Italicæ est acceptū. Hinc cophinus, à tegendo, hinc capa, & alia. Est idem sensus atque in Græco. Pennas autem columbae non testas argento dicit, quod ita reuera sit, sed à candore, sicut apud nostrum argéteus ait. Quodque ait, Et posteriora dorsi eius, in pallore auri pro Penna col. dearg. Cophinus. Capa.

CPosteriora, sunt ητη eberoth, designatque alas, & partes posteriores, sicut Septuaginta transtulerunt μεταπέπεια, id est, scapulas, & quæ sunt post opéra. Pennam quoque sonat: Quis det mihi pennam, vel alam sicut columbae? vbi est singulare ητη eber. Describit columbam argenteam, & deauratam, pulcherrimam, lucentem, hanc volucrem pro exemplo assumēs, quod sit timidum, simplex animal, rapinis expositum: tum quia in ea erat albedo, ad hanc comparationem aptissima. Totus ergo versiculos sic habet: Et si jacueritis inter nigredines, caliginésque, & miseriari frides, mox tamen renouabit Deus nitorem vestrum, eritisque sicut argentea columba, cuius posteriora, & suprema plumæ aureæ videntur, ad sollem colorem variantes. Atque vtitur hac comparatione similiter ac cum insequentibus psalmis usurpat exemplum aquilæ pro reparata iuuentu, & resurrectione: Renouabitur sicut aquila iuventus tua. Utq; illuc resurrectionem prædicari, omnium est consensus, sic certè isto loco prænuntiari videtur, vt resolutis mortalitatis, atque peccati antiqui vinculis, similes columbis puri, nitidi, aurei, per resurrectionem, & Christi beneficium in æthera reuolemus. Eodem ferè exemplo Zoroaster, Magi, sapientésque Persarum, dixerunt animam duas habentem alas, è cæloque ruentem, vnam amisisse: si reuolare velit, pro viribus conandum ei, vt alam recipiat, usurpantes & ipsi ad resurrectionem, & ternamque vitam, vno lucris similitudinem. Christus item exemplo columbae est vsus, Simplices sicut columbae. Et in psalmo alibi, Quis det mihi pennas sicut columbae?

Dum discernit cælestis Reges super eam, niue dealbabuntur?

In Selmon, mons Dei, mons pinguis.

D

L L V S T R A N D A sunt Latina ad Græca. Græcè, εὶ τῷ διαρέλευ τῷ ἐπεργάνοντός βασι-
λεῖσθαι αὐτῆς, Dum discernit, vel diuidit, dissipat cælestis, reges super eam. Aduertendū
quod cælestis nō hæret cum Regibus, sed cælestis ipse Deus est, Reges terrestres im-
pij, persecutores, επεργάνοντες autem, id est, cælestem, Septuaginta transtulerunt, qui in Hebrai-
co vocatur ιων shaddai, nomen omnipotentis, robusti. Eoque Hiero. dixit robustissimum.
Vocatur shaddai Hebraicè à shaddad, dissipare, euertere, profligare, quo potestas Dei con-
tra impios significatur. Quod & veteres Græci imitati vocarunt & ipsi in sua lingua Erin-
nyn, Aten, Nemesis, à lædendo, castigando impios, & iniuriarum fitibundos, quo pars illa
prudentia demonstratur, qua defenduntur boni à malis, male mali perduntur. Hocque
nomen merito hic usurpauit, vbi de nece malorum loquitur. Versiculus igitur sic habet:
nam Latinus non debuit dicere discernit, licet in Græco esset διαρέλευ, validius, & vehe-
mentius est in Hebraico, ψαφαρες, dum dissipat, differt Omnipotens, reges in ea, de-
albabitur niue in Selmon. Dum omnipotens frangit, sternitque inimicos, ipsa redibit ad
scindit. candorem omnisque habitatio eius. Ipsa spectat ad eam quæ superius hæreditas, & Eccle-
sia vocata est. Et Chaldæus hunc sensum exprimens interpretatur, quod Pharaon submer-
sus est in mare diuisum ab altissimo. Illi sunt Reges dissipati, possumus iuxta superiorem
sensum, hos Reges interpretari, quos alta nostra philosophia vocat κομητάπορος, principes E-
mundi, principes tenebrarum. Quod ut verum agnoscas, scis in Pharaone Aegyptio, qui
capti os tenet Hebraeos, designari principem spirituum malorum in nostra theologia.
Illum Chaldæus submersum dicit, sub illo nostri dicent principes mundi eversos. Quod
autem in Latino dicitur, Niue dealbabuntur, & Græcum ψαφαρες, clarus per singulare,
& genus femininum Hebraicè ιων tashleg, niue dealbabitur, nitefcer, ipsa scilicet hæ-
reditas, populus, grex Dei, qui prius esset miseriarum tenebris sepultus, & obscurus, eoque
Septuaginta per numerum multitudinis transtulerunt, ipsum populum, & coetum Dei de-
signantes. Sciendum autem Zalmon, esse posse nomen montis iuxta traiectum Iordanis,
ut ait Auon Esra, quem pro tota regione, & colonis dixerit dealbandum. Potest iuxta Ra-
bi David esse nomen obscuritatis, & tenebrarum, quasi Zalmauth, umbra mortis, quod
Nicolaus, & Burgenis secuti sunt, sed prior sententia probatior. Non enim diceret, Deal-
babitur in Zelmon, tum de hoc monte, fit passim mentio. Et Burgenis montem umbro-
sum, & profectum à Deo dici credit. Hic autem terminandus esset versiculus, etiam iuxta
Græcos. Quod autem sequitur, Mons Dei, mons pinguis, est alia oratio. Sed non magni re-
ferunt. De monte igitur isto iam fortunato, iam dealbato, & claritate illustrato loquitur,
eum pinguem appellans, & per antonomasiam, montem pro populo accipiens. Observandum
tamen Basan Hebraicè sonare pinguem, & nomen item esse montis à pinguedine ap-
pellati, vt qui & vini, & olei sit feracissimus, & pascuus. Quod ergo dixerunt Septuaginta.
Mons ping. οφος πτων, mons pinguis, potest dici, & dicendum Hebræi afferunt Mons Dei Basan. Basan, F-
ait, est mons Dei. Sicut enim dixerat Zalmon dealbandum, sic nunc alium montem, ob af-
fluentem Dei clementiam, & redeuentem gratiam, mótem Dei vocat. Viscitissimumque est
Theologia tropus, res inanimis quasi animatas introducere, & loca pro habitatibus visu-
pare, quod de colonis dicendum esset, de locis dicere. Ea exultare, illustrari, fieri nobilia,
fortunata canere, qualia apud nostros multa deprehendas.

Omnia que Phœbo quandam meditante beatus
Audit Eurotas: inquitque ediscere lauros.

Beatum appellat flumen, quod vocem eius Dei audierit: & lauri didicisse carmina dicun-
tur. Sil Zalmon candore niuali nitescit, & Basan efficitur beatus, quia mons Dei est, mons
diuina clementia irradiatus, & locis domesticis, humanaque loquendi ratione salus immen-
sa declaratur. Sicut & Chaldæus omnia refert ad exitum ex Aegypto.

Mons coagulatus, mons pinguis, vt quid suspicamini mon-
tes coagulatos?

COAGULATVS Græcè περιφύλακος, quod alij apud Latinos transtulerunt incasea-
tus, quod habet Psalterium Augustini. Ac cum Græcè sit mons neutri generis, ille
transtulit per accusatum, montem Dei, montem vberem, montem incaseatum.
Sed

A Sed noster interpres rectius, nusquam enim accusatiuos illos referēs. Ac quod Sept. dixerūt
incaseatum, rectius Hieronymus cum Hebreis, & ceteris Græcis interpretibus, excelsus
dixit. Et Rabi Salomon, & David hoc exponentes εἰδὼν τὴν harim hægebolim, montes
excelsi. Hebraicè enim ιων ghibben dicitur gibbus, dorsum, à dorso autem editi montes
dicuntur ghibnunim, quasi gibbos, dorso immanni. Datur etiam à Græcis dorsum rebus in-
gentibus εἰρήνη οὐτα θελάσης, Dorsum immane maris. Et, ιων αἴθεα, dorsum cælestis, quasi
immensa latitudo. Quoniam idem caseus Hebraicè etiam dicitur ob eandem figurā ιων
ghebinna, eo Sept. montes incaseatos dixerunt, sed non recte. Celebrantur ergo non mon-
tes incaseati, sed insignes in Iudea, altiores ceteris: exultareq; lœtitia, alacrefq; esse dicūtur,
ob victoriam quandam inclytam, diuinam. Sunt autem tres montes, Zalmon, qui est in tra-
iectu Iordanis ad ortum, vt ait Auon Esra, mons hagabnun, id est Gabaon, habens dorsa,
gibbos, excelsus, & mons Basan, tres montes incliti, pascui, vberes, læti, & alti, quibus gra-
tias laudantur, celebrantur, sunt in sacris litteris nobiles. Quod autem dicit, Ut quid suspic-
minij montes coagulatos? pro Suspicamini, est Hebraicè ιων terazidun, Exultabitis, lasci-
uetis, saltabitis. Hieronymus dixit contenditis. Et Coagulatos, nominandi casus esse de-
bet. Est autem sensus iuxta Hebraeos & ipsum Hieronymum, Quare o vos alij montes exul-
tatis, vos ipsos euchitis, & commendatis, cum Deus alium montem elegerit, cum quo non
potestis gloria certare? Hieron. etiam iuxta hunc sensum dixit, Quare contenditis montes
excelsi aduersus montem, quem dixit Dominus vt habitaret in eo? Est autem is, mons Sion
autore Salomone, quæ propter decus inclytum tribus illis prænominatis anteponit. Quan-
quam, inquit, vos o montes sitis excelsi, est alius tamen diuinus mons vobis præferendus, in
quo maiora fient, eaq; hæret cū superioribus, hac ratione. Dixerat illos quidem esse montes
Dei, eos in triumphum ob fusos hostes exultare prædicauerat: nūc ait vnum esse pecu-
liarem, ac diuinum montem, in quo tota diuina gloria, & maiestas magis elucescat. Hunc
montem, vt dixi, alij montem sanctum Sion, in quo erat templū sanctum, eōq; dilectus esset
à Domino, dicunt. Chaldæus Sinai propter latam legem, de qua totum hunc exponit Psalmum.
In Sion scis quanta mysteriorum series peracta fuerit. Ac potuit etiam sensus in
superioribus, non eum quidem inuitasse montes ad laudem, & triumphum, sed cū cōme-
morasset iustorum victoriam, impiorum interitum, tunc accessisse eum ad loquendum de
hac hæreditate cœtūq; diuino, de terris sanctis, quibus parta victoria, quæ viæturae essent,
quibus libertatem, lætitiamq; Deus datus esset cantantem. Pro terris autem sanctis, mó-
tes insignes nominavit, in quibus præcipue locum obtineat amatus mons Dei. Ecclesiæ ergo
laudatus, est descripturus, cui æternos triumphos vaticinatus fuerat: commemorat mó-
tes & in montibus præcipue, gratia vnum, quod ibi Deus habitare dignatus sit. Auon Es-
ra, terazidun dixit, ιων humiliamini, deiicitis vos, sed prior sensus clarior.

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim
Dominus habitabit in finem.

B Eclaratum est, quid sit, quod in uno præcipuo monte, Deum dicat habitationē con-
stituisse. Pro, Beneplacitum est, Græcè εἰδὼν τὸν, quod verbum securus apud sacros scri-
ptores, securus apud profanos sonat. Apud sacros, delectari, acquiescere, contentari:
vt, Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, εἰδὼν τὸν. Et, Gloria in excelsis Deo,
& in terra pax hominibus, εἰδὼν τὸν, bona voluntas, delectatio, contéctatio magna super nato.
Apud profanos bene audire, celebré esse, bona existimationis esse. Hebraicè igitur, vt Græ-
cum agnoscas, est ιων chamaed, delectatus est, cōcupiuit. Et pro, in finem, est ιων lanezach,
in sempiternum, eoque Hieron. trastulit semper. Idemque sonat etiam, si quis noscat usum
loquendi Græcum. Ex quo intelligimus, quoniam æternitatem his attribuit, hæc nisi altissimo
sensu intelligi non posse, sensu inquit à littera descendente, & ab his quæ præsentia pu-
tantur, ad æterna abeunt. Ac propriè sanctuarium Dei est in cælo, vbi est habitaculum san-
ctum suū, cuius στύλον fuit sanctuarium terrestre. Ac sæpe in sacris litteris inuenies habi-
tationem Dei, id est, sanctuarium, de cælesti etiam dici. Neque multum aberrant ab hoc sen-
su Græci montem Dei, in quo habitet, Ecclesiæ interpretantes. Neque enim in templo ve-
luti muris illis habitabat, sed habitans in toto populo, locum corporeis oculis, & certū ho-
minibus, quibus definita sint necessaria, positum, quod adirent, præfixit. Augustinus item
Ecclesiæ cum Græcis interpretatur, sed varietas verborum fecit vt difficilius propone-
ret quod verbis intellectis ex fonte, fuisset facilius. Sed prudentibus una fermè sententia
EEE iiiij

videbitur. Verficus ergo sic dicit, Mons Dei, in quo delectatur habitare, etiam in eodem per habitabit.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lātantium;
Dominus in eis, in Sinai, in sancto.

A Ira verba difficiliora apud eos quam in fonte, prima cura esto. Sept. recte Hebraicū cum reddiderunt, quod habet $\mu\epsilon\sigma\tau\lambda\alpha\tau\omega$, quasi numerum infinitum. In qua voce sicut & apud Hebraeos $\mu\epsilon\sigma\tau\alpha$, non sonat decem millia, ut interdum solet hæc vox, sed numerum infinitum. Nam $\mu\epsilon\sigma\tau\alpha$, præterquam quod sunt decem millia, vnde myrias, etiā infinitū designat, ut clarer Græcē scientibus. Idem valet Hebraicum ribbothaim, quo & decem millia, & infinitus numerus designatur, eoq; Hieron. transtulit, Currus Dei innumerabilis. Et Psalterium Augustini habuit, millium multiplex, vbi dicit ipse, Latinum ut potuisset, trastulisse. Designari autem voce Græca $\mu\epsilon\sigma\tau\lambda\alpha\tau\omega$, multiplicationem myriadum. Myrias est numerus decem milliū. Si dicas $\mu\epsilon\sigma\tau\lambda\alpha\tau\omega$, dices multiplices myriades, multas myriades, in quo quoniā non est certus numerus, pro infinito accipitur. Hebraicē dicitur hæc vox ut dixi ribbothaim, qui est numerus multitudinis, à tabebah. Et in plurimi rabeboth, inde alias numerus multitudinis ribbothaim, quasi $\mu\epsilon\sigma\tau\alpha$ rabebothaim. Eoque Chaldæus & Rabi David quoniā numerus multitudinis apud Hebraeos simpliciter prolatus, est numerus dualis, volunt eo designari duas myriadas. Sed rectius est, ut sit numerus indefinitus, nō dualis. Secundo dicitur, Millia lātantum, Græcē etiam pulchrit̄ $\chi\rho\alpha\delta\eta$, vbi est numerus millium indefinitus, sicut antē indefinitus, numerus myriadum. Innumerabilis ergo multitudo designatur. Quod autem Latinus dixit, Lātantum, Græcē est $\varepsilon\theta\nu\tau\tau\omega$, quod alij transferunt abundantiu: nam Græcē $\varepsilon\theta\nu\tau\tau\omega$, abundātia, felicitas, prosperitas. Hebraicē est $\mu\omega\wedge$ shinean, quæ vox dubia est. Alij apud Hebraeos dicūt esse propria nomina Angelorū, ut sint shineā, quasi secundi, secunda eorū aries, secundus ordo. Et Chaldæus, pro eo expressè posuit nōmen Angelorū $\varepsilon\theta\nu\tau\tau\omega$ Angelorū dicens millia Angelorū. Alij putat designare duos, quasi duo millia. Mihi videtur quonia hæc vox sonat mutare, variare, designari alternatim canentes, quod etiam Græcē dicūt $\varepsilon\mu\beta\alpha\theta\omega$, est canere $\varepsilon\mu\beta\eta\omega$, alternis, alternatim, vnde carmen amabæum. Sicq; optimè Sept. reddiderūt $\varepsilon\theta\nu\tau\tau\omega$ quod tam et si abundantātia, notet, à Græcis tamen hoc verbum pro alacritate, felicitate, & hilaritate nonnunquam accipitur, quasi $\varepsilon\omega\pi\gamma\alpha$, $\varepsilon\mu\alpha\mu\omega\alpha$. Sicq; dicit millia beatorum, & exultantium, vicissimq; cantantium Angelorum. Hieronymus iuxta Græcos transtulit abundantium. Quod ad animum spectat potius, quasi Græcē $\varepsilon\theta\mu\omega\tau\tau\omega$, cùm felix, latusq; est dæmon, genius, id est, animus, ut ait Plato. Ergo in Psalmo refertur quadrigam Dei circūdatam innumerabilibus agminibus Angelorum. Millia millium assistunt ei, ait Dani El, perinde atque David, & Esaias, vident Deum in solio maiestatis suæ, & non duo Seraphim: nam & illic est numerus indefinitus, sed innumerabilem Seraphinorum multitudinem circumstantes tanquam famulos. Et circum Eliensem vidit famulus currus innumerabiles igneos, eademq; voce ibi hoc dicitur, atque hoc loco $\tau\alpha\mu\omega\mu\omega\mu\omega$ multas myriadas sive infinitam multitudem. Diuinum quoque est oraculum Apollinis, qui cùm æternam immortalémq; maiestatem Dei prædicasset, ea in excelsis empyrii celi regionibus regnare dicens, tu eū patrem hominū clamat, & Angelorum:

Ο; φα κύει τὸ δὲ πᾶν πετεχόμενος ἀφθονούντων,
Ην γένεσις δεδοκηται, οὐτι σφε τυποῖσιν ἐδηνει,
Εἴθε ἐπεισρέσθιοι ζεῦκέν ἀγάν μηδὲ ἀνάκτων
Αὔμφι σε παντόπατορ, βασιλεὺν τε, καὶ μένε θυμτῶν
Ἄθανάτων τε πάτερ, μακάρων, αἱ δὲ εἰσὶν ἀτέρθε.
Εκ δέ μηδε γενέσια, δέ τοι ἀγελήσονται κατεχει,
Πρεσβυτεροί τοι ἀγέλησον, καὶ καρποτεί τοι στο.
Πρός δέ τι καὶ τοι ἀλλογένους πάντας αὐδικῶν
Οἱ τε καθ' ἡμέραν ἀδύτοις ἀνυψεόντες λαθαῖς
Βαλόμενοι ρέθελοντες, δοιαὶ γέροι δὲ εἴησιν.
Qui generat hoc omne, hylen, formásque perennem,
Qua sit rerum ortus, varias capiente figuras.
Ex te quin etiam regum sanctissima proles,
Que circum te est omnipotens, rex solus & alior.

Magne

A Magne pater hominūque Deumque huius, tēque parente
Exorti referant que sunt multa per orbem
Aeterna menti tua cognoscitque potestas.
Tertium item genus altorum pater alme creasti
Regum, qui latum te illorum carmine semper
Laudant, perpetuāque sonant tibi carmine voces.

Hoc oraculum, nostræ philosophia vñque conforme: & hoc Porphyrius posuit, ubi dicit spiritus ipse, cui nota haec fuisse par est, circum patrem, circum regem astare gentes regias Angelorum, eos appellans reges, sicut theologia, gibborum, id est, fortis, & potestates, & autoritates. Hos ait laudare circumstantes thronum Dei, patrem, eorum laudes gratas habere, vltro volentes volenti offerre laudes, vt & ipsi libenter fundant carmina, & pater libenter audiat. Idem dicitur hoc loco millia lātantum, exultantiumque Angelorū. Exponuntque Græci illud $\mu\omega\mu\omega\mu\omega$, in oraculo, circum te, quia portent omnes quadrigam, currum sedēmque Dei, sicut est in Ezechiel. Consideraq; altissimam philosophiam. Vidi Romā (si parua licet cōponere magnis, & si fas est mortalē immortali cōparare) patrem portari super cathedra, circumque astantē principum, virorūque summorum innumerabilem multitudinem. Tale spectaculum videre, & prædicant in cælo esse Prophetæ, portatur altissima maiestas à regibus illis, circumstat innumerabilis multitudo regum. Omnes reges omnes beati, & incliti, lātitiae, plaususque fremunt, omnes flectuntur, & adorāt, psallentes in unum, cælestia tempora resultant, beatissimum illum regem regum videntes. Hæc cadem vidit, & audiuit Plato, Iouem dicens, per cælum, aurea quadriga inuenitum, diuis comitantibus obambulare, $\mu\omega\mu\omega\mu\omega$, currum volucrem, non mortalium equorum tribuens. Et Philon insignis philosophus ad eandem rationē loquens, Deus, inquit, πιθαλισχη τὸν κοντὸν τέλος οὐκέπος, ποτὲ πάντα ημετέοι, καὶ τὸ πῦρον ἄρρωμα, τὸ σύμπαντα θεραπεύοντος αὐτούς τοι, τὴν αὐτορεύσητο, βασιλεῖα. Tenet & regit gubernaculū totius mundanæ nauicula, qua cuncta implet. Et currum volucré cælum omnē habenis ducit, potestate regia vtens, & libera. Philon hic appellat cælum, currum Dei volucrem. Consideranda vērō quæ hic dicuntur. Dominus in eis, designat aut inter illos, in media illa multitudine regum, aut super eis, quod ab eis portetur. Deinde Sinai, Chaldæus suum illum superiorē sensum secutus, exponit, venisse Deum in montem Sina, agminibus Angelorum, legem daturus, comitatum, quod quadrat. Auen Esra, Rabi David exponit Deum cum Angelis venisse sicut in monte Sina. Possumus in vniuersum accipere, vt dicat currū Dei ire per cælum, sicut in Sina, quæ admodum à principio Deum equitare super cælos dixit. In sancto autem Hebraicē, bakodes, id est in sanctuario, in loco sacro sancto, quo cælum intelligendū est, licet possit etiam templū terrestre designari. Obambulatque in sancto, ac sacro regno suo Deus vēstus, ac comitatus immensa regum ducumq; multitudine. Sicq; habet totus versiculus. Currus Dei sunt innumerabiles myriades, & chiliades exultantiū Angelorum. Dominus est in mediis illis sicut in Sina venit, in sanctuario suo, sacro sancto diuinitatis suę loco, quanquā sanctum Græci ad Cipsum Sina referunt, quod stare potest. Et currū dicit constare tot millibus Angelorū, vt ait Augustinus, vt sit tota illa multitudo currus, & triūphus eius, quod & Nicolaus, sed decem millia multiplex exponit, duplicatus, quod in voce Græca secutus est, $\mu\epsilon\sigma\tau\lambda\alpha\tau\omega$, sonat non duplices, sed multiplices, myriades, vt Augustinus dicebat. In Hebraeo quoque est numerus indefinitus. Hoc autem ad superiora habet hanc consecutionem, quod commemorata terra sacra, deuenientisque ad templum, ed Deum cum agminibus Angelorū descendere dicit, aut ad altum maiestatis eius locum, animo concordans, exultat canens cælestia, simul & terras suas commemorans.

Ascendi in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.

O c quoque diuersis sensibus intelligitur. Chaldæus secundum superiora, Ascendi in cælum. Moses propheta captiuitam duxit captiuitatem, Rabi David exponit, quod ascendens in cælum Deus, & populuū suum in manus hostium relinquens, captiuos eos efficerit. Est alijs melior sensus, quod pater omnipotens in curru diuino suo, cælum & terram inambulans, victoriā ex hostibus profligatis, & concisis, ad ultimāque internecionem redactis retulerit. Hi hostes sunt aut impij, aut impiorum principes dæmones, iuxta superiores sensus, vt circuolitet animo Vates per vastum theologiae campum, portatis altissimis considerationibus usque & supra sydera. Ad quem sensum spectabit ex

parte, quod Græci, & Latini dicunt præsertim Augustinus. Quis enim ascendit, nisi qui descendit: descendere ad nos: inferius etiam ad tenebrosas tartareasque sedes penetravit, agēs exemptos captiuos victor super astra. Is sensus eō maximē latet sub littera, quod hoc toto psalmo, altissima quædam, & à consuetudine remota, visitato loquendi more, videtur decantati philosophia, sicut constat cantus Zachariam, ne cui forte hæc expositio dura, & ad religionem extorta videatur. Hoc enim est quod ille dixit, In quibus visitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedet. Et paulo antea, Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruamus illi. Qui sunt enim hi inimici, è quorū manib[us] prædictis nos liberatos? Et quæ fuit illa umbra mortis, & tenebrae in quibus sedentes quoīdam cōmemorat? Certè quod hic simili locutione dicitur, Cepisti captiuitatē, captos, & in potestate hostiū miseris eripiisti, in altū ascendēs supra sydera vestus, agens æternos triūphos, veris hostibus superatis, veris captiuis abductis. Et Chaldæus hæc de Ægyptia seruitute interpretatur, sub qua mysticē latet illa quam Zacharias agnouit, & prædicauit. Et Origenes hanc liberationē, & agere captiuos interpretatur, ab ignoratione Dei, ad veram eius cognitionē. Atqué, ut ait Augustinus, per Διπτύχην, nunc ad ipsum Scrutatorē, & æternæ libertatis vindicē, sermonē, propter inclytum, inauditūmq[ue] facinus, verit. Et Græci cum Latinis locum istum ostendunt à diuo Paulo dicente, Vnicuique autem nostrum datur gratia secundū mensurā donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendit in altū, captiuauit captiuitatē, dedit dona hominibus. Quo loco apparet, eum non curasse reddere ad amissum, ut haberet Hebraicū, aut Græcum, & per tertiam personā, quod per E secundam dicceretur, enunciasset. Tum pro, Accepisti dona, dixit, Dedit. Quod à Græcis, & Latinis pulchre soluitur, dedit fidē, charitatē, eadēq[ue] à nobis recepit, & eorū præmia dedit. Potest is item esse sensus, ut eadem ratione, dicat cum dona accepisse, sicut captiuitatē abduxisset. Abduxit captiuos, in carcere crudeliter à crudelibus hostibus catenatos, abduxit item, & abstraxit dona, id est spolia, trophya, manubias hostiles, totaq[ue] inimicoru[m] castra est depopulatus. In hominibus autē erant ea dona, in hominibus florebāt, his illi fruebātur, his erant induiti. Atq[ue], pro, Hominibus multis, est in Hebraico, Adā, vt possit expectare exualias illas priores, quibus Adam exutus ab hoste est, eāq[ue] dona quæ ei dederat, aut erat daturus Deus. Hæc spolia sanguis hostis abstraxit, & verē nudū, turpitudinē agnoscetē, gementemque suam, eum reliquit. Dicētque Vates omnia cōspiciens, Accepisti, recepisti munera quæ erant in Adam, eum in suum gradum, quo futurus esset, restituisti. Hæcq[ue] fuit captiuerum libertas. Is sensus potest latere sub littera, quoniam, ut sāpē dixi, & iterum, iterūmque monebo, est hoc veluti profundo cælestique oraculo inexplicabilis quædam abstrusior[um] philosophia. Non attendo quod exponit Rabi David iuxta suum sensum, Accepisti dona, diuinitatē tuam submouisti, homines in hostiles Assyriorū manus abire permisisti. Cuī ne cæteri quidem Hebrei assentientur, veluti Chaldæus antiquior, & grauis autoritatis. Et Rabi Salomon, etiam de lege, & religione exponit, dicens, Accepisti dona à supernis se-dibus, cāque hominibus dedisti. Quod respondet sensui nostrorum.

Etenim non credentes habitare Dominum Deum

Etenim. **O**c cum superiore versiculo coniungendum est. Neque dicitur, vt Græcum habeat etiam, sed iuxta Hebraicum γνικόν, Etenim, ut non credentes. Sensus igitur est idem repetitus. Superius dixit enim captiuos abduxisse, quos interpretari possumus, aut eos qui essent in potestate hostiū, ab eo à Rego victore, aut ipsos hostes captos, manibus post terga reuinētis duōtos. Id apparet, id est hoc postremū, ex eo quod præsenti versiculo dicitur. Hi sunt enim qui non credunt vsquam esse Deum, nec pios tueri, nec res humanas regere, sicut stultus dicit, nūc quam esse Deum. Et dicit corde, cogitatione, dubitando, & afferendo, quod sepe videt meliores deteriora pati, quod habet animū desfixum ad libidines suas explēdas, furore, & cupiditate cœsus, ruens tanquā ferus leo, aut draco, nec sciens, aut scire volens, præsidē aliquod esse contemplantem omnia. Hi sunt qui non credunt habitare Dominū Deum. Atque in Hebraico est validius, & expressius verbū pro non credentibus γνωστού sororim, alienati, declinantes, rebelles, γνωστού, mente cœci, à recto, & Deo defiscentes. Hos egit captiuos his deuicit, profligauit, extinxit. Græci exponunt, Non credentes accepisti, id est, gentes idololatras ad cultum tuum reuocasti. Quod etiam ad superiores sensus quadrat. Et Rab Salomon. Ut etiam rebelles, & increduli fuerunt, tamen cum eis esse voluisti. **Quod habet similitudi-**

A similitudinem cum sensu nostrorum. Et Chaldaeus mire. Verum etiam rebelles conuertentur & resipiscunt, habitabitque super eis numen tuum. Sic ait,

Benedictus Deus die quotidie, prosperum iter faciet nobis
Deus salutarium nostrorum.

N Græcis exemplaribus quæ vidi, est bis Benedictus Dominus Deus. Quod quidem redundat. Quod autem dixerunt Septuaginta ἡμέραν καθ' ἡμέραν, redundat Die, primo. dicendum Quotidie tantum, quod sonat Hebraica repetitio τὸν ιον ιον, die, die, singulis diebus. Et Hieronymus per singulos dies, sicuti dicunt, sœcula sœcula, id est omnibus sœculis, nos non æquè claret sœcula sœculorum. Et quod Latinus dixit per futurum, Prosperum iter faciet, Græcè deprecatio est κατεύθυνται, faciat, deducat nos per vias bonas, felices, prosperas. Obseruandum tamen Hebraicè secus dici, לְמִזְבֵּחַ יְהוָה בְּלָא הַלְּבָנָה, imponat nobis Deus, tollat nobis, oneret nos, sicut exponunt Hebrei, dicuntque subaudiendum benedictiones, beneficia sua ut sit sensus, Benedictus Dominus semper, accumulet nobis Deus bona sua. Quāquam mihi nihil deesse videtur. Lege enim totum versiculum, Benedictus Dominus semper, accumulet nobis Deus ἵησος ieshuatenu, salutem nostrā, Iesum nostrum, salutare nostrum accumulet, imponat, attollat. Obseruandum autem, quod futurum Hebraicum, aut deprecatio potest esse, aut vaticinium. Attendeque quod translulit Hieronymus, Portabit nos Deus salutis nostræ. Hoc quoque, inquam, futurū, Portabit, obserua. Nam non est accusatiuus Nos, in Hebraico, sed datius λανον, Nobis. Ergo potest dici, Benedictus Dominus semper, portabit nobis Deus Iesum nostrum. Sit semper benedictus pater omnipotens, pater clementissimus, qui ut à seruitute, & captiuitate liberemur, portabit, demittet super nos Iesum nostrum, seruatorem nostrum. Accumulabit nobis salutem nostram, stare pro nobis faciet seruatorem nostrum. Hoc est mysterium latens sub psalmo. Et Chaldaeus similem quandam sensum agnoscens, Onerat, ait, nos, addens, vel qui addit præcepta super præcepta. Ille ergo de veteri lege, Psalmus de novo autore. Itaque quod Septuaginta translulcrunt τὸν οὐρανὸν ἡμῖν, salutarium nostrorum, genitiuus, accusatiuus esse debuit, ut ostensum est: deinde non erat numerus singulatim in numerum multitudinis vertendus. Iesuathenu, sonat salutē nostram. Neque enim littera tau, quod illi fortè suspiciuntur, in hoc nomine ἵησος Iesuath, est signum numeri multi, sed est vice he litteræ, quæ vertitur in tau, nomine ad aliquam personam relato. Si numerus multus fuisset, dixisset Iesu, salu- νηντων Iesuatothen. Deinde clarius est dicere salutem, quam οὐρανὸν, salutare, quod ob nostra scurit est. Et vox Hebraica propriè sonat salutem. Quoties igitur in Psalmis dicitur salutare, & quoties apud nos Iesu, salus est intelligenda. Et per τὸν Χριστὸν, aut ἀντορφατικόν, is intelligitur, qui veram, & vniuersalem, maximam, qua non sit maior, attulit salutem. Diciturque salus, seruator ipse, aut more Hebraico: aut quia quicquid fuit, salus nostra fuit, & in eo delecta sunt omnia peccata nostra, hostibus iniurilibus captiuis, extortaque ex eorum manibus præda. Versiculus igitur sic legendum est, Benedictus Dominus per singulos dies, portabit Cnobis salutem nostram. Additurque in Hebraico, Sela, quod, ut dixi, est assertio eorum que dicuntur, quasi amen, fiat, fit, vtinam. Ostenditurque aliiquid ingens dandum. Quoniamque casus non distinguntur apud Hebreos, ed fit ut Iesuathenu, possit esse nominatiuus, ut dicat, portabit, vel accumulabit nobis, salus nostra. Ipse qui est seruator noster, omnia bona conferet nobis, efficiet beatos. Quem sensum exprimes Chaldaeus, hunc versiculum transfert, Benedictus Dominus qui quotidie onerat nos, addes præcepta, super præcepta fortis, qui est redemptor noster, & robur nostrum in æternum. Siue igitur salus per accusatiuum, siue per nominatiuum efferatur, idem sensus erit. Ad hunc sensum Simeon videns Christum natum dixit, Quia viderunt oculi mei salutare tuum. De hoc salutari loquitur is Psalmus futurum prædicens, quod Simeon ante oculos haberet. Et Rabi Salomon exponit, Portabit nobis, dabit nobis Iesum multam, id est, seruatorem, vel saluationem, salutem quoad capere possimus.

Deus noster, Deus saluos faciendi, & Domini Dominus
exitus mortis.

Ro noster est u¹ lanu, nobis. Et totus locus obscurus proptet Hebraicum dicendi *Noſte*
Emodum: sic legendus est, Deus nobis, seruandi, aut ad salutes, est ipsi Deo Domino,
mortis egressiones, vel erationes. Eadem sunt igitur verba in Græco, atq; Hebraico.

*Dcūs noſt.
dēus ſal. ſa.
Domini do.
exi. mor.*

sed implicata. Quorum eſt hæc intelligentia, quod confirmans ſuperiora, cùm diceret, Da-bit vobis Deus ſalutem, aut ipſe ſalus, & ſeruator adueniet: nunc ait, Deus eſt nobis Deus ſeruans, Deus ſeruandi, Deus ſalutaris, Deus ſaluationum. Omnis noſtra ſalus ab eo eſt. Si-cut eſt Deus vltionū, ſic eſt nobis Deus ἡλωσαοτ, ſalutū, conſeruationū. Deinde in eo omnis à morte liberatio, omnis exitus, vel abſtractio à morte. Eſt Domini exitus mor-tis id eſt, liberatio à morte, ſolutio mortis, omnis & mortis, & mortalitatis pulsio. Vt enim dixerat eum captiuos abegiſſe, impios, & ſceleratos, & perfidos, euidentiſſimis teſtimoniis docuiſſe, ſe habitare inter pios eorūque patrocinium ſucepifſe: ſic idem repentes ob deuinētos, extinētosque hostes, dicit eum ſalutem accumulaſſe, tantum ſalutis attuliffe, vt im-pueſerit ſalute omnem terram, cumulum felicitatis acerūque bonorū congeſſerit. Tum idem affirmans, ac reperens, Denique, inquit, nuſquam eſt niſi in Domino Deo noſtro fa-ius, in nemine eſt à morte liberatio, niſi eo ſolo. Hunc ſenſum etiam Chaldaeus clarū exhi-bens & rebus Ægyptiacis applicans ſic tranſerit, Deus nobis fortis, & redemptor, & à Deo Domino certant contra impios, mors & exitus animæ in ſuffocatione. Suffocationem dicit Pharaonis, & exercitus omnis quorum demersio à Domino fuit. Conſidera igitur myſterium: ſue enim litteram ut ſonat accipias, ſue de viſto Pharaone, aperte Iefu noſtri redēptio prædicatur. Et ſeruator ipſe ſuis nominibus exprimitur, Iefus, redēptor, liberator, ſoſpitor, ſoſpes. Sicq; ſtat, ſenſus Christianorū, præcipuè cùm nulla ſalus in particuliari re-feratur, ut vniuersam, aut omnium maximā, ut ſaþe dixi, par sit eum dicere. Et quod dixit, Exi-tus mortis, duobus modis poſteſt intelligi, aut liberatio à morte, aut quod Hebræi non-E nulli, & Chaldaeus, diuerſa genera mortis, varia mortis facies. Diucriſis, inquit, modis po-tent in ferre morteni hostibus, trahere variis modis eos ad mortem. Exitusque eſt numerus multitudinis. Hieronymus etiam hunc locum clarius tranſtulit, Deus noſtro, Deus ſalutis, & Dei Domini, mortis egressus. Domini Domini non eſt nugatio, ut ait Nicolaus. Nam Hebraice ſunt duo nomina diuina, diuincta, Iehouah, Adonai. Diuinctio autem Burgeris de gressu, & ingressu, leuis momenti eſt.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum,
verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

*Verunt.
Deus.
Verti. cap.
Caput.
Peram. in
del.*

R A E C E pro Veruntamen, eſt iuxta Hebraicū πλάνη, tantum, ſolum, Hebraicē τὸν ακ, Quæ diſtiones ſonant, quidem, veruntamen: proprius autem ſignificatus hoc looo eſt dunataxat, tantum, ſicut etiam Hebrai atteſtantur. Solus, inquit, Deus, confrin-ge capitа ſuorum inimicorum, is dunataxat, is tantum. Quod autem dicit, Verticem capilli perambulantū, figura eſt Hebraica, qua & Græci, & Latini vtuntur, cùm dicunt, In caput meum cuđetur hæc faba, Et Aristophanes, εἰς τὴν κεφαλὴν οὐ, in caput tuum recidat. & Poëta, Capiti canē talia demens, Dardanio, rebūſque tuis. Sicque bona, & mala multāque præ-terea in caput, tanquā totum hominē referuntur. Testamur etiam caput ob hanc cauſam, & dulce caput dicimus, & Græci ιερὸν κεφαλὴν, caput ſacrum. Hinc cenſentur capita, id eſt, iſpi homines. Simili hic figura diſtum eſt, Deus confringet capita, confringet ceruicē: In caput eorum, ruinam impelleſt. Rabi autem David putat hæc figuram, eam habere rationē, quod invertit, in dextram, & ſinistrā partē capilli dirimātur, eoque pro bonis, & malis diſpoſitionibus accipi. Non videtur hæc ratio, ſed illa quam diximus: ratio autem ceruicis eſt eadem atque capitis, & repetitur ceruix pro capite, ut ſit idem caput franget, franget ceruicem. Quod autē dicit, Verticem capilli, eſt perinde ac ſi dixiſſet, Verticē comantē, Ver-ricem capilloſum: referturque rei proprietas, ſicut ſuperius. Et pulchritudo domus diuidet ſpolia, id eſt, domus pulchra, formosa. Et in Genesi, Et flammā gladij ad loci custodiā, id eſt, flammē gladium, gladium flammantē. Aequē hic verticē capilli, verticē capilloſum. Quo-niam autē Ionathas Chaldaeus dixit, Vellit capillū capitī, poſſit & hoc ſentiri, quāli figura-ter diſtum, Deus radet barbā, & capillos, nec ſolū radet, ſed euellat, inimicorū ſuorum igno-minia, & ſupplicij dirum genus deſignatur. Nam caluitū, & barbe abrasio, ſigna ſunt igno-minia in ſacris litteris. Perambulare quoque in delictis, figura eſt Hebraica, ſicut Latinē, Manere in ſententia, vagari per errores, ambages: & anfraſtus animo tribuimus, ruinæ, pre-cipitiāq; Græcē, & Latinē grauiffima peccata. Iſum etiam peccare, & delinquere, eſt de-lyrare, a motu corporeo tralatiū ad animos. Eoſdem igitur inimicos Dei, ac perambulantes in delictis ſuis, nunquam ad rectū redeunteſ ſenties. Hæcq; eſt, quam primo Psalmo viam peccatorum, confiliū, mentēque impiorum dixit, a qua qui declinarent, beatos exclama-uit: vt

A uit: ut ſint iidem, abeunteſ in coſilio impiorum, manenteſ in via peccantium, atque ini-mici Dei. Rabi Salomon, ut Hebræus, hos exponit Esau, id eſt Romanos, ſue Christianos. Nos ergo, vel in iſpōs, vel omnes impios, vel daſmones retorquebiſus. Verſūque leges, Solus Deus confringet inimicorum capita, verticēque comantē ſceleratorum, & pe-tris allidet, ſcopuloque infixit acuto, κορμοπάτας ἀχαγγις.

Dixit Dominus ex Baſan, Conuertam, conuertam in pro-fundū maris.

F F I C I L I S atque anceps ſenſus, an Deus locutus ſit de monte Baſan, quaſi de loco *B* ſublimi contemplatus hostium caſtra, iuſtōque eorum viribus ſuperari, cernens. Ca-pias exemplum ſimile ex Homero, ut quod dicitur, ſit clarum. Homeruſ Deum ma-ri ex Solymis contemplatum venienteſ hostem, & mergere parentem ſic inducit. Hunc, inquit, nauiganteſ, & iam tuta tenenteſ,

Τηλόθεν επολέμων ὁρέαν ἔδει εἰσετεῖ γράποι
Πλόντον ἐπιπλάνοι, ἐδὲ ἐργάζοτε κυρόθει μᾶλλον.

Kύρος δὲ κάπη ὄρόν δὲ μεθετεῖ θυμόν. Nempe,

Hunc procul ex Solymis vidit, ſiquidem ſibi viſus

Eft, fulcare aequor, concepit corde furorem,

Conciuensque caput, ſic ſecum eſt verba locutus.

Videntur propemodum ex iſto loco accepta, ex Solymis ille conſpexit indignatus, ſecum que locutus: hic ex Baſan monte Galaad alſepit Deus hostiles manus, aduersus pios infe-ſti ſignis tendenteſ. Tunc ſecum locutus eſt: Eripiam, ait, iuſtos, ſceleratos in profundū demergam, efficiāmque ut hostium ſanguine cuncta redundant. Sicut enim ſuperius hunc præcipuē montem induxerat exultanteſ ob victoriam, ſic ei tribuit, ut ex eo Deus hostes contempletur, iuſtōque ex eorum ſeruitate, & nece cupide recipere ſtatuat. Et Abacuk ſimiſi figura dixit, Sanctū venturum de monte Pharan. Moyses item benedicens populu, Dominus de ſinā venit, & de Seir ortus eſt nobis. Apparuit de Pharan, & cum eo ſanctorū millia. Sic David de móte Baſan inducit Deū ſecū locutum, de ſalute, & viatoria. Nam & Moyses millia ſanctorū, id eſt Angelorū in comitatu eius ſtatuit. Quod item imitatus ſuo carmine David eſt, ut ſuperius apparuit, & paulo pōſt cognofcetur. Is mihi ex aliis exéplis verior ſenſus. Nec plura, poſtit hiſ, quā clariora videātur, commemorabo. Quod autem in profun-dait, Conuertam in profundū maris, non eſt in profundū, ſed τηλόθεν mimmezolot, de dū maris. profundū, ut ſpectet potius ad iuſtos eripiendos, de profundō, quāli mālos demergendos in profundū. Et pro Conuertā, eſt τηλόθεν ashib, reducam, reuocabo. Profundūq; maris aut res Ægyptiacas innuit, quod Chaldaeus, ut ſaþe viſum eft, ſequitur: aut appellat profundū, omnes calamitates, fluētūque miſeriariū, procellasq; ſicut, De profundis clamaui. &, Eripe me de luto ut non infigar. &, De profundis aquarum, inundanteſ, opprimen tēſque calamitates, profundas aquas apellans. Sic iſtud profundū maris, non ſolum de mari rubro, per cuius profundū Hebraei incolumeſ perrexeſunt, ſed miſeriariū etiam pelagus poſteſ intelligi. Sicque verſiculus, Locutus eft, ait, Deus ſanctus ē monte Baſan, reuocabo meos de profundū maris rubri, vel de tantis miſeriis, quibus opprimuntur, aut omni hostium impendente vexatione. Ac poſteſ etiam mystice profundū maris inferos ap-ellaſſe, vnde Deum crepturum ſuos prædicat, ſicut ſuperius captiuā duxit captiuā tem. Arcana enim quādam hoc carmine celari palam eft.

Vt intingatur pes tuuſ in ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.

*P*Ro intingatur, id eſt βαρψ, Hebraicē τηλόθεν timchaz, calcet, ut Hieron, quanquam *I*ntinga-tur. *H*ebræi exponunt τηλόθεν teadam, rubefcat, vel intingas tu ὃ Ecclesia pedem tuum.

Senſusque eft idem, ut calcet pes tuuſ, incedat per ſanguinem occiſorum, tingatur, baptizetur: qualia apud Poëtas, Bella horrida bella, Et Tybrim multo ſpumantem fan-guine cerno. Et quod ait, Lingua canum tuorū, iterū intelligendū eft, intingatur. Vt intin-gatur pes tuuſ in ſanguine, lingua quoq; canū tuorū intingatur, lábat hūc ſanguinē. Quod autem ait, Ex inimicis ab ipſo, Hebraicus loquēdi modus, duæq; ſunt formæ, yna repetitio, *L*ingua ca-nū tuorū altera, quod dicitur articulus, ſue abſolutum. Sicur enim ſine copula dixit Lin-gua canū tuorū, dimittens verbum intingendi: ſic nunc eandem rem repetēs ait, Ex in-i-mi-ciis ab ipſo.

FFF

Inicis videlicet intingatur, & ex ipso, nimirum sanguine, reddens singula singulis. Ut intingatur pes tuus in sanguine, intingatur, lambat lingua canum tuorum ex ipso inimicorum sanguine. Canitur autem eadem, aliusque nominibus significatur victoria, nunquam simplici oratione, sed multiplici, sequente, repetita, res magnas exprimente carmine. Hos autem inimicos iuxta superioris orationis seriem possumus aut Pharaonem cum exercitu sentire, aut generatim omnes inimicorum copias, aut μυστάς quod Graci sentiunt, ἡχετῷ νοτῷ διμαπτῷ δαιτῶν, νοτῷ, επισθέτοντον. Vel intelligibili sanguine dæmonum, intelligibiliter siue spiritualiter occisorum. Hæc autem interpretatione, ne fabulosa videatur, habes superius exempla, quibus ostensum, Prophetas, res mysticas more loquendi apud homines visitato descripsisse. Bella inuisibilita, inimicos, cædes, sanguinem, cuncta hæc νοτα, vocasse hisce nostis nobis nominibus.

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei,
qui est in sancto.

Ro Viderunt, Graci θεωρήσαντες τοπεῖσθαι, Visi sunt ingressus tui, sicut habet Psalmum Augustini. Latini autem ex tralatione Hieronymi iuxta Hebraicū, dixerūt, Viderunt. Reclamè igitur Latinum habet. Hanc visionem ingredientis Dei Chaldaeus refert ad res Ægypti, locum hunc diuinè transferens. Vedit domus Israël ingressus shekinathach diuinatus tuae, numinis tui, super mare Deus, dixerunt, incessus Dei, omni mundo imperantis in sancto. Quare sensus clarus est, si ad submersum Pharaonem referas. Populū vidisse, ipsum diuinum numen visibili præsentia, manifestisque signis, cum & columnam igneam noctu, interdiu nubem clarā suspicere, aquas item virga Mosis percussas abiisse, & rediisse cernere, multaque; alia non scripta diuinitatis signa data: verisimile est, ut secū Deos, id est Angelos euntēs aspergant. Rabi Dauid, iuxta suum sensum refert, Cūm visus est Angelus interfecisse in castris Assyriorum, centum octoginta millia. Iuxta Gracos, & Latinos, verè erit de CHRISTO, & nostra liberatione que μυστάς latet sub Ægyptiaca. Quod autem dicit, In sancto, declarauit Ionathas Chaldaicē transferens, Qui in loco sacrosancto maiestatis suæ imperat mundo. Idem alij Hebræi. Illic regnum est eius sanctum, sed inde maiestas eius pertinet in omnem terram. In caelo, sacrario diuinitatis suæ regnat, sed cælum & terras numinē torquet, οὐτας κρείττων, ut talia sentiens cum vocauit Homerus, Rex cælestis, Rex in regione sancta sua regnans.

Præuenierunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuen-

Principes.

Cari. cant.

Præuenie-

Coniunct.

pjal.

In med. in-

uenel. tym.

cularum tympanistriarum.

Ox Hebraica στροφα sharim, quam Sept. transtulerunt ζητοῦτε, amphibola est, designat tum principes, tum cantores, canentesque. Sed apud eos insigniter distinguuntur, quod altera habent shin exilie, altera crassum, & spumans. Itaque hoc loco non Principes dicendum, sed Canentes. Nam sharim, cantores dicuntur, vnde shir canticū. Et liber Salomonis, shir hashirim Canticum Canticorum. Et Hieronymus hunc locum, Præcesserunt cantores eos, qui post tergum psallebant. Chaldaeus item, Præuenierunt & dixerunt canticum. Quod autem Septuaginta dixerunt, οὐτε φθορα, hunc habet (etiam iuxta Hebraicum στροφα) sensum, quod antecedebant cantores, sicut vertit Hieronymus. Post sequebantur noghenin, id est, psallentes, harmonica instrumenta percutientes, in medio erant adolescentulae tympana pulsantes. Chaldaeus autem, ut dixi, declarat hunc sensum transferens, Antecedebant & dicebant canticum post Mosen, & Aaron, qui psallabant ante eos. Hoc forte posset defendi tralatio Septuaginta quod principes Moses & Aaron, canentes antecedenter, subsequerentur hi qui psallerent. Ac dicitur etiam in Exodo, Mosen carmen pro submersis hostibus decantasse: Mariam autem sororem tympana cum mulieribus pulsantem obambulasse. Omnis ille triumphus hic refertur canentium principum, psallentium, tympana pulsantium mulierum. Ex quo loco, liquido apparet, Psalmū tū omnia prodigia, facinorāque diuina celebrare, tum vel maximè Ægyptiacū illud, cum quo vel aperte, vel mysticè nostræ redemptionis facinus prædicatum fuisse etiam Hebreorum testimonio constat, qui dicunt omnem illam lætitiam & carmen Mosis, ac populi, recinendam in diebus Messiae, iterumque Mosaicum carmen decantandum, Cantemus Domino gloriosé. A Graci quidem, & Latinis ad tempora C.H.R.I.TI referunt, sed alio modo, diuersisque viis, eodem à cunctis peruenit.

In

A In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israël.

Ro Ecclesiis sunt τριηρα makeheloth, coetus, congregations, quæ Graci dicuntur Ecclesiæ. Et quod ait de fontibus, singulare est τριηρα mimekor, de fonte. Quod ab Hebræis exponitur, hi qui de Israël nati sunt, qui de fonte eius profluxerunt, originē ab eo habuerunt. Et Chaldaeus pro fonte posuit τριηρα zarea, sermon. Vos, inquit, qui estis de fonte Israël, qui ab eo propagati, benedicite Deum in panegyribus, concionibus, exaudiāt: haec nostræ panegyres, hi triumphi, plausus nostri atque theatra. Conuenite omnes & in cōuentu omnes exaltate Deum, & vocibus consonis celebrate, sicut illi fecerunt Ægyptia seruitute liberati. Vos qui ab eis orti estis, facinus illud æterna memoria prosequamini, nunquam ex ore & pectore vestro excidat. In his omnem agite lætitiam, ac triumphum. Dicitur & alio in psalmo, Semen Iacob glorificate eum. Pro iuuenculis, sunt Graci νεανίδες, quas Latinus dicere melius poterat adolescentulas, aut puellas. Hebraicē τριηρα alamoth à singulare halma, quod clausam, & ignotam propriè sonat: eoque Sept. in Esaiam παρθένον virginem transtulerunt. Inuencale. Alma.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu: Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, principes Neptalin.

Ro eo quod Sept. dixerunt εἰναι τοῦτο, in ecstasi, id est mentis excessu, Hebraicē est, In excessu.

Bοτροδεμ, in qua voce, tres sunt significatus, descendit à radam, dormiuit sopore pressus, in ecstasim lapsus est. Quod significatū secutis sunt Sept. Potest item descendere à τῇ radad, extendere, dilatare, continere, & per τροκοντή extremp syllabæ rad, in participio rod, in relatione ad plures τροτροδεμ, extendens, vel dilatans, vel continens eos. Quod significatum secutus est Hier. transferens, Ibi Beniamin parvulus continens eos. Est tertia deductio à τῇ radad, dominatus est, in participio τροτροδεμ, dominans, vel impetrans eis. E tribus igitur his significatis, cum sub voce omnia intelligatur, quales apud Gracos, & Latinos multæ dictiones, videtur postremū magis congruere. Apparet enim principes tribū hic cōuocare ad laudē Dei. Ac sicut ponit principes Iuda, & Zabulon, & Neptalin, sic Beniamin dominatorē, & præsidem in hoc carmine vult esse, ut sit sensus: Ibi, nēpe in his triumphis, in hac panegyri, Beniamin qui postremus fuit natorum Iacob, antecedat eis, præsit omnibus cantando, ludendo, tum principes aliarum tribū subsequantur. Iste sit ordo pompe diuine, hoc ordine incedatur. Et potest etiam referri tēpus illud, cum submerso Pharaone pæanisum totus Hebreorum populus decantauit, inchoante Mose, & Aaron, principibus tribuum subsequentibus, præcipue Beniamin, minore in omnibus natis Israel. Is, ut dixi, sensus est apertior. Possunt autem Sept. intellexisse per mentis excessum, raptum mētis in laudes diuinæ, in cōmemorationem memoriāque diuinorū facinorū, secessum, cum sublata mente, opera diuina admirantur, cum dulcedine corripitur animus, extra sensus secedit, ubi & suauitas est ingens, & suauitas cum admiratione rapit mentem. Qui sensus mihi vehementer probatur. Quis reiciat, quod Graci, id est Didymus, Cyillus, Beniamin diuum Paulum adolescentem, raptum ad arcana Dei interpretantur, principes, alios apostolos ex aliis tribus? Quod autem Hier. dixit Continens, potest cundem ferē habere sensum, atq; præsidens, dominans. Siquidem & Graci οὐτε τροτροδεμ, est continere, & imperare. Nec moror quod Rabi Dauid, & Chaldaeus, quod alio sensu hæc interpretat. Quæ dixi, sunt veriora, & ad totā præcedentiū seriē magis cohærentia. Post superatos hostes sequitur plausus, lætitia, exultatio, alacritas animorum, saltus corporum, processio, voces canunt, harmoniæ consonant, pulsantur psalteria, organa, principes antecedunt, sequitur plebes. Duces eorum. Quod autem dixit, Duces eorum, Hebraicē est τροτροδεμ, potest exponi multitudines eorum, ut sonet, principes Iuda multitudo eorum. Est autem regma, acerius lapidum, tralatus hic pro aceruo hominum: sonatque totius multitudo duces hos fuisse, aut iubet esse. Hier. dixit principes Iuda in purpura, transferens rigmata, purpurā, quod etiam ab Hebreis ponitur, videlicet Rabi Menaché, & Rabi Salo, qui supradicta vocē exponit rigmata, id est opus variatū, vestē variā, auro, & figuris intertextā, quod Hebraica voce, Italice dicitur, Richamo, purpura Hebraicē dicitur τροτροδεμ argman. Hinc reiecta prima littera factum est τροτροδεμ. Etiā quod reddiderunt Sept. ab Hebreis approbat. Nā Auen Esra exponit hanc vocē τροτροδεμ, Duces, principes. Ceteri lapidationem putant hac voce notari quod animo meo non applaudit. Clarus est sensus. Et versiculos habet, Ibi Beniamin ille minor Purpura.

FFF ij

natu, præses eorum ludendo, principes item totius multitudinis eorum, duces Iuda, Zabu-D
lon, & Neptalim, induiti vestibus intertextis auro, aut duces eorum.

Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod opera-
tus es in nobis.

Manda.

Dess.

Fortit.

Apofro-
phæ.Confirma
hoc deus
ej.Chaldaica
lingua.

Tēplū dei.

Tibi offere,
munera.

Li s orationis ordo Hebraicé. Nam pro imperatiuo, quo vi sunt Sept. ἑτελαγη, est enunciatiuum præteriti temporis ινδια, præcepit, mandauit. Deinde dicitur ἡμερα Eloheka, Deus tuus, nō Deus tatum. Totsq; versiculus habet sicut vertit Hieronymus. Præcepit Deus tuus de fortitudine tua. Quoniam autem Hebraicè non est præpositio dc, sed tantum ἡγεμονία, fortitudo tua, dici potest. Præcepit Deus tuus fortitudo tua, qui est fortitudo tua, robur, præsidium tuum, propugnaculum, scutum, protectio cui nitens. Aut præcepit, iussit hanc fortitudinem. Diversas igitur mutationes animorum facit psalmus, quod in omni ferè carmine fieri solet. Hæc forma Græcè dicitur επιτηδεῖον, cùm reliqua præsenti persona, ad alium, sermonem conuertimus. Sermo autem nunc dimissis superioribus, est ad populum, ad cœtum iustorum, ac victores, ac triumphantes, vt sit sensus, Præcepit, mandauit, statuit Deus tuus istam fortitudinem, hoc fortissimum facinus, harum gestarum rerum magnitudinem, hæc præclara facta. Voluit ipse fieri, ab eo facta, ipse tanti facinoris autor. A Domino factum est istud, illo sponte veniente, & certante, non fortitu, ac temere, non viribus humanis. Fuit, fuit stratagema diuinum, Dei tui est facinus. Cùmque hæc dixisset, rursus per aliam apostrophen, ad ipsum Deum conuersus, At tum dò fortissime, confirma quod fecisti nobis, stet in æternum hoc trophyum, sit eadem erga nos tua, & perpetua voluntas. Sæpe nobis da talia dona: da ut illa libertas, & tatu ex ea libertate beneficū sit stabile, permaneat in nobis. Salus illa qua seruata omnis gés est, nunquam deficiat, pariat fructus æternos. Da ut colamus te semper, & hæc beneficia, perpetua laude decantemus. Ex illo tempore per omnia sœcula salus ibi inchoata decurrat. Is est verus sensus, quem Ionathas, illo sermone Chaldaico, quo vt vulgari de captiuitate Babylonica allato, vtebantur Christi tempore, & post Hebrei, exprimens dicit, Præcipe Deus fortitudinē tuā, corroborare, fortisque esto Deus, habita in domo sancta, quam fecisti nobis. Ex quibus appetit, etiā sensum Græcorum, ac Latinorum huc tendere, vt sit æternum, & fructuosum redemptionis opus, & quicquid in ea præclarri gestum est, maneat. Ac quod Sept. dixerunt ἑτελαγη, per imperatiuum, id est manda, potest stare, quoniam iuuah, est etiam imperans, & Chaldaeus dixit τῷ pakid, impera, præcipe. Quidā Græcorū virtutē volūt esse filii, vt à sanctis dicatur patri, Præcipe dò pater virtuti tuæ, vt sit æternum. Euangelij opus, nimis alienū.

A templo tuo quod est in Hierusalem tibi offerent reges munera.

Ec referenda sunt ad superiora, vt clare possint intelligi. Ac templum Dei cùm duplex sit, cælesti, & terrestre, Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo: videatur potius cælesti templū hic intelligendū, quām terrestre, vt dicat, Cōfirma Deus à templo diuinitatis tuæ, à caelo demitti hanc virtutē, hoc robur. Inde hoc tuū consiliū stabilitur super Hierusalē. quod is sit sensus verus, appetet ex Hebraico, quod præcise habet, Cōfirma hoc Deus, quod operatus es nobis, neque in Hebraico est neq; Græco. Nā Sept. iuxta Hebraicum reddiderū ἑτελαγη, A templo tuo, super Hierusalē. Licet Chaldaeus secutus sit aliū sensum, A templo tuo accipies sacrificia, super Hierusalē diuinitas tuā habitet, pinguia tibi offeret reges sua, & sacrificia. Templum terrestre, vt vides, ille sensit. Non interest ab utroque sensu multum. Prior tamen magis mihi probatur, quia dicit super Hierusalē: illéque est apertior, luculentior. Quod autem ait, Tibi offerent reges munera: Pro hoc, ait, diuino facinore, ob has cognitas vbiique terrarum, res gestas, te verum esse Deum reges fatebuntur, & inclinati adorabunt, muneribusque salutabunt, sacrificiisque oblatis, diuinitatem tuam confitebuntur: cognoscēris in omni terra, vt etiam à regibus adoreris. Reges igitur eis ipsorum Iudæorum dicere possis, melius tamen est, vt omnes generatim reges intelligas. Quo loco clara prophetia est, etiam Hebreo Salomone teste, de adorando à regibus, appellando que rex regum, Dominus dominantium. Et, Ego sum Alpha, & ω. Et, Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra.

Increpa feras harundinis, congregatio taurorum, in vaccis po-
pulorum, vt excludant eos qui probati sunt argento.

Obscurus

Accordat B s c v r y s ac difficilis sensus propter verba polysema, vt potero tamen extricabo. Conuersus enim ad Deum orat vt dissipet, euertatque omnes sceleratos, & impios, iustitiam tum erga homines, tum erga Deū violates, id est, & injuriosos, inimicos, in- *Increpare.* humanos, & idolorū cultores. Ac primū, vt monent Hebræi, Increpare, est aut formidabile, aut exitiale vocem intonare. Solo enim verbo Deus cuncta operatur. Verbi contra sceleratos, est increpatio, letalis pronuntiatio, editū mortale. Talis locutio est alio in psalmo, Increpasti gentes, & periit impius, nomē eorū delesti in æternū, & in sœculum sœculi. Similēm q; increpatiōne hic deprecatur. Feras autē harundinis vocavit *μεταφοράς*, homines feros, *μελάνης*, ratione, & humanitate carentes, seuos, crudeles, appellans eos feras harundinis, quasi inter harundines commemorantes, inter hartindinæ, inter calamos delitescentes. Nā pro harundinē, calamū dixerunt Sept. τοῦ θεοῦ τῷ καλάμῳ, feras quæ inter calamos habitant: quasi angues, in herba latentes, & quasi pardos, & leones septos calamis herbatū, ac fruticum. Malæ bestiæ nemorum, regionibus Orientis innumerabiles. Eosdem tauros, sicut *Tauror.* solent vbiq; Prophetæ, appellavit, quasi indomitos, & feros, obuios quosq; cornibus appelle- *congre.* tates. Ac dicēdū est per accusatiū semper, Increpa feras harundinis, cōgregationē, vel grēgem, vel armētū taurorū. Hos euerte, in hos letalem sententiam pronūtia. Deinde per aliū *In vac. po-* ordinem orationis, addita propositione, in, eadem dicit, Increpa feras harundinis, armen- *pul.* tum taurorum, increpa vitulos, aut vaccas populorum, id est, idola confringe, euerte, idola illa, quæ erant more Aegyptio, apud quos, bos Apis colebat, imagines vitulotū, aut vac- *Vituli.* Bearum. Aut non idola dicit, sed eosdem ipsos, quos cōgregationem taurorum dixerat, post appellat τῷ θεῷ γέλε hamini, id est vitulos populorum, qui inter populos, vt ait Rabi Salo. sunt feroci, aut ipsi feroci populi. Hos idem Hebreus David Esau, id est Christia- *vt exclud.* nos exponit, Reice in eos, & principes eorum dæmones. Postea quod Sept. dixerūt, Ut ex- *e. qui prob.* cludent eos, qui probati sunt argento, purius in fonte τῷ νερῷ τῷ μεταράψει mit rapes beraze ca- *f. ar.* seph. Quorum verborum is sensus. Qui currunt, vel incedunt ad eos, vel cum eis qui frangunt argentum. Quo loco obseruandum quod sepe fit apud eos, mitatum esse numerum. Nam populi numero multitudinis additū est participium singulare mitrapes, incedit, va- *Hieronym.* dit, currit. Sciendum quoque participium razze, quod sonat frangentes, referendum propriæ ad opificia idolorum, tametsi possint alij esse sensus, vt sonet currentes, vel volentes ar- gentum, id est idola argentea. Qui quidem idem erit etiam sensus. Hieronymus igitur ex parte reddidit hunc sensum, Increpa bestiam calami, cengregatio fortium, in vitulis popu- *Hieronym.* lorum calcitrantium contra rotas argenteas. Ecce diuus Hieron. razē quod potest etiā so- nare currentes, transtulit rotas, quasi currentes. Et mitrapes, quod signat incedentes, cur- rentes, interpretatus est, calcitrantes. Sed durus est sensus, ac vix intelligibilis. Cūm autem sit clarum quod positum est ex Hebraico, euoluta, & expedita est horum intelligentia. Nā & Chaldaeus sensum illum quem diximus, exhibens, ait, Irascere in exercitus peccatorum, confringe illos sicut cannam, congregationem Gigatum, vel fortium, qui confidunt in vi- tulis, quæ sunt idola populorum. Similiter versiculus Hebraicus dicit, Increpa bestias cala- mi, armentum taurorum, intona in vitulos populorum, qui currunt ad opifices vel opificia argentea. Is sensus est clarus. Nam participium razze, appetet descendere à razaz, confringe, non à razah, velle, quia notatum est puncto, quod signum est ablata littera τῷ razze. Quanquam si sonet volentes, non variabit, etiam sensus. Auen Esra mitrapes sic aptat vt versiculos dicat, Increpa feras harundinum, gregem taurorum, in vaccas populorum, vt mitrapes sit, fugiat à facie tua, vanescat. Quod non aptum est. Minus quod Rabi Salomon. Nolunt quenquam nisi qui faciat currere ad eos argentum. Clara est igitur consecutio ad superiora. Mos est enim Prophetarum, sed cum primis in psalmis sit, vt gloriam Dei propaga- *Mos piorū.* ri, innotescere, eam solam existere cupientes, semper superstitionū interitum, & eorum qui eas foueant, efflagitent. Precantur vbiique errorum ruinam, & eos qui summis viribus eos sustinerent, tolli de mundo cunctis votis exposcent. Omnes item qui iura diuina, humaniaque miscent, quorum scelere mundus, & ista rerum pulchritudo fecundatur. Hocq; in fine præcipue omnium psalmorum. Desiderabant enim solum in cultu, & laudibus Dei quiete, & tranquillè viuere. Videbis idem in omnibus ferè psalmis fieri: postulatur, desideratur regni Dei incolumentas, aduersi interitus, quasi durarum ciuitatum, alterius flos, vita, constantia, alterius interitus, ruina, æterna abolitio. Ideo etiam dicit:

Dissipa gentes quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto;
Aethiopia præueniat manus eius Deo.

D

Le^{gati.} O c principium, Dissipa gentes quæ bella volunt, hæret cum superioribus. Tum se^{Machabæi.} quitur alia diuersa sententia, de venturis principibus, magnis que viris ad templum sanctum Dei, aut ad religionem sacrosanctam eius. Ac pro legatis sunt **Venient.** chafmanim, viri insignes, nobiles, optimates. Hinc dicti sunt Machabæi apud Hebraeos, chafmonim, quasi nobiles, & insignes. Alij apud Hebraeos putant hoc esse nationis nomen, vt chafmonim, sint hi qui de Chasmania. Quod & Chaldaeus videtur suspicatus, transferens chafmonim, filios Cham. Ac fortè hæc prouincia est quæ dicitur Chartmania, licet longinquier. Pro eo autem quod dixerunt Septuaginta, venient, Hebraicè est ieethai, venire facient, adducent, offerent. Et quod dixerunt, præuenient, est clarius iunctu thatiz, festinabit, festinare, aut currere faciet. Aethiopia faciet manus suas festinare, accelerabit ad munera portanda. Et quod Latinus dixit Manus eius, debuit iuxta Græcum, & Hebraicum, vt monuit etiam Augustinus dicere, Manus suas, Græcè χεὶρας αὐτῆς. Claraque est de futura, & celebranda, colendâq; apud omnes gentes religione, prophetia, precipue cùm totus psalmus à Chaldaeo de submerso Pharaone tralatus sit, & nunc in fine, illa materia relicta, ad aliam sermonem conuertit, id q; in fine carminis. Sicut enim superius dixerat, Offerent tibi Reges munera, sic nunc Venient præpotentes, ac nobiles ab Aethiopia, & Aegypto. Veréque locus exponitur à nostris, de cognoscenda ab omnibus religione. Siquidem & ipse dixit, Multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cū Abrahá, Isaac, & Iacob in regno cælorū. Et Replebitur scientia Domini omnis terra. Et, Notū fecit Dominus salutare suum, Hebraicè, Iesum suum, in conspectu gentium, reuelauit iustitiam suam. Quod Simeon iam Christo nato, eumque tenens in vlnis simili locutione effatus est, Videbunt oculi mei salutare tuum, Hebraicè Iesum tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Psalmus autem, In conspectu gentium reuelauit. Et Simeon, Lumen ad reuelationem gentium. Sicque similibus verbis, & gentis suæ locutionibus, ab altero de venturo, ab altero de presenti Christo hæc canebantur. Mitto quod in psalmo lxxxi. quem mystice de Christo etiam Hebraei vaticinari asseuerant, dicitur. Reges Tharsis, & insulae, munera offerent, Reges Arabum, & Saba, dona adducent. Et Rabi Salomon hoc loco fatetur expressè, hæc dicta de Messia. Tunc, inquit, cùm submersum fuerit regnum Esau, & surrexerit Rex Messias, offeret tibi munera ab Aegypto, & Aethiopia. Vides etiam eos de Messia psalmum editum credidisse. Exemplumque de Aethiopibus Græci afferunt de Eunicho Candacis regine Aethiopæ. Et certum est, quām illa natio cupidè religionem acceperit, quām auguste, sapienterque retineat, vt etiam eos apud quos nata esset, in hoc vincant. Deprecatus igitur impiorum interitum, & finem psalmi cum principio conformans cùm diceret, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & Fugiant qui oderunt eum: canit futuram gentis suæ gloriam parandam per Christum, per quem & litteræ, & religio, philosophiaque Iudæorum, ab omnibus populis cognita, & suscepta est.

F

Regna terræ, cantate Deo, psallite Domino.

Sela. His etiam appareat prophetia. Inuitat enim ad cultū, laudemque Dei omnes nationes, ac prouincias, omnes oras, ob accepta beneficia, ob salutem omnibus collatam, ob conseruatas omnes gentes, & magnis calamitatibus liberatas. Laudamus autem libertatis vindicem, canimus, ei qui nos eripuit. Si igitur regna terræ ad laudandum, & canendum inuitantur, vtique propter commune, ac vniuersale omnibus terris beneficium. Non laudarent etiam nisi cognoscerent. Sicque multis rationibus constat, sub carminibus Prophetarum, obscuris propter gentis suæ humanum loquendi morem, eadem dissimulari, atq; sub carminibus Sibyllarum interdum, & ipsis obscuris, interdum clarioribus, quorum cognitione ab altioribus principiis manat. Additur autem in fine huius versiculi in Hebraico, sela, quæ vox quam vim habeat, discere potes à Chaldaeo, qui eam transtulit, in sæcula, in æternum eum celebrate, laudat. Septuaginta transferunt diæla, diapsalma, quasi vox interiecta psalmis, addita ad vim psalmi non de psalmo, sed interiecta, & psalmum adiuans, quia est assertio psalmi, & confirmatio. Quam vim etiam habeat psallite Hebraicè zameru, ab eodem discas, vertente shabechu, laudate.

Psallite

A Psallite Domino, qui ascendit super cælum cæli ad Orientem.

D declarationem tertiod additum est à Latino, Psallite Domino, Hebraicè, & Græcè bis tantum. Et quid dixit Græcum, Qui ascensit, obseruatum est superius, Hebraicum propriè sonare, ei qui equitat, Cælos etiam cæli, alibi obseruatum sonare facerimam, altissimam q; cæli partem, sicut sancta sanctorum locus sanctissimus in templo. Et, canticum cantorum, canticum nobilissimum. Et, Rex Regum, maximus Rex. Et, sœcula sœculorum, omnis æternitas, cum q; finis psalmi cum principio consentiat, apparat hic eum, cælum cæli appellasse, quod in principio, araboth, id est, regiones aœnas, beatas, aut vastas, latas: cùm diceret etiam illic Deum equitare super araboth, quod Chaldaeus hic, & illic solium diuinitatis suæ interpretatur. Cælum autem cæli dixit, Hebraicè Cæli cælorum. Sic in Ecclesia canitur, quid cæli cælorum laudent, tremant, nimium habitatores, quos potestates, & volucres, & ardentes, flammantesq; ibidem, Hebraico autem nomine Cherubim, & Seraphim appellant. Nam cùm cælum sit omnis supra terram regio, etiam aër, quæ vltra Solem, Lunæq; labo res, vltra cæli vertiginem, remotissime, vt ait Aristoteles, posita est, cælum cæli dixit. Sic alibi, Cælum cæli Domino, Hebrai dicunt esse ἡλιον, hagalgal elion, altissimam sphæram, supremum orbem. Sed melius Aristoteles dicens, remotissimè à cæli vertigine, esse diuinæ illæ regiones. Theodosius tamē εὐρὺν οὐρανὸν καλεῖ τὸ ἀνάτερον, επειδὴ οὐκέτι οὐρανὸς τὸ ἀνάτερον, Cælum cæli vocat supremū: quoniam quale nobis istud cælū, tale eis supremū illud. Mihi videtur Aristoteles diuinitus locutus, vt alibi ostendi, extra vertiginem cæli, sedes illæ æternas statuens. Sed si de motu primi cæli sermo est, quadrat Hebraorum expositio. Quod autem dixerunt Septuaginta, Ad orientem, melius, A principio, Hebraicè εἰς τὸ κεδὲμ, vt dicat, Psallite ei qui equitat, infidet cælo altissimo ab æterno, vel à mundo condito. Sciendum vocem istam Hebraicam anticipitem esse ad tempus, & locū, si cut omnia ferè nomina loci, eadem sunt & temporis, significatq; & loci, & temporis anteriorem partem. Eoq; sonat orientem, & item anteriorem temporis partem, & quicquid temporis antecessit, pro tempore hic accipiendum esse ratio clara est. Nam cùm de supremo cælo loquatur, ybi neque occasus sit, neque ortus, quoniam Sol qui affixus est orbi nostro, quod dicitur firmamentum, occasum, & ortum efficit, non debuit dici, qui ascendit, vel equitat cælum cæli ad orientem. Dicendum ergo, à principio, id est semper. Et Symmachus transtulit εἰς τὸ φωτόν, à principio. Et Hieronymus eum secutus, Qui equitauit super cælum cæli à principio. Et Chaldaeus tranferens Hebraicum ἡλιον le kodamin, ab æterno, à principio. Et Theodorus adiutus à Symmacho, ὑμεῖς γὰρ τὸ ἡλίον, γάρ δε ἡπαύτη τὸν φωτόν. Laudate eū qui à principio, & semper despicer cælis fuit. Eusebius quoq; exponens quod verterat Symmachus δὲ σὺν μαχεῖς εἰς φωτόν συνεδρύσατε δέξασθε με τὸν δέξιον ἦν ἐπιχρόνῳ τῷ φωτὸν καὶ τὸν φωτόν εἶναι. Symmachus trastulit à principio cōsonē ei, quod ipse dixit, Pater glorifica me gloria, quam habui antequam mundus esset. Hebrai quoque testantur Deum à principio infidere cælo, quia corpus eius à die quo conditum est, semper idem fuerit. Aduertendum tamen: Vel de motu cæli sermo est, qui regatur à Deo, ab eo machina eius impellatur, aut de æterna regni sui sede, in altissimis cæli regionibus defixa. Si hoc postremum recte dicitur, vt exposuit Eusebius Dei gloriam fuisse sempiternam, imperium eius æternum. Regnum tuum, ait alibi, regnum omnium sœclorum. Gloria eius æterna in cælo, empyrio, nūquam creata. Hic semper regnat, sedet. Si de motu cæli, posset defendi editio Septuaginta, quoniam primum mobile, supremusq; orbis, ab ortu vertitur in occasum, vt dicit, versiculos, Qui equitat, agitq; supremum orbem, & cælum ab ortu. Quoniam autem obscurè, ac raro de motu cæli, scripturæ factæ loquuntur, potiusq; philosophorum est res, videtur veterior primus sensus, de æterna Dei gloria. Ac nescio an assentiar Burgensi, Araboth iure occasus, equitare super occasus Deum dici, quia cælum ab ortu tendat in occasum: dico primum mobile. Quod si verum est principio dicet terminum ad quem, in fine Psalmi terminum à quo, vt more philosophorum loquar.

Ecce, dabit voci suæ, vocem virtutis: Date gloriam
Deo, super IsraEl, magnificentia eius, & virtus
eius in nubibus.

FF iiiij

*Qui ascendit,
cælum cæli.*

*Aristoteles.
Cælum.*

*Cælum empy-
rii, increa-
tum ad fir-*

SALARIO sunt Graeca, ad Hebraicum respondentia. **D**icitur Ecce dabit cum voce sua, vocē potētia. Quare τη φωνή, nō est simplex datius. **H**ebraicē quoq; ἡρά bekolo, cum voce sua. Duos autē hoc habet sensus, aut mittere vocem formidandam in hostes. Et quod dicit Theodorus, scripturam solere Deo tanquam summo formidādoq; imperatori dare vocem terribilem, & tonitrua, qui solā voce terreat hostes. Aut sensus Chaldaei est posterior, quo dicit, Ecce dabit cum voce sua, vocem spiritus prophetiae, Prophetæ. Hoc mihi verius videtur, terminauit enim iam sermonem de hostibus, loquitur nunc de altioribus, ipsoq; solo Deo. Vocem autem istam potentem, & vastam non aliud sentias, quam diuinitatis suæ, ut ab omnibus gentibus, & regnis exaudita cognoscatur. Hoc enim est, quod notum fecit salutare suum, hæc illa vox, totum vulgata per orbem, fama diuinitatis suæ, qua gentes exaudita, proprie tenuerunt, munera proferentes, signa vocationis, & cultus sui, iureq; Chaldaeus eam prophetia vocem dixit. Omnis enim cælitus veniens sapientia, prophetia, oraculumq; dicitur: Prophetæq; non futura solum prænuntiantes, sed etiam præfentia loquentes, sed cælitus afflati dicuntur. Is sensus videtur vehementer probabilis, cui non est dissimilis quod Augustinus de voce iudicij exponit, cùm, ut ait Sibylla de Deo,

Σαλπίζε θέρανθεν φωνήν πολύθρην εφ' οὐρανού.

Tunc turba luctificam demittet ab aethere vocem.

Eiusdem enim sensus: hæc sunt, una eademq; vox. Nec appetat quicquam versimilius, cū Psalmorum sit grauissima, plenaq; oraculorū sapientia. Hæc sunt quæ ipse autor dixit, Necessitate est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Quod autem dicit, Date gloriæ Deo, super Israël, exponitur, qui est super Israël, qui præsidet Israël noster R̄ex est, hunc laudate, huic date uero robur, fortitudinē, gloriā, canendo, attribuendo, cōfítedo. Sicq; interpretatus est Chaldaeus. Quāquam iste sensus clarius est in Hebraico, si punta respicias. Dicitur enim, Date gloriæ Deo, super Israël magnificentia eius. Cuius, inquit, maiestas est super Israël, eos protegens, eis propiciens, eos illustrans, nobiles faciens. Chaldaeus tamē legit, Date gloriæ Deo, qui est super Israël. Maiestas eius, & fortitudo est in cælo. Ac vides eum transtulisse cælum, quod Septuaginta nubes, Hebraicē ωρῶν shechakim. Ut autem cælum, & aër dicitur, volucres cæli, & vbi fulgent sidera, sedesq; diuinæ, sic shechakim vtrumq; designat. Et hoc loco cælum dicendum fuerat, sicq; transtulit etiam Hieronymus. Et virtus eius in cælo, Hoc autem dicit Psalmus, ut ostendat Deum, quanquam propriam sedem habeat in cælo, esse tamen etiam in terra, præcipue apud pios, cūmque colentes, ut & maiestatem altissimam, & ab omni corruptione sejunctissimam demonstret, & prouidentiam, respectumque ad res humanas, ima respicientem, licet altissimam.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Mirabilis in sanctis suis. I respicias Hebraica, verum sensum agnosces. Pro θεού, mirabilis, est ἡρά nora, Fterribilis. Et pro, In sanctis suis, est ἡρά μιμμιδασκε, de sanctuario tuo, de sacrario tuo, quod Septuaginta per numerum multitudinis, iuxta Hebraicum dixerunt πλῆμα, locum sanctissimum, sancta, sicut dicuntur sancta sanctorum, per numerum multitudinis dicuntur iuxta nonnullos Hebraeos, quia templum terrestre respiciat cælestē, aut quod triplici structura constaret. Dicitur ergo, Mirabilis es tu de sanctuario tuo, de sublimi regno, & sanctissimo tuo, mittis indicia, quam terribilis, ac formidabilis sis. De cælo sancto tuo, potentia claret, de sede magnitudinis tuae. Dantur mortalibus manifesta indicia esse in cælo, ab illa aula, & regia, veniunt in terras beneficia, quibus bonos aduersus malos defendis, & ostendis displicere tibi nefas. Hieronymus etiam vertit, Terribilis Deus de sanctuario suo. Potest quidem sanctuarium terrestre intelligi, in quo Deum sæpe dicunt habitare Prophetæ, sed rectius est, de templo cælesti sentire. Quod autem dixit, Virtutem, Græcè melius δύναμι, robur, vim, præsidium, ad Hebraicum uoz. Fortitudinem quoque clarius dixerunt Septuaginta κρατύσσων, roborationem, confirmationem, solamen, pro Hebraico ρωγνθαζυμοτ. Ex illo, ait, sacrario hæc bona demittet. Sedibus ethereis, robur in nos descendet uinuisibilis, & arcanis modis, euentu autem claris. Propterea semper benedictus. Amen.

PSAL-



Ic inchoatur quartus Psalmorum liber apud Hebreos, facta à posteriis hæc diuīsio, vbi iusta ratio aliquem librum finire docuisset. Nam huc vñq; psalmi David, & filiorum Core, & aliorum leguntur: qui sequuntur, non habent ferè nomen autoris, nec ullum titulum præscriptum nisi primus iste. Post multos psalmos repetit inscriptio David. Hæc ratio posteriores docuit, vt libros diuidenter. Is dicitur oratio Mosis viri Dei, *Oratio Moysis*. Super quo varia fuere apud Hebreos sententiae. Fuerunt qui dicerent *si*.

repertam hanc orationem à David, traditionemq; antiquam apud eos fuisse, hanc Moysen edidisse, & David huic libro suo inseruisse. Alij existimauerunt cùm dicitur, *Oratio Moysi*, Moysen posteros eius sentiendo, Leuitas scilicet, qui cantores essent in templo, vt habeatur in libris Paralip. Quæ locutio soleat etiam alii in locis haberet: vt, Comederunt Iacob, id est progeniem eius. Et, Ex Aegypto vocauit filium meum Israël, id est filios & nepotes eius. Sic dicitur in libris Paralip. Et Ieiodas princeps Aaron, nimis filiorum Aaron. Sic oratio Moysi, nempe filiorum Moysi, maior tamen eorum pars sentit fuisse Mosis, quod per numerum multitudinis loquatur. Factus es nobis, quasi populo meo. Et Rabi Salomon vnam ex undecim benedictionibus, super undecim tribubus hanc esse putat. Chaldaeus item argumentum sic transtulit, *Oratio qua orauit Moses propheta Domini*, quando pecunia populus domus Israël in deserto, respondit, & dixit, Hæc erat antiqua illa traditio, orationem hanc esse Mosis, quam Chaldaeus videtur commemorasse. Fuerunt etiam è nostris, qui non crederent esse Moysi, sed potius David: referri autem in Moysen, quod de lege loquatur, quod & nonnulli Græci sequuntur. Sed quoniam & à pluribus approbat, & magis eluet ex titulo esse Mosis, id potissimum arbitror sequendum. Nec vero mirum non esse in libris Moysi hanc orationem descriptam, quandoquidem neq; in libris Regum vbi de David texitur historia, psalmos eius, nisi unum vel duos inuenias. Sit igitur id verius esse Moysi orationem, idq; ad Hebreos ex succedenti traditione, sicut alia pleraq; apud eos, & nostros, per traditionem non scriptam inoleuerunt, manasse. Dicitur oratio, veniamq; deprecatione, quod in omni ea maximè perspicitur. Ac iuxta suas in epietas, Rabi David asserit deprecationem esse super eorum præfenti, & omnium maximè diurna captiuitate, referriq; in ea, humanam imbecillitatem, vita breuitatem, deprecari, Moysen creatorem, ne pro eorum sceleribus, ab eo plectantur, cùm potius vniuersalis sit humanae fragilitatis testatio, populi autem electi, non eorum qui in præsenti captiuitate detineantur, sed pro omnibus hominibus criminum deprecatione. Græci quoq; duplex in ea vaticinium contineri dicunt, de euersione Iudæorum, & reditu ad meliora. Virum autem Dei, *Viri Dei*, Chaldaeus, & Hebrai, quia fuerit Propheta, quia diuinis alloquiis assuetus, quasi is quo Deus uteretur vti interprete, & ministro suo, interpretantur vt vir siue homo Dei esset, qui possideretur à Deo tanquam Domino: seruus ipse, & minister. Sic Augustinus eum ministrum Veteris, prophetā Novi testamenti dicit. Vertentes autem Hebrei virum Dei, Prophetam sentiunt, vt dixi, Dei summi sacerdotē, episcopatu, religionis interpretē, sacerdotum antistitem *ἱεροφάντη*. Hi enim Prophetæ apud Hebreos, & Aegyptios sunt vocati, vt apud Persas Magi. Talis fuit diuinus Moses, sed qui in eo mortales omnes anteierit, familiaritate diuina, & alloquiis, ante omnes dignior habitus. Cognitaque hæc diuinitas eius omniis gentibus fuit, ob id à nonnullis Magus appellatus ex eo scilicet genere, qui apud Persas haberentur. Græcè Septuaginta transtulerunt, *Oratio Moysi homini Dei*, cùm genitus esse potius debuerit, sicut Psalmus τῷ Δέβεδ, potius τῷ Hebraicē Mose, vbi le, est articulus casus gignendi.

D Omine refugium factus es nobis, à generatione, & generatione.

DIVINUM ac præclarum exordium, quo res humanas, licet fragiles, ac miserias, plenasq; semper lacrymarum, & in interitum spectantes, habere docet, quo stabilitate fesse, ac firmare possint, neq; vñquam, tametsi vallati calamitatibus simus, refugium, & tutissimum præsidium nobis defuisse. Nunquam diuinam prouidentiam super nobis dormitasse, nunquam nauiculam procellis iactatam vorari permisisse.

Esse aliquem portum, quod licet in tantis miseriis, in hac humanarum rerum miseranda lacrymandaq; vanitate, & præcipiti fuga rapidoq; interitu refugere: esse quoddam ac fuisse semper maximum in hoc mundo, cuius faciem quotidie mutari cernimus, in quo luctus & gemitus, lamentaç; quotidie exaudiuntur, paucaç; aspicimus, quibus latari licet, & frontem serenare, solamen. Ac comprehendit omnium sæculorum, æternam prouidentiam, non ad vnum tempus, sæculumq; vigilante, postea auertente se, & in penetralia cæli se abscondente, sed dicit, in omni generatione refugium eum fuisse. Quod ut melius intelligas, verba obscuranda sunt. Nam quod Septuaginta transtulerunt εγένετος, potunt quidem transferri factus es, sed melius erat dicere, fuisti, iuxta Hebraicum ρωμαϊκη at-ta haïita, Domine refugium tu fuisti nobis. Et quod dixit, In generatione, & generatione, obseruatum, alibi generationem esse vnum tempus, vnum sæculum, vnam mundi faciem cuius repetitio indicat omnium temporum, sæculorumq; seriem implicatam, totum generationum progressum. In omni tempore, inquit, in omni ætate, refugium tu nobis fuisti, nullo tempore à nobis abfuisti, licet remotissimus habitatione, præsentissimus tamen oculis, & præsentia fuisti. Diuineç; locum transtulit Chaldæus: Domine, inquit, cuius numen, & diuinitas, habitaculum habet in cælo, fuisti nobis robur, præsidium, refugium. Ac vox quam Septuaginta transtulerunt καταφυγη, refugium, Hebraicè est ρωμαϊon signatq; etiā habitaculum: eoq; Hieronymus transtulit habitaculum. Et Hebrei exponunt cum locum. Idem tamen est sensus. Denotat enim locum, quod refugimus, præsidium, arcem. Ipsiç; Hebrei, & locum exponunt, & ρωμachis, perfugium: & Chaldæus pro ea posuit ρωμaïsaid, robur, substantationem, firmamentum. Locus est quod confugimus, in quem nostra suspitia, & lacrymae tendunt, ad quem derelicti, grauibusq; malis oppressi deuolamus. Ille sinus placidos pandit venientibus. Nihil diuinus, & ad consolationem, medelamq; dolorum nostrorum præsentius dicere poterat.

Priusquam formaretur terra, & orbis, à sæculo, & usque in sæ-

cum tu es Deus.

Hec consequuntur ad antecedentia pulcherrimè quod eum dixerat refugium in omni ætate, in omni ævo hominibus fuisse, nunquam oculos benignos suos amouisse. Neq; enim fuit iniquum tempus, quando tu non fueris, necq; homines aliquando fuerunt, quin tu quoq; adesses, qui eis prouideres, vt necessario nunquam caruerit retore mundus, & nauclero, ante omnium rerum constitutionem existente, qui simul atque creasset, prospexerit, rerum ab se creatarum sustentatio, præsidiumq; fuerit, vt neq; voluntas, neque potestas sustinendi defuerit. Non voluntas, quod psalmus ipse prædicat, minus item potestas, quia ab æterno fuit El, id est Deus omnipotens. Hoc enim est quod sapiensissimi Philon dixit, Deus regit perennem naturæ cursum, præfecto tâquam lege, filio suo, quem διορθώσα πρόποδας ἐποίησε, vinculum indissolubile fecit viuerti. Ideoq; is psalmus de eo propriè est. Est enim de eo qui fuit ante mundi constitutionem, & qui post constitutionem rexit semper, is autem omnibus antiquis, & nouis litteris consentientibus, est filius Dei, F Creator mundi, & gubernator. Atq; non meminit, vt ait Rabi Dauid, creationis cæli, quia de hominibus, & omni mortalitate, quæ tamen ab uno opere regatur, sermo est. Loquitur enim de hominibus, quorum breui spatio vita definitur, quorum antequam & ipsi, & omnis eorum habitatio, & sedes extitisset, creatorum demonstrat fuisse. Ac dicens, Priusquam montes fierent, nominat res insigniores, ac diurniores. Montes & sublato supra reliqua terra vertice nobiliores fuerunt, & perpetuitate, semper manentes incorruptibles: etiæ qua pars absissa cadat, his & regiones definiuntur, earum sempiternis finibus. Nam flumina, neque stabilia adeoq; fortia sunt neque perennia, neque tam vasta, & stupenda, omnianq; terrestria. Nihil est montibus altius, vastius, diurnius, memorialibus, cùm scopulos pendentes aspicimus, cùm tantam lapidum molem, aëriasq; arces obstupescimus mirati, qua vi excitari tanta laxorū vastitas potuerit, nunquam adeo obstupui exclamauiq; admiratus naturam, & creatorem, quæ cùm iter primum feci per montes Italiae, quos Metaurus prope Forum Sempronij medios interfecit, Furui ex opacitate, & tenebris dicuntur. Videas stupendas hinc atq; hinc, oculis altissimè sublatis, laxorum cautes, horribiles procurrentium montium, nudorumq; scopulorum series, inter quæ percussa vocis resultat imago, vt hæc sola vera miracula naturæ dicas. Priusquam tanta rerum stupendaç; vastitas esset, creator Omnipotens fuit, qui ea ipsa è nihilo creauit. Hocq; naturaliter volens edoce-

A edocere non dicit, quanquam idem est, priusquam montes fierent, sed r̄m illud, gignerentur, nascerentur: ita montes, & scopulos illos genitos fuisse docens, sicut arbores, & animalia, quæ de exiguo semine, in tantam molem consurgunt. Montes item ex medullis, & exiguis humoribus terræ sunt mirabiliter generati, prius è nihilo facta genitrice terra, Genitos item dicit, quasi de nihilo creatos, ex eo quod ad tâtam vastitatem possit haberi pro nihilo. Locuti enim omnes antiqui theologi sunt de creatione terræ, montium, maris, tanquam his quæ in materno utero sata grandescant, ex paruis, & inuisibilibus seminibus surgentia. Hieronymus etiam dixit, priusquam nascerentur. Sic quoq; quod de montibus dixerat, eos genitos, seu natos esse, de terra locutus est expressius. Non dum afferro quod Auē Estra dicit, montes à ventis, spirationibusq; generatos. Nam quod Græce est, γῆν τε οὐρανὸν τε, aut formaretur terra & orbis: Hebraicè est בָּרַךְ תֵּחֶלֶת, parturiretur, ederetur in lucem. Ideo & Hieronymus vertit, Parturiretur. Generatio quoque, & partus fuit terra, cuius à Deo creationem, quia non est humana mente comprehensibilis, dicunt, partum, conceptum: diuino enim ordine, cuncta sunt generata. Sicut ex aqua, & terra tanquam primis seminibus facta sunt superiora, & inferiora: inferiora animalia, plantæ: superiora, aëris, æther: fuitq; ubique diuinus & certus ordo, quem huc usq; vel similem natura seruerit, sic parta est è nihilo, & concepta simili quadam ratione, terra, sicut quasi è nihilo, tantæ è tam exiguis principiis res nascentur. Ecce sic terræ quidem conceptus, & partus fuit, sicut omnium aliarum rerum, & sicut ex exiguo igni maximus. Nam etiæ velocissime Deus operatur, ex causis tamen effectuum ortus fuit inuentum eius. Atq; causæ aliae assignantur, aliæ sunt inscrutabiles. Assignantur à theologia, cùm vellet siccare contra solitas naturæ leges mare rubrum, flare fecisse ventum tota nocte: quibus autem causis tam vehementer ventum spirare fecerit, non assignatur, & forte non posset intelligi. Sic quomodo terra è nihilo concepta creuerit, valsaç; fuerit, tamq; ex pauca aqua plurimus aëris, exiguoque semine, tam grande subito animal, & ex priuatione vita, subito vita, nobis intelligi nō posset. Ordinem tamen quandam diuinum, sicut in ceteris rebus illuc fuisse necesse est. Montium ergo ortum & partum, conceptumq; terræ dixit. Latinè quoq; dicitur creare, & ipsum animalium proprium. Est enim creare, à creas Græco, carne, quasi carnem facere. Quod autem ait, A sæculo usq; in sæculo, quod & Hebrei perhibet, duo sunt sensus: Aut ab æterno usq; in æternum, à prima æternitate, usq; ad alteram, sicut ante sempiternus fuisti, sic post. Quod quidem dicitur respectu nostri, non Dei in quo non est ante & post, non prior & posterior, sed vna æternitas. Qui enim nullos dies habuit nullum tempus, nullos annos, nullas horas, nec fuit estq; sub motu Solis, quomodo habuit ante & post, quæ sunt partes ad motu Solis collectæ? Qui supra Solem est, etiā semper sine sole existens, temporis non subiacet, ideo nec partes temporis, nec temporum considerationes habet. Primus sensus est, vt dicat, ab omni sæculo, ab omni æternitate: vt æternitas siue sæculum sit, quod fuit ante mundum, & quod est post mundum. Alter est sensus, sed & Rabi Salomon, Auen Esra, Dauid, sequuntur eundem propæ, quem Chaldæus. Vox enim Hebraica בָּרַךְ olam, & sæculum, אָזְעָמָד denotat, & mundum. Eoq; Chaldæus dicit, A mundo præsenti, ad mundum venturum. Qui Deus es mundi præsens, idem futuri, id est cælestis, & eius qui alias futurus speratur. Quoniam mundi istius mutata facie, cuncta in immortalitatem renouabitur. A conditione istius mundi ad finem, id est ad alterum, tu es. Ex quo loco intelligimus Hebraicū loquendi modum. Nam non terminabitur cùm venerit alter mundus, licet dicat, à mundo usq; ad alterum mundum tu es essentia diuina. Sic cùm dicitur. Sede à deo tris meis, donec ponā inimicos tuos, nō terminatur sessio. Vbi est eadem vox יְהֹוָה ad, usq; donec, atq; hoc loco. Itaq; vel à mundo ad mundum tu es, vel ab æterno in æternū. Ideo refugiū in omni generatione, & sæculo, quia fuisti semper, & eris. Quod vero ait, terra, & orbis, eam causam assignat Rabi Dauid, quod terra dicatur ea quæ habitatur, & quæ non habitatur. Totum terræ corpus, totum terrestre elementum, totus orbis terrarum. At aliud nomen, quod Hebraicè est בָּרַךְ tebel, Græce dixere Septuaginta quod & Hebræus sentit διεργάτην, terram habitatam, quicquid ubiq; ab hominibus occupatur. Id Hebraicè dicitur tebel. Vtranque igitur terram designat. Dicens autem posteriore loco terram, docet ante terram, quæ montes nascerentur, extitisse, vt ait Dauid. Dixit enim posterius antiquius, maius, grandius natura, quanquam eadem hæc sunt. Chaldæus quidem hunc locum sic redidit, Quoniam patuit ante oculos tuos, populum tuum esse peccatum, præparasti pœnitentiam antequam montes erigerentur, & terra crearetur, & habitatores orbis, à sæculo

Fierent.

Formaret.

Creare,

Creatio,

proprie, ani-

malium est.

A crea-

cato.

A sæculo,

et usq;

fac.

olam.

Donec.

Terra &

orbis.

D e u s El. præsenti, ad futurum tu es Deus. Qui quidem idem est sensus, qui fuit refugium semper: sed fuit, quod pœnitentia locum reliquit, ad se redeutes humanè recepit. Deus etiam hoc loco Hebraicè est El, quod sonare omnipotentem & fortē etiam Hebrei testantur, ut ostendat eius omnipotentiam gubernandi, & prospiciendi his quæ condidisset, tamen aeternitatem, infinitamque durationem.

Ne auertas hominem in humilitate: & dixisti, Conuertimini filij hominum.

B S E R V A R E operæ pretium est, quæ causa lectionem Græcam, & Hebraicam (nā Latina sequitur Græcam) variauerit. Non enim est Hebraicè, vt Græcè, *μή οὐτέ πέμπειν*, ne auertas, sed nulla est negatio. *καὶ τοῦτο τὸν θεόν εἰς τὸν θεόν* theshē enos addaca, hoc est, cōuertas hominem usque ad interitum, vel minutionem, siue humilitatem. Et Hieronymus iuxta hanc lectionem transtulit, Conuertes hominem usque ad contritionem. Eadem & Hebrei, & Chaldaeus agnoscent. Causa varietatis fuit, quod Hebraica dictio *καὶ* si sine subiectis notulis maneat, erit amphibola, vt vel sit nomen Dei, vel negatio: subiectis notulis distinguitur, cum Deum sonat, scribitur per vocalem, quæ Hebrei dicitur *ζεὺς*, cum est negatio, scribitur per patach *τόν*. Posteriore modo eam acceperunt Septuaginta, & lectionem antecedentem terminarunt, vt dicarent, A sæculo, & usque in seculum tu es. Negationem in subsequentem lectionem reiecerunt, dicentes, Ne auertas: vt prior Hebraicè habuerit *τόν θεόν* vead olam attha, posterior *τόν θεόν* ne auertas. Hodierna lectio est veterior, & clarior: dicitur quod hominem à Deo ad summam fragilitatem, deiectionem quod deduci, permitti vt in miseras, vexationes quod omnigenas delabatur, rursum offerre eis placidum lumen suum, & misericordem dare dextram. Quod quadrat antecedentibus. Ideo enim refugium est, & portus, quia deducit non quidem volens, sed permittens homines ad varias clades, & vexationes: rursum subleuat, castigatos veluti à miti patre. Nā quos diligit, corrigit, & castigat. Atque ad hunc modum clare sequuntur, hæc ad superiora. Est tamen Hebrei etiam alter sensus, quem Salomon, AuenEsra, David proponunt. Conuertes hominem ad contritionem: ei miseras, & vexationes importas, quibus attritus, deducitur ad senium, vt contrito, siue debilitatio, vel humilitas sit ipsa senectus, omnium sentina malorum, in qua virtus omnis, & robur delabitur. Ad senium adducuntur homines à Deo.

*Optima queque dies, misericordialibus, eui,
Prima fugit, subeunt morbi, triflisque senectus,
Et labor, & dure rapit inclemencia mortis.*

C onuerti. filij hominum
D ixisti. Nam & hoc Hebrei in hoc sensu afferunt, hominem deduci ad debilitationem, tum esse dictum, decretum quod diuinum, vt conuertantur in puluerem suum, vnde sunt accepti. Et dixit, Conuertimini filij hominum, hoc est, in principia vestra resoluamini in cineres primordiales reuertamini. Sed vos in terram cuncti redeatis, & vndam, Dictum tuum est, & decretum in natura incisum, vt homines cladibus & incommodis attriti, morte adueniente, resoluantur, is est secundus sensus. Chaldaeus transtulit, Conuertes hominem propter sua peccata ad mortem, & dixisti, Reuertimini filij hominum. Quo videtur sentire postremum illum sensum, & conuersionem in primordia resolutionem interpretari. Nostri vero id est Græci, ac Latini, sequentes quod lectio offerret, & humilitatem interpretantur extream ruinam, interitum animi, cladem illatam ab hoste antiquo, aut alia peccata, vt dicit Propheta, Ne auertas hominem in hac calamitate, in hac tanta ruina, ne relinquas, sed refugium esto, postea quod ait. Et dixisti, Conuertimini. Iam assertionem liberationis esse dicunt, eius liberationem, quam precaretur, & id quod ipse multis in locis promisisset. Sed, vt verum fatearis, sensus videtur perplexior, nec cum antecedentibus haeres, nec cum sequentibus consequens. Piores sunt veriores: ex quibus secundus appetit in toto psalmo. Proponit enim miseras humanas, fragilitatem, dura decreta Dei, quibus subiacentes miseri mortales, morbis & incommodis omnibus vexati, demum deuoluuntur ad mortem. Quod & cæteri sunt deplorati, præcipue quod Homerus antiquus Yates, eodem atque Moses sensu.

*Oὐ μὴν γάρ πάτερ διέποτε πάτερ
Πλάστας δούλειον ἡγετεῖ τε γένεσιν.
Non homine est animal certe infelius ullum,
Quod tellure super spiret in eomanib[ile]t ipsa.*

Quod

A Quoniam mille anni ante oculos tuos, sicut dies externa quæ preteriit, & custodia in nocte.

A Et hoc est tota periodus in Hebraico, & esse debet erit, clarior sensus, quæ vt habent *Mille anni.* Latina, & Græca. Est autem & hic duplex Hebreis sensus, vt sit vel sermo Dei ad homines, vel Mosis ad ipsum Deum. Primo dicitur, Quid struis, qua fretus spe viuis: qui si vel mille annos, id est, plusquam primus genitor, qui nongentos triginta annos traiecit, ipse viueres, omnis hæc ætas, quandoquidem moriendum tandem est, erit tibi velut una dies exteris, elapsa. Siquidem & Mathusalem qui nongentos, & sexaginta obiuit annos, nihil dici post, qui mortuus est, vixisse, nullaq[ue] est ætatis, & vitæ tam diuturnæ eius memoria. Sic & si tibi ut mille annos transfigas, erunt hi velut una elapsa dies, aut una è quatuor noctis partibus, quæ in quatuor vigiliis distribuebantur: vanus es igitur: nubis instar fugax, & resolubilis, fugiens velut umbra. Hoc ego volui, hoc dixi Adæ, In quacunq[ue] die peccaueris, morte morieris, id est, amissa deificatione, quam per obedientiam fuisse assecutus, breui vita interuallo obito dissolueris. Nec prohibet hunc sensum, vt ait AuenEsra, quod prius locutus Deus sit per numerū multitudinis, Conuertimini filij hominum, nunc, *Mille anni* ante oculos tuos. Est enim lingua consuetudo, quod & poëtae nostri interdum, mutare numeros. Noli igitur gloriari, & insolescere idem futurus si vel mille annos, plusquam primus genitor, putes te posse vivere, nihilominus item moriturus. Alter est sensus, vt sit sermo Prophetæ cum Deo. Una dies sunt mille anni apud Deum, cuius est aeternitas. Quicquid apud nos viuitur, cum ipsa aeternitate, cuius & vnius est immortalitas vera, comparatum velut una elapsa dies est. Nam cum statutum sit ab eo ut homines vitæ suæ cursum breui spatio definiant, alia autem sit ætas eius, aeternitas appellata, nihil est hoc omne temporis nostrum, quod esse particulam aeternitatis, philosophi, Pythagorei vero & antiquiores imaginem dixerunt. Quod si humana vita est particula temporis, tempus brevissima pars aeternitatis, quid erit quicquid vniusquisque hominum viuit ante oculos Dei? Humanæ felicitatis testimonium dum & vita fugacissima est, & quicquid est, misericordiarum est plenum, quod postea narrabitur. Canitur etiam gloria eius, quippe quæ fuerit, priusquam montes nascerentur, & orbis terræ fingeretur, contra que nefas sit homines animalia exigua, fragilia, & quasi diuina, insolescere. Tum eterminus ipse, vt Augustinus ait, nostra mortalitatis refugium. Fuerunt autem qui dicarent ex Hebreis unum diem Dei esse mille annos. Quod quadam figura dici certum est, Nam apud Deum ut sapientissime Plato locutus est, Aristoteles, nec dies est, nec annus, nec mensis, qui est, vt ante dixi, supra solē temporis genitorem, at patrem, nec tempore potest intercipi. Praclare enim scribit Plutarchus, nos cum esse nihil communicare, sed omnium mortalem naturam in medio generationis, & corruptionis existentem simulacrum quoddam, atque vimbram cassam, vixque apparentem, sui ipsius ostendere: in quā, si cogitatione coneris desigere, tanquam cōpressa manu aqua diffusiat, deferens etiam quæ manu teneretur. Tum addit, τὰ οὐρανά ὅτι τὸ οὐρανόν, & τὸ οὐρανόν τοι. Vere igitur existes, est id quod sempiternum est, & ingeneratum, incorruptibile, cui nullū tempus mutationē adducat. Eadem nunc apud Mosen philosophia, a quo primo ista fluxerunt. Ipse enim dixit, Priusquam montes nascerentur, & terra, nempe quod Plutarchus ἀγέντως, Praclare etiam idem ait antiquos, fortasse Mosen & Hebreos inniens, Deum adorasse, & benedixisse dicentes ἄλλοι, es vnum, tu es unitas, omnium rerum simplicissima, incorruptibilisque perfectio. Græci igitur & Latini recte dixisse Prophetam diem præteritam, non presentem, aut futuram, vt ostendat nullam esse rationem, etiam mille annorum ad aeternitatem Dei. Nihil enim esse quod præterit. Etiam Græci quatuor custodias nocturnas in castris esse, docent tres horas cuique deputari. Vigiliae Latinae dicuntur, ponitque postremo loco, quod etiam est brevius, vt nullam temporis cum aeternitate monstraret esse comparationem.

Quæ pro nihil habentur, corum anni erunt, mane sicut herba transseat.

*S*est versiculus, is esse debet, vt sensus ostendit. Sciendū autem Greecū hunc locum habere τὰ οὐρανά ὅτι τὸ οὐρανόν τοι. Hoc est, Vanitates, nihilominus erunt anni eorum. Volēs autem Latinus interpres reddere Greco nomē οὐρανόματα, quasi dixeris nihilitudines, co. an. e.,

G G G

nihilationes, extenuations in nihilum, non occurrebat commodius quām vt vocē resolueret in plura verba, id est ea quæ pro nihilo habentur, Quæ tota oratio est vnius Graecæ vocis interpretatio, pro qua in Hebraico est זֶרַת zoramtham, ac Rabi Abraham, & David, sermonem dicunt esse cum ipso Deo, fere innuentes, eam vocem esse verbum, non nomen, vt Sept. transtulerunt. Verbum scilicet à voce זֶרַת zoram, quæ sonat vndam, fluctū, ruentem, currentem, rapidum, vt dicat, Fecisti eos sicut vndam, & fluctum, sicut bullam. Homo bulla est, fluctus subito intumescens, subito corruens, & vanescens. Simili, & noster Poëta, figura loquutus est,

Tempora prætereunt more fluentis aquæ.

Mare vita. Fluuius est tota vita, currens rapidus, præcepis, rapiēs omnia secum. Est item tumidum mare, non minus quām flumina, præcipue cùm sauit, labens, fluuius vastus, mare, in quo procellæ surgentes, moxq; confidentes, fluuius vastus, vita vniuersa hominum, tanquā procellæ & elati fluctū, vitæ particulares cuiusq; Dicitq; Moses, Fluētuaſti (vt licentiosus fingam nouum verbum) eos : Fluētuaſte eos fecisti. Quod Hieronymus respiciens dixit, Percutiente te eos, vt somnium erunt: percussionem, meo iudicio retulit ad fluctum ruente, in litus procumbentem, illidentemq; Quanquam quod trāſtulit est obscurius: Denotat autem zerem etiam turbinē, tempestatem, impetum, qualis inundantium nimborū. Tale quid dicit Propheta homines Deum fecisse: fecit eos velut hymbrē, nimbū, fluctū. Sic Heraclitus

Pythagor. vita hominū, flumen, esse dixit. Et Pythagoras rogatus quid esset humana vita, ingressus cū biculum, subito egressus est, innuens introitum esse, & simul exitum, vitam, aduentum, & E

discessum. Pro hoc omni igitur Sept. dixerunt ἐγένετο μάτη, & quidem eodem sensu, tametsi Heraclit. alio paululum vocis significatu. Porro quod Sept. dixerunt ἐπί τριῶν anni eorum, in Hebraico est vox ances ad annum, & somnum. Nam si scriperis τριῶν sonabit annum, vel somnum. Itaq; pro vtroq; ab Hebreis etiam exponitur, vt dicat, Fluētuaſte fecisti, subito rapuisti annos eorum. Aut quod quidem melius quadrat, & clarius est ὑπὸ τριῶν zoramtham shenaihiu, Rapuisti eos, vel fluētuaſte fecisti, somnum erunt. Tanquam somnum, ait, est humana vita, tu ratis, tu posuisti terminos eius, qui præteriri nō possunt. Tu dixisti, Cōuertimini filii hominum, redite in puluerē vestrū. Ad hunc sensum Hieron, trāſtulit. Percutiēte eos, vt somnium erunt. Et Chaldaeus etiam est hunc sensum secutus πρὸ τριῶν hec dimicin iheon, tanquā dormiētes erunt. Atq; is ipse pulcherrimum, paululū variata littera, posuit sensum: Et non conuertentur, induces super eos mortē, tanquā dormiētes erunt, &

ad mundū vitām futurā tanquā herba, quæ siccatur, mutabūtur. Ecce quod corporaliter dici videbatur, spiritualiter ad latiora maioraq; retulit. Sciendū autem quosdā Græcos legere, nō ἐπί, id est annos, sed ἐπί etiā exponuntq; non solū, sunt mille anni nostri apud te tanquā vna dies elapsa, sed etiā viliora dicā, sunt ἐγένετο μάτη, sunt nihil. Sed vera lectio est vt legas ἐπί annos. Et verū sensum demonstrauit, Fluētuaſte eos, somnus erunt: vt referas ad eos, qui ante diluuiū vixerūt, & eos, quorū postea fuit vita decurtata, vt dicat, fluctibus. Priores illos longeūos oppresſisti, post illud tempus, humana vita, tanquā somnus est. Qui sensus, à nonnullis Hebreis creditus, ab aliis nō admodū probatur. Quod verò dicit, Mane sicut her

her. trans. bā trāſeat, non est Hebraicē optādi modus, licet sit Græcē παρέλθω, sed clarius futurum tempus ἡμέρα iachaloph, mutabitur, transibit, abibit. Quod autem ait mane herbā transire, iuxta Hebreos, ante Solis aduentū, florentem esse, vt multi flores sub ortū aſſeſcentes, caputq; demittētes, prius ſucculēti. Potest & de fœno intelligi, quod Hebraicē interdū dicitur ρω̄n chazit, ſicut hoc loco, quod nocte tondetur. Nocte arida prata. Tondētūs (melius) noctis lētus nō deficit humor: ſole autem appetente, herba prius viridiſ ſiccatur, facta fœnum. Eoque alibi, Homo ſicut fœnum, diēs eius tanquam flos agri. Et Homerius iuxta fœnum diuinorum Vatum ſimiliter herbis comparans homines,

Oὐτερὲν φύλλων, τοῖν δὲ καὶ αὐτοῖς.

Qui foliis ſatus eſt, talem liquet eſe virorum:

Nanque cadant folia, naſcuntur & altera rurſum.

Mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arefcat.

Flo trans. A E c quoq; non video cur Sept. per modum optādi verterint, cùm in Hebraico sint per enuntiationem futuri téporis. Mane ρω̄n iaziz, florebit, transibit, vespere decidet & arefcat. Quod & Græci in tellexerūt, vt Euthymius τὸ γένετο μέλλεται

A νότον εἰλατεύεται. Nam optatiua pro futuris nunc ſunt. Illud quoque ſciendum, non eſſe in Hebraico, Induret, licet ſit apud Sept. οὐληρυθέν, ſed tantum Arefcat, ſub quo intelligitur etiā induratio. Quod enī ſiſcatur, duſcitat: ne aliud quidem eſt ſiſcacio. Et terra tunc arida vocata eſt, cùm aquis ſeclusa, à Sole duruit prius limus, & humus lenta. Itaque verbum indurandi, ad claritatem inducunt. Superius dixit mane tranſire herbam, vaneſcere, amittere ſuccum, habitum pristinum, nunc vespere fieri quid miſerius? quod quæ ante Solis exortum eſſet viridis, Sole exorienti, virorem, aspectumq; amittat, vespere autem quod tristius eſt, diurno ſole ſiſcata decidat. Quanquam Rabi Dauid ad humānam vitam refert. Si, inquit, mane floreat, ſi iuuenis ſit, iocundus, pulcher, formosus, ſucculentus, at tranſibit, & vespere, id eſt, in ſenecta quæ totius eſt vitæ vespere, ſiſcatus cadet: Aut in ipſo flore extinguetur, & vanescet, aut ſiſcatis humoribus cadet in ſenio. Ecce, vt ait Abraham, vnam diem, humanam vitam dicit, in qua matutinum ſit, & vespere. Mane flos, ſuccus, forma, robur, peracto cali circulo à Sole, & orbe luſtrato, Ecce vespere, ecce inopina ſenecta, obrepens, improuifa, mortis prænuntia. Tum lapsus in terram, & interritus. Sic tum comparat ſomno vitam, tum diei elapsa, tum nocturna vigilia, tum floribus. Chaldaeus hunc locum clarè transferens, Similia, inquit, ſunt opera eorum, vt herba quæ mane virescat, & crescat, tum ex ſole interit, & ſiſcatur ob æſtum. Ad facta referens, & opera, quod cæteri ad vitam: nusquam certa ſtabilitas, ne in his quidem quæ ad ſempiternā memoriam parātur, quæ & ipsa mirum in modum dilabuntur. Eram Romæ cùm hæc ſcri-

B berem, quam hoc primum tempore conſpexeram, & ſaep animi cauſa, per ruinas veteris vrbis obambulans, nec lacrymas, nec getnitum continere poteram, partim miſeratus tam præclararæ vrbis miſerablem interitum, partim rerum humanarum etiam grandium, fortium, robustarum, pulcherimarum inſtabilitatem deplorans, ſuperbiffimas imperatorum domos, vineta nunc, tantum vestigiis ſuperstitibus vides, ambulacra, lōgosq; thalamorum ordines, terra quæ ſuperuenit, ſepultos. Quicquid ſtatuarum eſt reliquum, fere truncatis, aut manibus, aut pedibus, aut brachiis, vel naribus aſtare: Omnia cadaueroſa, ruinosa, tāquā formosi quondam corporis oſſa. Ecce curę, ecce conatus eorum, qui ſempiternā vrbem crigere ſibi perſuafſent, robustiſſima fundamenta iecifſent, tam breui temporis ſpatio, cuncta vanuerunt, non tā ſæculorū tantum iniuria, quām humanarum manuum. His duobus malis cuncta ſubiarent, quod vel à nobis euertuntur, vel tempus inducit ſenium, & interitum.

Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus

I C addit cauſam cur ſit tantopere humana vita intercifa propter peccata, quod Nicolaus ab Hebreis muſuatus refert ad diluuiū, quo propter humana flagitia, cū omnia interēpta ſunt, tū humana vita fuit intra breuius ſpatiu coarctata. Quāquā alij re ferunt ad peccatum primi genitoris, cui dictum ſit, In quacunque die peccaueris, mor temorieris. id eſt, vt Symmachus tranſtulit, mortalis eris, pro immortality id nactus.

C Hoc fuit ira Dei, & furor, ſiue indignatio eius, cernētis ſe negleſtū, ſerpentis verba ſuis editis apud eos præponderaſſe. Fuerunt etiā apud Græcos, qui hoc & ſuperiora ſpectare ad Hebraeos ipſos crederent, vt prius dixerit, mille annos fugaces quidē illos, Iudæos floruisse (tot enim à Salomone numerari vſq; ad Christū) hos velut, propter eorū ſcelera, vna diem fuſſe felicitatē autē, & florē tanquā mane apparuiſſe, id eſt, ſub Salomone tantū, deinceps in nihilum, imminutionemq; res eorum ſpectaſſe, nunc quotidie magis atteri, in nihilumq; decidere perſuerante in eos magno quodam ἀνθάπτω, cæleſti furore, quo nihil eis poſſit cedere proſperē. Hunc ſenſum ex parte etiam Hebraei ſequuntur, Si quidem Rabi Dauid, Defecimus, ait. Nunc loquitur ſub persona eorum, qui ſunt in hac diuturna captiuitate, ſiue exilio. Omnis, ait, homo vanum quiddam, vel hi qui florere, beatiq; eſſe putantur, multò magis nos qui ſumus in exilio tam diuturno, defecimus enim, & ad nihilum quotidie redigimur, indignatione diuina, quæ de peccatis noſtris exarſit, flamante. Hæc ille prodidit. Itaq; quod philoſophi, & medici rerū ſaep maiorū ignari, cauſarum terrefrīū vim ſolā tenentes, in eas referrent, ſi theologiæ voce audirent, veriores ſepe cuiuſq; rei rationes aſſignarēt. Dicerēt enim hominē diutius viue re non poſſe, deficiente, quod ipſi vocāt, ſemper, humidio radicali, à naturali igne ſemper depaſto, quo exhausto colabi corpus: philoſophi autē nihil quod ē quatuor clemētis coſtitutionem habuiffet, ater-

De mortis cauſa.

G G G ij

Morte ma- rieris.

Anni à Sa- lomone, ad Christum.

nitatem habere posse. Quæ et si vera sunt, maiora tamen, propriaq; tibi dicet theologia. D
Fuit enim tempus, quando superabat homines nongentos annos viuendo. Hoc vt dem tibi
in magnâ copiam humidi radicalis referas, agnoscis Deū tantum vitæ parare fomentū po-
tuissé, quod ad tam diuturnum spaciū perduceret. Posset ergo qui hęc ipsa, etiā plura alia
& aeternum vitæ spatium largiri. Sed iniquitates nostræ nobis immortalitatē abstulerunt.
nō enim, vt diuus ille ait, ad magnos triūphos, & honores licet aspirare, nisi per magnos la-
bores, quod homo per minimos, olim nūc omnes, paucis demptis, labores pertingere asper-
nantur. Deprauatis ergo legibus diuinis, duabus ex causis efficitur lapsus, & interitus, tum
quod in constitutione legum diuinarū est vita, est ordo, felicitas, opulentia, quibus præua-
ricatis, discedimus ab eo, quod fōs est, & origo bonorū: tum secreta nos persequuntur Erin-
nies, & Nemesis, indignatae viuere, qui sceleratè viuendo, & Deo displicendo, viuere non
meruissent. Nam & ipse breue vitæ voluit esse interuallum his qui pietatem erga Deū vel
parentes non seruassent. Quæ quidem multò magis ad vitā futuram, vt Chaldaeus superius
ostendit, spectant. Deficiunt enim, & in nihilum abeunt omnes, qui vitam hāc, quæ potuit
eis occasio esse acquirēdā sempiterne, sceleribus, & impiis factis coquinaverūt, sibi ater-
nitatē bonorū miserabiliter eripientes. Eadē vigente nunc quoq; atq; in primis illis ratio-
ne, dū nos in hoc mūdo, velut in paradiso probamur, an diuinis mādaris obsequentes, ater-
nitatem vitæ, reparationemq; pulcherrimæ iuuentæ cupiamus, an maximis præmia con-
temptis, fœmineas potius voces: voluptatesq; sequamur, propter quæ, ad alta præmia nec
posse nec debere homines peruenire, clarū est. Ac tametsi omniū erit generatim vitæ resti-
tutio, quia tamē alij ad vitā, alij ad supplicia resurgēt, solos eos viuere iure dicemus: quibus
melior ista vita continget. Sicq; cùm sāpe sit eadem præsentium, ac futurū rerum ratio,
quod olim vitæ longæ spatium abstulisset, nunc reuelatis aeternis auferet aeternæ. Sicq;
potest quod dixit, Defecimus, ad diminutionē quoq; cōcessæ vitæ pertinere, quæ diuturna
promissa, propter peccata interciditur, sicut eternū regnū promissum Dauid, sub nepote
ablatū est. Nā dixerat Deus, Si custodierint filij tui testamentū meū. Est autem hoc loco, vt
monet Rabi Dauid, quæ Græcè dicitur παλαιόν. Idem enim est, In furore, & in ira, & defe-
cimus, ac turbati sumus. Nā quod Sept. transtulerunt ἐπερχθηδυ, turbati sumus, Hebraicè
etsi idem est significatum, οὐτοῦ nibhalenu, Obstupuimus, nempe cōfiliū, viresamisimus,
vt res quæ stupet, vita sublata. Quod fit, vt apertè, vel clām ira Dei seuiente.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sēculum nostrum
in illuminatione vultus tui.

Hic quoq; est ἐπαφρά, antedictorū relatio, licet alia ratione dicantur. Idem defeci-
mus in furore eius, est eū exāctē peccata nostra cognouisse, oculis suis preposuisse, ad
viū refecasse, vt ait Rabi Dauid, ed ante oculos posuisti, vt intuereris iugiter, vt in
cōtrariū alibi. Auerte oculos meos ne videā vanitatē, nimirū in nostris erroribus oculus
fuisti: in nostris vitiis tā cernis acutū. Deinde quod dixit sēculum nostrū Hebraicè est οὐτοῦ
alimenu, quod Hebrai secus exponūt aut occultū scelus nostrū, in lucem extraxisti, aut iu-
vēturis errorē. Sciedū vocem Hebraicam οὐτοῦ nullis notulis subscriptā, tria habere posse
significata, sonat abscondere, vnde alma, abscondita, incognita: sonat adolescentē. Postremo
sēculū. Sub notata vero solitis apud Hebraeos notulis, significata dirimūtur. Sēculū dicitur
οὐτοῦ olam, adolescentis οὐτοῦ elem, abscondere οὐτοῦ alam. Omnes autem Hebræi, insuper &
Chaldaeus, & diuus Hier. posteriora duo proponunt, vt vel dicas abscondita, occulta pecca-
ta, in lucē eduxisti, aut lapsū iuuentutis: sēculum autem nemo est, qui memorer. Nā Rabi
Salomon, alimenu, inquit, οὐτοῦ οὐτοῦ catat neurenu, peccatum iuuentutis nostrē. Aen Esra
sequitur alterum, vt designet abscondita delicta. Rabi Dauid vtrunq; οὐτοῦ οὐτοῦ peccatum
nostrum, inquit, occultum, oculis exhibuisti tuis, quia nihil te fugit. Tum proponit secundum:
Chaldaeus autē transfert iniquitatē, vel peccatum οὐτοῦ οὐτοῦ taliutana, iuuentutis nostrē.
Paulus Burgensis item dicit in Hebræo haberet, abscondita nostra. Quod autē Hier. transtu-
lit, secutus Symmachum qui ἀμέλεια, negligentias nostras, ea causa fuit, quod occulta pu-
tauit, quæ per inscitiam, & animo incauto committuntur. Est enim negligere, non eligere,
non legere: oculis autē attentis legitur, colligitur, secernitur bonum à malo. Abscondita er-
go dixit negligentias, & quæ imprudenter perpetrantur. Nemo itaq; sēculum cōmemorauit.
Posset tamē defendi, & quiddem rationabiliter quod transtulerunt Sept. quia statim
sub-

A subdit, Quoniam omnes dies nostri defecerunt, Annī nostri sicut aranea. Ecce Deus po-
fit sēculum nostrum ante oculos suos, quoniam abbreviavit, detraxit ex longæuitate.
Prudentia eius hoc egit, oculi sui viderunt detrahendum esse, ex pristina diuturnitate, quia
scelerā nostra meruerunt. Quod & poëta ab antiquis Græciæ poëtis audierunt:

*Subiūque argentea proles,
Auro deterior, fulvo pretiosior ære,
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
Pérque hyemes, & flūsque & inæquales autumnos
Et breve ver, spatiis exēgit quattuor annum.*

Hoc vel simile quid fortasse dicitur à Propheta, quāq; de cursu humanæ vitæ potius lo-
quitur, cuius quidē breuitas efficitur cum primis ab ea ipsa causa, quam Poëta dixit, quod
pristinā temperie, & aeternū ver Deus detorrit cursu suo, flagitiis, & ferro crescente. Oc-
cultu quadrat plurimū ad lucē, & conspectu, vt duo inter se contraria, rursū quadrat, sēcu-
lū propter subsequētia. Relatio quoq; & eorundē solita scriptoribus sacris repetitio decla-
rat potius occulta pēccata dicēt. Nā post iniquitates debuit sequi aliquid simile. Sed quic
quid sequatis, sensus erit verus. Illuminationem autem Latinus dixit, quod Hebraice *illumina-*
maor, quod in Genesi est nomen Solis & Lunæ. Ex quo apparet maor propriæ sonare lucē,
& nitorē, vt or, id est lux, & maor sint idē. Nam hic maor nō luminare corpus, sed nitorem
sonat, siue lucē. Itaq; quod quarta die repetitur in creatione, est id quod primo creatum,
fecit diem. Eoq; Sept. transtulerūt φωτόποι, illuminationem, splendorem. Ac quod creatur
quarto, est quod primam genuit, cæterasq; deinceps dies. Nō quidē creatur quarta, sed re-
petitur cum ceteris luminibus cælestibus. Sicut & poëta post ventos, & aërem:

Hac super, imposuit liquidum & leuitate carentem

Aethera, nec quicquam terrena facis habentem,

At hunc ante aërem, ante ventos esse oportuit. Sol quoq; æther est. Quomodo igitur post
ventos, & aërem Sol, omnisq; ætheria substantia suis locis disponitur? Repetitio igitur est,
& eorum quæ omnia fuerant, interpositio. Sēculum autem nunc, vt Græci monent, aet-
atem humanam designat, maxime centum annis constantem. Græcè non per accusativum
sed nominandi *αιώνα*, *αιώνα*.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. dies
annorum nostrorum sicut aranea meditabantur.

RATIO sic distingueda est iuxta Hebraicū q; ipse quoq; docet Hier. Quoniam omnes
dies nostri abierūt in ira tua, sub indignatione tua, trāferunt, nihil beatū fuit, miserè.
dies nostri abierūt. Viuitur breui, & minime beatè, ac iocundè. Alia autē pars, vbi est
defecimus, Hebraicè habet ων calinu, consumptissimus, exigimus annos nostros. Itaq; nec
copula est in superioribus, neq; dies est in Hebraico, sed ων shanenu annos nostros, totāq;
periodus sic accōmodāda est iuxta fōtē, vt sit sensus clarus. Quoniam omnes dies nostri abie-
rūt in ira tua, exigimus annos nostros, sicut sermonē. Quocirca & hoc obseruādum, in He-
breo neq; οὐτοῦ esse, neq; εμελέτω, meditabātur, in quo verbo nullus est sensus. Ac Septua-
ginta interpretes par est dixisse τάτου ἐπέχημ, araneā, ab alio autē additū fuisse εμελέτω, inci-
ditabantur: quia Hebraicū τάτου heghe, dicitur à verbo meditandi. Veritas igitur est, quod
pro Aranea, & Meditabantur, est superior yacula, heghe, omnium Hebraeorum testimoniō,
& exemplis omnigenis, sonans sermonem, verbum volans, alatum, volucrē. Nam
Rabi Dauid, Heghe, inquit, est locutio egrediens ex ore, quæ velociter abit, ac deficit. Sic
animi nostri celeriter auolarunt. Eademq; & ciudem præcisē verbis dixerūt priores; Salo-
mon, & Aen Esra, Chaldaeus quoq;. Dies vitæ nostræ defecerunt sicut οὐτοῦ hebel manitas,
vapořoris. Hieronymus quoq; secutus alios interpretes Græcos, transtulit, Consump-
tus annos nostros, quasi sermonem loquens, Attribuit autem sunimam perniciatem,
vanitatemq; sermoni, sicut apud Homerum toties ἐπει μηρέσια verba volucrā, alata, volá-
tia, pennigerā, quibus nihil velocius. Et quoties quid velox Græci dicere volunt, dicunt λέ-
γεται τάτου, dicto citius. Græci quidem theologi, vt potuerunt, verum sensum extralexerunt, di-
centes, hic ἐπέχημ, araneam, non ipsum animal, sed telam eius sentiendam: meditabantur
autem passiuē accipi, nimirū dies nostri vt tela araneæ computantur. Qui sensus etsi ve-
rus sit, non est tamen in Hebraico. Nam & Nicolaus dicit in Hebræo haberet vt nos dixi-
mus. Est quidem æquæ pulchra collatio vitæ humanæ, tela aranci, atq; locutionis. Vtrunq;

vanissimum, fragile, ex ore, araneus ore vomit talem, homines verba. Sic apud sacros poëtas, præter sublimiores sensus, poësis est. Comparavit vitam diei clapsa, vigilia nocturna, fluctui, bullæ, flori, herbæ: postremo pennigerò verbo. Itaq; periodus sic legi debet, Quoniam omnes dies nostri defecerunt in ira tua, exegimus, vel consumpsimus annos nostros sicut verbum, seu locutionem.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis, si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor, quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur.

Di anno.

Superue.
mans.

In potent.

Ic habet tota periodus in fonte, nec sunt hec partes separandæ. Primumq; ait, breuicatè ira, quam in vniuersum superioris deplorauerat, nunc in particulari declaras, ad septuaginta annos redigi, quod si vires cuiquam validiores, temperatior q; crafis cōtigerit, posse ad octogesimum quidem annū aspirare, at quæ sequentur, labor erit, & angustia. Quod duobus modis intelligitur: Aut vita tristis, laboriosa, odiosa, plena senilium malorum, aut mors. Isq; secundus est verior. Nam quod Septuaginta dixerunt, ἡνίκαλος εφ' ἡμέρας τρισάρχης καὶ πατερθυμόμεθα, Quoniam superuenit in nos mansuetudo, & corripiemur: Hebraicè וְעַתָּה שָׁנָה בְּנֵי chi gas chis, venaupha, Quoniam recessit robur, & auolabimus. Nam Rabi Dauid exponit & ipse hæc, Quoniam recessit robur illorum annorum ve lociter, & auolabimus ad sepulchrum. Hoc est, ait, Ibumus illuc velociter sicut avis volans. Chaldæus etiam eundem sensum transtulit, Quoniam transiunt velociter, & volat. נִבְרָא leaphra, in puluerem. Diuus item Hieronymus hæc cognoscens vertit, Quoniam transiimus circū & auolauimus. Eadem atq; Dauid exposuerunt priores, Abraham, & Salomon, præcipueq; Salomon ait, gas signare transitum, discessum. Quis etiam est eorum, qui sciunt Hebraicè, qui ignorēt naupha nō denotare πτερωτόμεθα, corripiemur, sed auolabimus, à voce ᾧ oph, volucrè, volatile? Licet autē idē verbū designet deficere, idē erit sensus. Et deficiemus. Correctionem nūquam denotat, nisi fulgorem, qui ista voce potest intelligi, correctionem illi senserint. Quod longinquum esset, ἀπομελλούσι. Sensus omnium cōcordia claruit. Is est igitur verus sensus. quæ transtulerunt Septuaginta eti pulchre à Græcis, & Latinis exponitur, non est tamen in contextu. Dicunt enim hic mansuetudinem, diuinam intelligendam esse, quæ ad correctionem, vitam decurtauerit, malis, & ærumnis subiectam esse voluerit. Sed ad superiora redeundo, fuerunt ex Hebreis qui inde hunc Psalmum Mosis esse negarent, quod referat vitam humanam redactam ad septuaginta annos, qui tamen vixit centum viginti. Soluitur ab eisdem, eum loqui de maxima hominum parte, licet sint, qui ad centesimum etiam nunc & decimum annum attingant. Quod verò dixit, Dies annorum in ipsis, dies vocat totum tempus, solitis Hebreis dies tēpus appellare. Ut Liber dierum, Ἀγοναῖς. Et, In diebus illis. In ipso autem vitæ tempore sunt Septuaginta anni, hec meta, hoc temporis spatium. Quod autem dixit, In potentatibus, se fucus Græci quām sit in fonte, intellexerunt. Nam nomen οὐρανοί gheburoth, quod Septuaginta transtulerūt ἀναγένεται, potétatus, potentias, nūc nō denotat regiam potentiam, vt ipsi interpres transtulisse evidentur, sed robur corporis, fortē crafis, vires: vt dicat, Si autem in viribus octoginta anni. Idq; sentiunt Hebrei, & Chaldæus, pro numero multitudinis, gheburoth, ponens singulare οὐρανοί gheburetha, valetudinem. At si, inquit, in valetudine octoginta anni. Est tamē etiam Hebreis alias sensus, vt dicat, Si autem præualuerint octoginta anni, si superauerint illam metam septuaginta annorum, si euicerint vt sint octoginta. Hunc sensum demonstrans Salomon ait, Et multum præualuerint dies eius, octoginta anni erunt. Et Hieronymus iuxta hanc sententiam licet obscurius, Si autem multum, octoginta anni. At Græci crediderunt ἀναγένεται, hoc loco esse pro libertate, vt dicatur. Quod si in libertate octoginta anni, quantō minus in seruitute temporis continget: Sed longius abit, & ex obscura tralatione nascitur, quæ & diuum Augustinum turbavit. Nicolaus autem iuxta Hebreos, In potentatibus exposuit, in bene complexionatis, verbo non bono, bonum sensum exhibens.

Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam dinumerare?

Hæc

A ec quoque periodus confusa est, dicendumque: Quis nouit potentiam, aut vim iræ tuæ, & secundum timorem tuum iram tuam? Deinde sequitur alia: Ad numerandum dies nostros, sic notum fac. Itaque dinumerare non est de præsenti versiculo. Et Hieronymus iuxta Hebraicum, clare, Quis nouit fortitudinem iræ tuæ, & secundū timorem tuum, indignationem tuam? Sensus autem huius loci est iuxta Hebreos, Quis est qui possit cauere ab ira tua, & quanta sit noscere? Quia nos vt timorem tuum in homine, sic iram quoq; inesse putamus: videlicet quod omnis qui te magis timeat, & colat, magis in eū ira tua deseriat, cū vel exiguū peccet. Sicut dixit Moses de se: Et iratus est Dominus in me propter vos. Quod peccatum nocuit deinceps. Hæc ait Rabi Dauid. Rabi Salomon exposuit, Quando vita, tanta angustia circumscripta est quis in tanta breuitate poterit nosse quæ sit ira tua, quomodo timendus, & colendus sis: quæ multorum annorum, multarūq; ætatum, est scientia, multò quām scire vires herbarū, animaliūq; naturas, magis, quarum scientiā multorū sacerdorū cursu perfici dixerunt nonnulli, & corporis humani medicinā, longā scientiā, & artē dixit ille. Et sicut timeris à nobis, sic ira est in te, sicut timor, sic ira timenda. Sicut manifestò timeris, sic timori nostro subest ira tua manifesta. Chaldæus verò simili ferè modo, Quis est qui possit vastā irā tuā reprimere? soli iusti qui timent te, sedat, placant furorem tuum. Hæc super hoc loco senserunt Hebrei. Est enim in Hebreo, quod Septuaginta transtulerunt וְעַתָּה שָׁנָה, quod Latinus obscurè, & impropriè. Et præ timore tuo. potius comparatio quædā timoris, & iræ. Dicitur enim וְעַתָּה שָׁנָה vciireat btheca, ebrathea, hoc est, Et secundum timorem tuum, indignationē tuam. Hic vt Hebrei sentiunt, timor Dei, vt vbiq; in scripturis cernitur, passiuè accipiendus est, nempe non quo ipse timet, sed quo timetur à nobis. Iuxta timorē hunc, iuxta pietatem, & religionē irascitur, indignatur, furit. Appellat fornicationem spōsus ipse, quoties à sacro sancto, syncero, feliciamore eius, ad corruptibiles amores itur. Tunc furebat velut amás, sœviebat in amatā. Ob hoc igitur Hebrei, sunt sensum interpretati de his qui cū timent, in quos magis irascatur, quia vt vidisti, loco præpositionis וְעַתָּה. Hebraicè est וְעַתָּה ki, quæ comparatio est, & adiutrium quātitatis, & mensuræ. Videtur ergo locus is iuxta Hebreos de his intelligendus, qui cūm sece vere pietati, & cultui Dei tradidissent, postea fiunt amicitiae eius proditores. Nā de his, videlicet sua gente, ac religione præcipue agit Moses. Chaldæus autem & ex parte Salomon, crediderunt dici, & quārī, quis esse pōsit, qui teneat scientiam placādi Dei, quis sit, qui cum possit, vel sciat placare iratum, sciens iræ qualitatem. Ideo respondet iustos solos. Mihi videtur iuxta superiora, quanquam idem fermè erit sensus, dixisse de grandi ira Dei, quam magnam superioris prædicauerat, secum omnia rapientem, inuoluētēmque, mortalitati homines subiicientem. Hæc cum primis fuit, cūm Adam præuaricatus optimā iussā eius, eieclūs est gladiis fulmineis Angelorum de Paradiso, & eieclio fuit ad mortali-
tatem, labores, ærumnasq; accessus, inde omnia incōmoda, & quicquid hoc psalmo queritur
Vates, originem habuerunt. In particulari autem, quotidiana ira eius non est facilis intelle-
ctu, & multi sepe peccauerant, nec arbitratī se peccare, Deum experti sunt iratum, vt cūm
Daud numerari iussit populum, in quo maxima Dei apparuit indignatio. Et sepe fit quod
testatur Salomon, Nescit homo an odio, vel dilectione dignus sit. Tum nescimus autem,
quando, quibūs factis humanis sepe Deus indignetur: ut iræ magnitudo non est in pro-
spectu. Sicquē potest etiam per interrogationem sensisse magnitudinem, vt interrogans,
Quis sit qui noscat, sentiat, neminem esse qui noscat, quod & ex eo fiat clarum, quod non
dixit irā tātū, sed vim, potestatem iræ. Secundo loco abhiberem ipse & hunc sensum. Et se-
cundum timorē tuum, indignationē tuam, nēpē, quām formidabilis sis, quis scit, quām
& timendus sis, & quantum indigneris? Quis scit, quanta formido indignationis tuæ esse
possit, quām debeat timeri numeri tuum iratum: vt diceris timendus, sic indignaris. Neque
hic timorem Dei credas illam ἀναγένεται, sed verū eius timorem, vbi timendus verè est.
Quo conuincitur antiquis error Stoicorum, non credentium irasci diuinum numen.

Dexteram tuam sic notam fac mihi, & eruditos corde in
sapientia.

T docui, est de præsenti periodo, quod superioris adscriptum erat, dinumerare, He-
braicè que habens οὐρανοί limnoth, participium est cum præpositione, ad dinumeran-
dum, vel vt numeretur, sicut transtulit Hieronymus. Deinde sciendum in Hebraico non esse Δέξια dexteram tuam, quod quidem miror Septuaginta posuisse, sed οὐ ia-

*Et crud.
cor. insap.* menu, dies nostri, Eadem enim est hic dictio, atque superius, Dies nostri defecerunt, iam
nu panu. Causa autem varietatis fuit, quod dextera dicitur iamin, similis dictio su-
periore iamemenu, dies nostri. Postea ubi Sept. verterunt, οὐ τέτταρες τοῦ το-
ποῦ, & eruditos corde in sapientia, pro Eruditos, est νόον venabo, quod duo designat, aut
prophetam, aut, & veniemus. Tum sequitur πάντας λεbab cochma, id est corde sapienti-
totāque periodus habet, vt transtulit Hieron. Ut numerentur dies nostri, sic ostende, & ve-
niemus corde sapienti. Aut, Et prophetā corde sapienti. Cur autē Sept. transtulerunt, quod
Hebraicē est, venabo, & veniemus, siue prophetā, πέτταρες, eruditos, fuit & hic similitu-
do dictionū, sicut superius. Etenim propheta dicitur νόον nabi, prima autē persona numeri
multitudinis in futuro, verbi νόον ba, iuit, profertur νόον nabo. Chaldaeus tamen transtulit eā
dictionem νόον nebiai, prophetas, & Hebrei nonnulli legunt νόον nabi, prophetam. Luxta
igitur hanc lectionem sensus est, Tu, qui tempora nostra tenes, dies nostros habes in nume-
rato, omnes præteritas & futuras astatates nosti, fac eos nobis notos, fac ut noscamus annos
nostros. Tunc propheta sapiens erit cor nostrum, & cognoscens finē, & vita breuitatem,
quisq; fiet sapientior. Nūc nulli hora perspecta sua, putatur æterna sepe vita, idq; est malorū
causa. Sic quoq; precatur alio Psalmo, Notum fac mihi Domine finē meū, numerum die-
rum meorum quis scit? Sic exponit Rabi Daud, arbitratus etiā de presenti eorum captiu-
itate esse sermonem, vt dicat, Notam fac metam huius exilij, presentium malorum, quia in-
quit, non claret, quando finis erit: & verba Danielis super eo valde sunt obscura, & Ange-
lus ei prædictis se velle ei celare quæ nosceret, dicerq; Notā mihi fac quis finis erit, & nu-
merum dierū captiuitatis, & quando veniet propheta. Fac nobis notos dies nostros, & pro-
phetam illum sapientem. Prophetam autem sentit Eliam venturum ante Christū, quia tūc
erit nobis cor sapiens, sicut scriptum est, Replebitur scientia Domini omnis terra. Hæc ille
sentit. Quæ quidem vera erunt de aduentu Christi, si consideres quando, & à quo hæc di-
cerentur. Dicebantur à Moysi nondum propter eorum scelera Hebreis in hac præsenti ca-
ptiuitate gementibus, dicebantur de Christo, mortalitatis nostræ reparatore, qui dies no-
stros tam breues, ad æternitatem esset reuocatus. Hunc vere potuit Moses orasse ut ma-
nifestus sibi foret, manifestus quando de miseranda captiuitate non corporum, quæ mini-
ma est, sed animorum, homines esset liberatus. Hæc autem omnis expofitio pendet ex
secunda lectione, si legas νόον nabi, prophetam, non νόον veniemus. Quam legit & Chaldeus
& Sept. prophetam dixerunt πέτταρες, eruditos, vt secundum eorum interpretationem
possit esse sensus, Dies nostros notos fac, & eruditos corde in sapientia: monstra qui tales
sint, qui futuri sint. Quanquam non posset facile ex eorum lectione hoc intelligi. Rabi autē
Salomon proponit priorem sensum, quod si nobis innotescat vita, fiet vt eruditiores, me-
liorēsque reddamur: legitque iuxta lectionē Hieronymi, Nabo, veniemus, dicens eam di-
ctionē sonare πάντας ambulationem, vel adductionē, vt dicat, Et veniemus ad te corde sapiē-
ti, si dies cognoverimus nostros, si vita metam. Eadem sentit Auen Esra dicens, nabo, vel
nabi, hoc loco esse, sicut dicitur in libris Regum, ωντας τοι γιανη nabiels, Et quid affe-
remus viro? Quo testimonio declarat nabi esse verbum transiens πετταλαπόν, vt & hic dica-
tur. Et afferemus cot sapiens. Græci sequentes vulgatā editionem, & Latini, dexteram vel
in die iudicij ad quam boni, vel auxiliari cem, quam notam faciat, ostendat, portigat: Eru-
ditos autem seruatos. Sed vera claruit lectio, & verus sensus. Non est autem ab hac theolo-
gia alienum, vt postuletur dierum, vitaq; cognitio, vt cognoscentes simus eruditiores, vt
vitetur indignatio diuina, à qua & vita intercisio, & mortalitatis incommoda, nostris im-
portata malis, sceleribusque eueniunt. Bonaque est cognitio futurorum malorum, si vi-
tari possent. Nam secundum Stoicos, qui cuncta fato fieri, & ineuitabili necessitate fate-
centur, sapiens ille cognitionem futurorum malorum censuit inutilem. Sed quoniam po-
sunt declinari volentibus nobis, diuinum esset beneficium ea prænoscere. Veruntamen
non meremur, cùm maxima mala futura sceleratis, tanquam ex prophetia, si recte confide-
res, sunt omnibus nota. Nemo enim est cui non sit reuelatum desuper, qui finis sit bonō-
rum, ac malorum. Omnes norunt, & ab omnibus prædicatur malos male perituros etiam
in hac vita. De futura certissimum, ac vulgatissimum. Cum ergo maxima mala sint prædi-
cta, præmonstrata, simul, & maxima bona, debemus hobiscum cor sapiens vbiique ferre.
Neque defiegatum est quod Pythagoras postulabat;

Jupiter

A *Iuppiter hoc pater aut misero nos carcere solvas,
Aut genium doceas duce quo sit degere vitam.*

Datus omnibus est, & electioni cuiusque permissus genius suus, patefacta & voce Dei ostēsa via, & viæ finis, totâque cognitio rerum futurarum, ac prophetia, tanquam ex cœlesti oraculo in omnium aures infonuit. Cognitis autem majoribus, ad quæ tota vita dirigenda esset particulares cuique suas actiones prædicere superuacaneum fuisset. Itaque si quid peccatum fuerit, iure, solis nobis deputabitur. Quod & ipse idem Pythagoras, diuinitus est locutus, Si recte, inquit, senseris, si te cognitione Dei imbueris,

Γνώση δ' αὐθάπτες αὐθαίρεται πάματ' ἔχονται
Sponde tua noscere, homines sibi querere clades

Conuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos.

Vxta Hebreos, & sensu magistro, est ἀποστόλος super aduerbio Vsquequo, vt di-
cat, Vsquequo vexabis nos, tatis nos laboribus premes? Nā & Chaldaeus quod tace-
batur, adiecit, Vsquequo vntas ghi phinana. flagellabis nos, exercebis nos, affli-
ges? Quod autem dixit primo, Conuertere, est ipsi etiam testibus, à malo, ab hac sententia,
qua nos ferire statuisti, conuertere, redi ad lenitatem, da te ad dulcedinem, reuoca senten-
tiam. Hanc oro proice mentem. Cur nos tandiu torques, cùm sis mitis natura, & facilis, so-
litus nostrū esse refugium? Quod verò dixit, Et deprecabilis esto, Hebraicum, Græcū, Latini
differunt, sed parum. Nam Hebraicum est θυμον vehinnachē, quod potest duobus signi-
ficatis reddi, Et pœnitentia te, sicut dicitur in Noe, simili verbo θυμον vchinachem, Et pœni-
tuit Dominum. Auen Esta dicit humano more dari hanc affectionem Deo. Orat ergo, vt
pœnitentia eum consilij acerbi, vt mutet tum quæ fecisset, tum quæ facturus esset, vt ne in
sententia maneat, sicut Græcē pœnitentia dicitur μετάνοια, animi mutatio. Chaldeus etiam
hoc transtulit verbo pœnitendi θυμον thub, Conuertere, mutare, vertere. Alia tibi mens esto.
Alio significato reddi potest, sicut Sept. παρεχει λόγον consolare, Hebraicum enim nacham,
sonat etiā consolari. Atque idem est sensus, licet non idem verbum. Qui flagellant, solici-
tant animo sunt in eos, quos torquent, acerbo, amaro. Cùm placantur, remittitur amari-
tudo, dulcescit animus, & consolatur, fitq; placabilis, placidus. Dum pœnitit, dulcescit,
mollescit, consolatur, fit placidus. Postulat Latinus Dei animū mitem, placidū, Græcus ani-
mum sine acerbitate, & amaritudine, solamine plenum: Hebreus animū à pristina senten-
tia mutatum: pristina erat acerba, dura, sententia castigandi, flagellandi, puniendi: aduersa
huic sententia, nihil horum faciendi, sed pacendi, clementia, benignitas. Ideo Chaldaeus
dixit: Et pœnitentia mali, quod statuisti facere seruis tuis. Seruus autē Dei Hebraicē cul-
tor Dei, verbo seruendi vtente ea lingua pro cultu. Græci dicunt, Cōuertere vel te ad nos,
vel nos ad te. Qui quidem idem erit sensus, sed clarius ex fonte sonant. Sic cùm dixisset
breuem humanam vitam, breuiorem autem, propter peccata, irámque Dei, vigilémque iu-
stitiam fieri: tum postulasset cognitionem, & scientiam vitæ degendæ exitumque rerū hu-
manarum, in quo bene perspecto, a locato, totius vita bene ducendæ ratio existit: flagitat
demum vt redeat ad clementiam, ira, quam questus fuerat, deposita.

Repleti sumus mane misericordia tua, exultauimus & læta-
sumus omnibus diebus nostris.

RE D I T in seipsum, vt vbique ferè solent cæteri, & iste Psalmus. Dixerat in omni æuo
Deum refugium fuisse. Idcirco autè fuisse in omni æuo, quia nullum fuerit vñquam
sæculū in quo nō floruerit, astiterit Deus qui fuissest ante æuū, ante sœcula, ante terrā
mötésque partos. Narratis autè aliis, reuertitur ad initium. Est autem hoc loco duplex apud
Hebreos sensus, de matutino, quo repleti sumus misericordia. Nam Chaldaeus, Rabi Salo-
mō, Rabi Dauid, alio sensu quam sonet, putant mane accipiendo. Sic enim Chaldaeus trā-
stulit, Satia, vel reple nos ταῦτα οὐδὲν οὐδὲν le alma dimthil le zaphra, tubac. Hoc est, in
mundō, qui similis est auroræ, bonis tuis. Mundum similem auroræ vocat, cælum empyreū,
quē, & antiquissimi, vt Aristoteles ait, vocatunt olympum, quasi ὥρα αὔπ' h̄, totum lucentē,
& Homerus illic esse λευκὴν ἀγγλην, purum splendorem dicit. Sic Hebraicè vocari putant
mane. Ac Rabi Dauid, ait, Tempus i e s v, id est salutis appellari matutinum, lucémque:
cuius dictis duo succurrunt obseruanda. Quem Chaldaeus dicit mundum fulgentem, Tempus

Rho. 13. afferit esse tempus salutis, tum hanc ipsam vocat nomine, quo & Christiani I E S V M. Regnū igitur cōlorum est tempus I E S V, veniente I E S V, id est salute totius humani generis, venit manē, cūm prius essent tenebrae, cūm nox æterna antea inhorruiisset. His eorum nescio de pectore dicitis, cōstat I E S V M, id est salutem humani generis, nō in terra, sed in ætheriis, purissimisq; locis esse, ipséq; & Angeli eius id annuntiauerunt. Non enim salus vocata est ob hunc mundū, cūm res humanæ post eius aduentū, in eodem, atq; antea statu, permanferint. Promittentes autem nobis salutem, promittebant aliquid perfectissimum, nō corporeū, cädicū, mortale, cito periturū, hymbribus, tempestatibus, ægritudinibus expositū, brevia, & insincera gaudia, sed maximum, mirabile, singularē bonum, quod possit sistentes animos satiare, cuius quasi simulacrum sint humana gaudia, triūphi, pompæ, spectacula, iuuentus, robur, incomparabiliter maiora in regno diuino. Postulat ergo Vates iuxta interpretationem Chaldaei, satiari bonis illis æternis, perennibus, quæ sunt in loco, lucenti, micanti, sydere, puro, lætisque nitore, sicut splendor lumineque matutinum. Et hanc beatam gloriam vocat Rabi Dauid, tempus I E S V, ad quod de celo missus, vocare mortales venit. Rabi etiam Salomon, mane vocari putat tempus salutis, subsequens tribulaciones nocturnas. Quæ et si peruerso sensu ab eis accipiuntur, quia referunt ad salutem corporream afferendam à suo Messia, Chaldaeus tamen antiquior, de celo sensit, & nomen I E S V profert ab inimicis Iudaëis. Nam & Salomon hoc tempus appellat salutis, & redemptio-
Locus nis. Quæ prudentem vehementer commouebunt. Non enim de salute corporea, Iudæorū tantum debet esse prophetia, cūm Deus vniuersalis sit, suæq; liberalitatis, ac benignitatis fit, dare maxima, maiora quā terrena bona. Quod illi summa mentis hallucinatione vide non possunt. Est aliud, vt dixi, sensus Auen Esra. Saturatis, ait, nobis mane bonis tuis, quasi tunc incipiet dies, incipiet lucefere, tunc orietur nobis dies. Simul exortum est nobis mane clementia tuæ, lux bonitatis tuæ, simul exultauimus. Si satiabimur mane, si diem lætitiae nobis reddideris, exultabimus, & lætabimur. Est & is bonus, pressiorque, & ad littoram propior: primus autem, altior, regalior sensus. Hic mane pro principio & aduentu bonorum, illic pro celo, & luce cælesti, pro salute cunctis oraculis prophetata, prædicta. Nec sibi aduersatur prius mœrem, afflictionem proponens, postea lætitiam. Loquitur enim aut de reditu post miseras corporeas ad superos, aut aduentante misericordia, dicit fore gaudium, vt sit conditio: Si exorietur bonitas tua, si satiabimur, erimus læti cunctis diebus. Sciendum autem cæteros omnes interpretes, id est Aquilam, Symmachum tempus mutasse, quod Sept. per præteritum, ipsi per imperatiuum transferentes, επαντον ήμας ει τηροι ἐλεγον, καὶ αὐτόσιμον, καὶ εὐφρανθόνελα εὐπάτωις ταῦταις ήμας, Reple nos mane misericordia tua & laudabimus, & exultabimus in cunctis diebus nostris. Hier. etiam, Imple nos matutino. Itaque duos sicut etiam Hebrei, sensus Græci adhibent. Euthymius collecta ex antiquioribus theologis, εἰδὼν βίον, Præsens quidem vita, sit vespera, & nox, in qua dormitur, & itur ad mortem, erroribus item est circunfusa: futura verò, matutinum, & dies. Hæc ille, Iuxta aliū vero sensum Theodoritus, Mutationem ait, à calamitatibus auroram, & exordium diei appellat. Imperatiuum itaq; tempus, etiam in Hebraico est νυκτων, quod notulis subductis, potuit esse præteritum, & prima persona numeri multitudinis, quanquam tunc potius dicendum fuisset, Repleuitus, sicut pacdnu νυκτων Itaque verior lectio est imperatiuum. Omnibus autem diebus nostris, quia, vt ait etiam Rabi Dauid, non erit amplius angustia, quod de regno cælesti solum intelligi posse, ratio clara est.

Exultauius pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus
vidimus mala.

Exult. **E**cce quoque est tempus imperans, simile quidem præteritæ personæ primæ, numeri multius, sam chenu, lætifica nos, fac lætos nos. Subductis notulis, potuisset esse quod Sept. transtulerunt. Esse autem imperans Chaldaeus etiam evidenter ostendit. νυκτων samach iathana, lætos fac nos. Sic Hieron. Lætifica nos. Ac sensus apparenſ, est is quem verba præ se ferunt, & Chaldaeus expressit. Antiquiores quidam Hebraei, pro numero temporū quibus in afflictione fuimus, dicū tātūdem futuros nos in lætitias, postea fore finem rērū. A quibus dissentit Rabi Dauid, esse sensum dicens, Quemadmodū nos hisce diebus in exilio diurno, attrististi, vexasti, experiiri tot mala fecisti, sic facies in æternū lætos. Quod, vt antea dixi, in terris vbi aer, aqua, ignis, venti, pluviæ, fulmina, grandines, bella, inuidia, odia flagrant, fieri non potest. Qui id dixerit, cum necesse est nullo esse iudicio. Rabi Salomon

A Salomoñ etiam cum nostris sentit, afferens hoc fore in diebus Messiax, in diebus redemptionis, & salutis. O gentem, cuius veritatis est inimica, eius assertricem, vel inuitam. Neq; enim nos etiam aliud tempus salutis esse dicimus, quā dies Messiax, cuius duplex aduentus, primus quidem cognitionem, & scientiā Dei sparsit per terras, vulgauit quod per suū sanguinem, nostrāmque simul vitæ probitatem, in secundo, donec perfectio sæculorū decurrat, effet daturus, remanentibus interim nobis, in qua antea cōditione fuissemus. Nam et si tēpus salutis diceretur quo primum aduenit, diceretur tamen ratione futurārum rerū, futurā immortalitatis, deificationis, animi, & corporis, quæ tunc promissa, tempore certo, & vero dabūtur, concessa interea libertate his qui salvi fieri, & hæc præclara bona suscipere, & amplecti velint, reiiciendis ignavis, & impuris. Inter ea cōsiderate, & expectate Deo, quæ expectatio tādiū erit, quādiū in mādo erunt, boni, & mali, sinēte Domino vtrosq; succrescere, vsq; in mātri mudi segete, prudenter omnia gerente multasq; rationes obseruāte. Salus igitur etiā nobis est in diebus Messiax, & salus æterna, locus autē, & sedes æternitatis est æther, Olympus. Salus, & redemptio prædicta, promulgata veniente Christo, primo, futura, spectabili, & absoluenda, danda quanta fuisse promissa, eo redeunte.

Et respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum.

Ebraicē paulò secus, pro Respice in seruos tuos, & in opera tua, est רְאֵבָנָה וְרַבָּנָה. *Resp. in ser.* Hieracē el abadecha, paoloka, Appareat super seruos tuos, opus tuū. Hier. item haud tu. *C*ecus, Appareat apud seruos tuos, opus tuum. Chaldaeus quoque sic, Manifestentur seruis tuis opera signorum tuorum. Similiter secunda pars, Dirige filios eorum. Est רְאֵבָנָה *Dirige* ve haadareka hal benehem, & gloria tua, siue splendor tuus super filios eorū. Sicq; fl. etiā Hier. Gloria tua. Et Chaldaeus רְאֵבָנָה ve shibehodak, Et splendor tuus. Cur autē quod effet splendor tuus, Sept. ve terint δέρεκ, dirige, fuit similitudo vocum. Nā Hebraicē רְאֵבָנָה Derek, darak, est ire, vnde derek, via. Si fiat verbum transiens imperantis, dices hadrak, fac ire, fac ambulare, incurritque in hanc aliam vocem sonantem splendorem tuum. Ac nisi sensus secus doceret, potuisset etiam id transferri. Clarius autem, & proprius est, splendor tuus: quia dixit autē, opus tuū. Opus autem mirabiliter Hebraicē attestatur, esse opus salutis, applicantes salutem sua lingua haiesua, illum Iesum, maximam quandam eximiāmque salutē *Ille* articulo emphaseos innuētes. Rabi Dauid רְאֵבָנָה poal ha Iesuah, opus Iesu, salutis. Sic & nos canimus, Hoc opus nostræ salutis. Miro etiam spiritus sancti instinctu, Ionathas Hebraeus, qui Chaldaicē vertit scripturas sacras, antiquior aliis explanatoribus, opus transtulit רְאֵבָנָה obade nisach, opera signi tui. Illa portenta, stupendaque prodigia, & incognitas mundo antea res appellās, quod Hebraicē splendor, gloria. Idem est opus eius, postea gloria, décor, signa, celebritas, quando in claruit in omni terra. Et hoc super filios eorum, super posteritatem. Vobis & filiis vestris, ait diuus Petrus, misit Deus salutare hoc. Si quis ergo Hebraeos audiat, postulat Moses aduentum Iesu Christi. Christum expresse dixit Rabi Salomon iamoth Massiach, dies Messia. Iesu Rabi Dauid, vt est è litteris, & libris Hebraicis cernere. Videbunt, ait Rabi Dauid, patres & filii רְאֵבָנָה illum Iesum. Sic certe, viderunt, videbūtq; omnes fines terræ, salutare, Hebraicē Iesum, Dei nostri, Iesum missum à Deo nostro. Additq; Rabi Dauid, In omni sēculo afferent hoc patres, quod Iesus qui aliquādo venturus effet, in diebus filiorum suorum, aduenier, & erit in diebus eorū, & videbunt patres, & filii simul. Hæc ait illo violento veritatis æstu raptus huc, antiquos, & maiores dicens, qui prædixissent filiis, id est posteritati, venturam de celo, quandam salutem, venturum Iesum, etiam ipsos propriis oculis contemplaturos. At hoc, fieri nisi per regenerationem, quod testatur theologia vera, non potest, cūm prima vñque ab origine mundi,

*Corpora consurgent, veteresque redibit ad artus
spiritus, antiquasque oculis astare figuras*

Cenemus. Tunc patres cum filiis videbunt missum de celo Iesum. Aliter ipsi cum omni posteritate interesse non poterunt. Hæc Hebraorum sparsa pei omnes scripturas, ab antiqua quadam theologia fluctuā testimonia, aperte suæ cæcitatis eos conuincunt, quod prudentissimus quisque facile cognoscet. Græci nobiliores hosce sensus, non addunt.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige.

Tclarior intelligantur, ad fontem examinentur. Pro splendore est **noam**, volu-
ptas, dulcedo: Chaldeusq; speculator diuinio rem sensum, vnicā hanc Hebraicā vocē
D
transtulit. Et sit dulcedo paradiſi terrestris à Domino super nos, appellans paradisū
ut Hebræi solent Gan eden, Ortum Eden, nemus voluptuosum. Aitque, Fluat à Deo super
nos paradiſiaca dulcedo, cælestis amœnitas aspiret. Quin & ipsi Sept. vt mittā alia testimoniā,
vbi dicitur, Ut videā voluptatē Domini, cùm sit præsens & ibi vox, transferunt eā **τηρίτητα**, delectationem, voluptatem. Quare propius erat hoc, quām **λαυτεύσης**, splendor,
quanquā & Hier. dixit decor. Verius ostendi. Est enim hic Hebræorū etiam testimonio, de
beatitudine, & inenarrabili voluptate, quā sola poterit animos exhilarare, & satiare no-
stros, philosophia. Innuitur **πνεύμων**, illa in qua sola, perfecta, absoluta q; omnibus animi, &
corporis incōmodis exclusis, erit lētitia, gaudia, solis nota piis. Nam Rabi Dauid, Præsens,
ait, oraculū, nō est nisi de tempore hæc sua, illius Iesu, illius salutis insignis, celeberrimq; ma-
ximæ, cùm miseriis, & calamitatibus homines liberati, in numerum naturāq; Deorū trans-
formabuntur. Hinc & falso insignis, & voluptas nuncupatur, salus quād prauorū spirituum
ditione liberabuntur, voluptas quād & ad voluptates æternas, omnibus, quibus nunc im-
plicamur, malis exuti, admittentur. Nec miseri Hebræi aliud, si paulū modo oculos attole-
rent, sentirent, salutem illā famigeratā, tot oraculis prædictā, à sanctissimis viris desideratā,
terrestrem, & corporeā esse nō posse. qualis in transitu maris rubri, sed maiore, vniuersalē à
maioribus malis ad maiora bona generatim omnes adducent. Tū si salus maior quā cor-
poreā, eius necessario collato, maius aliquid quā hominē, quando ab homine nisi huma-
na fieri non possunt, futuram. Hoc illi si saperent, si seueritate, & ratione, non semel irrobo-
rata pertinacia duci se sinerent, viderent, admirarentur, nobiscum expectarent. Exiguū aut
prope modū nihil ei debes, qui te, gentēq; tuā, terrestri imperio supra cæteros, qualis rex
Perſarū, Assyriorū, tolleret, interea te mortali, eisdem quibus ante malis, morbis corporis,
angustiis animi implicito, nihil nimis latum, habente. At si quis immortalem te redde-
ret, si decoram iuuentem, si corporis felicem habitum, & agilitatem, veluti volatum, vt
corpo, quemadmodum animo præsto vbique fores, si summam sapientiam, si locum
immortalem, ac beatum, si gaudiis æternis, nunquam in mœrorem animo cadente,
faceret hilarem, vt non solum semper, sed maximē latus es: denique si tē in nū-
rum, naturāq; Deorum cooptaret, vt eorū voluptatibus interesse, necare, & amibrosia
fruenteris: vrbem triumphantem semper aspiceret: id demū perfæctissimū munus esset, tan-
tisq; oraculis prædicti, ac prædicari debuisse dices, hoc Deum faciente, diuinitate sua di-
gnissimè, æternæ bonitati sua, & clementia congruenter facere dices, facere quod con-
tinuo vt homo conditus esset, decreuisset, quem obedientē, ac probatū ad immortalitatē
ducere statuisset. Quid enim nasci, quid mundum homini condere profuisset, cùm bru-
tae animantes, volucres, feræq; sylvestres, nobis sint feliciores? Itaque probamur, & ab
hac tristi vita fit his qui velint, transitus ad meliorem, quod nunc obscurum, fiet tempore
certo nobilissimum, spectatissimum. Iure hoc tempus illius inclytæ, maximæ salutis dici-
tur. Et Hebræi similes somniantibus cernunt. Vbi autem dicitur, Et opus manuum nostra-
rum dirige, pro Dirige, est clarius **מִזְבֵּחַ** conena, confirmata, sicut trastulit Hieronymus, firma,
stabili. Opus autem manuum, interpretantur Hebræi, & congruit, quicquid gerimus, om-
nem vitę actionem. Quicquid nunc laboramus, agitamus, tunc stabile, firmum fiat, dignam
laudem, ac præmium consequatur, precamur. Omnis iusta actio fiat immortalitatis occa-
sio. Stabili in loco, certoque fine nostræ actiones constituantur. Ideo Chaldæus dicit, Et
opera manuum nostrarum prospera sint. Operamur nunc, precamur vt sint opera prospe-
ra, optatum finem assequantur. Finis, & prosper cursus operum iustorum, sanctarūq; actionum est, vt ad illam salutem, ad ipsum Iesum aspirent. Hoc prospiciens diuinus Mo-
ses, supplex pro se, & populo suo orabat, bis idem poscens impensiūsque, Hebræis testibus
precans.

Dirige.

opus. ma-
no.

P S A L M I X C . E X P L A N A T I O .

VIC psalmo neque inscriptio est, neque argumētum. Si quid apud Latinos præ-
cipitulari deprehendes, scito, vt admonuit etiam Nicolaus, adiecitum. Hebræi,
Mquoniam sublata est omnis nomenclatura, psalmum, sicut & præcedentem, refe-
runt in Mosen, Salomon, Auen Esra, Rabi Dauid. Et cum superiorē putant esse
coniunctum, quoniam ibi cladibus humanis enumeratis, hic omnium earum vitandarum
consilium offeratur, vt in Deo spem tuam omnem colloces, eum pro portu, salute habeas,
ad eum

Aad eum in omni vexatione refugias. Hanc ob causam, eiusdem autoris, prius quidem mi-
serias humanas deflentis, pōst eaurum remedium docētis Mosis esse vetustiores Hebræi ar-
bitrati, nullo interuallo, hunc cum antecedente connectunt. Ionatásque vbi superiorem
absoluisset, Et opera manuum nostrarum dirige, dicens ipse Chaldaicē **רְפָאֵת** itkanan, diri-
gantur, stabiliantur: statim intulit, Cuius habitat diuinitas in secreto altissimo. Non admo-
dum labore, quod veteres quidam Hebræi, totidem psalmos, quot tribus essent, edidisse
Mosen arbitrantur, & quem cuique tribus psalmū ediderit, ostendunt. Miseris igitur mor-
talibus refugium demonstratur, cladibus nominatis, à quibus eripiātur. Omni autem spem
suam in Deum ponenti, & in afflictione ad eum recurrenti, psalmo congruente, multò maxi-
mè potuit Christo, velut appetito sicut sāpē mortales solent, à malorum principe, & pe-
rinde atque omnes homines, in hoc corpore, in Deum patrem spectanti congruere: vt ei
cum cæteris mortalibus, quo homo esset, nihilque humanum, præter culpam, alienum à se
putasset, congruat auxilium, spes in Deum, liberatio, sicut in perferendis malis, & tenta-
tionibus sustinendis, nemini fuit dissimilis.

Q Vi habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei
cæli commorabitur.

Vo d Septuaginta transtulerunt **Βούθειας**, adiutorium, Hebraicē est **רוֹסֶתֶת**, absconſio, secretum: eoque duo sensus efficiuntur, alter vt de Deo
ther, absconſio, secretum: eoque duo sensus efficiuntur, alter vt de eo quā ad ipsum Deum refugiant. Prior est vt sit
B hæ dicantur, alter vt de eo quā ad ipsum Deum refugiant. Prior est vt sit
inuocatio deprecatiſ, ac dicentiſ, O qui habitat in abſcondito altissimo,
in locis latentibus, in ultramundanis, & remotissimis à nobis regionibus.
Secreta regni tui frequentas, in secessu ſediu m tuarum, ad quas hominum
oculi nō attingunt, fer opem, ades precant. Hunc ſenſum poſuit Ionathas
Chaldæus, dicens, Cuius habitat diuinitas, ſue numen in ſecreto altissimo, in umbra nu-
bium, gloria Dei incolit. Quanquā potest dixiffe, Qui poſuiffet habitationē ſuā, vt poſſit de
homine intelligi. Cæteri Hebræi alteri ſenſu inſiſtū, vt ſit ſermo ad cultorē Dei, ait Auen
Esra, & Dauid, & Salomō, qui ſpem ſuam in Deum poſuerit. Sic erit idem auxiliū, & abſcon-
ſio, refugiu, quo nos à cladibus recipimus, portus tegens quafatam nauiculā, à tempeſtate,
ventorūq; ſauitice defendens. Hoc iura auxilium Septuaginta dixerunt. Habitare qui-
dem magis cogruit abſcondaculo, præſidio, loco, oraculo, in cōq; tralatio eſt clarior. Nan-
que nulla alia lingua reor, hæc metaphorā, vſurpare, habitare in ſpe, in adiutorio. Hier. ergo
dixit, Qui habitat in abſcondito excelsi. Hanc habitationē Graci, & Latini interpretatur,
vt eius prouidentiæ te, tuaq; tradas, vniuersaliter quidem omnia gubernati, ac regenti, ſed
eorū curam præcipue gerenti, qui ſpes in eum ſuas poſtuerunt, nullis ſe demouere loco pro-
cellis committentes, ſtante in columi in mente, & ſe cura eſte Deo indubitate afferenti, & ſi
votis continuo, vt vocatus eſt, non adiit. Iacta cogitatū tuum in Dominum, & ipſe te enu-
triet. Rabi verò Moses in libro Resolutionum, valido amore Deum colentē, intenté que in
Ceum aspicientem, in oculis gerentem, vult innui, qui eximia pietate eum colat, ſi habitat in
præſidio eius, ab eo vbiq; protegatur, defendatur. Itaque habitare duobus modis poterit
accipi, vel pectore, & animo ei coherere, cum eo eſte de eo ſemper cogitare, in omni opere
in eum intueri. Aut, vbi ſe fortuna inimica aperuerit, eō confugere. Vterque quadrat, ſimi-
lis, ac par, prior magis. Siquidem & Plato, & Aristoteles, Homerus, omnesq; mortales aſſe-
ruere, Deo pios eſte cura, & Aristoteles loquitur, **αὐτοῦ πάντες**, redamare eos, beneficiisq; affi-
cere. Plato ſe periculis elapſum, diuine acceptum refert prouidentiæ. Pius ergo qui ſemper
habitat in præſidio altissimi, cūmque eo perpetuus exiſtit, in protectione Dei cæli cōmo-
rabitur. Hebraicē quidem is ſenſus, ſed verba ſi ſunt **רוֹסֶתֶת** bezel shadai, in umbra omni-
potentis. Umbra perſpicuē Septuaginta **οὐέτην**, protectionem, cooperimentū. Omnipo-
tentem autem, Deum cæli dixerunt. Shadai Hebraice omnipotens, à Shadad, frangere,
diſſipare, euertere, nomē huic rei accommodum, contra aduerſas potestates, frangens im-
petum inimicorum piis suis. Et Salomon hoc nomen ait eſte **רוֹסֶתֶת** kozek, potentiae, robo-
ris. Potest & is eſte ſenſus quem Chaldæus non refugit, In umbra omnipotens habitat,
Ad hunc ſuspiciam, huius implorabo fidem. Prior clarior. Hieronymus etiam iuxta ſu-
periora, In umbraclu omnipotentis commorabitur. Rabi quoque Salomon, apertiorē
faciens ſenſum, Qui ſperat, ait, in protectione alarum diuinitatis, is morabitur in um-
bra eius, quia Deus benedictus proteget eum. Verum Auen Esra arbitratuſ ſic locum
HHH

Qui hab. in
adūt. al. in
pro. dei. cæ.
com.

shadai.

Pathologia. posse intelligi, vt quod crebrum est, in his litteris sit παλαιόν, dicta Hebraicē ְנָפֶה kephul, D iteratio : eritque sensus annexus sequenti versiculo, Qui habitat in latibulo altissimi, & qui in umbra omnipotens commoratur, dicit Dominus, Susceptor meus es tu. Quod mihi quoque non displicet.

Dicit Dominus, Susceptor meus es tu, & refugium, Deus
meus sperabo in eum.

Dicit.

V M sit Hebraicē, pro ἐπει, dicit, ὅμως omar, dicam, Auen Esra, & David similem quan-
dam sententiam proponunt, vt is qui psalmum edidit, fermè loquatur, Audi, ο̄ qui
confidis in Deo, ego ei dicam eum esse refugium meum, & præsidium, spem. Quod
ego loquor, & tu loquaris. Dic eum esse spem, refugium tuum, eum pro præsidio ha-
beto. Hoc etiam Salomon, clarius vero, & euidentius Chaldaeus explicuit addens Hebraico
aliquid. Dixit, inquit David, Ego dicam Dominus, Spes mea, & Rex fortitudinis mea. Ve-
rum quoniā subductis notulis, dicitio τὸν ancipitem habuit sonum, omar, dicam, vel omer,
dicens: hoc reddiderunt Sept. licet per futurū. Sensusq; non perueritur, siue Vates hoc di-
susceptor. cat, siue qui sperat in Deum. Porro quod Latinus minus aptè dixit susceptor, Græcē est αὐ-
τοῖς, auxiliator, sustentator, apprehensor: Hebraicē verbum similis fermè significatus;
atque superius seter, defensaculū, absconsio: hic verò τὸν machsi, protectio, defensio mea,
vel spes mea, sicut Hieronymus & Chaldaeus ρυμ ruchazani, confidentia mea, affinitas cun-
cta. Quod vero Sept. dixerunt καὶ ταφην, refugium, in fonte τῷν mezudathi, propugnacu-
lum meum, turris mea, arx, præsidium, locus munitissimus. Eōque Hieronymus, fortitudo
mea, similiter Chaldaeus ερμ tukphi, robur meum, vis mea, omnia similia, idémque valen-
tia, que etiam refugium sunt. Est autem in his secunda quidem persona, sed sub tertia, quod
dicit se appellaturum cælestem præsidem, refugium suum, spem, portum. Ideo p̄dit ait, Spe-
rabo in eum. Deum quoque dicens, innuit quasi Dominum, ac præsidem, protectorē suum,
ob discrimen aliorum Deorum, quos suos & illi superstitioni dicerent. Spes autem est animi
ad alicuius opem conuersio, est mentis quasi labentis, super alicuius robore inclinatio: vt
si fragile corpus scipione sustineretur, lapsurum, si decesset. Sic animus s̄pē, cui totius vitæ,
& sui, & corporis dara est consideratio, aliqua clade impendente, qua, vita, vel aliqua vi-
ta pars sit collapsura, inclinat in aliquem si potest, adempto cui si nitatur, fit desperatio.
Sic illa dicebat.

*Deum me.
spes.*

In tenet omnis domus inclinata recumbit.

Omnium autem rerum nostrarum in ruinam inclinatiū, et si sunt quædam fragilia susten-
acula, nullum tamen tam validum, vniuersale, diuturnum, quām Deus, hi qui cum
Deo loquebantur, prædicauerunt. Nam humana vis tum se ad corporea tantum extendit,
non ad salutē animorum, tum debilis est, & s̄pē in contrarium tendit. Iam nusquam tuta
fides, vt tametsi alicubi sit, quoniā id raro contingit, nusquam ēesse merito prædicetur. Ne de-
speres autem, te posse in Deum, quem nusquam videris, versatus cum eo nunquam fueris,
spem ponere, habes hos ipsos mores, naturāque eius calentes, cum eo s̄pē loquutos,
eūque conspicatos prædicantes, cum licet altissimum, humilia respicere, licet ignotum,
& occultum, & inquisibilem, vbique tamen adesse: esse autem tantæ sapientiæ, vt non solum
voces vel tenues audire tuas, ne clamoribus sit opus, sed etiam intima pectora, motusque
animorū possit perscrutari. Quæ cūm ita sint, stultum erit, alterius auxiliū implorare. At
*Cursero ex-
aud. Deus.* cur s̄pē vocatus nusquam adest? Nimirum quod aut nescires quid peteres, indigna, non
multum profutura, corpus autem, quod fragile est, breuēq; resoluendum, iuuatura postula-
res, aut quod profuisset te aliqua corpora vexatione fieri meliorem, & castigatiorem.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

*Liber. te.
De laqueo
venantium.* R A E C E, & Hebraicē dicitur ad secundam personam ְנָפֶה iezilecha, liberabit te. Ita-
que corrigendum est. Quod autem dixerunt Græci εἰπάγεται πεντεντον, laqueo venan-
tium, pro Venantibus est ωρ iakus, capiens, illiciens vel capturæ, de laqueo illici-
ente, inuolente pedes, de pedicis, quas venatores præcipue, & aucupes, solent obtendere,
de laqueo capturæ. Eo nomine venatores etiam, & aucupes dicuntur, pedicē quoq; quibus
vtuntur. In Psalterio Augustini pro laqueo, est muscipula. At Græcē πάνη, omnē laqueū de-
signat, nō quo mures tantū capiūtur. Quod verò Latinē, Et à verbo aspero, Græcē autē πέ-
λος ταφην, à verbo turbulentio, tumultuāte, secus Hebraicē τῷν midaber hauot, à
pesti-

A pestilentia interitus. Primumque aduertendum, sicut s̄pē monuimus, tempestate Sept. *Sept. inter-
pretum,* non fuisse Hebraica nomina subscripta notulis. Hæc itaque vox τῷν non sub-
notata, potest sonare dabat, aut debet. Primum est verbum, secundum pestilentia. Ea fuit
causa cur Septuaginta dixerunt, pro pestilentia, verbum. Quadrat autem magis hodierna.
lectio, Hebraicē, omnibūque aliis concordibus. Nam Hieronymus item interpretatus est,
de morte insidiarum. Sic & Chaldaeus pro ea ponē νῶνa mota, mortem. Secunda vox de-
signare posset quidem tumultū, cam tam en interpretatur Rabbi David τῷν interitum, rui-
nam, contritionem, à verbo τῷν hauah, destruxit, corruptit. Chaldaeus tamen dixit similiter,
ac septuaginta νῶνa τῷν it raghistha, tumultus. Vnde, lama raghesu, Quare fretauerunt.
Latinus ergo obsevē, & impropriè secundum reddidit. Septuagint. primū, dicendūque,
Quoniam ipse liberabit me de laqueo pedice, & à pestilentia interitus. Putat autem Auen
Esra posse dictam esse pestilentia hauoth, quasi tumultuantem, accelerantē, quia celeriter
conficiat, vt dicatur, A pestilentia horribili, celeri, cito cōficiente. Quid autem per ταφην
designetur, Symmachus aperte transtulit vertens quod Sept. verbum ταφην, tumul-
tuosum, ἐπηρεαστόν noxiū, exitiale, Græcīque exponunt σκοφαπτήν, sycophanticum. Nam
vexat, & dimouet loco animum sycophantia. Ecce igitur quadrat, siue verbum dicas, siue
pestilentiam vocem Hebraicam: videtur enim aperte referri ad homines, sicut & superius.
Vt enim dixit à laqueo venantiū, nempe humanis insidiis, sic à pestilentia, à sceleratis con-
tra te consiliis, ab impostura parata, à fraude, insidiis. Hæc illa labes. Sic scelerati apud Latini
nos pestes, labēque, ominia dictis factisque labefactantes. Sic primo Psalmo, linguaces
dixit, pestilentias. Idem ergo sunt pestilentia, & sycophantia, metaphoricōs. A verbōque
aspero, est à pestilentia, ab homine pestilent, loquenti pestilētiam, ruinam verbis struenti.
Siue igitur casu, siue studio tralatio Septuag. congruit ad amusim cum Hebraico. Neque
enim potest pestilentia hic esse designata, quæ est humorum corruptio, aut inflammatio,
à qua dicat liberandum cum qui nitatur Deo: nam antecedit laqueus venantium, quod ho-
minum est. Debuit q; quod sequitur, esse priori simile, non à malis, ab hominibus illatis, sta-
tim refugi ad ea, quæ sunt naturalia. Pestilentiam ergo dixit eos qui cūm ipsi scelerati cor-
ruptique sunt, ad ceteros etiam virus pestilens exhalat, quorū est nocere semper & obesse.
Ab his ait pium fore securum. Sunt qui hęc referant ad tentationes dæmoniacas, & carnis,
quibus s̄pē irretiamur, præcipiteque trahamur, à quibus in Deum fidentem, tutum esse
dicat. Prior sensus est euidentior, & sub malis illis possunt quævis intelligi. Et Græci Theo-
dorus, Euthymius non solum ab apertis hostibus, sed etiam occultis dicere fore tutum in
Deum sperantem assuerant. Augustinus videns in tralatione Latina esse, A verbo aspero,
putat contumelias, feraque verba designari, quibus in grauiora scelera, & in laqueum dia-
boli cadamus. Verum vnicuique voci sius est sonus. Si verbum asperum esset in contextu,
staret quod dicit, Quoniam autem est pestilentia, siue verbum ἐπηρεαστόν, labefactans, de-
struens, de insidiis occulte structis est sermo. Nam Nicolao cur placuerit referre hæc ad
populum cūm esset in Ægypto, non video, cūm veritas seipsa elucescat.

Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.

V o d Sept. transtulerunt μεταφέρειν, scapulis, Hebraicē τῷν ebratho. Id et si potest *scapula.*
G in homiae scapulas designare, attamen verus significatus est alarum volucritū. Quis
dabit mihi pennas sicut columbae potius alas, vbi est præsens vox, sic, pennæ colubæ
deargentatae, & posteriora eius. Quanquam & illuc posteriora, quod Hebraicē est ebrath,
Sept. dixerū μεταφέρειν. Est igitur porius de volucrib; quām hominibus, nec scapulas huma-
nas, sed alas volucritū designat. Fit autē metaphorā vt dicat, Alis suis obumbrabit tibi, sicut,
Quoties volui cōgregare filios tuos, quēadmodum congregat gallina pullos suos sub alas.
Ne quadrat omnino, nec potest intelligi, vt Deus scapulis obumbrat, cūm nō possit scapu-
lis fieri protectio, obumbratio. Fuisse verius dicere, alis quæ & in homine per similitudinem
sunt, quibus potest fieri protectio. Igitur & Chaldaeus in id idioma, melius transtulit pro
ebratho ala sua, τῷν telal, ymbrā, dicens, Cum umbra diuinitatis sue, obūbrabit tibi. Et Sa-
loni hanc vocē exponit τῷν kenaph, alam. Idem Auen Esra, dans similitudinem Aquilæ
pullos tegentis, sicut Christus gallinæ. Ideo, vt solent semper psalmi, aliud simile inferens,
Et sub pennis eius sperabis. Quod & ipsum non recte tralatū à Latino: Græcē enim τὰς πτε-
ρυγάς, alas, Hebraicē quoque τῷν alas eius. Et Psalteriū Augustini habet, Et sub alis eius spe-
rabis: exponitque pulchritē, vt tanquā pulli sub alas eius, à miluo immani fugiamus. Miluum
HHH ij

aërias potestates nobis impendentes interpretantur. Succurrunt tamen Græci suæ tralationi, D dicentes eum qui pro aliquo contra hostem depugnet, intercedere inter utrumque, obuersis scapulis ei quem potegat à telo. Esse autem μετίφεντα τὸν μεταξὺ τὸν ὄμοιον τὸν οὐ πινεῖν τὸν τρόπον. Nempe scapulas locum inter humeros quem nonnulli tergū appellant. Sed ut dixi, vnicuique verbo suus est significatus, & expositio. Fieri possent hæc: illa clariora, & verisimiliora, designatur autem alia protectio, vt ait Rabi, ab omni casu aduersaque fortuna, cui semper humana subiaceant. Nam prior ad insidias pertinebat, fraudesque excoxitatas: hec ad aperta vulnera, & plagas, ad gladium impendenter. Quodq; dixit, Sperabis, potest esse istud significatum, clarius quiddam Hebraicè thechis, conteges te, abscondes. Sub aliis eius te abscondes, nec te gladius, aut alijs casus attringet. Ideo melius hoc ex Hebraico intelligitur quād quod Græci τὸ δέλπιον ἀπέτησαν τὸν ἄρρενας, Sperabis, pro cōfidentis eris, sicut ausi, ait Euthymius. Melius, Te abscondes, vnde mundus machise, abscondio. Est autem cum isto versiculo, etiam hoc adiunctum. Scuto circundabit te veritas eius. Pro quibus in Hebraico tametsi est idem sensus, sunt duo armorū genera: τὸν πόντον πονίνα vesochera imetho, id est, hasta & clypeus, veritas eius. Quare non est in fonte κυρλάσσει, circundabit te, sed clypeus eius. Sensusque est, veritatem Dei & fiduciam in eum certam, & solidam, & fallere non valentem, esse vice clypei, & hastæ. Hasta & clypeus est veritas eius. Eoque Hieronymus. Scutum, & protectio veritas eius. Et Chaldaeus אַנְגָּלִים teresa ve agila, Clypeus, & parma. Nam prima vox zinna, non hastam solum, sed etiam clypeum denotat & loricam. Et sochara, Rabi David interpretatur אַנְגָּלִים agula, rotunditatem, quasi scutum, param: quod cùm esset nomen, Septuagin. fecerunt verbum κυρλάσσει. Sed clarius Hebraicè. Nam veritas, quomodo circundabit: Melius, Veritas eius, id est spes tutæ in eum, est hasta, est clypeus, est maximū, fortissimū, robur. Non opus est alia loria, si spes in Deum. Veritatē autem Dei senties, tutam promissionem, tutam spem, confidentiam. Sic exponit etiam Rabi David, quod veritas quæ facit confidere in eum, sit hasta, scutum. Et Abrahā veritatē interpretatur בְּנֵי יִשְׂרָאֵל emunath hashé, Fiduciā in Deum, credere se ei & fidei eius.

Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die.

Timor noct.

IM O R E S nocturnos nominat, quod, vt ait Rabi David, solitudo noctis solitariè ingredientem, vel habitantem exterreat. Græci non secus, nocturnum terrorē aut à dæmonibus aut hominibus illatū. Latini à latronibus nocturnis, grassatoribus, improviso adorētibus. Probatur mihi vt rum ad insidias, inuasionēsque humanas, tum spectra, umbras, phantasmiata, lemures, empufas, noctu nonnunquam insultantes, exterrentesque pertineat. Sic Auen Esra, & David, casus, incidentiāque nocturnas multas illas, & varias intertrahunt, à quibus tutus sis, si te, vt ait Salomon, in turela eius colloces. Quod vero casus, incidentia, terrōrque nocturnus, hoc, sagitta diurno, letalis arundo, volucrēque sagitta, letifer arcus. Rabi que David volatum sagittæ attribui testis est, quod perniciissima, & quod, etiam alata. Casus autē multiplices in vita, repentinus, insperatos, inopinos, aduolare velut sagittas. Volant autē, vel à Deo, vel ab hoste occulto, vel manifesto. Natura quoque, multa peperit incōmoda. Sed grauiora ab hominibus, voluntia, grauissima à dæmonibus. Ab his omnibus, qui se ad præsidium diuinū récepit, tutus est, non solū timore, qui peior est ipsa morte, vanaque formidine vacuus, sed tutus etiam ab his, quæ certò parantur, inopināque cadentia. Tutus autem erit siue quod spē auxiliū diuini mollet mœstiam, peccataque sua his expiari percipiet, ferētque æquius, sicut impius iniquissimè: siue quod reuera, si profuturum ei sit, si verè in Deum spes suas posuerit, eripetur, ciusmodi exemplis sacræ, & profanæ litteræ redundant.

Anegotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridianio.

A nego.
per in re.

IM I L I S atque superiorius, varietas & varietatis causa. Dixi Hebraicam vocem sine notulis τὴν sonare posse dabat, vel debet: primum est verbum, vel res, vt Græcè ἀράγμα, verbum, & res, vt ἀράγματα, nihil ad rem. Secundū pestilentia. Ergo amphibolum ad verbum, & ad rem, pro verbo superiorius, acceperunt Septuag. A verbo aspero. Nunc pro re ἀράγματα, quod cùm sonet etiam negotium, vt negotium facescere, ἀράγματα ἀρέγειν, id Latinus est maxime secutus. Vera autem lectio, & verus hoc loco significatus τὴν

A pesti-

AA pestilentia perambulante in tenebris. Id cæterorum testimonio clarescit. Hieronymus, A pestilentia in tenebris ambulante, Ionathas Chaldaicè אֲנֹתָה תְּרוּמָה תְּרוּמָה min gherida, dimaleak mota, A sagitta Angeli mortis: mortiferam, letalemque sagittam ipsam pestilentiam interpretans. Burgensis etiam id obseruat. Itaque istud verius, & certius. In Psalterio Augustini est, à ruina, cui nec Hebraicum, nec Græcum resonat. Nam σύμπλομα, occursum, rem incidentē designat. Quodque ait, Ab in curso, & dæmonio meridiano, non est σύμπλομα, incursu, sed habet τοῦτο τὸν αὐτὸν miketeb iashod zoharim, A mortuā lædente meridie. Rabi igitur Salomon ait superius deber, & hoc keteb esse duo nomina dæmonum, prius dicitur pestilentia, alter mortuus. Ille nocturnus, iste diurnus. Antiquæ theologie placita, vt apparat ex Chaldaeo, hac ratione in sacris litteris Satan aduersans. Græcè Ἀλεκτός, caluniator dictus apud priscos poetas Ate, à nocendo, Tisiphone, homicidarū vtrix, Alekto inuitabilis, Megæra, liuida, inuida, Eumenides in contrariū, immites, inexorabiles. Et Hiero abunde super hac re locutus est in Prophetis, ostendens. Hebraeos etiam sui téporis opinari Megæra. ea esse nomina dæmonū. Sic & Sept. ex veteribus Hebrais dæmonē secundū crediderunt. Eumenides Possunt igitur, vel omnia generatim, ab hominibus sceleratis, iniuriarumq; sitibundis, noctu & interdiu inflicta mala, esse designata, vel clades à dæmonibus occulte importatas, & excoxitatas, à quibus ipsi denominantur. Ab his in Deū spes suas collocans tutus erit. Hiero quidem transtulit, A mortuā infantientis meridie. Pro Infantientis, clarius in suo fonte τῷ πνεύματι iashod, destruente, euertente, dissipante. vnde shadaim dæmones labefactantes, nocentes. BDicēisque, A mortuā vel dæmons vastante in die. Noctu nocet, lædit, & insidiatur interdiu, sed bonis nihil neque viuis, neque mortuis potest quicquam, vt ait Plato, nocere.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

VO R S V M spectabit singulare verbum, Appropinquabit, cùm antecedētia sint numeri multi? Ergo Græcē clarius ex Hebraico, pro mille χιλίαι, chilias, numerus milles, & myrias, myrias, decennarius millium. His respondent verba, Cadet, Appropinquabit, siue iuxta Græcum, Cadet à latere tuo chilias, & myrias à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Exponitur etiam hoc ab antiquis Hebrais de dæmonibus. Testis Rabi David his verbis, Secretiores interpretes pestilentiam nocturnā, seu tenebrarū, & mortuum diurnū, dæmonas sunt interpretati. Sic cadent à latere tuo, chilias, milles, numerus, & myrias, de dæmonib; dicit. At vero, inquit, rerū scrutatores non assentiuntur dæmonas esse, euertuntque hanc sententiā demonstratione. Sic ille. Quod ad dæmonas attinet, siue, necne, nemini ferè nunc dubium, pariter, & litteris profanis, & sacris consonantibus, & exemplis attestatibus. Esse autem hæc dæmonum nomina, duæ sunt perspicue rationes, quod apud alios scriptores ab hisce ipsis malis nomenclaturam sortiuntur, ab aduersando, lædendo, vastando, & is psalmus prolatus est, vbi dæmon ipse appetiuisset. Tum ea fuit antiquorum sententia, ad quos, ex aliqua maiore scientia, ista peruenisse fas est. Itaque & Ionathas paulo ante Chaldaicè posuit τὴν τὴν siat shadidin, à caterua, multitudine, legionibus dæmonum. Quod ergo Burgensis asceret quod Salomon superius dixit, esse fabulosa, hoc non ille solum fabulosus erit, sed omnes iam inde ab initio Hebrei & antiquiores theologi, à quibus hæc fluxerunt. Suntque duo non concedenda cuiquam, aut dæmonas non esse, aut superiora eorum, appellations esse non posse. Non enim sacra duntaxat scientia dæmonas fatetur, sed prisci Græcæ theologi, Orpheus, Homerus, Hesiodus, Thales, Pythagoras, Empedocles, Plato, omnique Platonici. Ac Thales, vt ait Athenagoras, ἀρχῆς τοῦ φύσεως θεός, εἰς δύναμες, εἰς ἥπατα, ἀλλὰ θεόν, οὐ τὸν τύπον τοῦ φύσεως ἀρχῆς: δύναμες δὲ στοιχεῖα φύσεως, καὶ λόγοι δὲ τὰς φύσεις. Primus diuisit Deus in Deum, dæmonas, Heroas, Deum esse mentem, mundi gubernatrixem, dæmonas substantias animales, Heroas item separatas animas humanas, bonorum bonas, malorum malas. Philon vero Iudeus diffinit dæmonas, & afferit à Philosophis eos agnitos, in libro de Gigantibus, ἐξ ἀλλοι φιλόσοφοι δαιμόνες, ἀγέλες μαστιχαῖς ὄντας τὸν ἀλλοι φύσεως, Quos, inquit, alii philosophi dæmonas, hos Angelos solet appellare Moses. Sunt autem animæ per aëra volantes. Sic Paulus vocat eas δύναμες ἐπιφερεῖτε, potestates cælestes, nempe aërias. Eos esse maleficos, palam, & occulte nocentes, ad alios Porphyrius testis, ἔταν ὁ δαίμων ἀνθρώπου πορνοφάραγγος, θεῖος λαψαφερτόν. Cum dæmon, ait, cuiquam fugessit mala, mentem eius labefactauit prius. Hic ille testatur, & mala dæmonas hominibus fugiunt.

H H H iii

*Apollo,
demon.*

gerere, & mentem posse labefactare. Eos etiam pestilentia, quod hoc psalmo prædicatur, Dæmoniorumque in terris malorum autores, idem aperte est confessus. De abstinentia animalium *αἰτοὶ οἴποι γίνονται τὰς φεύγουσας πόλεις τὴν παθημάτων, οἵτινες λοιμοί, ἀφορέων, σφραγῶν, αὐχενῶν, καὶ τῶν ὄμοιών.* Ab his, inquit, dæmonibus, sunt terrestres calamites, pestilentiae, sterilitates, terræ motus, squallores, & id genus. Nec iniuria crediti sunt ab antiquis autores pestilentiae, & nomē pestilentiae iure merito datū eis non vno, atque altero liquet testimonio, & exemplo. Homerus sagittas Apollinis, qui dæmon fuit, pestilentia fuisse perhibet. Cui in sacris quoq; litteris consonē, in castris Assyriorū centum octoginta millia ab Angelo interfecta, pestilentia periisse boni autores Hebræi, & nostri confitentur. Et David Angelū vidit cædente populum, sed pestilentia. Memoratu autem dignissimum est, quo locus is mirè explicatur, testimonium Procopij de temporis sui prodigiosa, sevissimāq; pestilentia, cuius initium describēs; hæc refert, φάραγμα ταῦτα διαφέρει τὸ πόλλον εἰς τὸν Καραβήνας ιδεῖν ἀφθονίαν, ὥστε αὐτοῖς τοῖς ξεπίνακες πάρεσται οὐδὲ τὸ εὐθύνοσθαι πρόσθιον τὸ λοιμόν. Quæ sunt Latinæ. Spectra, & visiones dæmonū ad omnem humanā speciem, multis occursabant. Quicunq; autem in eos incidissent, ab eo quem obuiū habuisset, aliqua corporis parte percuti videbatur. Similq; ac spectrū vidisset, morbo detinebatur. A principio autē qui obuij essent auertere se conabātur, & tum nomina diuiniora inuocabant, tum cæteris se expiationibus muniebāt. Sed nihil proficiebant. Si quidem & ad templa plurimi qui cōfigissent, extinguebātur. Templū autem neq; amicis aprire volebant, sed se intime claudentes audire refugiebant, veriti ne qui vocaret, dæmon aliquis esset. Nonnullis diuersa ratione pestilentia incidebat, somniare enim & aliquē sibi assistere, à quo similia paterentur, aut audirent se futuros in numerū paulò pōst mortuorū videbātur. Hæc & plura alia Procopius. Verè igitur dicit hoc loco, ab incurso, & dæmonio meridiano. Occursant enim diræ facies, inimicāq; numina, sēpe occulta, nonnunquā manifesta. Quos ergo rerū scrutatores dixit David, palam est cum quosdam ligneos gentis suā, nouellosq; peripateticos spectasse. Cum maioribus, vetustioribūq; philosophis collatos, inter mancipia futuros. Ergo hoc loco, tum malorū hominum, tum dæmonū ceteruæ, debent intelligi, dextera, lēquaq; cadentes, aggredientes quidē, sed in ipso conatu ruentes. Aut iuxta Rabī Dauid, irruente pestilentia, videbis hinc inde cadentes, te verò incolumem.

Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorū videbis.

*Consider.**Retributio.**Deo, cū illis
in casu ambulante. le.
26.d.*

Pro *χαρούντος*, considerabis, et si fermè sit idem, est *μὲν* thabit, aspices, intueberis. Videbis, ait, propriis oculis, quām certa sit spes in Deum, qui portus ille salutis. Videbis latam inimicorum stragem, qui non constituerunt sedem suam in adiutorio, aut refugio altissimi; sicut tu, te vero incolumem superasce cernes. Hæc est retributio, seu præmium peccatorum: hoc insigni discrimine, boni ac mali distinguuntur, quod illi iuxta impietatē suā omni superno auxilio destituti, cladibus humanis, & naturalibus, dæmoniacis item relinquuntur, permitta quicquid velit in eos sœuire fortuna. Hieron. autem dixit, Et vltionem impiorum cernes, vt scilicet claresceret, quid esset corū retributio, cūm retributio Hebræi sit anceps, ad præmium beatitatis, & pœnarum. De quo est apud eos artificis. Græcè hoc dictum *ἀνταντότοις*, cui subest is sensus, vt reddatur quod fecisti, si male, in malum, si bene, in bonum. Tantūdem, ac simile recipias, quod feceris. Hoc Latinè dicitur vindicta, Græcè *τίσις*. Inde Tisiphone, id ipsum quod datur impiis, & quæ dat. Græcè quoque hanc retributionem interpretantur *πινελέας*, supplicium, pœnam, vltionem. Verius autem est vt dicas iuxta Hieronymum, impiorum, quām peccatorū quod Hebraicè sit *ψυχὴ refaim*, quos etiam ipsi Septuaginta in primo psalmo dixerunt *ἄτελες*, impios.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Refugium.

VXTA Auen Esra, & Dauid, verba sunt Vatis ad virum probum, ac sanctum. Quoniam tu dixisti, Deum refugium meum, Altissimum posuisti præsidium sive refugium tuum, altissimum habes præsidium magnum, robustum, cūm dicis Deum esse spem tuam. At Rabī Salomon hoc secundum ad ipsum Deum dici, Altissimum posuisti tu Domine habitaculum tuum. Nam quod Septuaginta dixerunt, *χαρούντη*, refugium, est Hebraicè *ψυχὴ meonka*, habitaculum tuum. Et Hieronymus, habitaculum. Erítque sensus, relicta secunda persona, & inducta prima quæ loquatur, quod apud poëtas fit:

Labi

ALabi nō possum, in tuto sunt spes meæ, quoniam tu es ð Deus, spes & portus meus, tu por- *Quoniam tu
es, dominus,*
tus tutissimus, quoniam habitat in excelsis cæli regionibus, non es mortalis, non tibi mor- *spes mea ali-*
tal, sed incorruptibilis, & æterna sedes. Ideo qui in te nititur, sapit, quæsiuit immortale *pote tu.*
nunquamque deficiens refugium, quæsiuit cum qui posset vndeque ferre suppetias. Io-
nathas etiam Chaldaicè dicit, In habitaculo excelso posuisti domum diuinitatis tuæ. Gra-
ci verò iuxta priorem Hebraorum sensum exponunt. E quibus Euthymius, duas hic esse
personas dicit: Primam fidentis in Deum, eum coléti, pij, qui dicat Deum esse spem suam:
alteram recinentis ei Prophetæ. Cūm dicis Deum spem tuam, posuisti Altissimum qui fo-
ret refugium tuum, aut nidum tuum in altissimo vertice locasti, quo nulli scelerato, ac no-
centi detur aditus. Altissimo in loco es, in editissima arce, quo neque arma, & sagittæ, neq;
genus vllum telorū aspireret. Didymus quoque testatur, quod crebrè fiat in psalmis, hic ora-
tionem esse multilam, vt desit, Dixisti, Dixisti, ò vir pie, Tu Domine spes mea. amphibolo-
giamque dissolui ex eo quod sequitur. Dixisti, inquit, Dominum esse spem tuam, speras in
cum, & opem eius imploras, *τίς μαρτυρεῖς τὸν θεόν τοι γέγονεν.* Ergo non deerit tibi prouiden-
tia eius. Burgensis putat redi rationem, cur Deus sit spes sua. Quid sit quod in eum præci-
pue spes nostra sit, aut esse debeat, vtique quia altissimum, nempe tutissimum, maximè se-
curum est hoc auxilium, in quo sensu ferè etiam est Nicolaus, Deum posuisse, exhibuisse se
nobis auxilium altissimum, inaccessum scelerorum telis. Augustinus ad Christum appli-
cat, qui patrem dicat spem, & altissimum refugium suum. Quod post sensum litteralem, id
Best, cognito quid locus innuat, poterit assumi.

Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinqua-
bit tabernaculo tuo.

CED ET *περιστεραῖς*, adueniet, Hebraicè *ψυχὴ thecunna*, incidet, fataliter hære- *Accedere.*
Abit, cadet, adueniet, vt referatur ad fatalia, id est naturalia mala. Nam fatum & natu- *Fatum.*
ra sæpe idem sunt.

*Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem.*

Ab his ergo, quæ natura importet mala tutum pium, fore dicit. Est idem propheta loquens
cum eo, qui superius introducebatur. Malum autem Auen Esra morbos interpretatur, vt
diuersa incommoda quibus humana vita vexari solet, describantur. Primum ea quæ ab ho-
minibus, pōst, quæ à dæmonibus, postremq; quæ à natura. Dicitur etiam Græcè *χαρούντη*. Ori-
genes tamen adhuc de dæmoniacis malis putat dici exponens hæc, *χρεῖαν ἐν τῷ Διάβολῳ*, *τὸν τροοστόλῳ*, *τὸν βλασphemὸν ἐνθεῖ τὸν Νέον*. Superior, inquit, omnibus diabolicis insultibus eris, nec
inde detrimentum accipies. Probatur mihi, quod Hebræi sentiunt, quod maximè claret
ex sequenti. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nam pro *ματίζει*, flagellum, *Flagellum.*
Hebraicè est *ψυχὴ negah*, quod plagam, persecutionēmque sonat. Hieronymus autem tran-
stulit lepram. Quanquam hoc vnicè designari non arbitror, potius vniuersale malum, quæ
persecutiones, plagæ Hebraicè dicuntur, vt plagi maximis flagellatus Pharaon, & decem
eius, licet supernaturales plagiæ. Pulchrè autem flagellum hoc dictum est, quod hoc genere
malorum, & percutimur, & castigamur. Omniaque illata mala flagellum dicuntur.

Quam cum sanguineo sequitur Bellona, flagello.

Nicolaus autem, & Burgensis videntur malum sentire *τὸ θέρος*, malum, quod in moribus
versatur, virtuti contrarium, vitium, Græcè *χαριά*. Flagellum autem poenam illatam culpæ,
in quæ ne cadat pius, Deum fore præsidio. Non vsquequaq; crediderim hæc psalmo prædi-
cari, sed flagellum esse iterationem antedicti mali, vt sit idem malum, & flagellum. Taber- *Malum.*
naculo autem putat Rabī Dauid designari non eum solum qui pius, & fidens in Deum sit,
sed etiam totam eius familiam fore securam, ob probitatem. Nam à patre tota familia de-
pendet, bonorum, & malorum sibi, & suis autore. Si religionem retineat, bona consequa-
tur, bona autem, vt corpus sit integrum, sanum. Tum bona fortunæ non defint, opes, hono-
res, pulchra, sanaque familia. Flagellatur autem pater, dum filii orbatur, dum domus mor-
bis conflictatur. Itaque, quod ait etiam Aristoteles, ciuilis felicitas bonis corporis, & fortu-
næ, quæ nunc designatur, perficitur. Primum quod ait, Non accedet ad te malum: spectat
ad bona corporis. Secundum ne domus flagelletur, ad bona fortunæ, diuitiis, honoribus,
pulchritudine liberorum, constantia. Sed maximum est malorum flagellari familiam, vt
pestilentia, cæterisque id genus atrocissimis morbis. Tabernaculum domus est factis scri- *Taberna-*
culum.

HH iiiij

In deo oritur ptoribus, quod erant Eoi, Orientales, quibus regionibus maximus tabernaculorum, qui bus arcent calores, vsus. Hinc diuus Paulus συντονίδης, factus tabernaculorum. Hinc scenitae Arabes. Et tentoria Æthiopiarum, & pelles Madian.

Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodian te in omnibus viis tuis.

Vt dæmonas occultos hostes, & carnifices, humanarum cladii fitibundos induxit, sic opponit occultos eis protectores, à quibus non solum à dæmonibus defendantur homines, sed etiam à morbis corporis, quorum infligendorum, & arcendorum habent eximiam potestatem. Atque hoc loco protectione generis humani per Angelos, quod omnibus linguis cognitum, & prædicatum est, designatur. Eos ob hanc causam Hebraicus sermo, Græcūque sequutus, vocavit missos, profanæ litteræ Hermas, interpres, nostras ad Deum preces & vota, Dei ad nos iussa, beneficiisque perferentes. Locus is clarè testatur, diuinis illis, inuisibilisque animis, res humanas permislas, traditas à Deo. Hanc assistere noctesque diesque vigiliam. Siquidem & Aristoteles Deos, id est, hos ipsos Angelos testatur remunerari pios, & pro eorum pietate eos αἰτεύμενοι, maioribus beneficiis afficer. Senferuntque & ipsi homines habere superiores quosdam, qui res eorum gubernantes, bonis præcipue, & animum excoletibus, pietatēque tuentibus, adessent. Ed dicuntur milites regni Dei, imperatores, duces, exercitus regni cœlestis, à quo terrestre gubernatur. Hos pastores, ac duces in legibus vocat Plato. Genios eos dixerunt, quod simul ac geniti simus, nobis eos assistere custodes opinarentur, eoque verè, & ex hac theologia dixerunt duos esse cuique genios bonum alterum, alterum malum: vt si bene, ac piè vias, si te sub tutela diuina colloces, bonum genium custodem sis habiturus, si malefactis vitam dedecoros, & impiè transfigere decreueris, continuo à scelerato, & aduerso genio tenearis. Sapientissimeque Plato quod ante Pythagoras, docuit nostrum esse, genios elegere. Dicit enim etiam hæc theologia, si habites in refugio Altissimi, si amicus ei fieri studias, si spes in eum tuas ponas, affuturam tibi geniorum, vel Angelorum bonorum mitten te eos Deo, custodiam. Itaque Angelorum, & geniorum electio nostra esse cōvincitur. Et quod petebat Pythagoras vt Iuppiter doceret quo dæmone, id est genio homines vterentur, ecce docent oracula, ab Ioue ipso fusa, bonos genios bonis futuros, nec ab uno solum genio, sed pluribus etiam pium ac probum defendantum, vt si vel à caterua malorum geniorum appetatur, ipsi dextera, laruāque à bonis oppressi cadant. Vt autem à malis ingenii docent historia, omnēsque litteræ, consentientibus philosophis, diversa malorum genera affligi posse, vt tum sceleratas offerat cogitationes, tum corpus aliqua inaudita ægritudine diuexent, cæterisque id genus malis insultent: sic missi Angelī à Deo, diversa nos custodia, tum à cogitationibus impiis, & impuris, tum à vexatione corporis defendant. At quod dicitur Græcē ἐπέτειος, mandabit, vel præcipiet de te, Hebrei exponunt, propter te, Chaldaicē super te. Et Græci referri hoc loco ostendunt, quod dicitur in Psalmo trigesimo tertio, Immitret Angelus Domini in circuitu timentium eum. Sed rectius potuit transferri παρεύσθαι, castrametabitur, astidebit. Et Abrahā, Dominus mittet Angelum suum ante faciem tuam. Et Iacob, Angelus Domini qui eripuit me ex omnibus malis. Et Tobias, proficisci filio cum Angelo, quem nefciebat, Angelus Domini comitetur vobiscum. Quibus exemplis probatur bonos, fidentesque in Deum, Angelorū custodia in omnibus rebus gerendis muniri. Quo sit necessarium, vt vel à bono vel à malo genio habeamur. Eoque dicuntur beati, ac fortunati Græcē εὐδαίμονες, quibus bonus est genius, quibus eritis in spem Altissimi, est dux vitae verus, in quo felicitas sit. Vt autem raro illata à dæmonibus clades, perspicuae fuerint, sic raro dignoscitur aduentus bonorum Angelorum, partim quod nō adest, quanta oportet adesse pietas, partim quod raro quæ sunt ab vsu quotidiano remotiora, fiunt à Deo. Hinc infrequentia aufert fidem, & quod non fuit semper, putatur à posteris nunquam fuisse: vt si quando fons fluere desisset, nunquam fluxisse crederat. Vias autem pro omni vita, quæ fermè fluuius, & iter quoddam perpetuum, tum pro omniactione esse apud sacras litteras, & Græci agnoverunt.

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem, pedem tuum.

Manus angelorum. E C L A R A T apertius hanc Angelorum custodiam, exemplis visitatis, & oculatis, ho minibūque notis, Ac manus Angelorum, aut propriè accipies, vt cum humana forma cor-

Ama corporibus formosissimis, iuuenes ephebi, imberbes, cudentes, rofis pulicēisque genis, venustissimi adolescentes visabantur, quorum inusitata, diuināque forma incendit Sodomitas illos, vt à tota vrbe ad eos fieret concursus, vt ita te visibiliter manibus illis portent, subleuentque, sicut in illo Sodomitico incendio, cunctantem Lot, cum filiis, manibus correptos, à mox futuro incendio semouerit. Aut tropicē dari manus, sicut & Deo senties. Sic Græci manus nunc interpretantur φυρπηξ διωκειν, vires conseruandi, defensandi. Et Chaldaeus, pro manibus, tropum resoluens dixit πνευμα tekuphechon, potentiam, vires suas. Viribus suis te subnixum portabunt. Et Nicolaus, manus ministerium exponit, ipsam tem-^{Portab.} pē custodiam, ac defensionem. Nec propriè Græcē est Portabunt, sed ἀρχοι, Tollerent, & ele- uabunt, non semper portantes, sed incidente offendiculo, quo ruas, subleuabunt ne cadas, sublatum tenebunt, dum periculum evadas, quod & ipsum tropicum est. Nam lapis est pro omini offendiculo. Eoque diuersis modis acceptus est. Tum enim denotat corporis offendiculum, ruinam, cladem, euersionem, honorū amissionem, insidias paratas, tum prauas, scelestasq; cogitationes, à quibus defendamur à custode. Quod nō Græci solum sentiūt. Nam Euthymius lapidem exponit τὰς δυχίας, temporum, rerūque difficultates, & ἀμαρτίας, τῷ πάντων peccatum, & quicquid est impedimento. Verum etiam Chaldaeus, pro lapi- de dixit ιερά ιερά izra bisha, Cogitationem malam, à qua defenderis. Didymus his omni- genam prouidentiam pulchrè dicit designari. Et, Portabunt, esse perinde ac χειρογράφοι, ποδηγόι, ζωψήροι, αθεύρα, Manibus ducēt, sustinebūt labentem, imbecillum, lapsantē.

B Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leo- nem, & draconem.

E c quoque simili, atque lapidem tropo accipies, vt hæc nocentia, venenata, rapaciāque animalia, aut dæmones designant, à summis detrimentis venenisque fatalibus, funestisque facibus, in sacrī litteris, aspides basiliscos, leones, draconesque ap- pellatos: aut omnigenas calamitates, homines item sceleratos, pestiferos, infidiosos. Sunt autem hic, vt Græci pulchrit in suis nominibus dicunt, ferae ιοσθοι, στρατόποι, quæ mortu, quæ veneni affluti noceant. Potest & ad litteram accipi quod sanctissimi multi accepta super- na custodia, ab his feris attungi non potuerint, eas cuicent, eiecerint etiam. Anagogicē, vt dixi, siue potius tropicē, quod & Græci proponunt, aspis est pro inuidia, spargente similiter & ipsa virus. Basiliscus pro ea quæ Græcē dicitur βασιλία, quasi dixeris fascinationem, quæ fit oculis, crudelitas. Draco pro furore, quod incensus, & rapidus sit. Has autem quas Psal- mus decantat præclaras virtutes, scito solum de perfectis prædicari, de his qui omnem cogitationem, spemque in Deum erexerunt. Quod si quempiam huiusmodi dederis, videbis has in eo, longēque maiores virtutes. Sed pretiosissima, & optima quæque, raro quoque inuentu sunt. Commercium Deorum, in carne esse, & præter carnem viuere, esse in terre- stri corpore cælicolam. Quod rarum inuentu esse, rei magnitudo demonstrat.

C Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum quo- niām cognoui nomen meum.

E R B A sunt Altissimi. Tres enim, quod in omni quoque poëmate elegantissimē fit, hic personæ sunt: Vates ipse carminis autor, vir pius, Deus altus. Nunc Deus loqui- tur. Ac pro πλημνῃ, sperauit, est Hebraicē πνευμα chasak, concupiuit, vel adhæsit aman- ter, vt non leuem, simplicēque spem denotet, sed amorem validum, cultūmque intentif- sum, conglutinationem, vt ait Burgensis. Tales obturauerunt oraleonum, extinxerunt impetum ignis, retuderunt aciem gladij. Vides ergo de quibus hæc prædicentur, vt min- imē sit mirum, si paucos reperias, quibus hæc fidissima vigilat Angelorum custodia. Vult enim Deus nos sui feruidos amatores, vult nihil diffidere, nihil titubare, in eum vnum respi- cere, ei coherere, amans ardenter, cupit redamari. Tunc fiunt miracula, tunc extinguitur ignis, flatus maris sedantur.

Sistere aquam fluiui, & flumina vertere retro. Nihil venenata nocent animalia, ferae rapaces diffugiunt, ratione carentia obsequuntur. Quodque Septu. dixerunt ονειδοῦ, protegam, Hebraicē est πνευμα afagbehu, exaltabo eum, ^{Sperare.} honorabo, glorificabo. Nam qui quæ summē nocere debuissent, asscutus est, vt cogeret, ne noceret, magnum decus, noménque supra mortalitatem est asscutus. Quas laudes, qualem etiam venerationē obtinuerunt sanctissimi, amicissimique Deo, quos magis coluit

cognitio no. posteritas, quā summos, potentissimōsque imperatores. Is est verus honor, cuius sunt omni pauci particeps. Has igitur difficultates diuino beneficio superasse, ex acerbisque clā dibus, quod ceteris non item datum sit, euasisse, iure, gloria dicitur. Atque, Auen Esra vult
No. me. hoc verba esse Dei ad Angelos, vt hoc sit preceptum quod mandet Angelis propter seruū Dci, quia dicat eis, Iste cultor meus cognoscit nōmen meum, sperauit in me. Idcirco statui prouchere eum: sit in omni vexatione securus, & vt Græci aiunt, cripitatur ἐξατῶν καὶ ἀπεγνῶν ἔχον, à visilibus, & inuisibilibus inimicis. Duo quoq; dixit more suo fermē aequipollentia. Sperauit in me, cognovit nōmen meum, alterum alterius explicatio. Si nefcis quid valeat cognoscere nōmen eius, audis esse sperare, vel concupiscere eum, ei conglutinari. Ex cognitione spes, ex spe cognitio. Qui sperat cognoscit. Nec sperare quidem posset, vel concupiscere, nisi cognosceret. Deus tametsi perfecte non cognoscitur à nobis, at aliquid cognoscitur. Scitur immortalis, scitur omnipotens, benevolus, generis humani protectōr. Multaque alia possimus in eum perinde, ac si vidissimus oculis, facile sperare. Nomen autem Dei pro ipso Deo, Hebraici sermonis est usurpare. Burgenis, nomen Dei, pro fide, ac pietate, ac religione, prius magis atritet.

Clamabit ad me, exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione,
 eripiam eum, & glorificabo eum.

clamare. O R V N D E M relatio, sperauit, & clamauit. Ideo clamauit, quia sperauit. Concepta animo spes, vox eruptit. Aut si non eruptit, animi ad Deum intentissima eleuatur. Hebraicē dicitur, Clamor, quod fuit vocatio etiā mente, corde. Dicit insipiēs in corde. Salomon dixit in corde suo vt afflueret diuiniti. Deus dixit vt fieret, vel esset lux. Est igitur clamor etiā mentis. Qui si recte perpendas, haud aliud est, quād quod superius, sperauit vel concupiuit, adhæsit mihi. Postulauit, ad se animo, mentēque attraxit. Sic exaudire intelleges, quod apertius nunc transtulerunt Septuag. Nam Hebraicē est respōdebo. Ipse, inquit, clamabit, ego verō exaudiam. Responsionem, quā fit ore, exauditionem illi transtulerunt, quam intelligis, non humanam videlicet auditionem, sed diuinam quandam, & maximam, vniuersalem, aures regias, cunctas etiam cogitationes, exaudientes. Sic esse tribulationis comitem, idem fermē est. Tribulatio Græcum est, à τραύμα, attero, vexo, qua soli, vt reor. Ecclesiastici Latini vtuntur, attrito, vexatio, pro eo Hebraicē τρίων zara, angustia, pressura. Premimur, cùm vexamur, cùm atterimur. Est Deus in mediis vexationibus nobiscum, si inquit, si inquit, si aduocatur, sed à piis præcipue. Superius mittebat Angelos suos, nūc adest ipse. Non solum autem eripit, sed etiam efficit illustrem, & cōspicuum, quem eripit, qui premeretur, erigit ad sidera, tollit in altum. Sic exaltatur cornua iusti, tum ad præsentis vitæ calamitates, honorēque referantur, tum æterna bona, eadem ratione vigente in æternis, atque corporeis. Qua probitate tē Deus à cladibus corporis defendit, eadem æternis suppliciis liberatum ducet ad superos. Vbiique locuples pietas, largiens non æterna solum, sed etiam præsentia bona. Latini igitur, & Græci æternam etiam glorificationem, sempiternosque honores intellexerunt, vt declarant sequentia.

Longitudine dierum replebo eum & ostendam illi salutare meum.

longit. die. repl. eum. V X T A primam verborum apparentiam, hæc cum superioribus consonabunt, vt referantur ad corporea. Cùm Deus erexit homines amantes sui, efficit vt vitæ metas longius proferant, quale largitus est iustissimo Iob, cui post duras vexationes illas vivendi spatiū amplū concessit: viuaces etiam iustissimos quosque fuisse, vt Abraham, Moses, Ioseph, ceterorūque turba piorum, constat: protegēt igitur iustos Deo, viuendi curfus, inquit, nulla clade interpolabitur. Venies beatus ad senectam, longævus, vitæq; longitudine satiatus. Nam pro Adimplebo eum, eti idem est, Hebraicē ὑπέρων asbielu, satiabo eum. Memorabile autem est, ac penè prodigiosum testimonium Hebræorum exponentium hunc locum, qui quoniam duo hic dicuntur, Longitudo dierum, & Salutare meum: primum referri contendunt ad vitæ huius spatium, secundum ad æternitatem. Ac pro Salutare meum, Hebraicē est τριών Iesuathi, quod præcisè sonat Iesum meum, siue salutem meam. Cūmque dicat psalmus, Et ostendam illi salutare meum, est, Et ostendam illi Iesum meum. Hunc Iesum, hanc salutem Auen Esra, & Rabi Dauid vitam æternam testatur esse. Nec eorū testimonio sempiterna gloria, quā promittat Deus adhærentibus, siue amantibus,

Atibus, est aliud quād I E S V S. Siquidem Rabi Dauid secutus Auen Esra ait, Longitudine dierum in mundo isto, satiabo eum. Et in mundo futuro faciam ei videre I E S V M meum, quia salua erit anima eius coram me. Tum subdit, Aut totum spectat ad mūdum futurum, aut, inquit, expones I E S V M meum, dies I E S V, in aduentu regis Messiae: vt fermē dicat, Si in exilio isto, siue captiuitate, sanctus, ac probus, morietur, ostendam tamen ei I E S V M, cùm liberauero Israēl de captiuitate, quoniam resuscitabo eum in resurrectione mortuorum, quā erit in tempore I E S V, id est salutis. Hæc ait Hebreus. Quibus contra suam perfidiam, & pro vera religione, ac pietate, nihil potuit dici efficacius, veritate, ex inimico ore testimonium claritatis suæ exculpente. Qui si saperent, si tandem renunciare infelici pertinaciae vellent, cognoscerent utique hodiernam veram esse religionem, cui & ipsi cæci, ignarique ferant testimonium. Voco enim prudentes, & accuratos ad hæc diligenter inspicienda, & quid ab illa gente ex sacris oraculis sentiantur, consideranda. Multa enim sunt, quā maximē à prudentissimo quoque debeant hic animaduerti. Sentiunt primum bona semper, ad quā non posse alia ratione pertingi, nisi quād I E S V S. C H R I S T V S aperuit primus, certum est. Si enim per pietatem, benitatem, mansuetudinem, tolerantiam aduersarum, iniquarūque rerum, ad superos perueniatur, harum profecto princeps, & doctor virtutum maximē fuit Christus, qui nobis hanc viam dicit, & factis primus ostēdit. Agnoscent etiam felicitatem perfectam in caducis esse non posse, ascendūntque ratione, & natura per instinctus gradiēt suos ad bona quā docuit Christus. Tum hanc salutem, & hæc Bbona appellant nomine illo sanctissimo I E S V, omnibus oraculis celeberrimo, & dicunt hanc esse veram felicitatem, æternāque beatitudinem, vt conueniant, etiam inuiti, cum Christianis istum I E S V M, & salutem in altissimis mundi partibus, in bonis sempiternis esse, & simili vocant nomine, ea æterna bona I E S V. Nihil autem dedit haec tenus I E S V S nos, sed promisit deificationem, ad quam inuitauit, & horrustratus est, impedimentaq; viæ remouit veniens de cælo, vt iure I E S V S, id est salus sit ab oraculis dictis, liberans à corruptione, ad vitam optimam, ac regiam addūcens. Ad quam cùm nos ille maximē excitavit, nihil tale, antiqua religione, aut certe obscurè promittente, hunc Hebrei maximē suscipere deberent, qui fuit autor tantæ salutis, quam & ipsi ex parte soñiant. Tum aperte dicit I E S V M esse dies Messiae, coniungentes I E S V M, & Messiam, aduentūque eius, dies magnæ salutis vocantes. Præterea, quod mirabilissimum est, resurrectionem mortuorum confitentur, cāmque futuram dicunt in diebus Messiae, appellantes hanc resurrectionem, I E S V M. Ecce ob hoc seruator dictus est à nobis, quia extincta morte, reddet nos immortales, mortuus ipse pro nobis, & primus resurgēs, resurrectos omnes qui mortui fuissent, ostendens, futurosque omnes demonstrans, qualis ipse fuisset. Cur igitur non hunc maxime recipiunt, quem ipsa theologia, & ratio docuit resurrectio primū, vt in eo cuncti resurgerēt? Respondeant etiam, quoniam tempore Messiae futura est resurrectio, ea per quænam erit, cùm mortalis, vt dicunt, sit Messias? Et num illi ipsi resurgent, iteratō morientur? Quid enim fiet post resurrectionem mortuorum, si Messias erit mortalis, & filios post se relinquat? Vbi habitabunt hi qui resurrexisse? Num etiam Hebrei illius temporis mortales, vel immortales erunt? Si mortales, necessaria semper erit aliquorum resurrectio, ne ceteris morientibus, alij viuant immortales. Et quomodo fieri potest, vt sit mortalis Messias, cùm tanta plebs vilis, futura sit per resurrectionem immortalis ipso morituro, & prolem post se relicturo? Certè igitur si quis dicta corum consideret, mirabitur, ac miserebitur cætitatem, confitentium quidem veritatē, sed quoniam vti est, ponere recusant, impossibilia necessario statuent. Non potest enim esse resurrectio, nisi per Deum, nec ea debet esse, nisi in fine omnī rerum, nullis post hac, in mundo, hominibus, qui perinde, ac nunc nascatur, ac moriantur, futuris. Ac nisi hæc cōstituantur, vt cōstituit theologia cælestis implicata, & impedita, impossibiliaq; sequentur. Itaq; & Auen Esra hanc rupit vocem, Et ostēdam illi salutare meū. Sensus est, inquit, Et delectabitur in splendore diuino, in splendore Shekina, id est diuinę maiestatis. Quod quidem est verus Iesus, siue salutare Dei, vel ad dies Messiae spectat. Hæc ille dixit, totumq; expositum est à Rabi Dauid, vt siue ad gloriam cælestem, siue dies Messiae, salutemq; per eum afferendam pertineat, nō sit aliud quād Christus ipse hominibus reuelatus ē cælo, in quo omnium vota cōquiescent, vt ita sit vniuersale bonū, sicut est vniuersalis causa, & esse, multo magis quād cælo, & terra. Igitur & Christiani, & Hebrei concordeshanc glorificationem, & salutē intelligent eam, qua superatis diuino bēneficio omnibus vitæ huius vexationibus, & incommodis, triumphabitus in cælo. Amen.

S P A L M V S refertur in Dauid, apud Hebræos. Et Chaldaeus interpres, cui solitum est eos sensus, qui penes doctiores de summis & occultis rebus latitant, proponere, Hebraico titulo simpliciter habenti τῷ Δαυΐδι ipsius Dauid, auctoris Dauid, adiecit dicens, per manum Dauid cantatus, aut dictus est in prophetia. Manus visitata illi genti phrasit, autoritatem, id est eum qui auctor, & inuentor carminis fuisse, designat: quia omnibus propè corporeis actionibus fungente manu, iure ea nominata, quoniam corporeis incorporeas, actionesque animi significamus, omnis operatio, & auctoritas, id est, operandi facultas, & principium, intelligitur. Prophetiam dixit raptum mentis diuinum, statum quo supra mortalitatem, relictâ conditione terrena, tollitur animus, ac subleuatur in deificationem Angelorum, ac Deorum societatem receptus, qua tum gaudia cælestia sentiat, tum vagus, & vinculis corporeis expeditus præterita latius, ac præsentia, futuraque perspiciat, in corpore quædam cælestis, & æternæ vita imago. Huc felix anima sublata, gaudia quæ vidit & sensit, tum maiorem quam natura nobis, inter corporeas umbras, versantibus ostendat, rerum diuinorum scientiam, modulato, lætique spiritualibus gaudiis animo, deferuente voce, depropulsit, prophetiam non solum futurarum rerum ac præteritarum, sed præsentium quoque humanæ naturæ obscurarum, latam scientiam appellante prædicto interprete. Referuntur autem gratiae hoc psalmo de pœnigili prouidentia diuina, super rebus humanis, nunquam bonitatem in nobis conseruandis suam interpolente, vitamque nostram assidua & indeficiente custodia gubernante, condonante quoque nobis peccata: ut sit altissima quædam de prouidentia, philosophia, indefessa voce per omnes sacras litteras à Prophetis, oraculis, exemplis, signis, symbolis significata. Cuius insigne, singularèque exemplum, & indicium voluit etiam esse cum primis, cum flamam æternam in templo ardere iussit, quo diuinorum beneficiorum nunquam nobis deficiens signum indicari, Philon testis, ἐπὶ Διονύσῳ θεῷ οὐχ εἶτε δενδροῖς ἀνέλαμψε. Nam cùm sint Dei erga nos perennia, & incessabilia, nusquamque internista beneficia, quibus noctes, atque dies fruimur: congruè quoque perpetuae memoria, & agendarum gratiarum symbolum flamma sacra, semperque inextincta accendatur. Itaque ut ipse loquar duo proposita fuerant, tum æternæ benignitatis signum, tum æternæ actionis gratiarum, utrumque flamma signante. Sic iste psalmus est, ut Græci quoque dicunt, εὐχαρισθεος, reddendis gratias factus, ut possit esse perpetua flammæ loco, quibus meminisse sui creatoris cupido incessit. Fuerunt autem quibus videretur ad captiuos & exiles in Babylone referendus. In qua sententia Hebræi nonnulli sunt, & Græci, Dauid inquit, etiam ipsi psalmus pronuntiatus est ore captiuarum, aut pro captiuis, & exilibus. In quibus sanctior quisque, & sapientior hæc canebat. Eodem consensu apud Græcos inuenies. Δικαιοῦ θεοῦ εἴρη αὐτὸς τοις πετραις γένοις, καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ ζωὴν. Videtur, ait, is esse præcedenti consentaneus, & eiusdem argumenti, in illo qui erant in Babylone, calamitates lugentes, Deum efflagitare redditum inducebantur, hic assecuti quod postulassent gratias referre. Ipse potius omnibus hominibus, & acerbiore seruitute liberatis, maiorēmque libertatem consecutis congruere dixerim. Hæc illi. Quæ posterius dicta sunt, ut maiora referantur, quam Babylonicae captiuitatis liberatio, mihi maximè probantur. Cuius sunt multa indicia. Primù quod agit de lege lata Moysi, agit de reparata iuuenta, agit de miseratione diuina, his qui seruant mandata eius: qui autem erant in Babylone, potius prævaricati fuerant. Deinde mirabile esset, cur semel saltem illius captiuitatis non meminisset, non Babylonem, non redditum nominasset, quod sit his in libris, quibus est de captiuitate sermo. Quomodo etiam ipsi Dauid inscribitur psalmus tam à captiuitate longinquus: quid opòrtebat eum de captiuitate, de redditu iam absente vaticinari, quasi illa libertas esset æternum, vniuersale bonum? Credendum igitur ita falli illos Hebræos qui hæc dicunt, sicut cùm diuinitatem Messiae, faciunt humanitatem, & regnum eius cœlestis faciunt terrenum, æternum, corruptibile: libertatem animorum, libertatem corporum, opes æternas, & inestimabiles, educas, mortales, paruipendendas: omnia videlicet quodam cæco scopo depravantes. Nam cùm optimam, altissimamque philosophiam, à maioribus suis Prophetis, nominatis, & occultis accepissent, ipsi quodam infeli, nunquamque sanibili iudicio cuncta peruerterunt. Non talia igitur apud Iosephum, Philonem, aliisque quos horum similes fuisse credendum est, sed longè meliorem philosophiam à corporeis recedētem inuenias. Hanc, igitur

Agitur hoc psalmo credendum est de summa, & vniuersali rerum humānarum prouidentia doceri, sicut in sequenti de vniuersali creatione, atque dominatu Dei decantabit. Constat enim psalmos varias philosophiæ partes amplecti, quæ est eorum admiranda maiestas.

B Enedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

E N E D I C T I O , si quis interiores causas eius perscrutetur, est benevolentia, accensio, & vehementis amoris erga autorem, patremque hominum, ac Deorum testimonium, ac indicium. Laudamus autem, ac benedicimus eum gratiasque agimus, scelerata atque impia oblitione bonitatis sua nos inuolui non sinentes, memoriæ suorum apud nos beneficiorum, id sit certum signum. Homerus, à quo multa, licet quibus sacras litteras illustremus, accipere, Deos laudatur, dicturisque in eos quasi & ipse psalmos, & odes, hoc fecit exordium:

Μήσουμα γέ δε λαθαρμα γέ πόλλαρος εγέτειο.

Sum memor, atque tu nūnquam obliuiscar Apollo.

Is autem affectus memoriarum diuinarum, & inclinationis amoris, dulcisq; erga eum charitatis, ad eum mouebat pios vt omnia membra, & instrumenta corporis ad eum laudandum con-

B vocarent: referentes scilicet quod in lege fuerat præceptum, Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus cogitationibus tuis. Is enim amor debet esse diuinus. Si Deus optimus est, si maximus est δόκιμος, si, vt ait Aristoteles εὐφείας, formosissimus, certè dignus est in quo amando, non modò incendamur, sed inse-
faniamus etiam. Sed quoniam pulchritudo eius est abscondita oculis mortaliibus indignis, qui cām intueantur, tempus erit cūm natura inuisibilis, ipsa se faciens animo, & oculis spe-
cialebile omnium gentium in se stupentia ora conuertat. Interea cernit animo tantum, & ex operibus fit piis, ac sapientibus manifesta. Quod ergo dicit, Et omnia quæ intra me sunt, est hyperbole, & tota amoris, laudandiq; Dei cupiditatis expressio: sicut alibi, Omnia intra me sunt, osa mea dicent, Domine quis similis tibi? Et quæ Septuaginta dixerunt, τὰ εἴρησα, quæ in-
tra me sunt, vel interiora mea, vt redditum est in Psalterio Augusti. In Hebraico sunt τὰ εἴρησα, κερabai, præcordia mea, interiora, viscera mea, vt Hieronymus dixit. Eaque Hebrei dicunt esse renes, cor. Eusebiusque nō iniuria membra post animam, ait ad laudandum Deum con-
uocata, vt que per totum corpus diuersas habens facultates, eas per membra & organa ex-
equatur, vt conuocatio membrorum sit quasi animæ facultatem ad suam arcem, & ad principatum, quasi vires suas per omne corpus distributas, magnum factura opus, anima ad se reuocet ministros suos, ad auxilium præstandum sibi in re tam præclara concurrere iubeat, eos maximè ministros, quibus ipsa ad cōseruationem sui cum primis vtitur, principalesque habent in regno suo partes. Ea sunt præcordia, quibus cor, & renes aliaq; circumsparsæ virtutes intelliguntur. Hæc bene diuus Hierony. in suo Hebraico Psalterio transtu-
lit viscera. Et superiores Euthymius secutus, interpretatus τὰς δινάμεις, τὰς εὐθυμίεις, τὰς λογο-
μάς, facultates, cogitationes, considerationes. Augustinus idem. Nihil ferè variant ab his, quæ alio sensu dicuntur, interiora pro corpore toto accepta. Et Chaldaeus dixit, Et omnis structura corporis mei. Enumerantque Hebræi, animæ facultates per instrumenta corpo-
ris, quæ eo nomine putant comprehendendi, vt guttur ad vocem, stomachum ad cibos dige-
rendos, iecur ad furorem, sicut & Plato ponēs sedem furoris iecur, fel ad inuidiam, ac liuo-
rem, cæteraque id genus nota. Ac quoniam dixit primo, Dominum, secundo, Nomen san-
ctum eius: videtur duplex i petitiō, vt prius animam, posterius eam referentia viscera, vel
interiora induxit, sic prius Dominum, posterius Nomen eius, quo portatur ad aures no-
stras, in mentem penetrat. Vehiculum animæ membra sunt præcipue interiora, vehiculum
Dei nōmē eius, sicut omnia nomina, omniū significatarum rerū sunt vehicula. Ac pulchra,
ex isto loco accepta occasione, veteres Hebræi sunt philosophati, quia Deus, & anima, &
corpus, seu viscera nominantur, conferentes inter se, vt, Benedic anima Deum, cui est
varia cum eo similitudo, vt anima implet corpus, sic Deum implere totum mundum. Ani-
ma portat, ducit, regitq; corpus, sic Deum omnem mūdum, vnam singularemque esse ani-
mam in corpore, sic in omni mundo suo, vnum esse singularem Deum. Animam perficere
corpus, sic item Deum, vniuersum. Animā non comedere, nec bibere viuentē, Deum item

his non vti: Animam putam esse, & supra naturam à corpore, nec infici corpore: sic purissimum Deum esse supra mundum. Animam videre, & non videri, Deum quoque omnia vide, à nemine viderit: vt nemo sit qui noscat vnde anima accesserit in corpus, locūq; eius, & sedes ignoratur, sic nesciri locum diuinitatis, quia etiam animalia sancta, id est, Angeli, apud Esiam circumstantes thronum Dei, ac tegentes ipsum, nescirent locum eius, sed ipse solus, eoque vociferabantur, Benedicta gloria Domini de loco sancto suo. Alij ex eis pulchre dixerunt, quinque ab hoc ad finem sequentis psalmi inueniri animam benedicere Dominum, vt referatur quinque ipsius status: Primus cum esset in utero matris, alter cum egreditur in auras, tertius cum huc atque illuc ingreditur, quartus cum recedit de mundo, vt pro quinque memorabilibus rebus quintuplicem persoluat. Hac autem eò vel maximè protuli, vt intelligas etiam antiquos suos resurrectionem, redditumque animarum ad corpora agnouisse. Qua Pythagoras ab Ægyptiis vbi theologia Hebraeorū, antiquarūque gentium philosophia celebrabatur accipiens, vocauit παλιγνεσία, redditū scilicet animarum ad corpora, & regenerationem, cum sederit filius hominis, quam siue ipse, siue alij non intelligentes, crediderunt esse animarum ad corpora redditum in hunc mundum, eodem atque prius modo, sequutura non cognoscentes, iudicium scilicet, & ascensum ad superos, eadem corpoream restitutionem existimantes. Comparisonem quoque animæ cum Deo, etiam apud Aristotelem inuenies. Illud quoque obseruamus, Hebraica ferè vnius linguae proprium esse nomen Dei, pro ipso Deo accipere, quod quidem secus quā par esset, arbitrator à posterioribus usurpatum, nomina diuina magis quā his ipsis significatum, venerantibus: omnēq; Hebraorum theologiam, & pietatem, ac cultū inuenies in his nominibus versari, vt quoniam ea tantopere venerantur, omnēq; huc speculationem, studiūque contentulerunt: necesse sit dicere apud eos hanc idolatriæ esse formā: vt cum Christianos accidunt, quōd imagines venerantur, merito eis obici possit, ita eos immoderate nomina venerari, sicut qui nimium imagines amplectuntur. Omnis apud eos virtus in nominibus constituitur, auditio aliquo diuino nomine pronilabutur. Litteras etiā quadā religione disponit, ac scribunt. In factis igitur litteris de nominibus rarius religio seruatur, & seruatur superstitione exclusa. Chaldaeus ob hanc supradictam arbitror causam, multis in locis vbi inducit, Dominus aut Deus benedicendus, nomen Dei adhibet. Et hic, Benedic anima mea Dominum, dixit, nomen Domini. Et apud eos nomen, id est ων shem, κατ' ἔξοχη signat non men diuinum. Ac pro sancto eius, Hebraico more est ων kadsho, sanctitatis eius, denominatio pro re dominata. Sanctum autem quid sit, licet ex Græco noscere οὐκον, quasi sine terra. Quoniam autē terra est densius, & impurius elementum, ea parentia, & ab ea distans, purioria, meliora, sanctiora. Sic nomen Dei, non quidem ipsum ceteris purius nominibus, sed quia eo res sanctissima, incorruptissima, mundissima significatur. Sicut sacra sunt vestes, quas sacerdos aliquis, ac pius induisset. Et sacri calices, sacra domus ac sancta, sancta sacerdotum manus, omnia sanctitatem nō à se, sed aliunde nanciscentia. Sic Dei sanctum non men, rei purissimæ, ac sanctissimæ vehiculum.

Benedic anima mea Dominum, & noli obliuisci omnes retributions eius.

RIMA: benedictio fuit propter magnitudinem, ac sanctitatem, secunda propter beneficia: quæ etiā summa bonitas eius non præstare nequeat, tamen si non præstaret, adhuc eam venerari nos deceret. Multo autem magis conuenit nos esse eius benedictentes, quōd ad magnam sanctitatem accedit eius erga nos magnitudo beneficiorū. Hanc repetitionem bene etiā Græci dicunt esse θάρσον intensiōnē, augmentum. Augustinusq; ait repetitionem esse exhortationem. Obliuio dicitur Hebraicē ων shachak, quod quidē, vt alia pleraq; apud eos, apparet mutata vna littera esse ων chashak obtenebravit, inhorruit. Interposita enim littera cherh, vt sit media, quæ prima esset, ex obscuritate fit obliuio. Verè igitur nomen obliuionis, est nomen tenebrarum. Vnde Græcē in contrarium dicitur φαντασία quasi φάντασία, sedes luminis, statio lucis. Et exaduerso fugam mētis, obtenebrationem dicunt ζετοδινία. Et à φάντασίᾳ appareo, dicuntur φάντασία, φαντασία, lumen, luminaria. Orpheusque ait appellatum Solem φαντασία, Phaneta, ὅπις φαντασία, quia primus visus est. Et per eum omnia corporea videri coepérunt. Ex quibus videmus scientiam, & cognitionem appellari lucem, & cum luce, habere animum nostrum cum intelligit, cognitionem, sic inscitiam, dici tenebras. Acquiritque lucem animus, cum intelligit, veritatque animo rem cognitam:

Nomen.
sanctum.

Āmos.
sanctus.

Eccles. 3.6

Palingenesia.
In qua heresi, &
Druidæ fuerunt.
Nomē Dei.

Agnitam: in tenebras autem delabitur, cum in obliuionem se rapi permittit. Necesse autem est illam fuisse maxime obscuritatem, que pepulit maximā lucem. Sicut ergo extincta luce succidunt tenebrae, sic abeunte cognitione, obliuio tanquam opacitas consequitur. Ut autem veritas est fuga obliuionis, dicitur enim ἀληθεία quasi sine λόγῳ, obliuione: sic obliuionē necesse est esse priuationem, sive parentiam veritatis. Caret igitur veritate, & luce, quem occupauit obliuio. Hac autem mentis obscuratio, ceteris in rebus non ita fortasse magni referat, in re autem fulgentissima mente caligare, tenebrosumq; esse, multò est miserabilius. Intelligimus ergo quid sit obliuisci. Dei autem obliuisci facile possumus, vt qui sit inuisibilis, soloque animo opera eius contemplanti spectabilis. Quod nisi faciamus quod ille praecipit, vt eum & surges, & cubantes, & ingredientes, in omnique opere cogitemus, memoriamque in eo meditando exercemus, facile ex animo labatur, cuius miseria plena est terra. Retributiones autē dixit beneficia, & Symmachus pro ἀνταπόδοσε, quo vñ sunt Sept. posuit εὐεργεσία, beneficia. Sed & ipsi Sept. interdum hoc verbum transferunt εὐεργέτην, benefacere. Vox Hebraica ἡμεῖς ghemul, variat ad bonum, & malum, & priuato suo modo, quicquid impenditur, tribuiturque, hac voce exprimit, & ghemul dicunt præmium. Retributiones autem sunt à Deo, vt Græci docent, quid beneficiis acceptis, gratiam autē memoriam non reddentibus nobis, sed in eum peccantibus, hæc ille minimè moratus, retrahit bona pro malis. Quod Augustinus pulchre innuens, Non tributiones, inquit, sed retrahitiones. Aliud enim debebatur, & redditum est, quod non debebatur.

Retributio
nes.

Merita.

B

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

PROPITIARI Græcē dixerunt Septuagin. εὐλατεῖν, ab εὐ bene, εἰως placidus, mitis, propitiatio. propitius. Hebraicē dicitur נְאַלְעָה salach, significante ignoscere, offensam dimittere, condonare. Eadēque res diuersos habens modos, à diuersis ipsis, in linguis est vocata, vt enim qui hominem vocarunt, à diuersis considerationibus in omni lingua mouebantur, Hebreæ, & Latina conueniente, ab opificio primæuo corporis, primāq; origine, antequam animatus esset, humum, id est Adam, vel terrigenam, vocantibus, Græci non item, sed οὐθεὶς ποσ, quasi δύω ἀρρεφούσων, sursum prospiciens vultu. Sic res ista condonandi à Græcis dicitur, ab animi dulcedine, mansuetudine æquitate. Iratus enim animus quasi fluctuat, tolluntq; se ēvndæ, mitigatus conquiescit, fitq; æqualis, lenis, non asper, nam asperitas ab inæqualitate est, hancque animi dulcedinem, & æquitatem, sepe à cælesti Rege deprecamur. Vox autem Latina cōdonandi, quod & Italica lingua retinuit, perdonare, maiora quādam designat. Simul ac enim peccamus, ad pœnam obligamur. Ideo dicunt, soluere pœnam. peccata soluta. Atque omne peccatum, aut est aduersus homines, aut aduersus Deum. Omne quidem aduersus homines peccatum, est etiam aduersus Deum, ad quem omnia peccata, legem vniuersi, ius vniuersale reuocantur. Sed quoniam fieri possunt peccata, quæ non ita aliuntur. quem hominem attingant, hæc ad Deum, vt dixi, tandem reducuntur. Nam quicquid peccamus, Deum putamus nos offendisse. Vt autem in homines peccamus, aut honorem, aut opes, & commoda detrahentes, quo facto ad persoluendum, quae abstulissemus, aut ad pœnam obligamur, vt tantudem doleamus, quantum voluptatis percepissimus: sic apud vniuersalem iustitiam, quam saepe indignis modis violamus, in omni pœccato ad pœnam astringimur. Est enim peccatum delapsus ab æquo: Castigatio autem pœnæq; importatio, eius in suum locum restitutio. Hoc vigilat Deus, cernens omnia, vt dignissimè ab antiquis sit prouidentia eius appellata Ἀδραστία, Adrastia, quasi inequitabilis, & εἰρηνεύσιον, fatum, decretem, fixum, immotum, irreuocabile dictum, & ἀτερπόν, inexorabilis, inuertibilis, quia soluere necesse est, nisi aut precibus, aut benefactis mitigetur. Nec priscos latuit diuina prouidentia: nam supradicta, & quas Parcas dicunt, esse nomina diuinæ prouidentiaz, Ari- Parca. stoteles clarus testis est. Fit igitur condonatio, cum ad maximas & plurimas pœnas, ob maxima, & plurima peccata obligatis necesse erat persoluere. Mitigatque animo diuino, aut pœna minuitur, aut in totum oblitteratur. Necesse tamē est aliiquid persoluere. Hac autem semper sequuntur, vbi ratio est, & sapientia, & cognitione, odium est malorum, iuris cupiditas, summāque iustarum rerum delectatio, cui insunt hæc, necesse est eos placere, qui hæc ipsa exequuntur: sic eos dispergere, & amorem ab eis auertere suum, qui non exequuntur. Redire rursus reuersis illis. Nec viderunt, qui Deum immutabilem fecerunt, quæ sapientia, cognitionemq; necessario sequatur. Omnes enim qui in homine, quo nescit, & sa-

Iniquitas. pit, affectus inueniuntur, necesse est habere Deum, ut eum eadem causa faciat misericordem, atque iustum, seuerum. Si displicet malum, placet bonum. Et malis mala, bonis bona retribuit. Bonitas autem ante peccatum, & post peccatum. Quæ prius placuit, posterius placat necesse est. Porro quod ait, Iniquitates, iniquitas Hebraicæ non auon, propriæ Latinæ obliquitas, depravatio, discessus à recto, curuatio. Cum autem rectum sit ipsa lex, ed Græcæ iniquitas dicitur ἀνομία, quasi legis priuatio. Quodque dixit, Qui sanat omnes infirmitates, videtur solita παλαιώσια, & θηταῖς. Quæsi infirmitates Latinus, Græcus νόσος, ægritudines dixit, Hebraicæ νόσοι thachaluai, dolores, quos ægritudines importat. Has & animi, & corporis posse dictas esse, Hebræi assentiuntur, rectius est de morbis animi sentire propter præcedens, pulchritudine est tralatio. Nam & Græci, quos appellat πάθη, morbos, affectus, ad corpus, & animum referunt, & επαθεῖ, affectibus malis dementes dicuntur. Sic apud Latinos ægritudo, & sanitas, insania quoque ad animum tantum. Et sani boni iudicij, bona mentis. Sicque etiam recte sanare dixit Hebraicæ ηρώιν ha rophe, qui curat, medetur. Sunt autem sceleræ, animi morbi, tum quia malè eum afficiunt, dolores afferentia, ut ambitio, ira, metus, cupiditas, tum quia alia ex eis supplicia in corpus, & animū sequuntur. Sanantur ergo cum dimituntur, obliterantur, ne dolor succedat, & pœna. Nec solum medicus est, quia tollit hos morbos, sed quia tollit, ne noceant. Hocque postremum maximè respexit, peccataque ægritudines appellavit, quod hæreat quidem eorum deformitas in animum, sed multò maximè quia tristes pariant fructus, detinentia hominem in plaga, & indignatione diuina, & submouentia omnia bona, sicut ægrotō corpori nulla sunt bona.

Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

Gehenna. O s v n t hæc autem corpoream spectare felicitatem, aut animorum. Si ad corpoream referantur, quam diuinæ clementiæ acceptam referebant, omnium bonorum vberatem à benignitate eius prouenire fatentes, dicemus pro salute, ac vita conseruata primum eum gratias agere; post pro beneficiis quotidianis, à prouidentia diuina, qua volente suppetunt omnia, manatibus. Eoque primum omnia generatim beneficia complectens dixit, Noli obliuisci omnes retributiones eius. Deinde descendit ad eorum particularem explicationem, in quibus tenet primum locum, primumque debitum, ut gratias pro eo habeamus, quod viuimus, sustinemur, alimur. Magnus ait magnos commissus corpore factus. Et quod cius κεχείμελα, indigemus ad viuendum, ut ait Aratus. Et in ipso sumus, & mouemur, eius clementia ab interitu defendimur. Alter est sensus, ut vtranque vitam præcipue futuram respiciat. In qua sententia sunt cum Græcis, etiam Hebræi. Ex quo cognoscas hunc psalmum non spectare exilij Babylonici liberationem, sed vniuersalem Dei erga animos, & corpora seruanda benignitatem. Primùmque Chaldaeus ait, Qui redimis de gehenna vitam tuam. Gehennam, aeternam damnationem Hæbrai (quæ erat peculiaris Christi tempore, inferorum seruata per omnem posteritatem nuncupatio) etiamnum vocant. Estq; gehenna, quod apud poëtas, Erebus, Tartarus, Pyriphlegethon. Et F Hebræi considerantes verbum redimendi, dicunt sâpe homines peccare, vnde latenti sententia damnari mereantur, aut animæ condemnationem necessariò, & amissionem, ut ipsi vocant γένεννα leolam haba, mundi, vel sæculi, vitæ futuræ, incurvant. Deum autem conuersis eis, & pœnitentibus condonare, atque ab impendente morte eos eripere, aut vexationibus corporis, animæ salutem redimere. Ex quibus apparet eorum etiam testimonio alter ille sensus. Græci quoque idem pariter λυτρόν εἰς τὸν δικαῖον φύγειν. Recipientem è periculo animi, & corporis vitam tuam. Interitus autem dixit, quod Hebraicæ στρω shachath, corruptionem, ruinam, deletionem, & Græcæ φθορā, eleganter Latinus interitum, Hierony. iuxta Hebraicum, corruptionem. Idq; habuit Psalterium August. ex Græco. Vnde de duabus inter se contrariis rebus Aristoteles φέρει γενέτος καὶ φθορᾶς, de generatione, & interitum, quasi de esse & nō esse, de aduentu in vitam & recessu. Iure autē condénatio ad pœnas aeternas, & à vera vita expulsio, dicitur interitus. Nihil enim valet, ut ait Iamblichus, esse, nisi adsit bene esse. Ab optima autem vita cælestium triumphorum, ac gaudiorum, delabi in pessimum statum, in luctuosissimum carcerem non modo interitus est, sed omnis alia mors, præ ista, fabula est, sicut omnis vita præ illa, vmbra, imago. Redimere igitur verè, & appositè dixit, vbi mors intentabatur. Et græcæ apud Septuaginta, hoc dicitur, λυτρόθει, vnde λυτρά, ea quæ dantur pro captiuis redimendis. Latinæque est redimere,

iterato

Aiterato emere, & dato aliquo pretio, recipere quod erat amissum. Et nulla virtute redempti dicuntur, quos omnia vitia duxere captiuos, vituperabilèisque fecerunt, nulla virtute interueniente, & dedecore eos liberante. A Deo autem amissam vitam recipimus, nullo pretio dato, sed sola pœnitentia: maxima autem eius humanitate fit, ut vita, & libertas, quam sceleræ abstulissent, gratis ad nos redeat, sola pœnitentia intercedente, quæ vice eorum sit, quæ Græcæ λυτρά dicuntur. Hocque pretio te captiuum apud iustitiam diuinam redimes, si tantum resipiscas. Dicit autem vitam tuam, loquens secum. Anima autem pro ipso dicitur Hebraicæ. Quodque dixit, Qui coronat te in misericordia, & miserationib[us] est diuarum rērum repetitio, solita θηταῖς, ostendens diuinorum beneficiorum multitudinem. Quam etiam per hyperbolēn conatus ostendere, appellauit coronationem, quasi circumfluentiam, exuberantiam. Circundamur vndeque, ac coronamur beneficis diuinis, siue cum tot nostra sceleræ transeunt impune, nec ad peccata totidem ut meriti essemus, pœnae decurrunt, siue cum in contrarium undeque, in omne tempus, bonis eius circumfundimur. Quod est, ait, nostræ vitæ momentum, quæ pars, quam non innumerabilia beneficia diuina sequantur? Quid essemus sine eo, à quo primum viuimus, tum bene, ac beatè si volumus viuimus? Vbi defuisse nobis bonitatem eius, si recte cogitemus, possimus queri, qui per omnes humanitatis, quanti maximè cogitari possum gradus, progressus ad ultimum, & incommemorabilem usque processit, ut nos deificaret. Hæc enim deificatione isto loco præcipue significatur, cum dicitur ab interitu, & illius magni boni priuatione etiam meritos pœnarum nos defendere. O vere beneficium, & tam humanum, quam potentem, paris clementiæ atque potestatis! Hanc igitur infinitam diuinorum bonorum exuberantiam coronam appellauit. Ea autem beneficia duobus nominibus appellauit τὸν chesed, & τὸν rachamaim, quæ iure misericordia, & miserationes traduntur, respondentque liberalitati, humanitati, benignitati. Nam chesed signat benignitatem, beneficium, gratiam. Vnde chesid, sanctus, iustus, beneficis, non solum aliena non rapiens, sed etiam propria largiens, aut beneficia à Deo consecutus. Rachamaim, proprie sunt viscerationes, intimæ commotiones, cum ad mansuetudinem interius contumouemur. Eodemque nomine, & interiores partes, & miserationes dicuntur ab eis, validusque motus ad miserationem hoc designatur. Vnde commota viscera eius. Et, Per viscera misericordia Dei nostri: in quibus hæc est vox. Vere autem nostri Deus miseretur: docent enim, cum scriptura ferè illacrymari super flagitiis nostris, & spiritum sanctum suum confortari. Cum autem videt nos conuerti, placidus, & intimis affectibus permotus recipit, & tum non vult in peccato nos perdere, tum reuertentes recipit humanissime: nunquam durus pater. Duo igitur beneficia prædicabat, & quæ ad conseruationem vitæ pertinent, & quæ sunt condonatio peccatorum, quorum ea est multitudo, ut iure coronatio dicantur. Sic ad suam phrasim dixit alibi, Gloria & honore coronasti eum, enumerans collata beneficia. In autem, obseruatum sâpe, designare, cum.

C. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.

REPLET. Hebraicæ γένεννα hamabia, satiat, exaturat. & pro desiderio, Græcæ στρω, replete, cupido, est in fonte τὸν ediek, quod sonat duo, ornatum tuum, aut os tuum, desiderio, os, vt Psalmō xxi. In chamo & fræno maxillas ore constringe: vbi est τὸν edio, quod exponunt os eius, vel eorum. Ornatum, dixit Hierony. in suo Psalterio. Dicendum igitur iuxta Hebraicum potius os tuum, vt exponunt Hebræi, licet possit etiam stare quod reddidit Hierony. Ac Hebraicæ quasi per hyperbolēn, dictum est, Qui replet bonis os tuum, nempe suavitate, dulcedine, bonumque hoc loco suave designat, & bona dixit suavia, dulcia. Ac volunt id Hebræi respondere ei quod superius dixerat, Qui sanat omnes morbos, aut infirmitates tuas. Vt enim amara sunt omnia ægrotis, sic sano palato dulcia sentiuntur: pulsaque ægritudine, docet inductam suavitatem, vtrōbique felicitatem metaphoræ designans, ibi pulsione morborum, quibus os amaricatur, hic quod faciat os dulcescere: tralationes Hebraicæ. Opulentia, ac felicitas nisi sentiatur, gustetur, non profitit. Ac quanquam totius felicitatis τὸν κρήτην sit mentis solius, omnia circunquaque bona, non solum quæ gustari, ac comediri, sed quibus etiam ornari corpus possit, amicis item beneficia præstari intuentis suavia, tamen ore probantur. Sunt alia bona præterquam oris, quibus felicitas absolvitur. Sed quoniam omnia bona, dulcia, dicuntur, ad unum gustum

*Nescio qua
natale fo-
lū, dulcedi-
ne cunctos,
ducit.*

cuncta reuocantur. Nam etiam si propriè loquamur, non sunt praeterquam in gustu dulcia. At nostri tamen, & Græci alibi dulcedinem statuunt. Nescio qua dulcedine latè. Et Tuumque dulce caput, dulcem vitam, dulce lumen Græci γλωσθυπα, animi dulcedinem. Quid quod eadem metaphora nos, & Græci dicimus gustari felicitatem, degustari mores, degustari sapientiam? Palatum quoque, & saluam iudicium omnium rerum vocamus. Sic & Hebreus dixit, Qui replet suavitate, felicitate, gustum tuum, dedit tibi gustum rerum bonarum, imò affatim gustare fecit, facit te sentire, gustare quæ sint bona. Reliquerunt autem metaphoram Septuag. Nam significatum huius vocis eos nō ignorasse apparuit ex Psalmo prolatu, vbi verterunt hoc nomen maxillam: cupiditatēmque, aut desiderium pro gusto posuerunt, quandoquidem sola bona, vera, aut apparentia desiderantur. Græci postulatione accipiunt omnem petitionem, omne desiderium iusti bonum esse dicentes. Sed paulò secus à fonte. Et Chaldaeus item metaphoram reliquit, Qui replet in bonis *vñr̄* iome sibuo thaik, Dies circuitionis, siue peregrinationis tuae. Hoc autem dixit, vt comprehēderet vtriusque vitæ felicitatem, & vtriusque Deum autorem doceret. Nam subdit, Et ad futuram vitam renouaberis sicut aquila. Stat etiam & huc tendit quod vertit Hierony. ornatum tuum. Sicut enim alibi, Gloria, & honore coronasti, id est circumfusisti, prouexisti eum, sic hoc loco, Qui replet in bonis ornatum tuum, id est decus tuum, gloriam tuam prouexit, omnibus bonis cumulauit. Nihil ad decus, gloriāmque tibi deesse passus est. Vndequaque bonis ornatus, decoratusque es. Videtur tamen prior sensus clarius. In, etiam hoc loco est pro. Cum. Quodque ait, Renouabitur sicut aquila iuuentus tua, Eostensum antiquioris Hebræos hanc renouationem senisse, ad futuram vitam reparatio- aqua. ite. tu. nem, antiquis decantatam, oraculisque cognitam παλινερεῖα, quod Hebræi maiorum di- Chaldaea interpres. eta sequentes, hic confirmant. Nam Chaldaeus interpres est vnu ex his qui ante Christum in Babylone floruerunt, (si modo is non est Aquila proselytus.) Qui ideo vertit ex Hebraico in Chaldaeum sermonem libros sacros, quod vulgaris lingua Hebreorum in captiuitate, quam etiam in Hierusalem deportarunt, esset lingua Chaldeorum, perindeque transtu- lerunt in eam libros sacros, ac si quis nunc Euangeliū, sacrōisque libros, in linguam Italiam, aut Germanicam vertat. Sentiebat igitur hunc locum esse de futura vita. Et Hebræi hoc alio testimonio roborantes, adducunt quod scribitur Iob cap. xxi. Confusum est caro eius à suppliciis, reuertetur ad dies adolescentiæ suæ. Quod Heliu apud Iob recent est inter miracula Dei. Renouatio autem aquilæ alibi in sacris litteris celebratur. Et canimus semper, Sanctorum velut aquilæ iuuentus renouabitur, florebunt sicut lily in ciuitate Domini. Hæc aquilæ renouatio diuersè traditur. Alij, vt diuus Augustinus, quod ei se- nio confectæ, rostrum adeò repandum, & incuruum reddatur, vt cibum capere non licet; languore, & inedia, toto corpore veterascente. Ire eam ad petram, ibique tandem fricare, donec os accommodum ad cibos capiendos fiat. Hancque esse renouationem, quod accepto cibo, corpus omne resuscitat. Aliam tradunt Hebræi, & Graci, quod senio affecta, & auctis nimium alis, & pennis, altissimè ad Solis ardores ascendat, ibique pennis & plu- mis exustis reparetur adiuuentam. Eusebius δέ τοις πάντοις ὑπέρων βασιλικῶν θετητις. μόνον διὰ τὸ φόρον αὐτούς δύναται, γένετο εφορεῖον αὐτῶν. Aquila, inquit, ante omnes aues regia est, altissimi volatus. Sola potest defixè sole intueri. Hic Eusebius nihil de reparatione, per ala- rum exustionem scribit, sed solum altissimum volatum, & defixum in radios solis intui- tum. Euthymius autem, Depones, inquit, debilem senectam, quam morbi, & peccata con- traxerant, δέ τοις πάντοις πέπον, sicut ille senectam alarum. Renouaberis per penitentiam, δέ τοις πάντοις πέπον, sicut ille per alarum repullulationem. Hoc item perhibet Hieronymus, aquilæ senecenti plumas cadere, denuoque renasci. Rabi quoque Sahadias, vt testatur David, ait aquilam ante omnes aues esse maximi volatus, que in altissimum ce- lum, ad ignem elementarem ascendentem, tum se dare in mare præcipitem ob calorem in aliis accensum, sic renouari, repullularéque alas, singulo quoque decimo anno. Centesi- mo in mare, vt solita est, delapsam emori. Commentum Hebraicum. Sunt Græci qui dicat aquilam senecentem fieri validorem. Notis igitur rerum terrenarum exemplis diuinam illam, & omnipotentem, omnib[us]que saeculis celebrem παλινερεῖα, demonstrauit. Exem- ple ex parte, non vsqueaque, in mortalitatem, vt ait Augustinus, referente.

Faciens misericordias Dominus, & iudicium omnibus in-
iuriam patientibus.

MAGNUM

Agnitum & hoc beneficium, prouideri, & gubernari nos à Deo, non committere
*M*eu, vt qui vexant nos, impunes abeant. Pro misericordia, est תְּרוּמַת zedakoth, iu-
stitas, vt vertit Hieronymus. Neque aliud est iustitia quam misericordia, sicut iniuri-
stia crudelitas. Vide oppressos, & vexatos, & non commoueri, quid aliud quam feritas?
Pro iniuriam patientibus, Hierony. Calumniam sustinentibus, id que sonat vox Hebraica
מִשְׁפָּט haesukim, sed idem sunt. Ecce igitur Psalmorum maiestas, maximāque eorum, ac
diuina philosophia, nunc vnum nunc aliud mysterium declarantium. Prædicatur hic Ne-
mesis illa sacra, & Adrastia, ineuitabilisque prouidentia diuinæ necessitas, qua bona bonis,
mala malis prudenter, & certo tempore redduntur: quam non solum hæc cælestia oracula,
sed summo naturæ consensu, sapientissimi quique cognoverunt, & confessi sunt. Hinc
ille de his qui sero à Deo plectuntur, quod tarditatē supplicij grauitate compenset. Ari-
stoteles autem ait tres Parcas designare diuinam, & ineuitabilem prouidentiam, præterita,
præsentia, futura cernentem. Dictam Nemesin, quia vnicuique tribuat, quod meritus est:
Nemesis.
Adrastiam quia ineuitabilis, *Adrastia.* quasi à ētē & ētē semper existentem, circa fortis. Tum con-
cludēs, ταῦτα δὲ ἐν ἀλλοὶ οὐ θέος ταῦτα ξύνεται δίκαιος, ταῦτα δικαιούμενος τοῦ θεοῦ πιεσθεῖς, διὰ δικαιούμενος μέλλον, μακρόν, καὶ εἰδαπόνον τοῦ ἀρρώνος εὐθύς μέτωπος. Hæcque omnia, inquit, non sunt aliud nisi Deus ipse, quem semper sequitur iustitia, eorum qui à lege diuina deficiunt, virtrix, cuius, qui velit esse felix, ac beatus, particeps existit simul, ac venit in lucem. Locus igitur ab Aristotele est declaratus. Nam facere iustitiam, siue misericordiam, & iudicium omnibus
B iniuriam patientibus, est quod sequitur Deum, πιεσθεῖς δίκαιος. Et hoc semper. Similia prorsus
diuinitus locutus est Homerus, Deos peregrinorum habitu versari per urbes,

Ἄθροπον οὐδὲν τε, καὶ εὐωμακον ἐφορῶσε.

Οὐ γάρ σχετικά ἔργα θεοὶ μάκρα φιλέσοι:

Ἄλλα δίκαιων πάντα καὶ στοιχεῖα ἔργα ἀθρόποι.

Spectantes hominum facta iniusta, aut probitatem.

Nanque excetratur Deus impia facta beatus,

Iustitiamque colit: rebus lectur & equis

Ac psalmus duas videtur iustitia complecti partes. Primā quod faciat misericordias, be-
neficia præstans, liberalis, beneficus, fanans ægritudines, deinde iudicū, liberans ab iniuria,
castigans fontes. Hæc autem res, sicut ipse Deus est inuisibilis, ita nec ipsa, vt Vates dixit,
visa tam magis existit, quam si visibilis esset, quam magis ipse Deus est omnipotens, inuisi-
bilis. Ratione enim & veritate magistra probamus rerum inuisibilitatem, non earum esse
tenetatem, sed nostrorum oculorū imbecillitatē. Cum autē Dei sunt omnia plena, licet in-
uisibilis, vt possit inuisibili aéri implenti omnia comparari: sic arbitrari debemus iustitiam
eius inuisibilem per omnem quem creauit mundum vagantem, nihil incognitum, & inex-
ploratum relinquere. Hoc est singulare eius erga nos beneficium, & inauditæ bonitatis si-
gnum, vt iure inter magna ciui munera, sit connumeratum. Nec diffat quod pro iniuriam
patientibus Hierony. dixit, cunctis qui calumnias sustinent. Illud latius, hoc ad, sola verba.

C Notas fecit vias suas Moysi, filiis IsraEl voluntates suas.

Oc quoque fuit incommemorabile, & omnibus gratiis decantandum Dei benefi-
cium, lumine in magnis humanarū tenebrarum erroribus, & auero penè toto mundo
a cultu eius attulisse, donasse sapientiam, & inuisibilem eam visibilem fecisse, vt abun-
dantius diffunderetur. Nihil fuit omnium quæ donati ab eo ab hominibus potuissent me-
lius, quo honorificentius, quo proprius ad naturam eius peruenirent, sapientia. Pro hac,

Non nobis si centum sint lingue, ora que centum,

Ferrea vox, grates personuere dignas,

Poterimus.

Nam quod illis datum fuit, sapiendi principium, ad nos vsque peruenit.
Vias autem dixit μελαφεῖος, quibus incedit ipse, quibus delectatur, cupiditates, studia. Et
Græci eas interpretatur περιμετρα, voluntates. Hebrei quoque dicunt esse περιμετρα, mores eius. Simili locutione vtitur lingua Italica, appellans mores, ambulationes: refer-
turque hoc loco quod dicitur de Mose, cùm postulauit à Deo, vt ostenderet ei vias suas, &
ostendit. Est autem profundæ philosophiae locus de viis Dei, quas scire, & magis sapien-
tia, & felicitatis. Nam omnis miserorum mortalium imperitia, & cæca vita hinc est, quod
ignorantur viæ Dei, aliisque illis ignoratis, capescimus. Plures si eas tenere credentes for-
tasse falluntur. Habet autem Deus ipse, perinde atque homo suas cupiditates, sive instin-

III 44

Qus, ac natura inclinationem. Hæc autem non est nisi quam & sacra litteræ, & omnis phis lofopia clamat, οὐτε τι, colit ius. Placet ei æquitas, latetatur, gaudetque iustitia, est seruantis simus æqui. Talis est enim, vt ait Plato, Deus, si parua licet cōponere magnis, qualis homo iustus. Quicquid placet iusto, & qua via ingreditur, hoc multò maximè Deus, cuius est infinita iustitia. Declaremus autem hanc viarum metaphoram. Nam cū anima nostra in corpore, & corporeis actionibus sit qualis gubernator in nau, auriga in curru, que ad eas vias diriguntur, in quas dux ipse flexit: sic nostra corporis, vitaq; nauicula tendit, quod gubernator direxit. Ac quoniam vita mare est, in quo portus, sunt innumerabilia naufragia, sunt certi ad portus tendentes, ac recti cursus: sic quocunque vitam inflectit mens, quocunque hominem direxit, recte via dictum est. Quasi cursus, quasi nauigatio, sic & vias Dei dixit, præcepta, legemque diuinariu voluntatum indicem, corpus quo continentur ea, quibus vult nos ire per hoc mare. Deus: ipse est auriga in mundo, mundus, & vita, mare vastum, nos nauicula, ipse regat neesse est, & quem docuit cursum, nos tenere oportet. Quemadmodum ergo mens nostra fletit corpus, omnemque hominem in vias dirigit, & alij huc, alij illuc ingrediuntur: sic Deus mens maxima, rectissima ad iustitiam, & æquitatem, ad verum, cælestēmque portum, cursum vult tenere nauim nostram. In qua quoniam est auriga minor, qui posuit maiori resistere, rebellisque esse: tunc fieri acerbum, & lacrimabile naufragium. Et Philon disertissimus super eo de viis Domini, Omnis quippe caro corruperat viam suam, Κατέφθερον οὐσίας τὸν τελείων αἰφέρτης τέλεαν οὖν, τὸν τερός θεός οὐγενεῖον τούτην οὐσίαν διδοὺς ταῦτα οὐ νέα, πολυτελέμενος, εὐθείας, καὶ λεωφόρος ὑπαρχόσις, μετέξει τὸν τερπάν. Ετον αφονεῖται, τὸ δὲ πρώτα την οὐδὲ γνῶσις, δέκινον θεόν. Corruperat, ait, omnis caro aeterni, & incorruptibilis Dei perfectam viam, ad ipsum ducentem. Hanc scito esse sapientiam. Per hanc enim quoniam recta, & regia est, mens ingressa, ad metas aspirat. Meta vero viæ est cognitio, & scientia Dei. Audisti igitur quæ sit via Dei, quis viæ finis. Hoc quoque loco obseruant Hebrai esse futurum pro præterito. Dicitur enim ρωμιοι, nota faciet. Afféruntque exempla, vt, fecerunt vitulum in Oreb, futurum ρωμιοι. Tunc cecinit Moses, futurum ρωμιοι. Tunc ad ificauit Iosue, & hic futurum ρωμιοι. Similiter in sequenti Psalmo, Super montes stabut aquæ, à voce tonitrii tui fugient, formidabunt futura pro præteritis. Quod autem dixit Voluntas suas, est solita repetitio. Et pro Voluntatibus, Hebraicè τῷ θεῷ alioth, quod sonat voluntates, consilia, cogitationes, opera, studia. Ideoque Hieronymus, vertit cogitationes, & ipsi Septuaginta alibi θεων θεων, studia, conatus. Hebrai hic exponunt ρωμιοι maſau opera sua. Cuncta idem, & vt dixi, declaratio prioris. Si expones opera sicut & Chaldaeus vertit, ρωμιοι obadoj, quæ fecit in deserto, sunt illa opera, quæ docuit, quæ monstrauit, quibus se delectari probauit. Sicque idem est.

Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors.

V A T V O R nominibus per Θεον, magnam Dei misericordiam, humanitatēmque declarat. Et est ferè ante dictorum repetitio. Satiari enim non potest hoc sermone. F V timur, vt dixi; hoc quasi torrente, & cohgerie verborum, cū res ingentes ob ocu- los versantur, cū affectus erumpere nostri gestiunt, vt stare loco, & se cōtinere nequeant. Cætera quidem verba ex his quatuor appositiæ ad Hebraicum, & Græcum respondent. Et pro misericors, ne idem verbū repeteret, Hieronymus dixit Clemens. Quod autem Latinus trāstulit Longanimis, non ita fortasse propriæ. Siquidem Græcè ημες, sonat animum, atque iracundiam, furorem. Itaque μαρτυρούμενος, non est longanimis, sed tardæ, longæq; iræ. Et si ea cōpositione ημες, nō animum, sed furem indicat. Quod ostendit vox Hebraica, ad quam Græca formata est. dicitur Hebraicè τῷ θεῷ τῷ τρελον, diuinitatē inexcusabilem, qualem sapientē suum fingebant ipsi, saxeum, ἀνθεντον afferentium. Meritò irriti ab omnibus, & reieci. Tum eorum imprudentia, apud quos vindictæ procrastinatio, fidem aufert prouidentię. En laudatur tanquam maximum beneficium, humanaq; fragilitati necessarium, connuentia, expectatio.

Hanc

AHanc æquè, atque Vates sacer, Euripides agnouit Dei in castigando tarditatem:

Μέλλει, τὸ θέαν δὲ τοῦτον φύει.

Tardat Deus, talisque est ingenio. Talem eum ingenio, naturaq; esse dixit. Vbi est enim summa diuinitas, etiam necessariò summa bonitas, summa mansuetudo. Sapientis est, sibi moderari: constantem, etiam illata iniuria, esse. Hoc quod apud nos tardopere laudatur, non vigebit magis apud Deum. Sed ad Plutarchum, qui locum istum abundè tractauit, lectorum remitto. Simil obseruandum, superius eum dixisse, iudicium eorum qui iniuriam partiantur Deum exequi, nunc ad castigandū, eum esse tardum, temperatū, vt non idcirco cum aut dormitare, aut nescire quid in terris fiat, existimes, quod moderate ad supplicia procedat. Atque potest etiam vox Latina fortasse defendi longaninis, si quis hunc sub ea reddi sensum agnoscat: vt sit longaninis qui sero irascitur, aut iratus differt vindictam. Si enim longaninis est magnanimus, magnanimitas autem præcipue in tolerandis iniuriis existit, (contenit enim magnanimus, omnia inferiora se existimans: & Latini, impotentes, Græci ἐξεργάζονται, quos aut cupiditates, aut iracundia viatos extra decorum rapiunt: vulgo fracti, quassatiq; dicuntur) constat eundem esse magnanimum, atque iniuriarum tolerantem. Et verum sensum Latini non ignorarunt. Hieronymus tamen maluit dicere patiens, quam longaninis. Ac tria prima pertinent ad condonanda peccata, quod præcipuum est beneficium. Postrem, id est, multum misericors, πολυτέλεος, Hebraicè τῷ θεῷ rab chaser, ad alia beneficia, & benignitatis varias formas, sicut sonat Hebraicum.

B

Non in perpetuum irascetur, neque in æternum
commuinabitur.

V A s diuinæ clementiae partes edocet quod neque subito accensus desequit in vindictam, & quod facile obliuiscitur. Et Græci ob hanc causam eum vocant εὐλαβεῖς τελον, reconciliabilem, cum quo facile redditur in gratiam, vt vsquequaque bonitas eius sit manifesta, tum cū creavit mundum & cū res hominum aeternis regit imperiis, & quod placatur, mitescit, etiā indignissimè offensus. eoq; eum pulcherrimè Græci dicunt ἀμέτέτοντες, τοις φιλαθλοταῖς, τὸ πόλεμος, sine fine misericordem humanitatis pelagus. Et in perpetuo Latinus dixit In perpetuum, Græcè dixerunt Sept. εἰς τέλος, in finē. Ex quo intelligis, In finē sonare in æternum: vt miter Latinum interpretet tam clarè nunc, & appositè ad fontem reddidisse, cūm alias solitus sit semper dicere in finem, vt in principiis Psalmorum, nisi à diu Hieronymi interpretatione sit acceptum, qui transtulit in sempiternum. Nam & Psalterium Augustini ex Græco, habet In fine. Hebraicè igitur est ηντι λαζαχ, in perpetuum, in æternum. A quo Septuaginta putant duci mnazeach, eoque in principiis Psalmorum semper vt hoc loco, vertunt εἰς τὸ τέλος, in finem. Quod autem dixerunt Septuaginta οὐκαθίσταται, irascetur, est Hebraicè τῷ ιαριβ, contendet, disceptabit, causam diligenter examinabit. Hinc Chaldaeus ρωμιοι inze, iurgabit, contendet, quale fit in foro. Hieronymus item, Iudicabit. Hæc omnia facit ira, vt bene stet quod Septuaginta dixerunt. Ideo Cenim Deus contendit, & causam examinat, quia sceleris memoria, & indignatio facit eum confistere. Deposita ira, de causa non agitur amplius, quasi lite composita, & de iure suo remittente Deo. Porro tralatio est in Hebraico à iudicibus, à foro, à cauſarum disceptatione, cūm stat ὁ φεύγων, reus, & accusator, & iudex. Nos rei, crimina, accusatores, Deus iudex. Sed is quæ sua est clementia, pronuntiat pro nobis, facile placatus, & iniuriarū oblitus. Ideo intulit, Neque in æternum commuinabitur: quod clarius Hebraicè, & Græcè, τῷ ιατορ, seruabit, iram videlicet, non premens alto, & retinens sub corde dolorem. Non seruat, inquit, hæretque affixus in memoria nostrorum flagitorum, facile ex eius animo vanescunt, facile dilabuntur: habetque illam in promptu ἀμυντικῶν, illatarum iniuriarum obliuiscientiam. Græcè hoc Septuaginta dixerunt μηνεῖαν, à verbo μηνίζω, & à nomine μήνης, quod furem, furentemque è pectori indigationem sonat. Apparetque ex Homero ab hoc nomine principium fui libri auspiciente, & furem in corde Achillis retentum, designante:

Μήνη διδεῖ θεὰ πηληνιάδεω ἀχλῆνος,

Iram pande mihi Pelide diuina superbi.

In quo, vt ait Iustinus martyr, & Ioannes Philoponus, sequutus est Orpheum, librum suum, antē Homerum, eodem exordio inchoantem:

Μήνη διδεῖ θεὰ διμήτερος ἀχλαιόφορη,

Frugiferæ Cereris longum cane, diuina furem.

*Irasceretur.
Rom. 8. 10.
s. Rom. 5.*

*Neque in
æter. co.*

Mirari.

Iram igitur, & feruentem indignationem semper designat μυνή, retuleruntque pulcherri-
mè Hebraicum Septuaginta. Latinus verius dixit quām clarius, Comminabitur. Nam si
quis consideret Minari, Latinum, ab hoc Græco μυνίζω descendit. Estq; minari in furore
persistere, rem furoris facere, iram præ se ferre, causas irarum continentem, signa proferre.
Sicque eodem omnia concurrunt. Psalterium Augustini habet Indignabitur, quod est clari-
rus, transferente nescio quo Græcum μυνεῖ, indignabitur. Hieronymus irascitur. In He-
braico igitur quiddam magis reconditum.

Non secundum peccatā nostra fecit nobis, neque secundum
iniquitates nostras retribuit nobis.

MOC erat longanimis & misericors, seu clemens, vt vertit Hierony. Etatque clarum
ex superiori, cùm vocavit procrastinantem vindictam, sed solet eandem rem diuer-
sis nominibus exprimere. Nūc ait, Si Deus est iustitiae princeps, si ad forū eius omnia
sceleris applicatur: vt expandatur: certè tanta poena sit oportet, quāta scelerum grauitas, &
pondus, vt paria paribus referatur. Diminuit autē eius clementia pōdus peccatorū, aut in-
æqualitatem facit detrahens de poena. Hæc; tum ad præsentē vitam possunt referri, tum
futurā, vt beneficia præstet etiam immiteritis, vt sceleratos luce frui finat, vt non execretur
eos vt digni sunt, non obliuiscatur, non abiiciat à conspectu suo. Blasphematur, debuit ira-
sci, debuit ingratos illos subito perdere: proditur ad alias res, tralato cultu eius, debuit &
ipse prodere, & auertere se. Nihil horum facit, sed viuunt, viuunt illi, fiunt communis lucis, &
ac bonorum participes. Eadem est ratio ad futuram vitam, nunquam bonitate eius defi-
ciente, ac cefante, parcente in hoc sāculo propter futurum. Ac quanquam fiat aliquando
correctio, id bonum est, & ad tempus. Mirari igitur desinamus viuere peccatores, omni-
bus pœnitenti locum relinqu, non extingui confessum flagitiosos. Clara causa est, quia
iudex natura est clemens, non potest sanguire, non finit eum naturae eius irasci, subitoque
incandescere.

Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, corroborauit mis-
ericordiam suam super timentes se.

secund. alt.
ca. ater.
etc.

AXIMA hyperbole, & qua nulla in rebus sensibilibus, quarum exemplis inuisibilis
declaramus, maior occurrat. Et vt dicunt Græci ἀμέτρον καὶ ανέπλεον, ἀπόρειος hu-
manitatem, immensibilem, & inexcitabilem, siue quā animo cōprehendi nequeat,
& infinitam ostendit. Ita certè est, si confideres humanæ mentis peruersitatē, tot criminis,
tot flagitia, quantum ab hominibus non modo nō diligatur, sed contemnatur, abiciatur, &
quod indignius, blasphemetur Deus. Hic nisi immensa misericordia, & incomprehensibili-
bus in eo bonitas esset, quas sceleratorū strages videres, quām inauditis suppliciis visibilibus
& inuisibilibus omnes torqueri? Quas Erinnyes & Ates per mundum versari cerneret? Est
autem hæc comparatio de magnitudine, ac immensitate. Similitudōque est corporeā, de-
re incorporeā. Et spatiū, siue quantitas corporeā, sumpta ad designandam quantitatē
incorpoream. Incorporeā quantitas est, misericordia, lenitas. Quanta autem sit hæc, &
quām ingens, declaratur quantitate corporeā. Quanta videlicet est inter cælum, & ter-
ram. Non est autem maior distāntia, maius spatiū, quām à cælo ad terras. Sic si misericordia
Dei videri posset, videremus eius verticem tangere sidera, totum quod intra cælum ac
terram spatiū interiaceat magnitudine eius repleri. Simili figura est vīsus Esaias, infinitam
maiestatem Dei significans, non est autem vīsus loquendo, sed vidit reū incorpoream, cor-
poreā figura vestitam. Vedit Dominum sedentem super solium excelsū, & eleuatū, adeò
autem excelsū, vt à cælo in terras pertineret. Ideo plena erat omnis terra claritate, siue
maiestate eius. Sic si misericordia eius tanquam reginā videri posset, in excelsō throno se-
deret implens quicquid interest inter cælū, & terrā. Hac similitudine vīsus est alibi. Magna
et vīsque ad cælū misericordia tua. Offerebant autem, vt diuinæ rei magnitudinem repre-
sentarent, rem oculis humanis maximam, rebus notis, ac visibilibus, inuisibilis, & obscu-
ras exprimentes. Simili lingua; suæ figura vīsus est diuus Paulus, Ut sciatis, inquit, quæ sit
longitudo, & profundum, de Deo loquens. Ac Hebraicum dicit, Quoniam secundum al-
titudinem cæli super terram, quasi sit de altitudine celi comparatio. Sed idem est de spatiō
inter duos terminos, atque supremis terminis sermo. Quod verò dicit, Corroborauit mi-
sericordiam suam, potest sic dici, Creuit misericordia eius, vt verbū γάρ gabar, quod est in

Hebraico,

Eph. 3.

Corrobor.
miseric.

Hebraico, sit intransituum, actione in illo met̄ remanente, non trans̄funte ad aliū. Et
garab, signabit roborari, grandescere, in crescere. Caput intrā nubila condit. Et tib; chasdo,
misericordia eius, potest esse nominandi casus, aut accusandi: primum melius. Dicit item;
Super timentes se, Hebrei ad Israēl referunt, sibi videlicet e blandientes. Verius autem su-
per timentes, vt sit iustitiae, & equitatis locus. Neque enim temeraria est liberalitas, & hu-
manitas, clementiaq; diuina, sed prudens, parcens qui sibi postulent ignosci, quos malæ
actæ vitæ pœnitent, qui eum timent, hoc est, (vt sāpē appetat apud Septuaginta qui trans-
ferunt timere εὐσέβιον, & timorem Domini εὐτέλειαν, pietatem), qui colunt, venerantur. Sic
tollitur temeritas. Nec sperādum est, nisi his qui timent. Sicque expōsuit etiam diuus Au-
gustinus, ne thefaurizemus iram in die iudicii.

Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.

L 1 a similitudo, qua non licet de magnitudine, & spatiō inueniri maiorem. Nihil
enim est ortu, & occasu longinquiū. crescitque oratio, longius enim distat ortus ab
occasu, quām cælum à terra. Nam à cælo ad terram est hemispherium, ad dimidium
diametri, ab ortu ad occasum tota diametros. Quantum est à circumferentia ad punctum,
tantum à cælo in terram: quantum à circumferentia ad alteram partem, recta per diametrum,
tantudem ob ortu in occasum, si ad solem orientem, ipsūque cælum, non terram,
hæc referantur. Sicut autem noster Poëta, latissimas imperij metas designans,

B Iacet ultra sidera tellus,

Extra anni, Solisque vias, ubi cœlifer Atlas

Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.

Sic haec similitudine Hebreus diuinæ clementiae maiestatem latissimis finibus circumscri-
bens demonstrauit. Et vt dicunt peccata vltta oceanum deportanda, sic Hebreus, perpe-
tuam eorum apud Deum, obliuionem, & æternam abolitionem, oblitificationemque hoc
exemplo expressit. Submouente hæc ab animo suo, Deo, ob immensani clementiam, lon-
gissimè, nullamque coruti memoriam in æternum retinente, semper inq; obliuione de-
lente, vt eorum labes nihil attingat, nulla iustitiae, & Nemesis remaneat indignatio. Licet
sceleris grande crevissent, magis tamē submouit quām crevissent. Hebrei que perhibent,
ortum, & occasum, non aquilonem, & meridiem usurpatum, quia possit commeari ab his,
ab illis non possit, quod non sint vsquequa habitabiles. Mihi videtur tametsi hæc vera
sunt ortum & occasum dixisse, tanquam manifestiores, clariorēsque mundi partes, & ad
exemplum aptiores. Vide quanta sit in Psalmis philosophia. Hæc enim omnis oratio est
naturæ diuinæ manifestatio.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timen-
tibus se, quoniam ipse cognovit figurum nostrum.

L 10 singulati exemplo bonitas eius designatur. Primum rerum inanimatarum vīsus
est exemplis, in quibus ingens spatiū, nec aspectu grandius in terris contineretur,
nunc affectus adducit, à naturæ instinctu nascentes. Hocque exemplo sāpē alij scri-
ptores sacri delectantur. Si potest, inquit, mater obliuisci infantis pupilli sui, ita ego obli-
uiscar vestri, dicit Dominus, nullamque esse vehementiorem in tota natura benevolentiam
atque patrum in filios, testes omnes. Eoque pro, Miseretur, est solitum verbum Hebrei.
cum οὐατηριαν: sonat vt dixi viscera ωλαγχη, inde affectum quandam vehementem,
& intimam in præcordiis commotionem, quasi viscerum collisionem dicunt, quod imi-
tati aliquando scriptores sacri Græci fingunt ωλαγχην. Adeò enim sāpē interius com-
mouemut, vt coētantes secretiores partes, lacrymas exprimant. Et Latini dicunt, hoc quasi
imitati, à corde, misericors. Et vere patris exemplum allatū est. Omnes enim ab orbe con-
ditō cognoverūt Deum esse communem patrem. Ideo enim exigit à nobis pietatem, quia
pater est. Sic eum verus filius eius missus ab eo affectu paterno in terras, sāpē prædicauit
esse patrem hominū. Cū precari nos eum docuit, patrem appellantes, & cū se ascen-
surum ad suum, & nostrū patrem diceret, & cū hortabatur, vt patrem nostrum cælestem
imitaremur, qui Solem suum oriri faciat super bonos, & malos. Et antiquissimi poētae, qui
eodem tempore, quo sacra hæc decantabantur, floruerunt, agnoscentes eum esse com-
munem patrem sāpē πατὴρ αὐθεντὴρ θεός, id est Angelorum, atque hominum pater. Nam
Angeli Dij sunt. A quo patre canit Hesiodus Deos, atque homines natos.

Deus omn.
pater.
Matth. 6.

*Ως ὁμοίως γέγαστι θεός, μητρὸς αὐθαυπονοῦ
Διῆque hominēsque eadem sunt ab radice creati.*

D
Et Aratus quod diuus Paulus approbavit, genus ab eo, id est, natales nos ducere dixit τοῦ γένους ἐργάτες, Eiusnam genus sumus. Vere igitur omnia cum sacris oraculis cōsentiantur, Deum esse hominum patrem, benevolentia, & patrio affectu, sicut creando fuit. Non more patrum nos genuit, at quadam paterna charitate creauit. Et vere paterno affectu erga filios suos afficitur. Ominisque à creatione mundi, usque ad nouissima tempora fuit paternæ charitatis quicquid gesit, expressio. Patremque habent Deum, qui timent, id est colunt eum, ut respondeat benevolentia pietati. Qui pius erga patrem suum illum est, regitur ab illo tanquam patre. Ut cognoscas hanc paternam, effusamque charitatem, non esse temerariam, sine delectu bonorum, ac malorum, sic Graci referunt ad paternas castigationes, & correctiones. Quodque ait, Quoniam ipse cognovit figuratum nostrum: Figmentum *figmentū*. Graci πλάσμα, vnde protoplastos: proprièque notat figurationem, formationē, sicut Hebraicum τὸ ιεζὲρ, à verbo ιαζαρ, finxit, figurauit, sicut figuli, ut repräsentet quod factum est à primordio. Fórmatioq; Dominus hominem de limo terra. Et

*Quam satus Iapeto mistam fluvialibus undu
Finxit in effigiem dominatum cuncta Deorum.*

*Anima
dua.*
Gene. 6.
*Homo, fa-
ties eius.*
Fœnum.
*Adonis
horti.*
Dies.

Refertur ergo hoc verbo, antiqua ex luto, limo, qualis vasorum apud figulos, creatio. Terrestres sumus, γῆνες, πηλορέων, χονοι, sumus Adam, id est, terrigena: sumus vase fragilia, fūtia, constantia ex ratione quidem, sed & ex parte irrationali, habentes affectus bestiarū, E affectus ab anima lutea, luteoque corpore. Hoc ille nouit. Videret esse facile propter coniugium duarum animalium cælestis, & terrestris, alteram ab altera superari. Eoque quod Septuaginta transtulerunt πλάσμα, Hebraicē τὸ ιεζέρ, designat etiam cogitationem malam, fragilem, sensum debilem. Et dicitur in Noë, cunctaque cogitationem cordis intenta effet ad malum. Pro cogitatione, præsens vox ιεζέρ, quasi figuratum omnis sensus. Et Chaldaeus hoc loco, Quoniam ipse cognovit τὸ ιεζράνα bisha, cogitationem nostram malam. Tum addit, Quæ facit nos peccare. Possumusque & cogitationē, & formationem hac voce intelligere. Hieronymus dixit, Plasmationem, quia πλάσμα, in Græco, Hebrei ferunt ιεζέρ esse appetitus ferinos, corporales, qui humus, siue limus sunt, quibus homo conuenit cum pecudibus, quæ solum terrestres, & humus sunt. Eodem omnia tendunt.

Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum
dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.

Puluis.
Gene. 2.
*Homo, fa-
ties eius.*
Fœnum.

R o puluere est τὸ αφάτ, limus, lütum, hyle, humus, chaos, cùm tulit Dominus de limo terræ, ut crearet hominem, tulit aphar. Ex eo limo finxit corpus humanum: & limus, siue humus fuit animalium creandorum principium, fuit etiam arborum, quæ de limo terræ pullularūt. Hæc vox interdum etiam sonat puluerem. Ab illa humo antiqua, dixit homo, Latinè, ut Hebraicē ab Adama, Adam hūmanus retinet veram litteram. Deinde quod ait, Homo sicut fœnum dies eius, phrasis Hebraica, qua sèpissimè vtuntur, F Latinè dicendum, Hominis sicut fœnum dies. Vita hominis sicut fœnum. Nam homo nominandi casus, nō habet quo referatur. Hebrei soli eo modo loquuntur. Et dies Hebraicē numerus multitudinis, iomai. Accommodant autem phrasim Latini dicentes, Homo est sicut fœnum, cum sequitur periodus. Pro fœno Hieronymus dixit herbam, Hebraicē tamen est chazir, quod fœnum sonat, sic Græcē χόρτος, licet interdum sonet herbam. Comparat autem vitam hominis, fœno nascenti in pratis, comparat florī agresti, & hortensi,

Purpureus veluti cum flos succisus aratro

Languescit moriens, laffoque papanera collo

Demiserit caput, pluua cum forte granantur.

Vsi sunt hac item similitudine Graci, cùm dicunt hortos Adonis, qui erant in vasis fictilibus, dicebaturque, ut ait Suidas, Χρύσαρε δέ έθνη τὰς λητηπολέμων καὶ περιφερεῖσαν, καὶ οὐρανούς. Hoc proverbiū cùm momentanea, & leuia, cùm immatura, & breuia, radicēsque non habentia demonstrarent. Esaias item ait, Omnis caro fœnum, ortus est sol, & siccatum est fœnum. Dies autem Hebraicē tempus, & vita dicitur. Liber dierum est ζωή, ut ait diuus Hieronymus. Et factum est post multos dies, Græcē, & Latinè. Post multum temporis. Est item hoc loco repetitio, prius dixit, Cognovit figuratum nostrum, figuramentū autem est, quod puluis, siue humus, vel limus, sumus, vel de limo, ut dicit Chaldaeus Hebraismus.

A Hebraismus quoque, quod dicat Deum recordari quasi sit homo. Non video cur Psalterium diu Augustini habeat memento. Nam Græcum, vnde Latinum illud tralatum est, est επιθετικum, recordatus est. Et Hebraicum τὸ ζακού. Et superiora sunt enuntiativa præteriti temporis, Cognovit, miseritus est.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.

B V o b v s sensibus hæc possunt intelligi, ut spiritus designet ventum, sicut Hebraicē *ruach*, & πνεῦμα, Græcē. Et illum, respiciat florem de quo superius loquebatur. Quo niam, inquit, sufflabit ventus in illum, & exiccat. Sicut de papauere dicebat Poëta,

Pluua cùm forte grauantur. Non cognoscet autem amplius locum suum, non erit amplius ille idem qui prius. Amittit gratiam, & colore, delabitur à stirpe, demittit caput, non stat amplius. Eaque est quædam sui obliuio. Potest esse alius sensus, ut spiritus sonet animam humanam, quæ ad tempus accedens ad corpus, & animans, deinde discedens in suum locū non reuertitur, quasi oblita domus, aliò enim demigravit. Nā de præsenti vita loquitur, nō de resurrectione. Quod si etiam de resurrectione, etiam tunc non erit, ut Græci exponunt, eadem domus, idem locus, ac domiciliū. Erit corpus immortale, incorruptibile. Loquutus est autem distinctè de substantia, & natura corporis atque animi, sicut & Moses in creatione humana. Ut enim apud Mosen corpus de humo formatur, Spiritus aduenit θεραπεύει, exterius à Deo: si superius Dauid dixerat, Recordatus est, quoniam puluis sumus, quod

pertinet ad corpus ex humo mutatum in carnem: nunc autem, Spiritus pertransibit in illū, quasi exterius adueniet in corpus, sed citò emigrabit, corpus exanimē relinquens, & ad cō relinquens, ut locū suū amplius non recognoscat. Quo loco expressè traditur ille quē Plato appellat χωρούμ, discessum, separationem animi à corpore, & φυγὴ, fuga. Vnde philosophiā mortis μελέτη, exercitationem, quasi in continua morte, nempe separatione animi à corpore esse, præparari ad futuram separationem, eāmque præmeditari. Eadēque hæc dicuntur alio in Pialmo. Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens. Expressus autem traditur hic ille spiritus exterius accessus, cùm ait, In illum pertransibit. De regressu autem, ut dixi, ad vitam præsentem loquitur, & ad vitam sentientem. Hos duos sensus apud Hebreos, & Græcos inuenies. Nam Rabii Dauid sequitur priorem, Didymus posteriorem. Euthymius proposito primo illo, secundum cui magis fauere videtur, subiungit. Hesychius quoque τὸ γένος τὸ ζωὴν λαρναῖς τὸ ζωὴν λαρναῖς, Neque enim in hæc vitam laboriosam reuersi inuenimus. Et Didymus, καὶ οὐκ έπιτρέψεις οὐκ έπιτρέψεις. Et nō reuertitur, nō est amplius in mundo isto. Aduerte autem quod Hebraicē nō est, Et nō subsistet, sed οὐκ οὐκ evenenu, & non ipse, scilicet adeſt: designatq; absentiam, non priuationem substantię. Græcē est οὐκ οὐκ, non existet, non erit, sicut habuit Psalterium Augustini, Hebraicum absentiam tantum. Quodq; dicunt nostri amplius, Græcē οὐκ, Hebraicū est τὸ οὐ, etiā adhuc, ut non sit sempiterna negatio, sed præscripta ad aliquod tempus. Hic autē tenet ratio, ut cognoscas non esse sibi inconstantem Prophetam, cùm superioris assentientibus Hebreis fuerit locutus de resurrectione, nūc eam videatur auferre: quoniam de sola præsenti, & quæ nunc cernitur vita loquitur: metaphorice etiam dixit: Non cognoscet locū suum, discessum illum perpetuum usque ad supremum tempus designans, vocansque incognoscientiam, vel obliuionem, absentiam tam diuturnam. Ac quanquam diuturnus abscessus, non semper ab obliuione est, sed sepe cum ratione abscessus, & abscessus: dixit tamen quod haberet apparentiam, hominib; siue esset visitatus. Alioqui rationabiliter non obliuiose, absunt animæ à corporibus, donec perfecatio sæculorum decurrat, donec veniat constituta dies à Deo. Quod apud summam prudentiam eius veras, optimasque habet rationes, partim manifestas, partim obscuras. Locum autem animæ dixit corpus, sicut dictū Græcē volunt σῶμα σῶμα, quasi monumentum, sepulcrum, & sicut alij, nauiculam animæ: quo discessus, discrimenque naturæ apud omnes designatur. Minus est clarum quod, translulit Hieronymus, Spiritus pretransibit illum, cùm in Hebraico sit præpositio, In, & illud non possint ad animam referri. Deinde mirum est, quod diuus ipse maluerit dicere, Et non cognoscet eius amplius locus suus, quasi referens hæc ad florem, & ventum, non ad animam. Nam τὸ ζακού iakirennu, id est, cognoscet ipse, vel ipsum, facit hanc amphibologiam. Sequendum est tamen quod est verisimilius, & clarius.

Et nō sub-
sistet.

Nō cognoscet
eū amplius,
locus suus.

Misericordia autem Domini ab æterno, vsque in æternum, super timentes eum.

D

1. Cor. 16.

Siquoque locus duos habet sensus etiam apud Hebreos. Nam interpres Chaldaeus trastulit, Misericordia autem Domini à seculo vsque in seculum. deate, quod venit, qua locutione vsus est etiam diuus Paulus, anathema, maronata, id est, quando veniet dies iudicij, vel seculum futurum. Quod si est is sensus: sic videntur haec hæc rere cū superioribus, quod quāquam corpus corruptibile est, quanquam cinis, & puluis sumus, ad est tamen æterna benignitas eius, quæ reuocet pios ad vitam. Huncque sensum exponens Rabi Daud, Si, inquit, de vita futura locum interpretarū, dicimus quod quāquam deficit corpus hominis, si tamē timuerit Deū, nō deerit ei, id est anima eius, misericordia eius in æternū, dabitq; ei beneficium sempiternū, sua immensa misericordia, plus quām mereatur. Et sicut seruabit hoc singulare beneficium illi in vita futura, sic & filii eius in vita praesenti. Hæc Hebræi sentiunt. Græci quoq; exponunt à seculo præsenti vsque in futurum, id est, vt interpreter Euthymium, in vita corpore a nunc, & futura, hic, & illic. Iugiter, ait, misericordet, nunquam miseri eri desistet, nunc quidem in discrimine vite custodiens, tunc à semper tertiis suppliciis eripiens. Sed hæc misericordia erit super timentes eum. Iustitiaq; eius, hoc est, vt vertit Symmachus, Α μολέ κατοβαίνω, benefactorum retributio perennis erit, tradita per successionem, etiam filiis & nepotibus, & deinceps. Hæc Euthymius selecta ex maioribus antiquoribusq; patribus sapientissimis theologis. Videsq; summa omnium concordia hæc referri ad præsentia, & futura bona, non ad resurrectionem tantum, quæ bonorum, & malorum erit, nec ad bona præsentia solū, vt videtur secundus sensus offerre, & ad solos filios, corūmque corporeā felicitatē. Ac non video quomodo non sit assentiendū tantæ concordie. Est igitur secundus sensus, vt posteaquam dixit homines esse fragiles, & carnē, ac sanguinem, & saepe labi, & aduersus numen diuinum delinquare, illius tamen sempiternā esse commiserationē, quod non in perpetuū irascatur, neque in æternū habeat indignationem, sed tum patribus parcat, tum à stirpe eorum clementiā suam nō subducat, habens indeficientem, & inexhaustam humanitatem, fontemque perennem bonoru. Sique hoc sensu de futura vita nihil loquitur. Videtur etiam prior non abhorrente à veritate. Quod autem dixit, ab æterno, vsque in æternum, est Hebraicè à seculo in seculum, quod tum duo secula, id est, duas vitas, præsentem, ac futuram potest designare, tum ipsam aeternitatem, quæ repetitione seculi apud Hebreos denotatur, vt in seculum seculi, secula seculorum, quo seculorum infinitas ostenditur. Et pro misericordia est chesed, beneficentia, clementia, de qua dicit Rabi Daud, quod sit excellens bonitas, præstantior benignitas.

Ab eterno
Vtque in
æternum.

Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamen-
tum eius.

Iustitia.

Et memores sunt mandatorum eius, ad faciendum ea

F

Filiij filio-
rum.

Testamēti.

Fœdus.
Diathēce,
dulōstrio.
Berith.

St eorundem repetitio. Iustitia sonat hic liberalitatem, misericordiam, sicut superius transtulerunt Sept. illam videlicet iustitiae partem, quæ liberalitate, benignitatē, que cōtinetur. Duas autem dicens generationes, numerū certū pro indefinito positiū, etiā Hebrai fatentur, non in nepotes tantū, sed in totā posteritatē, benignitatē diuinā tendere. Explicatque quod superius dixerat. Et quod aιunt Græci, ημῶν δὲ οὐσίας θεοῦ οὐδὲ θεοῦ φύσεως τὸν μακρὸν αὐτὸν χρεῖται βεῖον. Nostra natura corruptibilis, diuina vero humanitas, lögū ænū præstat, vt viuat. Et vsq; ad posteritatē promissam patribus, aut inchoatā benignitatē prosequitur. Exemplaque afferunt de Daud, cuius pietas toti posteritati profuit. Testamentum Hebraicè dicitur ἡρί berith, quod fœdus designat, paclū, quicquid inter aliquos intercedit, quod sibi inuicem promittunt. Lex inter aliquos sancta, expiatio-
nibus, sacramentis, iuramentis stabilita, quasi coniugium, & cū affinitatē iuramus, quod so-
lenniter, diuinisq; ceremoniis solet fieri. Sic Deus affinitatem, coniunctionemq; maiorem cum illo populo, & quasi nuptias solenniter celebravit, fœdus pepigit. Auditæ voces, &
tonitrua, vīa luminā cælestia: Et se sponsum, animam sponsam, se amatorem, animam amatam demonstrauit. Hoc vocatum est berith, fœdus, Græcè διαθήκη, dispositio, qua-
si res solenniter, omnibus ceremoniis, ac ritibus celebrata, ordinata, sancta, firmata.

Latinè

A Latinè testamentum, eadem ratione, quia & testes affueré. Contestor hodie cælū, & terrā ait Moses, & scriptura intercessit, & ex tuaque parte stabant promittentes inuicem sibi, Deus protectionem, custodiam, omnium honorum vberatatem, populus obseruantiam mandatorum, pietatem, iustitiam. Tunc cōcire fœdus, res scriptura sancta, sanguis victimarum fusus. Nullæ ceremonia defuerunt. Qui seruant igitur hoc fœdus, Deus ex parte sua non deest, sed ardenter est fœderis, & perpetuus seruator. sicq; remuneratur in milles generationes, pietatem patrum in filios. Repetit autem id eum facere his qui parent mādatis eius, quibus placet iustitia, pietas, non temere, vt quāquam ignoscat, & criminis debentibus condonet, aliqua tamen ratione, & qua res excogitauit, gratia faciat. Vult enim amari ardētissimus amator. Moritur pius pater, remanet in posteritatē, pietatis eius apud Deum, memoria, fructuose semper, æternorūmque beneficiorūm genitricis. Est in secretioribus sensibus Hebreorum, quod dixerit esse misericordiam eius ab æterno in æternum, iustitiam in filios filiorum: videlicet quod si quis supra quām præceptum sit, operatus fuerit, seruatur illi æternū beneficium: qui autem iustus tantum, man datorūmque seruator, vsque in tertiam generationem. Quod quidem est aureis litteris in cīdendum. Hinc castitas, hinc ieiunia, & corporis spontanea, & non præcepta in Euangelio vexationes propter Deum. Sic beati qui se castrauerunt propter regnum cælorū. Centuplum accipiunt, laureis æternis apud superos coronabuntur. Repetit autem, si filii fuerint minores mandatorum diuinorū, & fœderis, & ita memores, vt operetur. Neque enim vītū mem. sunt cīc.

Operas
pervergati-
onis.

B queque filii impiis paterna pietas prodebet. Augētur autem eorum bona, si ad paternam pietatem accedit probitas eorum. Id etiam Hebræis, & Græcis, & Latinis placet. Po-test etiam His qui seruant, qui memores sunt, qui timent, referri ad patres tantum, quibus detur longeum pro eorum pietate præmium. Transtulit autem iustitiam, vt dixi, Symmachus κατοβαίνων ἀμοβών, hoc est benefactorum remunerationem, pulcherrimè, ostendens diuinam iustitiam, id est beneficentiam duplii re constare, benefactis nostris, humanitate, retributionēque eius, ambobus ad præmia æterna necessariis.

Dominus, in cælo parauit sedem suam & regnum ipsius omnibus dominabitur.

On se q v n t v r hæc cum superioribus, quoniā narratis ineffabilibus cius erga homines beneficiis, quorū laudādorū nullus esset finis, reflectit mentē ad æternitatē magnitudinemq; Dei, dēfixus in eam, & vt solet admirans, ac benedicens, conquerus à terrenis ad cælestia, à beneficiis, quæ largitur affatim terris, ad æternas arces, vbi aula Dei, & thronus eius. Prudentiam rerum mundanarū elocutus, ad altissimū ipsum creatorem se recipiens, prius sedem dignissimam, celissimāque cius, gloriāmque referens, tum vicinos, & famulos astantes cōuocans Angelos, vt Regem illum suum maiestatis ineffabilem, collaudent, suspiciant, admirentur, qui tantus sit, tam bonus, tam beneficus. Et vbi mortalis lingua, sonusque humanus non sufficit, ipsi diuinis, & immortalibus laudibus suis suppleant, quorum est ἀνάματος αἰδή, humanæ imbecillitati succurrētes. Primumque cū dicit Parauit, Hebraicè ἦν hakin, stabiliuit, firmavit, fixit. Solent quidem communiter hoc verbum Sept. transferre ἐπούλω, sed sonat etiam firmo, stabilio, vt illud, Erit mons Domini paratus super verticem montium, dicendum stabilitus. Et, Parata sedes tua extunc, hoc est, firmata, stabilita. Et Chaldaeus pro hoc Hebraicè posuit ἥρη atkin, dispositus, fixit. Et Hieronymus stabiliuit. Sedes autem est κίσκο, solium suum, proprie regia sedes. Et Græcè θρόνος, thronus. In celo autem dicit thronum Dei stabilitum, ac defixum. Qualia de stabili-
sede Dei, atque diuinis hisce litteris prorsus consentanea locutus est Homer. Ut enim hic, & alibi dicitur, sedes Dei stabilita, firmata, quasi incorruptibilis, indelebilis, regnum immortale, sic ille:

Οὐλυμπίον δ' ὅπασι θεοὶ ἔδος εὐσφαλές αἰδή
Ἐμμενεῖ, ἢ τὸ ἀνέμοισι πινάκοτετον, ἢ τὸ ποτὸν οὐδέρω
Δίκεται, ἢ τὸ χρῶν ἐπιπλάναται, ἀλλὰ μάλιστα θέρη
Πέπτα ταινία φέλος, λευκὴ δὲ ἐπιδέρμους ἄγγλη.
Τὸν τε τερρόντες μάκρες θεοὶ, μαζεῖ τὰ πάντα.
Venit Olympum, ubi sedes inconcussa Deorum
Dicitur esse, hanc hæc ventis agitatur, & hymbre
Alluitur, piue nec tegitur, sed purior aura,

Aula dei.

Parauit.

sedes dei.

Parata.

Et sine nube volat, pasim lux alba vagatur.

Hic Dñ felices latantur secula cuncta.

Syderis. Ecce, vocat sedem Dei ἀστρα, stabilem, firmam. Hinc forte sidera dicta, quasi ferrea, nullo senio terenda. Describitque Homerus diuinè locum illū dicens, φαῖται, aiunt, ibi esse thronum Dei. Siquidem omnis est mortalium consensus, ut ait Aristoteles, propriam Dei sedē esse in cælo, & cælum esse τὸ οὐρανόν, habitaculum eius, vnde, inquit, Deo supplicantes, manus in cælum tendimus. Et Poëtæ antiqui semper de Diis ὥλιμπια δάμαρτ' ἔχοντες, cœlestia tempora tenentes. Et Dominus i e s v s descendit de cælo, & reuertentem discipuli videbant, versus cælum tendere. Est quidem Deus ubique, sed vno in loco, si tamen locus est: nam vbi est Deus, neque locus est, ut ait Aristoteles. neque tempus, extra mundū, præclarissimè, diuinissimè, gloriosissimè, maiestas eius resulget: vbi tot millia millium ei assistunt, vbi omniū rerū est absolutissima felicitas, splendor, & claritas eterna. Ergo dicitur ibi esse thronum, quo ad licet è nostris, & per ea quæ facta sunt inuisibilia cognoscere. Nā si propriè loquuntur, nullus in cælo Dei thronus, nec Deus sedet, nec habet membra apta ad sedendū. Sic non possumus intelligere quomodo existens ubiq, in cælo tamen certā habere sedem à theologis, philosophis, Poëtis, omnibusq; mortalibus dicatur. Et tamen vidit Prophetæ in excelso throno sedere virū quem adorat multitudo Angelorum psallentes in vnu. Et Esaias vidit Dominū super solitum excelsum, & eleuatum. Et Dominus i e s v s, corpus habens simile nostro, supra sidera est, in diuinissimis regionibus. Sic appellatur Deus ὥλιμος, altissimus. Tria verò designat cùm Deum dicit in cælo sedem stabilissimè, & eternitatem regni, E quia stabilitum, & firmatum est: nobilitatem, quia in loco regalissimo: infinitam potestatē, quia non aliud thronum eius posuit, & statuit, sed solus ipse, ipse sui regni causa, ipse sibi bonorum autor, ideo dictus ab antiqua philosophia αὐτογένης, αὐτοπλήν, αὐτορρής, per se genitus, & perfectus, ex se pulcher, sibi sufficiens. Ac potest dici hic esse vel tropum vel prosopopœiā. Datur enim sedes, & sessio nō habenti, & re humana vestitur diuina, sceptro, & sede, & loco nobilissimo, atque incorruptibili, regnum nobilissimum, & immortale designatur. Sedere dicitur, vt aiunt Hebræi, in altissimo supra omnes loco. Si enim inquiūt, ipse est in cælo, & in excelso throno, ecce omnia cœlestia, & terrestria subiacent ei, & regno eius. Ideo dicit, Et regnum eius omnibus dominabitur. Et Euthym, τὸῦ θεοῦ τῆς βασιλείας θεός τὸ πτῶν εὐφάνεια. Et quoniam vniuersa subdita sunt ei, & regno eius, ob hoc benedicite eū sursum, ac deorsum cuncta, præcipue Angelii sui qui tenent in hoc regno principatū, incipitq; à maioribus, desinens in infimos. Ac Chaldæus, vt plerunq; sōlet nomina Graeca usurpare, soliū appellat κύρος curse quasi vt reor κύρος, Cyrus, id est autoritas, stabilitas, potestas, soliūq; autoritatem, & regnum Dei designabit. Quodque dicit, Et regnum ipsius omnibus dominabitur, est præsens μάχαλα, dominarur. Hinc à Poëtis Deus vocatur ὥματος υπερόπτων, omnium imperantium maximus, Rex regum, Dominus dominantium.

Beneficite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius, ad audiendarū vocem sermonum eius.

Angeli. Ecce Psalrorum, diuinariūque scripturarū maiestas, nunc hoc, nunc illud mystrium nobis reuelantium. Pandit enim hoc, & sequenti Psalmo, omnis fermè, quæ de Angelis, à mortalibus sciri possit philosophia, quemadmodū superius omnis sciētia de Deo. Inuitat eos primum vt benedicant Dominum, quo inæqualitas, & subiectio demonstraretur, demonstratur princeps eorum esse Deus, ipsos assisteret tanquam in aula principis sui, voce, obseruantia, obedientia venerantes. Proponitur item eos esse missos, famulos, huntios, ministros: tum fortes esse, magnisque Heroas, principes rerūque rectores, robustos: ideo Græcè dicuntur δυνάμεις, ἐξέχει, potestates, autoritates. In sequenti Psalmo dicentur fulmina, fulgura, venti rapidissimi, velociissimi, hic quoque dicuntur sicut alibi exercitus Dei, quasi innumerabiles copiae, circumstantes eum. Quæ tota fermè est de Angelis, quanta narrari possit philosophia. Obedientia igitur qua Deo parent Angelii, sicut indicat eos esse creaturas eius, quod & antiquis confessum, & prædicatum est, vt quod Empedocles dicit omnia ab uno nata, etiam δολιχωτα, & longæuos Deos. & Hesiodus, Scito, ait,

Ως δύναται θεοί, θυτοί τούτοις παρούσιοι.

Eesse hominesque Deosque, eadem ab radice creatos.

Sic docet quid agant, quo munere in mundana republica fungantur. Neque vero, sicut clarissimè

A klarissimè traditur eorum famulus, imperiūque diuini executio, traditur item, quod philosophi postea finixerūt, in quo Hebrei eos sequuntur, quod moueant orbes cœlestes, quo- rum sit potestas, quod moueant orbes cœlestes. Hoc etsi forte theologia contrarii nō sit, sennacherib. obscurissimum tamen est, nec quod vlo possit scripturæ testimonio probari. Et Auen Esra quod erat Astrologus, ab eis, ait, vel per eos descendere influxus cœlestes, sicut pestilentia Sennacherib. Dicendum illam pestilentiam non fuisse influxum cœlestem, sed diuinū, extraordinariumq; prodigium. Ac quanquam Angeli missi sōpe ad aliqua immittenda supplicia dicantur, non potest tamen eo colligi, à cælo, & astris bona cladésque eos dedisse: potentes nec apud Græcos theologos ea reperies. Missi igitur, qua ratione & ministri dicuntur. Potentes autem virtute, id est robore sicut sonat, choak, Hebraicum, & Græcum, δυνάμει, vt vertit Hieron, fortis robore, quia, vt Hebrei assentiuntur, non sit vñquam maior potestas, quæ possit eis resistere. Et Chrysostomus plus vnum Angelum posse, quam omnes simul mortales. Hinc etiā dicuntur ρειθροί, potentiores, meliores. Potentes ait pro cæteris Græcis dictos Euthym, quod vis eorū sit ἀγήρως ἀνδρεψ, insenescibilis, incorruptibilis & potestates eos vocatos quod exequi possint quæ iubentur. Quod autē dicit, Facientes verbū eius, Hebrei referūt, quod, nō sint quales mortales, mercedē à Deo operū honorū expectantes, sed merces eorum, & voluptas, ac gloria sit obtemperare iussis eius. Græci ex parte referunt ad id quod sunt vocati potentes. Quæ vera sunt omnia. Facere autem verbum, Hebraismus est, quasi iussa exequi. verbum autem, & vocem attribuit Deo tropicè, pro his imperiis, quibus ipsi inuisibilis, inuisibiliter parent. Referunt hoc Græci ad id quod etiam cognovit Plato. Vt tunc enim & ipsi verbo quo Plato est vñs Διὸς πορθμεύει, perferrere à Deo ad nos mandata. Hinc Plato vocat eos εργανούς, interpres, & Philon ὑποδιακόνους. Hoc que est audire verbum, res humanas ad nutum Dei eos regere. Quod poëta in sacra theologia, & apud Ægyptios audientes, finixerunt nuntium quendam patris summi, vocantes eum Angelum, & Hermen interpretem, ei & alas volucres, & celerem à cælo in terras volatū tribuentes. Hoc vt alia pleraque à sacris litteris acceptum. Cū ergo audis poëtam,

*Dixerat, ille patris magni parere parabat
Imperio, & primum pedibus talaria nocte
Aurea, quæ sublimem illum, sive aquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.*

Scito esse hęc sacra, in antiqua theologia, quam Homerus didicit apud Ægyptios, reperita. Non multum refert quod sit non sermonum, sed ἡμέρα debaro, sermonis eius.

Beneficite Dominum omnes virtutes eius, ministri eius, qui faciunt voluntatem eius.

R o, Virtutes, Græcè δυνάμεις, quod iuxta Hebraicum νέα zebau, sonat copia eius, exercitus eius, sicut vertit Hieron. Hoc enim est, quod maximam Dei gloriam quotidie effterimus, canentes eum esse Dominum Deum Sabaoth, id est cœlestiū exercitū, innumerabilium Angelicarum copiarum ductorem, ac principem, quo potestas eius immensa designatur, quippe quæ tot millibus tantorum, tanquam potentum Heroum, ac principum, & Deorum antecat, & qui per omnem cœlum, innumeris his exercitibus, sicut Plato de Ioue dicit, comitatus eat. Siquidem etiam hic est nomē Iouis, in Hebraico Iehouah. Hoc item est quod eum poëtae vocant regem Deorū, ac patrē. Est enim in eo magna, apud eos perinde, atq; nostros theologia. Quare zebaoth sonat innumerabilem, omnem Angelorum multitudinem. In quo Græci non vñqueaque ad verum attigerunt, putantes hoc nomine δυνάμεις, designari aliud quoddam Angelorum genus, qui potestates dicuntur, sicut superioris Angeli. Dicendum δυνάμεις esse copias omnes generatim cœlestes, diuinos exercitus. Sūt enim, vt ait Philon, Angeli τε γενεὰ τοῦ θεοῦ, exercitus Dei. Quo Græci filiū vocant ἀρχὴν εγενητού. Quod facilis didicissent, si vidissent in fonte esse nomen exercitus, ac militia. Et Græcè δυνάμεις, sonat quidem potentiam, virtutē, atq; item exercitum, belligeras copias. Est igitur hoc loco, sicut itē in toto Psalmo corundē repetitio. maiorq; declaratio: Nam vbi superioris vocauerat eos robustos, robustissimæ virtutis, valentes, quod est Hebraicè ghibborim, hic vocat exercitus, copias, militiam, sicut, & Iesu, legiones. Et vbi dixerat eos ibi facere verbum eius, hic eos vocat ministros eius, famulos, parere paratos. Et quod illuc verbum eius, hic voluntatem eius. Sicque aliis verbis repedita sunt clariora. Et magna

KK iii

Pirtutes.

Deus Sabaoth.

Error græcorū, super angelis.

quod de anima nostra dedit Aristoteles, quicunq; Deum, quia inuisibilis sit, non percipiūt. D
Opera, inquit idem, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Habis etiam apud Aristotelem nomina Dei, apud Hebræos celebrata. Dicitur fortissimus, cui respondent El, Elohim, Græcè ισχύρα. Dicitur speciosissimus, de quo in psalmo, Speciosus forma, & Specie tua, & pulchritudine. Hoc quoq; psalmo, vbi dicitur, Confessionem, & decorem induisti, pro Decore Græcè μεγαλωπέτα, id est, magnus decor. Aristoteles eodem modo eum dicens εὐερέστιον. Deinde est nomen bonitatis. Solus enim Deus est bonus. Et in antiqua philosophia τὸ ἀγαθόν, summum bonum, aut ipsum bonum. Immortalis item, ob quod vocatur in nostris litteris δῶς, qui est quod aeternitatem designare Græci testantur. Totus item psalmus is canit omnia, quæ cernimus possessiones, operaq; esse Dei. Beati igitur qui Deum ex operibus cognoscentes, & amantes, in eius cultu laudibusq; omnem eis certum est transire vitam. Sicut fecit Vates, & à Sibylla est etiam praedicatum:

Οὐλίσται αὐθεντούσιον καὶ διαγένονται,
Οὐσιοὶ δὲ τέλεσι μέγαν θεὸν εὐλογέοντες.
Πλὴν φαγέων, πτίεων, πεποθότες εὐτελεῖσθαι.
Felices homines in terris atque beati,
Qui magnum coluere Deum: laudantque, priusquam
Ad mens adaequant, freti pietate perenni.

Hoc igitur factum est hoc. Psalmo, quo continetur altissima, verissimaque, quam Architas, Plato, Aristoteles, & Philo dicunt philosophia. Panditur illa σοφία, coordinatio, colementatio, rerum series, ab uno Deo dependens. Ideoq; haec omnia diuinus Vates cognoscens, cognovit, ut illi aiunt, & cognitum est admiratus. Primamque vocem quam tulit, ab admiratione, & laude creatoris, inchoauit, philosophia sua verum fructum consecutus.

B Enedic anima mea.

Animam quod saepe in nostris interpretationibus est obseruatum, admonendi sumus, animam in Hebraica dialecto designare substantiam, & ipsummet vnumquenque, priuatamq; cuiusq; personam: vt, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, id est, quicunque peccauerit. Et in Job, Tantum animam eius ne tangas, id est, Datur tibi facultas vexandi opes, possessiones, bona fortune, personam autem eius, & ipsummet nō datur. Et, Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam. Quod hunc verum habet sensum: Quicunq; vult seipsum saluum facere, perdet seipsum. Et, Qui odit seipsum in hoc mundo, in vita æterna custodiet seipsum. Damnabat enim omnium malorum fonte φιλανθρωπία, charitati perinde aduersam sicut est impietas pietati, avaritia liberalitati. Quo bona cælestia contemnuntur, voluptate, quam qui sequitur, indicat se sui amatorem, ad omnia vocante. Nostræ & vitæ, & sapientiæ princeps docuit veram virtutem, & certam ad cælum viam, esse seipsum contémnere. Is est verus eius locutionis sensus, cui correspondet fermè quodair psalmus: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Id est seipsum odio habet, perniciem suam studet, qui malefactis delectatur. Neq; verò aduersantur Euægeliūm atque Psalmus, quod seruatoribi dicat, qui animam suam odio habet, vitam æternam consecuturum: Psalmus odio habere animam suam, qui diligit peccare, quasi Christus cùm nos odisse iubeat animam nostram, iubeat diligere iniquitatem. Nam Hebrei omnia ad corporea bona referebant. Iesus autem Christus qui primus regni cælestis famam diuulgauit, iubet contemnere, quæ bona in antiqua lege putabantur, neque speranda amplius respiciendaq; vita istius comoda. Alloquitur ergo ipse se ipsum, & cohortatur Vates, quod genus etiam apud antiquos Poëtas inuenias. Quoties Homerus inducit magnos viros seipso cohortantes, idque præcipue cùm ad aliquam egregiam rem ventum esset:

Cōpatere istud, namque hoc & maiora tulisti.

Et cùm saepe dicit homines affatos ως δι μεγαληπεχθυμον, ad ingētem animū suum: quodque Hebreus alloquitur animam suam, ab Homero dici appetit quod alloquerentur illi aut animum suum aut cor suum. Siquidem anima dicitur Hebraicè nephes, proprièque sonat

Asonat spiraculum, sicut & Latinè anima, id est, άνεμος, ventus. Spiraculum autem tum à corde est, præcipuo totius vitæ membro, propter calorem & sanguinem, ex sanguine efficitur spiritus, tum refrigerat cordis calorem. άνεμος autem est acumen illius spiritus: Dicamus ergo proprium hominem, à diuersis partibus præcipue appellari, à corde, ab anima, ab animo. Illi q; ab Homero, cùm secum loqui introducuntur, cum corde aut cum animo loqui introducuntur, Hebreus cum anima sua. Alloquendi autem, & cohortandi se ipsum ratio, duas res indicat, tum aliorum absentiam, & tacitas meditationes, tum impulsu quendam, motumq; mentis in seipsum, & quasi vehementem considerationem. Ex quo, & animalib; declaratur, seipsum in quam velit partem vertentis, sibi ipsi iubentis, tum illam in seipsum reflexionem immortalitatis signum voluerunt esse quidam. A nullo enim inchoatur ille motus, sed circuueritur non motu à sensibus, sed occasione motiendi tantum accepta. Declaratur item animus seipsum intelligere. Sensus autem seipsum non cognoscit. Non displicet quod Hebrei dicunt, quia solus homo noscat opera Dei, eo cohortari seipsum Vatem, quasi diceret, Benedic anima tu quæ sapis, quæ sentis, quæ intelligis sola. His omissis, verbum benedicendi consideramus. Benedicere Hebraicè dicitur barak, Græcè sicut & Latinè οὐλογεῖν, ab oratione, & ore: vt fit utraque lingua dicere verba bona, verba laudantia, commendantiæ, tollentia. Verbum Hebraicum refertur quidem ad sermonem, sed propriè designat libertatem, fluentiam, inundationem, vnde eadem voce birkah, piscina, vt designet inundare in commendationes, pandere os in laudes, effundere abundantem orationem. Neque enim etiam Græcæ, & Latinæ est aliud benedicere, quād multa dicere. Bona enim & entia conuertuntur. Idemq; est bonum, & esse. Vbi bonum, etiam esse. Qui benedit, bona dicit: qui dicit bona, dicit multa, dicit magna, dicit maximè existentia, dicit magnum esse habentia. Magnum splendorem, magnum lumen, grandia, excelsa, mentem, & os implentia. Sicq; efficitur, vt quanquam videatur diuersa deductio, idem tamen sit sensus Hebraicæ vocis, atq; Græcæ, & Latinæ. Benedictus Deus, cùm ore nostro grandescit, cùm maximis factis eius implenus animum, & os: cùm dicimus grandia, cùm fluit oratio grandis à cogitationibus animum implentibus, & in stuporem adducentibus. Cùm tantus est in ore, quantus in oculis, & multo quidem maior. Nam os deseruit menti, mens accepta ex oculis res perpendit, & saepe parua ab oculis accepta, in mente grandescunt, vagante, discursante, comprehendente. Hoc cupit à nobis Deus, magnitudinē eius cognoscamus, cognoscamus pariter & admitemur, magnificemus, grandescat apud nos, quo ad mens, & os capiant. Hoc fecit diuinus Vates. Impleuerat animum suum operum diuinorum admiratione, tum seipsum ob magnitudinem rerum, qua mouebatur, impellens effudit res grandes Dei. Ac quod ait,

Dominum.

EHEBRAICE est nomen Tetragrammum quatuor litterarum. Iehouah, quod idem Iehouah. est apud Hebreos, atque Græcos in sacris litteris, τὸ ιησους qui est apud antiquos philosophos, rerum diuinarum non ignarus, neutro genere τὸ δι, ipsum esse. Quod benevolenter Græcè dicentes τὸ ιησους διηλογιζον, hoc nomine designari aeternitatem. Dicitur enim, qui est, quia semper fuit, non habens, vt inquit sapiens Plato, præteritum, aut futurum, inclinationes temporis, sed solam præsentem aeternitatem. Nam cùm solus Deus habeat immortalitatem veram, & aeternitatem, solus appellatur. Qui est: & hoc nomen proprium est Dei, iustissimaq; substantia, naturæq; sua appellatio. Diciturq; Qui est, vel existens, non tam propter aeternitatem, quād vniuersitate, multò magis quād cælum & terra implens omnia intra & extra mundum, omnium rerum fontes, & perfectas rationes continens. Existens, omnes res potestate. Est autem quanquam haec appellatio patris summi, quia in præsencia philosophia τὸ τὸ ιησους, dicitur, propriè tamen filii Dei, in quo sunt omnium rerum rationes. Atq; hunc potissimum respexit diuinum Vatem hinc clarum, quod celebat factorem cæli, & terræ, rerum terrestrium, ac cælestium. Hunc autem esse filium Dei, verbum, rationem, ideam omnium rerum, sapientiam patris, & etiam à præscientiis philosophis summa veneratione traditur. Nam apud Anaxagoram mens exornat mundum, digerit cahos. Apud Platonicos, mens est secundum principium post patrem, post summum bonum, estq; principium mundi, est sapientia rerum, opifex, & invenitrix, de qua pro cæteris Platoniciis Iamblichus egregie, & eadem, atq; Solomon, in libro de secula Pythagoreorū, Sapientia, inquit, πάντων τὸ ιησους τὰ ἔτην περιέλαμψε εἰς αὐτῷ, τὸ τε

Ratio, seipsum, alloquendi.

Iamblichus diuinus. *Sapientia cur dicitur Christus.* *Existent. Christus patribus loquuntur.*

venit̄ν δέ τοις ὀφθαλμός, τῷ ζεὺς τῷν νοεράν, τῷ τὸ δεῖχθυ τοῖς νοσθίοις παρέγει τὰς καὶ τὸ ἔνα τοῖς θεοῖς. Δημιουρούσις τε πάτος ἀρχής γίνεται τὸ τελείωμα τῆς γενέσεως τῆς πρώτης ταῖς τοῖς. Quae sunt: Omnia rerum rationes in se complectitur. Intelligibilium, est visio, oculus, & vita intelligentium, dans scilicet rebus intelligibilibus, vt intelligantur, & videantur, dans omnibus rebus esse. Omnis opificij in mundo, & omnis primæ creationis, atque ordinis princeps. Hoc testimonio intelligimus etiam eis perspectum creatorem cœli, & terræ fuisse, cum dicat sapientiam omnis primæ creationis, atque ordinis fuisse principem, ducem. Sapientia autem, vt claret ex nostris litteris, est filius Dei, vt iure Iamblichus diuinus sit appellatus, qui tam diuinè de sapientia loquitur. Cum autem Vates hoc carmine, rebus tam mirabiliter creatis, in considerationem & admirationem creatoris deuenisset, & in eius commendationem hanc odam diuinam edidisset: creatorem autem, & inuentorem omnis ordinis, omnium rerum quæ sunt in mundo mirabiles, philosophi cum nostris afferant fuisse sapientiam, sapientia autem, vt est clarissimum, filius Dei sit, quæ propter rerum creatarum bonitatem, propter vniuersitatem, sapientia dicitur: certè liquet hoc carmine celebrari filium Dei, & nomen Tetragrammum illius esse proprium quo propter discrimen à rebus, quæ non semper extitissent, ipse creator semper existens, est nuncupatus. Eadem enim vocatur ratione Iehouah, id est existens, atque sapientia. Ut enim sapientia, vt designatur mirabilis creatio, & creandi facultas qua contineret, & esset sapientia omnium creandarum rerum: sic existens, vt designetur & ante res creates extitisse, & ipsum esse vniuersalem rerum formam, vniuersalem rationem, vniuersale esse, vniuersalem naturam: quasi existens magnum, magnum esse, vnde minora entia, tanquam magno sui parente nasci potuerint, vt vocetur ens per excessum. Catet res nec habent verum esse, nec vniuersale, nec æternum, ille æternum, vniuersale, perfectissimum. Hunc Vates spectauit dicens, Benedic anima mea Dominum. Nam & qui loquebatur cum Mose, suumq; hoc nomen verum dixit esse, fuisse filium Dei, non solum è nostris litteris est certissimum, prædicantibus missum ad priscos patres fuisse filium Dei, vt idem vetus testamentum rexerit atque nouum (is enim fuit, quo viso Abraham gauisus est, & adorauit) sed etiam è littérē antiquorum philosophorum. Quorum Plotinus mentem explicans dicit, summum bonum, id est, patrem hominibus non fuisse notum, sed Deum secundum, tantum. Nam quem putarent cœli & terræ creatorum, per inscitiam eos arbitrati, hunc esse primum. Illum primum esse obscurum nobis, & ignotum. Hunc autem omnia creantem, esse secundum ab illo. Hæc verè dicit Plotinus, Constat itaque qui mundum creauit, creatumq; semper rexit, filium Dei fuisse, illum quem Plotinus secundum docuit esse. Et Philo Iudæus filium Dei nominans, appellat ὑπάρχον, id est, magistratum, præfectum mundi, missum scilicet à patre ad creandum, regendumq; mundum. Idemq; causas creandi mundi assignans, causam quidem Deum à quo fit creatus, materiam quatuor elementa, deinde ὕγανον δὲ, λόγον δὲ, ή δὲ κατηγορείαν, organum verbum Dei, per quem creatus est. Cum ergo fit idem, is, qui pparuit Abraham, atque Moysi, ille autem fit filius, is autem, qui Mosen est allocutus, dixerit nomen suum esse Iehouah, existens ὁν, perspectum est, hoc nomen esse filij Dei, & hunc à Vate laudari. Quod & Hebrei ex parte viderunt, sed ignari quid loquerentur. Nam exponentes hunc Psalmum à principio dicunt, Dominum omnia in sapientia fecisse. At hæc sapientia est filius Dei, in quam, & per quam Deus fecit omnia. Ideo Philo eam vocat ὕγανον instrumentum Dei ad creationem. Et quia sapientia est, & origo mundi, dicit de ea θεός ὁνος ἀποκάλυπτος ἡδεῖ λαύματος χάραξ, Deus est domus, & locus incorporeus incorporearum idearum. Et spiritum qui ferebatur, id est, operabatur super aquas. Veteres Hebrei dicunt fuisse spiritum Messiae.

Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Iehouah, κύρος, Dominus, Eloha, Deus.

Eccl illa Dei Benedictio, ad quam cohortabatur, inuitabatq; seq; mentemq; suam. Simul ac exordium illud fecisset, inchoauit sermonem à laudibus magni Dei, extollens eum, & admirans. Illud fuit exordium, quod sequitur oratio ipsa, & benedictio. Repetitq; idem nomen Tetragrammum, vt intelligas hunc benedicere ac commendare eum voluisse, ad quem superius laudandum se inuitasset. Sunt autem in principio benedictionis, duo nomina diuina, Iehouah, Eloha. Primum designat ipsum esse, estq; illius proprium, quem extollere decreuisset. Secundum etiam eius, sed non tam proprium. Extenditur enim etiam ad creaturem. Nam Angeli, sacerdotes, iudices, homines sancti dicuntur

A tur Elohim. Sonat autem Elohim, Hebraice forte, potentem, proprieq; respicit creatorem. Eoq; vsus est Moses in creatione semper. Iehouah, vt dixi, est nomen æternitatis, hoc autem creationis magnæq; potestatis Dei, omnia creare potētis. Ac quanquam sit ad alios translatum, propriè tamen fuit Dei. Septuaginta hæc duo nomina in Græcum, vt potuerunt, transtulerunt, κύρος, θεός, quæ non resonant Hebraicum. Ac primum potius sonat secundum Hebraicum. Est enim κύρος Græcè dominator. Vnde κύρος, potestas, autoritas, vis, ἀρχη, sine autoritate, sine vi. Dominator autem, & potens proprio Hebraicè est Elohim. Duobus ergo nominibus cum Hebraeus Vates appellat, quorum altero designat eius ante mundum æternitatem, immensamq; diuinitatem, altero creandi summatam potestatem, vt æternitas Dei, & tempus creati mundi hisce sit comprehensa. Nam & Hebrei in Genesi dicunt Elohim in principio à Mose positum, vt potentia creandi designaretur. Diuinè autem duo illa nomina Philo disertissimus in sua Monarchia, vbi etiam ipse de creatione disserbat, explicat dicens: οὐδὲν ὅτι τοῦτον αὐτὸν αὐτὸν τοῦ μέντην τῷ δινδυμεων εἴσιν: οὐ τε εὐεργέτης, οὐ κολαστηρ, οὐ τροχομορετας οὐ μὴνερπης, θεός, επειδή τοι ταῦτα θύμηντα διεύρυνται τοῦ πάντα: οὐ δὲ τέχνη κύρος, καθ' ἣν αὐτοταγή τῷ διλογοντος τοῦ πάντας: θεός οὐκ αὐθόρπων μάνον, άλλα οὐ θεόν τοι θεόν τοι θεόν. Quæ sunt: An non vides quod circa eum qui est, duæ primæ, ac maximæ virtutes existunt, beneficia & vtrix? & beneficia vocatur θεός, Deus, quia per hanc posuit, & exornauit vniuersum. Altera autem Dominus, per quam omnium rerum potestas penes eum esse declaratur: Deusq; est non solum hominum, sed etiam Deorum. Hæc Philo. Quibus declaratur is locus. Nam dicit hæc duo esse penes τοῦ δι, id est, eum qui est. Declarauimus autem, quod nomē quatuor litterarum sonat eum qui est, de quo loquitur Psalmus. Et primum nomen theos, Philo dicit, designare creatorem, ergo filium, sapientiam, causam, opificem. Vult autem θεός duci a θεῷ, pono, licet alij, σπέρτη θεός currere, astrorum apud antiquos nomen. Quod autem dixit Meus, Hebraicèq; est Elohai, sonat postus Dij mei. Est enim numerus multitudinis ab Eloha. Hebraici sermonis proprietatem dicunt esse Hebrei, vt interdum numerus multitudinis sit pro singulare, quemadmodum apud Græcos, nomina neutra in numero multitudinis adiunguntur tertij personis singularibus verborum. Sunt alia super eo dicenda, non huic apta loco.

Magnificatus es vehementer.

O D E M ferè modo Hebraicè τῆς gadaltha, creuisti, granduisti, magnus effectus Magnificatus, pulchreq; exponunt Hebrei locum non apud seipsum, qui infinitus sit, (infinito τοῦ εος. Autem nihil addi potest) Deum, sed ex miraculis operum suorum, ex nostra admiratione grandescere. Et Græci monent εμεγαλύθης, non sonare incrementum, sed esse εμεγαλύθης μεγάθες ομηρικῶς, Quasi diceret, Deus meus magnus. Et cum Hebreis consonans Euthymius, Magnificatus es, exponit μέγας σφόρα απηγνιάθης. Magnus cognitus es. Nos ergo rerum magnarum rationes considerantes, Deum immortalis inuictæq; virtutis incipimus agnoscere, paulatimq; ille in animo nostro grandescit. Nam qui repunit humi nunquam ad rerum principia, & creationem oculos tollentes, maiestatem singularis Dei non agnoscunt. Et aut apud eos non existit, aut non est quantus esse posset. Hæc est igitur gloria Dic exterior, cùm maiestas eius nobis innotescit, fitq; clarus in omni terra. Poretq; Deus cognosci, nobilisq; fieri nobis, aut rerum naturalium harmoniis, omniumq; naturarum modis, aut extraordinariis miraculis. Vtraq; ratio perennis, sed posterior singularior apud Hebreos. Apud Philosophos, veroq; rerum estimatores, eadem sunt miracula naturæ, & eodem modo ex his Deus appetet grandis, mirabilis atq; ex portentis. Omnia enim portenta sunt, & stupenda miracula, si rectè considereres. Sicut ergo apparuit grandis, mare discindens, & aquas in vtransq; partem stare immotas cogens, sicut cùm formicam tam exiguum animal sine sanguine, sine pulmonibus, respiratione, fecit viuere, & in exiguo víxq; visibili corpusculo, prudentiam inclusit magnarum bestiarum. Hancq; partem maxime Vates est secutus. Hic super artificis sapientia obstupebat, inenarrabilisq; scientia ac prudentia esse intelligebat. Quodq; ait Vehementer, admonent secretores traditiones Hebreorū, quas illi Midras appellant, si forte cui placeat, antequam Deus crearet mundum, fuisse magnū, sed creato mundo, magnum vehementer.

Confessionem, & decorem induisti.



Deus.
Dominus.

Theos, &
ponendo.
Elohai.

Gloria dei
Exterior.
Interior.

Confessio.

EBR AIC E, quod Septuaginta vertere semper solēt εξομελόγησιν, est τὸν hod, perue-
Dnit̄; vox etiam ad Græcos. Est enim hod, quod Græcē oda. Et quod illi dicunt ἀδω,
Hex Hebraicō acceptum est τὸν hada. Designat autem Græcis adō, canto, laudo. Idem
 in prisca lingua est significatus. Itaq; cūm Iacob à nominibus filiorum sumeret elogia, de
 Iuda dixit, Iuda te laudabūt fratres tui. Idem Hebraicē hod, ac Græcē oda, cantus, carmen,
 laus. Et Septuaginta ob id transtulerunt confessionem, quasi narrationem operum diuinorum, & expressionem. Siquidem ὥμολόγησις est sermo multa complectens. Estq; eadem
 Latina, atque Græca deductio. Latini dicunt, Confessionem, inuera littera quasi confes-
 sionem, à fando. Græci ὥμολογία. Sed, vt vera dicam, neque Græca bene respondent ad He-
 braicam, neque Latina ad Græcam. Nam apud Latinos confessio pro laude, & praconio
 non ita est, sic neque apud Græcos εξομελόγησις, potiusq; in vituperationē accipiuntur, Er-
 go quoties est in Psalmis verbum confitendi, sonat laudare, tollere, celebrare. Confessio-
 nem autem dixit Latinus exprimens vocem græcam. Chaldæus autem declarans Hebraicū,
 pro hod, expressè posuit quod laudem designat στήν shebacha. Diuus autem Hiero-
 nimus gloriam. Euthy. vero ait sonare confessionem εὐχετήσαι, gratiarum actionem.
 Quod quidem si quis recte iudicet ex parte verum est, & Hebraico non dissonum. Nam
 vox Hebraica notat laudem, gloriam, cūm diuina beneficia cognoscuntur & laudantur.
 Non laudantur autem, sine gratiarum actione. Tunc enim agimus præcipias gratias,
 cūm diuina opera contemplantes autorem laudamus. Ergo laus, & gloria Dei, & in ma-
 gnitudine eius interius, & in nostris animis, ac cogitationibus exterius existit. Tuncq; est
 εὐχετήσαι, id est gratum, memoremq; acceptorum beneficiorum sefe ostendere. Secunda
 vox est, Decorem, Græcē μεγαλωτέρεια, proprieq; sonat magnificentiam, virtutem, autore
 Aristotele, magnorum virorum propriam, maximē in magnificis apparatibus, ac pompis,
 sumptibūsq; existentem. Quæ quidem etsi verissimè soli Deo competit, qui nobis magni-
 ficiantiam suam innumeris, prodigiisq; rerum apparatus ostentauit: propriè tamen in
 sacris litteris sonat decorem, pulchritudinem, venustatem, splendorem, vt verius ad vo-
 cem Hebraicā τὴν hadar, respondeat Latina quām Græca. Dicitur Hebraicē propriè
 hadar, splendor, claritas, sicut declarat quod sequitur, Amictus lumine. Verum quoniam
 magnificencia, & claritas, non in splendore corporeo tantum, sed omnigena alia claritate
 sentitur, sicut homines illustres, & clari, non quia corpus, aut vultus eorum splendescat, sed
 ob aliam claritatem dicuntur: fit vt vox Hebraica metaphorice sit accepta ad designan-
 dum splendorem diuinum, qui in magnitudine suorum operum enituit. Vt enim viri clari
 dicuntur, non quia resplendeat fulgore corporeo, sed alio quodam nitore, sic appellata est
 claritas diuina nunc, non quæ de lumine naturæ suæ refulgeat, sed qua mirabilis, celebris-
 que sit, & suspiciendus ob operum magnitudinem. Vox ergo Græca pulcherrimè quod
 per translationem dixerat Hebreus, iuxta proprietatem designauit. Neque enim aliud est
 splendor ille diuinus, nisi magnificentia. Euthymius μεγαλωτέρεια exponit τὸν μεγαλωτέρει-
 τερον, id est honorem, magnum, magnificentum, magnos decentem. Estq; vt dixi, hoc loco, du-
 ples tralatio, splendoris, & indumenti. Fingit autem Deum quodam quasi immenso splen-
 dore vestitum, & tanto circumamictum lumine, vt compleat cælum, & terram, omniūq;
 animos in admirationem sui adducat. Vestire lucem, dicitur etiam Latinē: Et lumine ve-
 stit purpureo. Vestitur autem Deus luce, non aliena, sed claritatis suæ, in cuius de se man-
 atis, ac nascentis medio ipse moratur: qualis apparuit in monte Sina, & Thabor, qualis visus
 Mosi, cūm videret rubum ardentem circum, flamasq; quasdam mirabiles iactantem, sed
 quia non esset ignis, sed splendor diuinæ præsentiae, non ardentem. Et de qua Laetantius
 ostendens eum venire in claritate sua ad mortales, non oportuisse. Vt mittam, inquit, quod
 mortales oculi, claritatē maiestatis cius sustinere non poterunt. Meminit eius etiam Philo
 diuinē his verbis: ὁ γὰρ τὸς ὄφελος μὲν φωτὸς ἐτεῖσθαι τὸν λατάνην & δεῖται. αὐτὸς γε ὁ ἀρχὴ τῶν
 μυερῶν ἀκτῖνας εἰπεῖται, ὃν ἔστε μία ἡτοι αἰσθητή, νοταὶ δὲ ἀπαγγεῖλαν. Nam oculus eius, qui verè est alte-
 riū luminis ad perspiciendum non indiget: quia cūm luminis archetypus, innumeros radios fundit, quorum nullus est visibilis, sed inuisibilis omnes. Sed hoc modo, splendore vi-
 sibili Deus vestit, tanquam indumento suo. Splendor autem quem propriè considera-
 bat Vates, erat, vt dixi, per tralationem ab isto visibili potentia diuinæ, laudis, pompæ, ma-
 gitudinis, celebritatis. Hos enim rerum mirabiles decors, & ordines, etiam Philosophi
 radios dixerunt. Hancigitur decoris, & luminis, ac claritatis vestem hoc modo decet in-
 telligere. Hebrai, & Græci verbo quidem diuersa, re autem eadem dicunt. Græci quod ha-
 bitet

Eucharist.

Decor.

Amictus
lumine.

Math. 17.

Exo. 3.4.

Laetantius.

Abitet lucem inaccessibilem, qua sit ipse circunfusus, vnde & caliginem, ob imminositatem ^{Cælum em} vocat eam Dionysius. Hæc autem inaccessa lux, aut est cælum empyreum, vbi splendor, & ^{Pyrum.} à splendore dictum diuinæ præsentiae, aut infinita bonitas, quæ non possit similiore ^{1.Timo.6.} quām lucis nomine designari, excæcans oculos, quanto diutius in ea intuenda perse-
 uauerint. Eadem ferè Hebrai obtulerunt, cūm primum Deus cælum creasset, quasi
 vestem suam induisse, & ex splendore cælesti innotuisse, sicut dicebat Philo. Hocq; ve-
 stimento, ipsum à mortalibus cognosci, qui eum in suis regnis, & in propria substantia non
 videant.

Amictus lumine sicut vestimento.

ORVNDE repetitio, eadem res, duobus verbis designata, quasi Latinē quis dicat,
 Vestisti lucem, claritatem amictus es. Duabusq; rationibus hoc potest intelligi. Vbi
 enim Septuaginta transtulerunt ἀνταλλάκκους, id est amictus, Hebraicē est τὸν ote,
 quod sonat vestīs. Anceps ergo tum ad Deum, qui sit luce vestitus, tum lucem qua vestiat
 ipse omnia. Ac Græci priorem solum sensum tralationem Septuaginta secuti, obseruarunt
 exponentes Indutus, vestitusq; lumine. At Hebrai propter linguæ suæ proprietatis sci-
 entiam vtrunq; sensum exhibent. Et Rabi David ait Prophetam inchoare à luce, rerum mun-
 danarum descriptionem, sicut & Moses. Vt enim Moses in creatione lucē ante omnia fa-
 ßam memorauit, sic David fecit à luce principium, dicens Deum vestisse luce tāquā vesti-
 mento, vniuersum orbē: fecisse vt omnia sursum, ac deorsum ea tangerentur. Quod vt pri-
 mum fuit, sic diuinissimum, maximeq; mirabile opus. Docuimus autem in Cosmopœia, lu-
 cem istam omnium rerum primogenitam, esse lucem visibilem, ipsumq; Solem, cuius non
 tam fuit summis theologis consideratio, quām lucis omnem mundum implentis. Mirabile
 enim, & prodigiosum corpore, vt videtur nobis, tam exiguo totam terram inardescere.
 Considerabant ergo magis lucem, quām lucis fontē, qui propter fūdendam lucē factus es-
 set, Solem lucem appellantes, à re in eo nobilissima maximeq; communi. Quod quidem
 fecit multos non cernentes nomine lucis Solem apud priscos illos Hebraeos appellari, à
 vero discedere, vt suspicarentur aliam quandam lucem dictam à Mose. Atque Sol fuit
 prima rerum creatarum post principia, prior omnibus factus, quia principium est omnium
 visibilium rerum. Chaldæus item isto loco appellat τὴν nehora, id est, luminare, ipsam lu-
 cem. Luminare autem maius est ipse Sol. Sicq; apparet lucem illam Mosaicam primoge-
 nitam, istius Psalmi testimonio fuisse Solem. Quare autem dicatur quarta die *creatus*, ex-
 positum illic fuit per ἑτανάληψιν, id est repetitionem dictū. Non solus autem Moses Solem
 quadam sublimiore phrasí lucē appellavit, sed alij quoq; & Hebrai, & Latini, Græciq; scri-
 ptores, & Poëtae. Ouidius introduxit Phæthonem Solem patrem alloquenter: O lux im-
 mensi publica mundi. Nōne autem prima omnium rerum esse Sol debuit, de quo verè re-
 fert Architas Tarentinus: οὐλος ὁ φθελαμός εἴρι, καὶ πυρχετὸν φύει: ὁ γάρ δὲ αὐτῷ παντα, καὶ γέ-
 νεται, καὶ νοταὶ τὰ πλεύεται καὶ γενναθέται δὲ τησέλασθε, καὶ εὔπορηται. Quæ sunt: Sol est ocu-
 lis & anima rerum naturam habentium. Siquidem per eum videntur omnia, & generantur
 & pullulasse sentiuntur. Genita verò nutrituntur, & augentur, concalescantq;. Hæc docent
 abunde, sicut pater omnium genitorq; corporearum rerum, & alter est Sol, sic priorem eū
 fieri oportuisse, vt tāquā à parēte suo res corporeæ nasceretur. Nec vlla in re corporea, tāta
 sapientia creatoris, tanta prudentia, & bonitas quā in creatione Solis & lucis apparuit. De
 quo quoniam multa in Mose dicta sunt, plura non prosequar hoc loco. Græci, vt dixi, vnum
 tantum sensum agnouerunt, exponentes lucem τὸν παρόντα, claritatem diuinam: alij, vt ait
 Euthymius, τὴν γνῶσην, cognitionem, quasi nobilitatem, qua nobilis sit vbiq; & cognitus. Ioā
 nesq; Chrysostomus reficit illud, Erat lux vera, & inaccessa à Paulo. Mihi vterq; sensus
 probatur. Nam & Chaldæus qui norat vim sermonis Hebraici, quod Hebraicē dicitur τὸν
 vestiens, induens, passiuē sicut & Septuaginta dixerunt τὸν mithasaph, indutus, vestitus.
 Tunc nehora, defignabit splendorem, nitoremq;.

Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora
 eius.

I priorem sensum sequaris, quo Vates diuinus decantet iuxta ordinem Mosaicum
 opera mundi, dicemus primum lucem eum commemorasse, sicut & Moses: tum,
 quemadmodum Moses, post lucem, firmamentū secunda die induisse creatū. Ne

LLL

sequatur autem in his referendis confusio, prudenter sunt interpretanda, & verior quam D
apparet in fronte, indaganda. Ut enim super genesis ad Hebraici sermonis proprietatem
refugientes docimus, lucem esse Solem, (quod autem Septuaginta translulerunt *τρίπομα*,
id est firmamentum, Hebraicè autem rakia, non firmamentum, sed aëriam diffusionem
interpretati sumus, quæ post Solem creatum effecta sit) sic exponimus isto loco. Nā in Ge-
nesi diffusion illa aëria fuit à Deo, nuncupata shaimaim, quod sonat aqueam regionem,
aquarum situm, & vt Aristoteles ait, *τόποι οὐδέ τοις* de qua loquens Moses simul supernas
aqua, & infernas commemoravit, vt hoc & illud sit verum testimonium, firmamentum,
& cælum secunda die apud Mosen, non orbes esse cælestes, sed regionem aëriam. Äquè
nunc cælum est aër effectus à luce, à Sole, quemadmodum per initia sua decurrens, nunc
efficit. Sequiturq; verus ordo narrationis. Nam cùm lux sit Sol, cùm Sole, solaris orbis ad-
sit, qui etiam non videtur nobis: liquet Solem cum orbe narratum. Ergo quod sequitur se-
cundo narrationis loco, non ad cælestes orbes attinebit, sed erit aliud, nempe aër, qui ef-
ficitur à Sole. Extenditur autem aër, per Solem à Deo, quia rarescit flammis solaribus aqua,
& vt philosophi scribunt, ex aquæ pugillo, fit decies tantum aëris, hocq; est diffundi in-
star pellis, idest tentorij, quod pellis, quia de pellibus tentoria sint Orientalibus, voca-
tur. Tentorium autem antequam diffundatur, breve est, & clausum: diffusum usque-
quaque grandescit, & rarescit. Sic aër grandescit ex aqua, clausus prius in aqua, & ex una
parua aquæ metreta, fit aër ingens. Testantur fumi ex paruis humoribus, lignis con-
tentis surgentes, cùm tota domus fumo à lignis effecto impletur. Similis est aeris natura-
lis effusio ex aqua, facta per lucem, id est Solem, à Deo. Quod vt clarius intelligamus,
veramq; ac naturalem huius psalmi philosophiam videamus. Aristoteles audiēdus in libro
de Mundo, de aëre, nubibusq; loquens: Δέο μὴ γέρθη τηνε αὐτήν ανθυμάσος. Quæ sunt: Duæ
igitur semper exhalationes super aërem qui nobis imminet, feruntur è terra, tenues omni-
no & inuisibiles, nisi matutino tépore è fluminibus, ac paludibus ascendere videantur. Ha-
rū altera est sicca, & fumida surgens à terra, altera humidior, & caliginosa ab humida mate-
ria euaporata. Et ab hac quidem fiunt caligines, rores, gelationes, nubes, & pluiae, niues, &
grandines: à sicca vèrò, venti spirationumq; varietates, tonitrua, & fulgura. Hæc Aristote-
les. Videamus igitur consimil hic philosophiā, vt sensum huius loci philosophus ipse nobis
declarauerit. Videamus è terra surgentes vapores adeò tenues, vt sint inuisibiles, in aërem
extenuatos, & extensos: nubes quoque & ventos videmus, de quibus hoc Psalmo. Is mihi
visus est in Mose verus sensus & nunc videtur. Nam quod cælum sit aër hoc loco, apparet
ex sequenti, Qui tegis aquis superiora eius. Sola enim supernæ aëris regiones a quis implé-
tur, non supernæ & ultra mundanæ regiones cæli, rerum spiritualium, Diuorumq; domicilia, non res elementares. Nam si à Vate, vt clarū est, ordo creationis traditus à M ose, hic in-
troducitur, secunda autem die firmamentum à M ose creatum: ideo cælū orbisq; cælestis
esse nō possit, quia necessarij cælestis orbis cū luce refertur, vt qui dicat lucē cū cætam, si-
mul orbem lucis vectorē oporeat ab eodiūtum, necesseq; sit, quod secūdo loco positiū est,
esse variā rē ab orbe cælesti: deinde multa alia persuadeant, firmamentū secundū dici opus s F
apud Mosen, esse aërem: certè & apud hunc diuinum scriptorem eandē stare necesse erit
expositionem. Hebrai q; consentiunt iuxta ordinem Mosaicū, post lucem, posuisse Dauid,
cælum, nomen impositum ei quæ prius dicebatur rakia, id est firmamentū: expresseq; Ra-
bi Dauid fatetur, hoc cælum nos denuō orbibus sentire non posse, quia sint hi creati ante
lucē. Sic enim ipse sensit prima die. Quia, inquit, antequā Deus spheras, & quatuor elemē-
ta creasset, orbes cælestes confecerūt duodecim horas, quia cum motu cælesti tempus exi-
stit: finitis autem duodecim horis, Deus dixit, Fiat lux, & facta est lux duodecima hora. Nō
quidem his prorsus assentior, sed vt intelligas cælum post lucem commemoratum, etiam
eos non credere esse cælestem orbem. At Græci extensionem cæli, sicut pellis senserunt, vt
facultas diuina potentia in creando demonstretur, qui tam facile crearet cælum, quæ
facile diffunditur pellis ab homine. Euthymius, Qui extendit tam facile cælum, sicut quis
pellim, quo facilitatem productionis cæli docere conatus est Dauid. Eadem sentit
Chrysostomus. Non verò, vt loquar quod sentio, videtur mihi quod visum est illis ex
hoc Psalmo posse colligi cælum esse quadratum, sive *καμποειδές*, cameratum, quia Dauid di-
cat, Tanquam tentorium à Deo diffusum, vt figuram pariter cæli creati, & creandi facilita-
tem tradiderit. Nam similitudo tentorij potius respicit ipsum collectum, deinde diffusum
& expansum, figuram certè non respicit. Omnes enim optimæ rationes cum sensu con-
cor-

A cordes docent cælum esse sphæricum, nec essent theologia, ac philosophia intef se discor-
des. Trahiturq; expositiō, quod scriptor nō respexit, qui naturæ & philosophiæ contraria nō
dixisset. Probant Astronomi, necessariò cælum esse rotundum: probant item omnem alia
figuram multa incommoda facturam fuisse, de quibus non est hic dicendi locus. Non de-
bet ergo res minimè naturalis autoritate scripturæ introduci. Quod autem allegatur ab
eis Esaias, Qui statuit cælum ἀντὶ καμπάνης, sicut cameram, præcipue à Chrysostomo: *καμπάνη* 40.e.
ἀντὶ τοῦ τοῦ θεοῦ: ὅπις μὲν καμπάνη εἰνόντα προσώπῳ, τὸ δὲ κατὰ πλούτον πανόρατον τὸ τῆς
Θεοῦ γραφῆς. Nonne vides hoc cælum: inquit, quodquidē figurā cameræ habeat scimus, idq; locus iſaiæ
non ratiocinatione, sed diuina scriptura didicimus. Sciendum Hebraicè non esse camerā,
sed pī dák, quod sonat subtile, tenuē. Et Hieronymus transluxit illum locum, Qui extendit
cælum tanquam nihili, vt designet quæ facile Deus ipsum creare potuerit, non figura
docetur. Mirabile item hi dicunt quod super cælum cameratum consistat aqua, quorum
vtrunq; quoniam est naturæ contrarium, non est credendum à scriptura positū, & Hebrai-
cus sermo fecit hæc suspicari. Mirumq; etiā quod ait Euthymius de firmamento, *καμποειδές*
γέραχος τοῦ κελῶς θεουνον ή βόης. Cameratum, id est quadratum, & ipsū est, sicut visus ostēdit. Vide-
tur enim visus aliud prorsus ostēdere. Nā noctū dierūq; æqualitas, & duo hemispheria, do-
cent cælū esse rotundum. In tribus ergo modis, & cumvenia ab eis dislentio super expo-
sitione cæli, nō orbē cælestē, sed aërem hic sentiens super similitudine tentorij diffusi, non
facilitatem eo, sed rei proprietatē exprimi, super figura cæli, eam non esse cameratam, sine
quadratam, nisi fortè cameratam sentiant orbicularem, circularem, quales templorum te-
stidores. Pellis autem ipsam pelle designat, aut tentorium & ipsi Græci senserunt. E pel-
libus ènīm fiunt apud eos tentoria, & in scriptura sāpe pelle tentoria vocantur.

Qui tegis aquis superiora eius.

Iicut Moses cū cōmemoratione cæli, sive firmamenti, superiores & inferiores aquas
adiūxit: sic Dauid. Et ex Mose intelligitur Dauid, vicissimq; ex Dauid intelligas licet
Mosen. Quid autem coegerit Mosen cū firmamento meminisse aquarū supēriorū &
inferiorū, nō apparet ylla ratio, nisi cælū illud, & firmamentū aëre sentias, cui nō solū loco
sed etiā natura, est cū aquis superioribus, & inferioribus societas, intercedēti inter nubes,
pluiaeq; & mare terrestre. Deinde è mari surgētes vapores, nubes, & aëre efficiūt, & aquæ
terrestres extenuatae ascendūt super aëre, fiuntq; cælestes. Rursum densatae in aëre, in ma-
re recurrent, vt naturalis fuerit plenaq; philosophia, illa cū celo, sive aëre, aquarū inferio-
rum, ac superiorū cōmemoratio, docente altissimo theologo, alteras ex alteris gigni, aëre
qui etiā ex ipsis generatur, intercedente, ac generationem istam deferente. Quod si cælū
apud Mosen cælestes orbes intelligas, nulla consecutio, nihil naturale, confusa omnia. Etiā
igitur Hebrai senserunt hoc loco aërem dicentes. Et hunc sensum probat quod sequitur,
Qui ambulas super pénas ventorū: eadē scriptore, sed addita similitudine, dicēte. Quæ etiā *superiora*
superiora fint intelligēda, declaratur ex sequētibus cūm dicitur. Rigans mōtes de superio-
ribus suis. Quo loco superiora, cūcti nubes, & altiores aëris regiones interpretātur. Ac pro-
eo quod Sept. dixerūt ὁ τελέων, quod sonat, Qui tegis, & qui cōtignas, est τέλον μεταρε, de-
signatq; vt dixi, cōtignare, tabulatū dēsum efficere. Tale quid asserūt etiā Hebrai fieri à nu-
bibus. Incubūt terris dēsatā, tāquā tabulatū, cūm pluiae meditātur, nigrescitq; aër, & dur-
atur, fiuntq; nubes instar parietis, qui hac ipsa voce significatur. Is est sensus. Nā aquas ultra-
mūdanās à scriptura cōmemorari, etiā sum aliquādo ipse cū multis suspicatus, postea tamē
rectius animaduertēs, & sermonis Hebraicæ proprietatem pressius considerans, deprehen-
di, quomodo recte posset ille, nō naturalis supra sydera, situs aquarū cuitari, vt ne sint philo-
sophia, ac theologia in rebus naturalibus referendis discordes. Ac quoniam multa de su-
percælestibus aquis, in Cosmopœia differimus, mittam nunc plura super his loqui. Græ-
cis visum est, quod videbatur exhibere Hebraica phrasis, super cælo, super orbibus
cælestibus aquas existere. Nam Chrysostomus, ὅτι τοῦ τοῦ θεοῦ περιέχονται
πολλὰ φύσις, ιδέατων, ὅπερ καὶ μαστίχης. Quia super dorso cæli magna vis aquarum est, sicut &
Moses dicebat. Alij ad mysticas baptismatis aquas refugerunt. Verbum Græcum *τελέων*, non solū tegere, sed contignare sonat, vnde τέλον contignatio. Inde Tri-
stega, id est, trium tectorum, aut contignationum domus. Superiora autem diuus
Hieronymus vertit, cœnacula, supremas scilicet domus partes, superiores thala-
mos. Potest tamen dici Superiora simpliciter, quod de aëre clarius erit. Nec me clam est,
LLL ij

Graecum sonare superiora coenacula, etiam Hebraicum ελιοθ, tamen superiores partes dicentes, in eius intelligemus.

Qui ponis nubem ascensum tuum.

Ebriacē, & Grēcē per tertiam personā ὁ πόθες νέφη τὴν ἄνθεσιν αὐτῷ, Qui ponis nubes ascensum suum. Latinus iuxta superiore ordinē secundarū personarū. Fortē etiā Latinus dixit, Suum. Porrō non nubem dicendum est, sed nubes, quod facilius de nubibus cōgregatis à Deo non de aliqua nube quam ipse inequitet, intelligentur. Quoniāq; Poëta est etiam David, & antiqui maximē conueniūt in theologia, apparet eum hoc loco de Deo dixisse, quale sāpe Homerus appellat Iouem νεφεληγερέτα, & κελαυηρή, nubium congregatorē, nigras agentem nubes. Crebrum apud eū epitheton. Singularis eius, & admiranda potestas, nubes nusquam apparentes, subito congregatas, horrorem terris præbere, campos, collesq; humore latè fœcundare. Qui si defuisset, inutilis fuisset creatio terrarum, quale mare fabulosum in Aphrica, & Arabia, vbi quod nunquam terra pluvia madefit, steriles harenāe, lapillorumq; acerui cernuntur. Eoq; inter p̄cipua diuinæ prouidentiæ munera recensetur pluvia à scriptoribus Hebraicis. Sciebant enim illarum vicinarum terrarum sterilitatem, & deformitatem, propter pluvia inopiam. Prō ascensiū igitur in Hebræo est ἡ ρεκύβο, id est, equitatione sua. Et Hieronymus, Currum suum: pulchreq; locus ab Hebraicis declaratur. Vt enim equus currit, & recurrit, agiturq; quo cunque fessoris voluntas tulerit, sic eunt, redēuntq; semper nubes, interdum immorantur, vt habeant quāfi ascensem, qui eis inequitan, per omnē mundū eas agat, & impellat. Hanc pulcherrimam similitudinem non resonabat Graecum, quia simplicem θεάσιν, id est, ascensum meminit. Sic neque Latinum, sequens Graecum. Tria igitur commemorauit: primum, cælum extensem sicut pellem: deinde pluviam cælestem, tum nubes aquosas: post haec ventos. Hæc Aristoteles appellat μετέωρα, sublimia, alta, Aér, pluvia, nubes, venti, quorum autem Deum prædicat, & collaudat, in eius voluntatem & potestatem referens res omnium hominum, ac terrarum communes, ex quibus omnia nata, & viuere dicuntur. Hæc autem sunt, Lux, aér, pluvia, nubes, venti. Quorum autor, quia mirabiles sunt, & ex eis viuimus, dignus est admiratione, & laude nostra. Graeci non omnino hunc sensum sequuntur, sed putant hac comparatione ascensionis nubium, partim leuitatē diuinæ substantiæ designari, partim quād visus sit interdū inuestus nube serena, sicut in monte Sina. Sed certè vior sensus est, quem Hebræi lingua suæ proprietatem noscentes exhibuerunt. Ipsaq; comparatio est venustissima. Et hic agitur de creatione rerum. Nō oportebat autem dicere quād Deus vtatur nubibus pro vehiculo, nec quād substantia eius sit levius nubium instar. Non enim hæc cum superioribus sequuntur.

Qui ambulas super pennas ventorum.

Ambul. sūt, vt dixi, hæc quoq; poësis plena sensuum diuinorum, figurarum, tralationum. Vt Poetæ Graeci, & Latini, ventos fingunt barbatos, crinibus madentes, sic eis dedit F. alas Poeta diuinus, vocans ventorum celeritatem alas, & hanc dicens esse subiectā Deo moderariq; ab eo.

Celsa feder. Aeolus arce.

Sceptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras. A sacris enim scriptoribus fluxerunt. Fingitur ab eis Deus ventorum sedere excelsa tenens inclusos carcere ventos, nostrarūtē insidere Deum ventis ipfis, quorum celeritatem, quo cunq; velit, impellat, impulsas nubes agat, aut abigat, idq; subito, modò ad has, modò illas terras, nubes deferens. Eadem sensunt Graeci. Hoc, inquit Euthy. designatur παταχή παρένοντες. Vbiq; hunc adesse. Velocissimus enim est ventus, citoq; à terris summis, ad alias vectus, omnia discursat.

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.

Vid causa fuerit, cur post res terrestres, de Angelis, quos verisimile est ante mundū, aut vñā cum mūdo creatos, scripsit, id forte dicēdum esset quād superius ordinem Mosaicum sit fecutus. Sed quoniā Moses nihil de Angelis scripsit, ipse quod sāpe fit, vt posteriores addant inuentis maiorum, cum rebus creatis voluit etiam Angelos ascribere, dans eis post res terrestres locum, quia descriptionem Mosis inchoatam prius sc-

A sequeretur Angeli ergo à Propheta nunc adiecti sunt. Iam enim erant notissimi, nec, quod tempestate Mosis, eorum adorandorum imminebat periculū. Possimus & hæc dicere, vno spiritu Prophetam, creationem induxit, deinde aliud exordium fecisse, repetendo rē alius. Descripturum nouum creationis ordinem inchoasse ab Angelis, deinde rerum visibilium exordia posuisse, vt appareat ante res terrestres, Angelos creatos eum dicere voluisse. Priores Angeli fuerunt, tum exordia mundi visibilis, p̄st, ipsa res terrestres. Loquiturque de Angelis, non quidem de eorum substantia, & creatione, sed qualitate, functione, & celeritate, quibus facultatibus, igni, & ventis assimilantur. Quod & idem Graeci agnouerunt, prudēnsque Chrysostomus, ἐν τοῦτῳ ποτὲ εἰσιν γοῖς ταπίσαι, Hic, inquit, non qua substantia sīnt, ostendit, sed eorum operationem, leuitatem, potentiam, celeritatem, vigiliam. Ergo cūm ait, Qui facit Angelos suos spiritus: pro spiritu, Hebraicē est τοῦτο ruchorū, hoc est ventos, quo celeritas eorum designatur. Non minus enim atque venti propter eximiam leuitatem, peruelant omnes mundi plagas, nulla re quantumvis crassa, & corporea, illis obstante. Is videtur vior sensus. Est enim & alius quād omnes animi separati spiritus, seu venti, vel aërij dicuntur, incertū, an propter similitudinē, quia sīnt inuisibiles, sicut vēti, operates tamē mirabiliter nō vīsi, aut quia sīnt eis corpora aëria, illo vel aëre subtiliora, quo sonos, odores accipimus, quos videmus ad nos pertinere, clausis ianuis, & fenestrīs, & si quid est corpus den sius. Hinc fortasse dicti sunt πνεύματα, id est venti, quasi spirabiles, penetrabiles, habentes corpora aëria, sed ex aëre purissimo. Angelorum vera naturalis a Philone datur diffinitio, de Monarchia, ἀρχέλευτον ποτέ τοις φυχήδεσ, & κράματα ἐν λογικής καὶ αλόγης φύσεωσ, οἷς τὰς ἡμετέρας ἐναγαγόμενα, ἀλλ' ἐντετυπωμένα τὸ ἀλογον, ὅλας δὲ ὅλων νοεράς, λογισμός ἀπεριφενεύς μονάδη ὁμοιωδῆς. Angelī sunt animi incorporei, non cōstantes quādmodū nos ex rationali, & irrationali natura. Sed irrationali parte carentes, sunt puræ in totū intelligentiæ, rationesq; segregatae ab omni concretione, similes vnitati Platonici, & Christiani summa concordia fatentur dæmones aërios esse corpore, & habitatione. An autem idem de Angelis dici possit, nō facile nūc asseruerim. Tūtior expositio, quam diuus Chrysostomus respexit. Nonnulli Hebrei credūt eos ventis comparato, propter superius, cūm ventos equitari, & agi à Deo diceret, tale quid, & Angelos iussis, & imperiis diuinis circumactos agere. Vbi ergo ait, Qui facit Angelos suos spiritus, est eadem vox spiritus, atq; superius, Super pennas ventorum. Ruach designat spiritum, & ventum. Superius Ventū, id est αἱρετός, Sept. sunt interpretati, hic πνεύματα, quod & ipsum sonat quidem ventū: accipitur autem pro spiritibus beatis, qui vt spiritus dicātur, venti tamē nō ita. Consentunt ergo Graeci, & Hebrei spiritus eos appellari propter velocitatē, non substantiā. Nam eorū substantiā definire impossibile est, nedum difficile. Idē sensit Chaldaeus adiecta vna dictione, qua dissoluat explicitq; Hebraicum. Qui facit, inquit, Angelos suos πνεύματα, velocius sicut vētitum. Videtur autem vel eo maximē celeritatem eorū dixisse, quia vocat eos malakim missos, quasi seruos veloces, expeditos, & quod sāpe Homerus ὁ τεῦρες ἀμφιτόλες, ἀράποντα. Ea etiā de causa alati fingebantur, dicebāturq; cherubim, id est volucres, alati, pennigeri. Sic & αἱθεγγόρες eos ex hoc loco vocant Graeci. Demōstratur ergo Deus autor mundi visibilis, & inuisibilis. Et de Angelis dicitur quod potest ab hominibus sciri. Nā particularē eorū vitam, & substantiam, moresq; nescientes, hoc certē ex scriptura scimus, eos esse missos, & seruos, ministrosq; Dei, veloces item, vt qui à cælo in terras tantis spatiis intercedentes subito veniunt. Potest autē & ad hunc modum vetus descriptionis ordo demonstrari, quād Angelos cū rebus aëriis cōmemorauerit, quād & ipsi aërij & cælestes sunt, non tam corpore, quād habitatione. Nā si cælum exponimus aërem, & totam supernam regionem, decorum fuit cum rebus cælestibus, Angelos adnumerare, quorum genus cælo est. Cœpit enim à luce, id est cælo, cælestiū orbe, inde ad omnia cælestia peruenit, cū quibus etiā Angelī sunt. Sicut in alio Psalmo, Laudate eum omnes Angelii, laudate eū omnes virtutes. Sunt etiā qui opinentur Angelos in aëre fuisse creatos, bonos, & probatos in cælum assumptos, malos in aëre remansisse. Est alius sensus Rabi Dauid, vt dicat, Qui facit Angelos suos, ventos, id est missos suos, vētos esse facit: præsto, inquit, ei sunt venti, parere parati, mittuntur ab eo in omnē mūdū. Angelī eius, id est, missi sunt vēti, quia mittuntur. Sic ministri eius sunt fulmina, quia mittuntur ab eo, seruiuntq; eius imperio, sicut Homeris vōcat eum à mītēdis fulminibus τερπικέπουν. Hanc autem expositionem ille induxit, quād persistat psalmus in recensendis rebus aëriis. Quæ quidem mihi non probatur. Nā ex alio psalmo, quo dicitur, Laudate eū omnes Angelī eius, apparet, & hic Ange-

los inter res creatas positos. Et Chaldaeus posuit expresse *ψηλανησιγδοι*, nuncios. Tum in-
ptum est ventos, vel fulmina Angelos vocare, nec credendum tam insolentem similitu-
dinem usurpatum Vatem fuisse, vt sacrosanctum nomen Angelorum fulminibus, &
ventis dederit. Deinde ex praecedenti Psalmo perspicue appetat, quos ministros, quos An-
gelos sentiat. Dicit enim, Benedicite Dominum Angeli eius, potentes virtute, qui facitis
verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. Deinde subdit, Benedicite Dominum
omnes exercitus, siue militia eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Quibus testi-
moniis appetat non recte David interpretatum, Angelos, & ministros Dei, ipsos ventos,
& fulmina. Nec nulli sano ac prudenti eius interpretatio placebit.

Et ministros suos ignem vrentem.

Pro o, Ignem vrentem, Hebraicè est *υπερβολή* Es lohet, quod sonat ignem fulgurantem,
ignis vr̄es. **H**ebræi splendentem. Et de fulguribus dictum affirmant Hebrei. In eo enim est vera cōpara-
tio, quod Angeli, quos & ventis cōparauerat, sint fulgurei, non segnius è cælo labētes
ac fulmina, vel fulgura, quæ subito accēduntur, subito diffugiūt. Suntq; aptissimæ similitu-
dines. Ac Græcum potest referre illud Hebraicū φλέγειν ignem flammātem, aptius certè, quæ
Latinum. Non enim vrunt Angeli. Nonnulli Græci putā dictos eos πῦρ δύναο, ignem imma-
teriale. Verius autem est, vt sit comparatio, Micantes, & igneos dicit Angelos ob cele-
ritatem. Nam & apud nostros, has dicendi formas inuenies. Manus iuuenum emicat ardēs.
Quo animi præsentia, & celeritas, inflammataq; voluntas ostenditur. Incōprehensibilis au-
tem est velocitas Angelorum, gerentium tam leuia corpuscula, vt spiritualia dicantur, cor-
pora ea quidem rursum non corpora, propter tenuitatem, leuitatem. Taliaq; ea possimus
fingere, quales, vt dixi, soni sunt, & odores, qui licet corporei, vno tamen iactu oculi, multa
terrarum spatia contingunt. Exauditurq; subito sonus, delatus ad aures, penetratq; per om-
nia corpora. Lux item corporea subito per omnem mundum, à cælo in terras deuolat. Hæ
& id genus similitudines à rebus nostris assumptæ, possunt exhibere nobis, corpora Ange-
lorum quantæ velocitatis, quæm sint incorruptibilia. A nulla enim re lux corrumpi, nec so-
nus, nec odor potest, propter tenuitatem, lækionem aliorum corporum diffugientes. Crea-
dendum est item ea corpora, et si magnitudinem fortasse non recipiunt, esse maiora longe
quæm nostra, tanquam luces, multa circum lustrantes, tanquam sonos, latè se diffundentes.
Iure igitur eos appellauit ignem fulgurantem. Sed nos prolixitatē effugientes, plura su-
per his loqui recusamus.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur
in sæculum sæculi.

Bsolutis rebus cælestibus, descēdit ad terrestres: actametsi fundatio terrarū fuit pri-
mū in omni creatione opus, initio enim Dominus terram fundasti: orditur tamen
Arem à principio, quia totus deinceps sermo, ad terrestria pertinet. Primū opus apud
Mosen est lux, secundū aër, tertius reuelatio terrarū rerumq; terrestrium productio, sic apud
David fusius explicantē & addentē multa, primum cælestia, deinde terrestria traduntur.
De miranda igitur terra creatione primum loquitur. Mirabile autem, & cæteris poëtis, ac
philosophis est visum, terram suspensam in medio aëre, circumrotante cælo, teneri.

Nam cùm dispositi quæsiſſem foedera mundi,

Et lucis, noſtisq; vices, tunc omnia

Confilio firmata Dei, qui legē moueri

Sidera, tellurem medio librauerit axe.

Ouidius,

Nec circumfuso pendebat in aëre tellus

Ponderibus librata suis.

Qui fund. **i**terfund. Quod igitur Poëtæ dixerunt terram libraram, vel suspensam in medio aëre, sursum, ac
deorū existente aëre, & cælo: hoc Vates sacer, terram super stabilitates suas fundatam.
Hanc autem stabilitatem, primum Græci iure interpretantur diuinam voluntatem omni
re fortiorē, & consilium Dei, sicut dixit Claudio, vt in sapientiam, voluntatemq; eius
primum referatur. Secundo in rei naturam quod traditur à Philosophis, & ab Hebreis:
omne enim graue natura tendit deorsum, leuia sursum ascendunt. Profundum totius mū-
di est terra circunquaq; sicut cælum circunquaq; est supremum, dictum à Græcis ἡχεῖον,
dictū græc. quasi ἡχεῖον, extrema mundi meta, ultima diffinitio & determinatio. Et hoc naturale est.
Nam

ANAM si montem ingentem hinc, atque hinc homines inambularent, non quidem pro-
fus eorum vestigia essent inter se aduersa, sed inciperent contra se tendere, vt si mons
esset ingens, & rotundus, procederentque illi longius, iam eo deuenirent, vt vestigia corū
essent contraria, & grauia ex vtraque parte contra se mutarent ad medium. Sic toto mun-
do, quoniam terra est latissimus ambitus, amplissimusq; orbis, fit vt quæ super inambu-
lant, deuoluantur æquè ad imum. Terra igitur grauitas, & rotunditas facit, vt contra se nu-
tet, lineis tendentibus semper ad centrum. Hæc quidem, vt dixi, naturalia, sed mirabilissi-
mum fuit ac diuinissimum opus terrarum è nihilo. Sola enim ex omnibus corporis rebus
terra cum aqua facta est è nihilo. Deinde in orbicularem formam dispositio. Effectum est
igitur naturale quod consilii Dei fuit repertum, & dispositum. Quocirca recte in volun-
tatem eius omnia referuntur. Non enim hanc naturam habuissent, nisi sua sapientia Deus
præstitisset. Prima igitur omnium rerum fuit creatio terrarū, qua iurē dicitur fundatio,
quasi fundamentum totius mundi. Et Hebrei ex philosophia dicunt, in rota, vel circulo,
prius esse punctū, deinde lineam circunduci, fieriq; orbē. Hæc Marcus quoq; ceu diuinus
Philosophus cōsiderās. Ac principio, inquit, terra vniuersa cernatur locata in media mūdi
sede, solida & globosa, & vndiq; ipsa in se nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis,
arboribus, frugibus. Alio in loco, Quocirca si mūdus globosus est, ob eāq; caufā, omnes eius
partes vndiq; æquales, ipsæ per se atq; inter se cōtinētur: cōtingere idē terræ necesse est vt
omnibus eius partibus in mediū vergētibus, id autē mediū infimū in sphæra est, nihil inter-
rūpat, quo labefactari possit: tanta est contentio grauitatis & pōderū. Porro quod ait, Sta-
bilitatem, Græcè bene ἀσφάλεια, securitatem, infallentiam, inuacillantiam. Hebrei τὸν μὲν
mekoneha, quasi columnas eius, sustentacula eius. Et Chaldaeus τὸν μὲν οὐρανὸν θεοῦ
super bases suas. Quo loco est nomen Græcum basis, sicut superius sindon. Dantur ergo ba-
ses terræ, & columnæ per similitudinem ædificiorum. Hieron. etiam in suo Psalterio po-
suit basem. Duóque miranda Deus fecit, quod & terram in medio mundi de nihilo funda-
uit, inuenit, & eam ita stabiuit, vt stet in æternum. Quod & Salomon, Terra autem in æ-
ternum stat. Porro quod ait, Non inclinabitur, est τὸν οὐρανὸν bal timot, non vacillabit, non
fluēt. Hinc appellatam dicunt, ἐγγύαι, quasi stantem, fixam. Philon: οὐδὲ μονὴ τὸς κόσμος
μερὸν εἴσωσι παγίας, εἴσα τοὺς τὸν παλαιὸν εὐθύβολῶς ἀνέματα. Aristoteles itē mirabiliter conue-
niens, immortam esse terram prædicat, vt si omnes Di, congregarentur, eam loco minimè
dimouendam. Situsque terræ non declinat, et si tota terra semper mouetur, & quæ sursum
sunt, eunt deorsum, occulta veniunt sursum. Et quod dixit Latinus, Græcum secutus, In se-
culum sæculi, Hebraicè est In sæculū, τοῦτο ed, & ultra, quo tota æternitas designatur. Nā
sæculum nō est æternitas, si addas sæculum sæculi, vel sæculū & ultra, infinita æternitas de-
signatur. Chaldaeus etiam dixit, In sæcula sæculorū. Quodq; dicit terram in æternum non
inclinaturam, non obstat quod die nouissimo cælum, & terrā diuus Petrus dicat per ignem
resoluenda. Nam omnis theologia consentit, non perituras res, sed immutandas. Homerus
de terra, eam Vestam appellans,

*Noī incli-
nabitur.*

*In sæculū
sæculi.*

Et ultra.

2. Pet. 3

C *Eἴδην ἀπίστοις ἔλαχος προεργάζεται πολὺν.*

Ingemiscitque omnis creatura, expectans filiorum Dei reuelationem, vt & ipsa fiat me-
lior, & incorruptibilis.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius.

ALLDE locus is est perpendendus, & verior sensus è fonte petendus. Alioqui fecit
stralatio, vt secus plerique interpretarentur, quæm autor scripsit. Est igitur scien-
tia: Nam Vatem hic canere, quod cum terra, & aqua pariter, vt Moses ostēdit, fuit crea-
ta: Nam Moses creationem aquarum non expressit, quia voluit eam cum creatione terræ
esse comprehensam, est enim terra aquarum sedes. Qui scribit de aquis, indicat eas habere
sedem. Moses autem memorauit abyssum. Non potuit qui terram dixit creatam, deinde
nominans aquas, non eas etiam dicere suisse creatas. Neque enim si terra creata est, aquæ
æternæ esse potuerunt, carentes sede, & lecto suo. Ut igitur Moses, immensam abyssum su-
per terra incubuisse dixit, sic secutus eum philosophus iste sacer, vt in cæteris, etiam hoc
loco prædicat creationem aquarum, eas incumbentes terræ introducens, creationem non
exprimens, quia cum terra sequitur. Et Moses creationem non expressit. Dicebat Moses,
Et tenebrae erant super faciem abyssi. Et spiritus Domini ferebatur super aquas. Ecce,
LLL iiiij

duobus locis aquas nominat, primum appellans eas abyssum, deinde suo nomine aquas. **D**Prædixerat itcm Moses paulò antè Deum creasse terram: sic nunc post creationem terræ, subiicit aquas illas immensas terram vindique cingentes. Quare autem aquas immensas oportuerit creare, docuimus in Cosmopœia, quod ex eis creandus esset aer, creandæ nubes, ætheriaæq; substantiaæ, alluenda terra, vt arbores, & animalia, calore Solis confota, produceret. Mare multis partibus tota terra maius remaneret, vt terræ vaporess ministrarentur, hisque sublati, & densati, immadesceret. Hæc verissimæ causæ, cur cum terra creata sit abyssus vastus, de qua Moses prius, & hic Psalmus scribit, ostensumque alibi etiam gentes antiquas, poëtas, & theologos, hoc agnouisse, & prædicasse. E quibus Mercurius Trismegistus, non fecus atque Moses de creatione scribens, ait, Γν̄ καὶ οὐδὲ τὸ μέρος τοῦτο μεμυγένει. Hancque esse causam, quod Homerus secutus Orpheum dixit:

Ωκεανὸς τε θεαὶ γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν.

Oceanum rerum patrem Techynque parentem.

Orpheus autem prius,

Ωκεανὸς γένεσις πάντωσι τέτυκται.

Oceanus cunctu fuerat qui rebus origo,

*Amitius
eius.*

Appellabant enim Oceanum, quem Moses abyssum, cum terra omnium rerum causam, sed magis aquam, quam terram. Igitur cum altissimis aquis terra in creatione, vt docuit Moses, obvuleretur, id Vates etiam prædicens dicit, Abyssus sicut vestimentum amictus eius. **Q**uod Hebraicè verius, & clarius, ἦν στολὴ Abyssus sicut vestimentum, coope-
riebat eam. Ex quo videmus sensum longè clariorem. Demostrat enim quod superius pre-
diximus terram fuisse abysso coniectam, tanquam vestimento, & intuolucro. **Q**uare autem Septuaginta bis posuerint vestimentum, videlicet ἵματον περιβόλων, fuit causa, quod ver-
bum νῶν kisitho, putarunt esse nomen verbale, à cooperiendo, cum potius tertia perso-
na verbi sit, hoc modo, ἅπαντα ποτε καὶ καθαροὶ καὶ καθαρίσθι, kisithi, kisithe, kisitho. Ideo Chaldaeus pro-
eo posuit ταφίτα, id est circundabat eam. Hoc ergo fecit, vt Græci, & Latini non
antiquas illas aquas, sed quotidianum usum aquarum, terras contegentium sentirent.
Quod quidem, vt verum est, de aquis illis antiquis, terram nondum reuelatam, obruenti-
bus, sic minime verum si sentias de aquis huius temporis. Neque enim cingunt, inuoluunt-
que sicut vestimentum, totam terram, sed maxima terræ pars est detecta. Euthymius igitur,
quod offerebat editio, Septuaginta secutus, καὶ τὸ περιβόλων δὲ αὐτὸς τὸ φορχεῖν τὸν τῆς γῆς.
id est, Indumentum autem eius elementi, id est terræ, abyssus est, videlicet aquarum multi-
tudo, quod est mare, tanquam vestimentum circundans, & super extensem. Chryostomus
item eadem sentit. Vide, inquit, quanti usus sit aqua, super caelo est, sub terra, circum ter-
ras. Eadem & Nicolaus, & tamen sciebat Hebraicè. Nam Græci digni venia sunt. Non er-
go serino est de temporis huius aquis, non de aquarum natura in uniuersum, sed de pri-
mordialibus aquis immensis, vt declarabunt sequentia. Et nos hunc locum aperimus, gra-
tias Deo offerentes. Igitur etiam Hebrai scientes linguæ suæ proprietatem, eo quo dixi,
modo interpretantur, & quibus Rabi David vt fiat res manifestior, Abyssus, inquit, sicut ve-
stimentum operiebat eam, ἀποτελεῖται τὸ περιβόλων τὸν τῆς γῆς ποτε. Artha sapper, ek hai-
tha haarez mekuša, bāmaim, bethek bat haberiac. Nunc, inquit, memorat quomodo
erat terra coniecta aquis, in principio creationis. Prosequensque ait, Quia sic est natura
aquarum, vt essent circum terram ex omni parte ambientes eam, quia ex omni parte
erant super eam. Sed Deus benedictus sua potentia, & sapientia, congregauit eas in unum
latus, super terram. Et detexit superficiem terræ propter usum plantarum, & animalium. Et
hoc est, inquit, quod ait, Abyssus sicut vestimentum tegebat eam. A principio scilicet antequam congregarentur aquæ, erant cooperimentum terræ. Hæc Hebraeus. Clarus est
igitur verus sensus, clara ratio quæ Græcos interpretes fecerunt sentire fecit. Abyssus ergo
dixit illam Mosaicam. Est autem abyssus immensis aquarum, dicta Græcis ab ἀπειπού-
σι, καὶ βέβαιο, imbuo, imploeo, expleo, quasi inexplicabilis, insatiabilis, deuorans. Estq; id est abyssus,
ac vorago. Hæc res etiā gētitibus cognita fuit, præcipue Mercurio Trismegisto dicenti in suo
Pimandro, vbi de creatione ipse quoque disserebat: Γν̄ καὶ οὐδὲ τὸ μέρος τοῦτο μεμυγένει ὡς
μηδεπέποιθεν τὸ τέλος. Terra, inquit, & aqua in se commissa manebant, vt terra p̄r aqua
videri non posset. Hoc etiam est quod Septuaginta transtulerunt pro, Terra erat inanis,
& vacua, ἀδεξιος inuisibilis.

Super

A

Super montes stabant aquæ.

Sed o quoque loco erratum est, ex Hebraici sermonis non animaduersa proprietate. **H**ebræi, **v**isus plurimus sunt exempla. Hoc igitur etiam loco erat futurum pro præterito im-
perfecto. Septuaginta Hebraicum, vt habebat, reddiderunt ἁποντα, & Latinus Græcū se-
cutus. Dicendum ergo, Stabant, immorabantur. Estq; sermo de aquis illis immensis, quas
propter ingentes aceruos, cum Mose appellat abyssum. Tanta autem erat earum copia,
vt montium cacumina superarent. Hæc veritas est. Vide igitur quid à tralatione manare ne-
cessa fuerit. Non enim poterant Græci capere, quomodo super montes starent aquæ, nisi
de fontibus interpretarentur, qui ne super mōtibus quidem scaturiunt, sed ad radices mō-
tuum. Audi enim Euthymium: Ἄντον τὸν ὄπεαν σταύρῳ στολὴν, καὶ πηγὰς τοὺς κέρκοι τοπικά περιπέπτειν.
Quæ sunt: Super montibus congregabuntur, & fontes facient, quanquam natæ sunt, vt de-
fluant ab excelsioribus locis. Vt aquæ consurgent super montes, sublati fluctus mari, aut
aque. Hæc ille. Hæc fingere coactus propter interpretationem illam. Chrysostomus, & Apo-
linaris, & Athanasius similia quadam de fluctibus intumescentibus senserunt. Nam & Eu-
thymius eum sensum proposuit. At quomodo pertinent hæc ad creationem? Hebræi verò
etiam inquiet, Super montes erant aquæ, tantus earum erat cumulus. Hæc igitur quan-
quam sit verior expositiō, sunt tamen Hebræi qui putent hæc intelligi posse post creatio-
nem, vt dicat quod abyssus quæ remansit cingat terras, & in mari sint etiam montes aquis
B testi. Sed probatior sensus prior. Porro in Græcis codicibus vbi legitur, περιβόλων αὐτοῦ,
amictus eius, ipsi Græci monent dicendum αὐτοῦ, vt referatur ad terram feminæ generis.
Idq; dicunt ceteros interpres transfluisse, tum inferunt, καὶ ὑπερέν τῷ μέρος τοῦτο πᾶσα ἡ
γῆ. Tanquam insula in medio Oceani terra sedet. Sed docui veriorem sensum. Quo enim
referes, Super montes stabant aquæ?

Ab increpatione tua fugient.

Sed o item loco est futurum pro præterito imperfecto, vt dicendum sit, Ab increpa-
tione tua fugiebant, vel fugerunt. Idq; admonent etiam Hebræi. Rabi David præci-
piet, ut pue... ut... ut... ut... ut... futurum pro præterito, & multa id genus inuenias. **I**ncrepatio.
Expondens igitur locus hoc modo: Quando tu vocem illam diuinam, terribilemque
intonasti. Congregentur aquæ in vnum locum, vt appareat arida, hac exaudita, præci-
pitites aquæ ferebantur, altiora deserentes, & in cōcaus terre partes proruētes. Hæc illa fuit
miranda, vastaque increpatio. Est enim hoc loco tralatio à dominis ad seruos, à potentiori-
bus ad humiliiores. Vt serui audientes imperantem Dominum, præcipue si contenta voce
præcipiat, rapiuntque ruīntque, sic Domino illo præpotenti mandante, fiebat aquarū ma-
xima confragosaque ruina. Creberrimè autem per venustas tralationes, datur in sacris lit-
teris sensus, datur auditus, datur vox rebus inanimatis, vt, Exultabūt omnia ligna syluarum.
Et, Cæli enarrant gloriam Dei. Pari tralatione datur auditus aquis illis, quod audierint vo-
cem Dei increpantem. Et forte eadem tralatio est, quod datur Deo vox, datur increpatio.
Qui potius voluit, & volendo iussit, non intonuit, licet sine vocalibus instrumentis, posset
intonare. Illa igitur Dei increpatio, fuit voluntas eius, & naturalis exsiccandarum aquarū
inuentio: exhausit autem eas per Solem, in aerem extenuatas, vt maxima pars earum in ya-
pores arios abierit, sicut totum ferè mare, saltem omnia flumina, quæ intrant in mare, vna
die, vt Aristoteles probat, in cælum reuocantur, vt tantudem quotidie detrahatur, quātū
flumina importarent. Eoque mare non crescit, quia tantudem detrahitur à Sole, quātū
à fluminibus infertur. Qualem autem fuisse putes, quantamque exsiccationem, quātū præ-
cipitem, cūm recens natus Sol flagrantissimè aquam inflamaret, & immensa inter cælum,
& terram regio, aère repleretur. Linquebant igitur aquæ montes, præcipitesque in loca
caua subsidebant. Volente Deo, cuius voluntati, & imperio nihil resistit. Is est verus sensus.
Nam sensus Græcorum, à superioribus expositionibus dependet. Audi enim Euthymium,
Ἄντον τὸν ὄπεαν σταύρῳ στολὴν, τὸ μέρος τοῦτο πηγὰς πηγὰς ἁποντα. Ob vehemens imperiū
tuum aquæ que fontes in montibus faciebant, siccabantur. Fluctus autem maris surgentes
& intumescentes, cōprimuntur. Sed, vt iam dixi, non in mōtibus fontes, sed sub montibus
manant. De fluctibus autem maris non est hic sermo, quia de creatione disseritur. Exposuit
etiam Chrysostomus eodem modo, quod volente Deo, aquæ proprias sāpe sedes desti-

*Aeris
creatio.*

tuant. Apparuit *verior* sensus, clarus de creatione aquarum, de aperta, & de nudata terra, **D**ingens diuinæ sapientiæ argumentum, eodem tempore, & aerem creatis per Solem, ad vitam animalium, & terras aperientis, vt nascerentur è terra, nata ab eadē nutritur. Quod nisi sub motis aquis fieri non poterat. Simul duo diuina opera, omni laude, & admiratione, dignissima fiebant, creabatur ad vitam aët necessarius, terra reuelabatur. Eóque aëre creato, & aperta terra, simul animalia sunt exorta. Hæc Vates admiratus & Mosen fecutus decantat. Fontium desiccatio non habet multum quod admireris. Increpatio autem hoc loco non propriè sonat reprehensionem, sed vocem vehementem, contentam, vocem cum fragore, & terrore. Et quod Euthymius dixit σποδὺ κέλευθη, eadē locutione dicitur in alio Psalmo. Increpuit mare rubrum, & exiccatū est. Quasi Deus imperiosè, regaliterque ei dicaret, Discede, abi hinc. Quale cum ventis imperans Neptinus, Maturate fugam. Est enim & sacra hæc poësia. Mercurius autem Trismegistus, quod maximè obseruandum est, separationem aquarum à terra de creatione loquens, ait factam fuisse: deinde dicit factam, vt menti placuerit. Ex quo videmus illum Deum Mosis, creatorē, & hunc, quem introducit David, esse Mētem, sapientiam, filium Dei secundum à summo bono. Sic verò ait, διεχόμενος ἀπὸ ἀλλήλων τε γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ. Separata sunt ab inuicem terra, & aqua, quemadmodum voluit mens. Hoc etiam est quod in Psalmo dicitur, Omnia quæcumque voluit, fecit Dominus in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.

A voce tonitrui tui formidabunt.

Formida.

PRo Formidabunt, futuro, dices iuxta superiora, Formidabat, præterito imperfecto. **E**st autem quod sèpissime fit ciudem repetitio, expressiorque declaratio. Appellat imperium illud diuinum, increpatiōem, vocemque imperiosam: deinde crescente oratione, tonitru. Prius aquæ fugiebant, rubeantque, nunc formidant. Vocem igitur illam, & increpatiōem, vt scias quid esset, quāmve vim haberet, vocat tonitru. Hoc pulchre Euthymius exponens, Formidabunt, inquit ἀπὸ τῆς πομήσος φυσικῆς τηλόγη. Id est, Contremiscunt quadam naturali ratione. Quod si aquæ tremunt factio tonitru, multo magis decet nos, qui sumus rationales, id perpeti, & contrahi. Hunc locum iuxta superiora declarás David, ait. Sicut quis aduersus alterum intonet, & ille veritus, ac tremens aufugiat, sic aquæ terga vertebant. Voluntásque tua, inquit, erat eis vox tonitru, festinabántque ad locum cauum.

Ascendunt montes, & descendunt campi.

Tonitru.

VRE, ac pleno harmoniæ carmine, post fugatas aquas, post enudatam terram, profecta quitur bona hanc nudationem consequuta. Nā cùm aquæ montes, & campos prius occuparent, nusquam loco, habitationeque apparente, vt primum voluntate, & imperio Dei his semotis, aperiri terræ cuperunt, surgebant montes in altum, campi depresso iacebant. Remotisque aquis apparuit diuersa facies terrarum, partim montibus extans, partim camporum vastitate complanata. Quod & Poëta Latinus, sicut alia ex isto carmine expressit, de Deo, quem ignorabat dicens.

*Quisque fuit ille Deorum,**Iussit & extendi campos, subsidere valles,**Fronde tergi sylvas, lapidojos surgere montes.**Saxa ref-*

Pari igitur sensu ab utroque dictum, de eleuatis montibus campisque depressis, & ex uno fonte sunt petita. Dispositionem quidem hanc montium, & camporum, factam à Deo prius in creatione terra, par est, naturalibus causis si posset intelligi, ab eo iussis, ac dispositis. Nam crescere partim mótes, partim diffluere, ratio docet. In radicibus circáque terram sic saxa crescere docentur, sicut ossa animalium, ex medullis teneris durescunt, & crescunt. Habentque saxa montium suas venas, sicut metalla. Decrescent autē in summo, semper aut pluuiia, aut alio casu, eos diminuente, & ad vnum deiiciente alluentéque terram, & saxa senio confecta cadunt. Campi autem remanserunt, vbi vena saxorum defuisset. In quasdam autem mundi cauernas, & planiora loca mare subsedit. Hæc loci declaratio. Athanasius sicut & cæteri Græci, ex superioribus dependentem sensum præbuit, non cum scilicet, quem David dedisset. Vult enim esse comparationem quandam, vt fluctus maris eleuati, montibus assimilentur: depressi, campis: ὑψηλα, φτωχα, παρηγόρειν ἀνορεγη. Elati, inquit, fluctus, similes sunt montibus, depressi formidine tua, tanquam planicies, & æquata terra fiunt. Euthymius etiam de fluctibus putat hæc dicta, quanquam & situm montium, & camporum aliquantum

Aliquantum aspexit. Verior sensus iam claret. Fugientibus igitur aquis, montes extulerunt caput, campi subsederunt aperti, detecti aquis. Bene autem adiecit, In locum quem funda- *In lo. quæ* sti cis, vt omnia doceat eum situm, quem Deus voluisset, habuisse. Quod & Poëta Latinus *funde.* rerulit in eum Deum quem ignorabat,
Iussit & extendi campos, subsidere valles.

Terminum posuisti, quem non transgredientur, nec conuerten-
tur operire terram.

VM montes, & campos descripsisset, montes datos pro claustris ipsi mari, aquisque *Ter. pos.* summotis velit ostendere, ecce declarat, primum eos creatos, deinde datos pro clau- stris, tum inclusum eis mare transfilire non posse, vt in eo etiam prædicet sapientiam diuinam, quod non solum mare subinquit, sed dedit eas obiices, ea claustra, his definitio- nibus, & terminis circumscribit, vt transire inde nō liceat. Quanquam autem erat obscura oratio, cuinam diceret terminum esse præfixum, an montibus, an aquis: sensus tamen ipse declarat, quod nunc ad aquas & abyssum reuertitur, præcipue montibus, propter mare cōmemoratis. Et Chaldaeus expressit, Terminum, ait, posuisti, fluctibus maris, quem non præ- teribunt. Quod autem dicitur, Terminum posuisti, etiam Poëta Latinus à Deo factum intellexit:

*Tum freta diffudit, rapidisque turbae scere ventis,
Iussit & ambita circundare littora terre.*

B Is enim fuit terminus præfixus, littora scilicet, sed præcipue montes. Nusquam enim fere mare inuenias, quod non sit, aut certè fuerit montibus inclusum. Nam etiā planicies aliqua est, quæ mari non finitur, si tamen oculos vterius tuleris, videbis circunquaque altissimas arcis montium, quas à principio, terminum maris fuisse constat. Discedente autem mari, aut fluminibus, glebas, omnemque materiem semper aduehentibus, & de summis montibus faxa limūmque deferentibus, accidit vt maris ora repleta, non appareat antiquus circumbeuentum montium terminus, vetustate longinquier, sicut ad pontum Euxinum, & in Ægypto, quam totam Nili beneficium esse scriptores asserunt: Nilusque dictus quāsi *Nilus.* *Nilus.* *Nilus.* Marc quoque Italicum, id est, Adriaticum, semper recedit, longiusque abit à montibus, ad quos usque in antiqua rerum creatione, mare peruenisse est probabile. Porro quod ait, Nec conuertuntur operire terram naturaliter quidem, sed prius diuinè. Ideo Aristoteles Deum, & naturam consociat. Mare non solum non transcendent hos terminos, vt etiam longius discedat, semper in seipsum sese coarctas: sed & verissimum est, vt dixi, mare à prin- cípio circunquaque, saltem magna ex parte altissimis, & inter se, instar exercitus, compli- catis montibus exilire non posse, vt terram habitabilem alluant. Quod si alicubi accidit, vt mare terminum transferit, in vniuersum nunquam probabis, vbi terra esset, montibus op- positis, mare excurrit, & montes transisse, particulare autem non praividicat vniuersali. Nec verum est in vniuersum, nisi alicubi tantum:

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus, *Et esse fretum, vidi factus ex aquore terras,* *Et procul à pelago concha iacuere marine,* *Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.*

De conchis clarum est, posse eas terrestres, & marinas esse, saxicas inquam in montibus ge- *Conche* *Marinae.* *Terrestres.* *No cōvert.* *op. ter.* nitas, alias in mari. Anchoras autem potuit aliquis casus in montes tulisse, aut remassisce ex antiqua alluvione. Et summi montes possunt esse colles exigui, vbi aliquando mare fuerit. Hebræi quoque dicunt, Non conuertentur operire terram, sicut prius. Ideo dixit, Nō con- uertentur, nō redibunt. Notat etiam Chrysostomus, hinc intelligi, non montium, istorūq; murorum fortitudinem efficere, vt ne mare transfiliat, sed imperium voluntatēque Dei. Ipse igitur terminum posuit mari.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium per-
transibunt aquæ.

A D E M poëta Latinus:

*Addidit & fontes, & flagna immensa, lacusque.**Fluminique obliquis cinxit declivia ripis.*

Illi etiam hæc à Deo facta, & reperta cognoverunt, & confessi sunt. Naturaliter autem

In conuallibus fontes in conuallibus confluent, sed natura inuentus est Dei, ut aiunt boni Philosophi. Deus natura princeps, & moderator. Quod illi intelligentes, naturam nominantes, Deum item nominabant, priorem Deum, tanquam principem, primariumque causarum repertorem. Hoc illi non minus religiosi, ac nos praedicaerunt. Ac primum quod ait, In conuallibus, Hebraicè est οὐνα banechalim. Nachal propriè sonat torrentem, fossam, aqua viua irrigam semper, aquamque decurrentem. Sonat etiam conuallé, id est depresso inter montes locum, quo montanae aquæ confluunt. Is locus Græcè dicitur φαεγγέ, Hebraicè, ut ait David, nachal, licet designet etiam torrentem. Sic enim, inquit, Et mittit eas ut discurrat in valles, quæ sunt inter montes. Et hæc vo cantur nechalim. Chaldæus autem accepit aliud significatum dicens, Qui emittis fontes, οὐνα benacharutha, in flumina. Ac quanquā verū sit, fontes in flumina descendere, videtur tamen esse verum quod ait David. Declaratur enim ex sequenti, Inter medium montium pertransibunt aquæ. Confluunt igitur inter montes aquæ vndique, de cavernis montium descendentes, quo nihil iucundius mirabiliusque aspici potest. Huius causam referunt Hebræi hoc modo. Cum Deus congregasset in unum locum aquas, fecit ut essent falsæ. Eoque non discurrentes, ac imota, emarcuissent, aëremque corrupissent. Idecirco fecit eas falsas, ut aëris sanus esset, & corruptione immunis. Quas autem in aëre reliquæ, dulces esse iussit, quia discurrenter, & in terra absorberentur. E quibus fecit ut in loca humilia defluenter, unde & animalia viuerent, & plantæ irrigarentur, ut aëre refrigeraretur, humores corporibus suppeditarentur, aëris siccitas madesceret, quæ ex salidine maris ad eum peruenit, & vt earum vagatu, terra plantæque irrigarentur, odores existerent. Ideo, yagæ aquæ, & in diuersa tendentes dulces factæ sunt. Ad vsum rerum, non emisit fontes; ut super terram voluerentur, ne inundarent plantas, & terrarum habitationem labefactarent, fecit ut in locis humilibus decurrent, quæ sunt inter montes, qui dicuntur conuallæ. Aliæ per terram diffunduntur, quarum est nota vtilitas, quas autem deserta per agare dedit, viatoribus, & cæteris animalibus voluit deseruire. Hæc illi dicunt, quibus non causa fontium in conuallæ manantium, sed finis ostenditur. In conuallæ autem delabuntur è montibus aquæ, ima petentes, quoniam ima petunt aquæ, è montibus autem prorumpentium fontium causa à philosophis scientiam mutuamur. Ideo philosophia theologiae deseruit. Ferè enim montes sunt cavernis interius vasti patentes, in quibus frigidissimi aëris maxima copia colligitur. Hæc semper tum ob aërem frigidum, tum quia semper infernæ aqua in cavernis colatur, quam pluviæ terris demittunt, distillat, scriper cavernæ illæ collacrymantur. Nunquam cessant rores defluere, pluitque illic perinde, guttaeque perpetuae decidunt, sicut cum super terras incumbunt nubila. Ex illa pluviæ, & perpetuis hinc inde distillationibus, flumen aut fons conficitur, propè, vel longius, ut faciliorem exitum noctus fuerit, erumpens. Hinc ait Aristoteles, vasta, memorabiliaque omnia flumina à montibus defluere, Danubium, Rhodanum, Rhenum, ex uno codiceque monte Heluetioru: Tagu, & Hiberum ex Pireneis, Euphraten, & Tigrin è monte Tauro, similiterque omnes. Vide igitur diuinum consilium creandorum montium, vide mirabilem, incredibilemque vtilitatem. Distinguunt, ornantque terras mare ne procedat, coerecent, gignunt nobis fontes, & flumina, ut nos, & bruta animalia viuamus. Iure dignus est admiratione, & laude, rerum istarum inuentor, ut eum & admitemur sapientem, & collaudemus beneficium & clementem. Porro in Hebraico non est Aquæ, sed tantum, Inter medium montium pertransibunt, fontes scilicet, quos prius dixerat.

Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.

TILITATEM aquarum per conuallæ scatentium ostendit. Quis enim credat aliam rationem, fontes à Deo repperitos, quæ ut animalia biberent? Et tamè si naturam montium aspicias, necessariò propter latissimas cavernas à Sole & calore remotas, fontes efficiant. Sed Deus inuentor rerum, tanta solertia, tam profunda sapientia res suas disposuit, ut factæ naturales fuerint, vñaq; res plures vtilitates habuerit. Aquæ autem, & fontiū visus in Oriente, ubi hæc cogitantur, & decantabantur, magnis laudibus celebratur, regionibus Sole ardentibus maxime necessarius, ut fons aquæ sit neptaris cœlestis loco. Ardent enim omnia flammis solaribus, & sape decem dies, & plures per ardentes fabuli aceruos viatores, nusquam aqua offendentes eunt, oneratos aqua camelos adducunt. Cū primis autem ex animalibus memoratis onagrū, in cuius reddenda causa Hebræi cū Græcis conueniunt, Græci dicunt hoc animal esse γετονός ηρού γεγονός, exustū, & sitibudū: Hebræi quia sit animal

Aanimal sylvestre, deserta semper incolens. Ideo dicitur ὄνυπος, id est asinus sylvestris. Dixit best. agri. rat enim Bestiæ agti, Græcè ἡμέλα, proprie animalia sylvestria, Hebraicè ḥaioth, feræ scilicet campestres. His dicit à Deo potum suppeditari in locis ardētibus. Ideo memorauit cum primis onagrum, animal regionibus Orientis domesticum, ignavum, pauidum, tantum asinus. Conueniunt autem ibi animalia ad vnum aliquem fontem, unde prouerbium, cuius Aristoteles etiam meminit, Semper noui quid affert Aphrica. Miscent enim mutuo Aphrica, se se diuersâsque species, & mōstra pariunt. Obseruandumque quod admonent ex isto loco inter noui. Graci. Si diuina prouidentia se ad viles animantes inclinet, multò magis curaturam res nostras. Atque ad rerum quoque creationem pertinet, post principia terra, & aquam, montes, campos, terminos, fontes in collibus, animalium creatio, & alimentum.

Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

R o, Ea, eas, dicendum est Latinè. Refertur enim ad aquas, quæ tamè si Græcè neutro genere proferuntur, diciturq; hoc loco, ἐπὶ αὐτὰ τὰ πετρεὰ τὸ ἔργον τηρασθεῖσι, τα- superea. petris quoque in Hebraico est ωνει hiphaim, quod potius sonat frondes, folia, ramos. Di- cendūque, De medio arborum. Et Hier. hoc intelligens in Psalterio Hebraico transfluit, petra. De medio nemorum. Et Rabi David exponens hoc verbum dicit, ρυντην vchem ale hæz. Et hæc sunt folia arboris. Loquitur igitur de volucribus aquaticis, stagna, lacusq; in- coléntibus, vel in vniuersum de omnibus quibus ad fontes, & flumina stientibus, necesse est configere. Hocque Græci, & Hebræi pariter exponunt, ωνει τοις θεοῖς τὸ μέλαντον εἰ τοῖς δύο τοις πετραις, διαφένδηται, προτερα, καλασθεῖσι. Propter aquas, inquit Euthymius, fluuiorum in ripis volucres habitant, quæ aqua delectantur. Sic & Hebræi. Porro quod ait Super ea, Hebraicè Super signat etiam, iuxta, propè, ut dicat, Iuxta ea, propter ea. Obseruant etiam Hebrei, volucres maiores ex parte aquaticas esse natura. Vnde in Mose pisces, & volucres simul ex aqua nasci iubentur. De quo suo loco. Ea igitur est venustas, ea diuina quadam retum pulchritudo, quod montes, & colles ascendunt. Campi strati latè iacent, fontes scaturiunt, riuos & flumina efficiunt. Huc coenunt feræ ad potandum, circumquaque autem demulcentes auras volucres, ex arboribus frondiferis concinunt, ut Poëta de fluvio Tyberino:

In mare prorumpit, variae, circumque supræque

*Affueti ripis volucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcabant cantu, lucoque volabant.*

Et Homerus de antro Calyponis:

*Εἴθα δὲ τὸ ὄρνιθες ταυτούτηνοι εὑνταχτοι,
Σκάνωτες ἴπνει τε, ταῦτα γλωσσοί τε κοράραι
Ἐγάλιοι, τῆσσατε δαλδονια ἐργα μέμηλον.*

Hic volucres habitant pittæ, atque ingentibus aliis,

Bubóque, accipitresque, & longo gulture cornix,

Aequoreæ, quibus est mos vitam degere in undis.

Hic ver purpureum, varios hic flumina circum,

Fundit humus flores, hic candida populus antro,

Imponit, & lenta texunt umbracula vites.

Et,

Vterque igitur volucres iuxta aquas cōstituit, cōcinentes. Quod à nostro prius dictum est. Nec vel noster, vel Latinus poëta dicunt è petris, aut ripis tantum volucres concinere, sed ex arboribus iuxta ripas fluuiatili humore grandescendentibus & frondescendentibus, ut vtraque revolucres ad canendum inuentent. De mediis ergo arboribus, & fruticetis, ramisque sensatas. Itaque non propriè acceptum est ab Euthymio, ἐπι μέσος τῶν πετρῶν δάσος φανήν, τὰ δέσματα διλονότι. Cū πετρῶν γέρας οὐτοπενθύμηται μεταβύμηται, &c. De medio, inquit, petrarū dabunt voces, aquæ videlicet. E petris enim proruptentes cum lapsu, & sonitu, tantū non animalia quidem inuitant ad bibendū, homines autem ad laudem ciuius qui ex arenatis faxis natura humentem affatim elicit. Hæc quanquā vera sunt, à Vate tamen dicitur, quod volucres cōcinunt, è mediis arboribus, in ripis frondescendentibus. Quod maximè cognoscitur ex Hebraica voce ωνει iphaim, quæ non propriè sonat petras, sed potius ramos, frondes, arbores. Rabi quoque David, quod dicitur, De medio petrarum, exponit ρυντην vchem. Et hæc sunt folia arborum. Nec arbores, inquit, sed ramos, aut folia, quia plerunque ingentes arbores & frondosæ iuxta ripas fluminum assurgunt. Credoque Septuaginta petras intellexisse ripas

MM

Dab. voces. fluminū frondentes, arboribus opacas. Quódque Hebraicē dicitur, Dabunt vocem, Ch al-D
dæus adiecit, vocem τῷ zemar, id est, cantus, modularis, ut Virgilus:

Aethera mulcebant cantu.

Habitabūt. Sunt etiam hoc loco duo verba, alterum Hebraicum, alterum Græcum, similia, eiusdem significatus in eadem re, ut intelligas linguam Græcam ab Hebraica fluere. Dicitur Græcē, Super ea volucres cæli σκεπῶσι: Hebraicē ρωσίcon. Ex quo videmus scenam Græcum, ab Hebraico descendere, sheam. Illud item si cui fortè hæc obseruatio placeat, potest hæc animaduerti, Hebræos non seruare numeros in verbis. Et sëpe nominibus singularibus adiungere verbum multititudinis: sic vicissim. Hic enim dicitur, super ea τῷ πολὺν αὐτὸν αὐτὸν cæli habitabit. Deinde, De medio petraturū τῷ πολὺν αὐτὸν dabunt vocem. paulò antè, Potabunt τῷ πολὺν omnis bestia, fortè quia collectiua sunt.

Rigans montes de superioribus suis.

O S T E A Q U A M executus est venustatem, decorum, utilitatem, quæ percipitur ex aqua, eaq; omnia dixit quæ pertinent ad aquas, fontes, & flumina, cum aquis illis primordialibus, de quibus sermonē de rerū creatione agens, instituerat sequentia: nunc ordinem Mosaicū sicutus, ad arbores, & plantas ē terra natas se recipit. Plura enim diuina opera, tertia die simul facta docet Moses. Summota sunt aquæ, ex quibus marinæ ad vapores aërios remanserunt, ex his aëris in cauernis conceptus fontes & flumina ad usum animalium, & pulchritudinem terrarum emittit. Tum tellus ipsa patescens, germinauit imperio Dei plantas. Quæ cùm natæ essent, eodem humore eas crescere, & nutriti necesse erat, quo natæ essent. Ideo Moses, cùm terram apertam dixisset, intulit plantarum satum, tum irrigationem cælestem. In recapitulatione autem, antequā terra produceret, dixit, Et fons ascendebat de terra, & irrigabat vniuersam faciē terræ. Tunc subiicit, Et produxit Dominus de humo, omne lignū frondosum. Hoc igitur noster imitatus, dicturus de agrorū vbertate, de plantis, & arboribus, orditur ab illo fonte qui ascendebat ē terra, eamq; vniuersam irrigabat. Quem autem dixit Moses τῷ quod Sept. trastulerunt, πηγὴν, Hebraicē, sicut Aquilas & Symmachus verterunt irrigationem, sonat vaporem, nubem. Hoc appellat David, Superiora eius, scilicet Dei. Conueniuntque Græci, & Hebræi, hæc superiora exponentes, David τῷ οὐρανῷ. Et hæ sunt nubes. Euthymius, Ἡ περὶ τῆς νεφέλης λέγει, ἐκεῖνοι γέροντες ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ. Superiora, inquit, nubes dicit. illinc enim montes irrigantur. Apollinaris item, Τινὲς δὲ φασίν, τινὲς δὲ λαζαρίναν τόπον διδούσας, Λαζαρίναν ἀναπλόδων. Quidam, inquit, senserunt hanec aquam esse marinā, per nubes attractā. Vere quidem pluvia est aqua marina, sed non per nubes attracta, sed in nubes conuersa. Quare autem præcipue montes meminerit irrigari à Deo, pulchre Hebræi, & Græci docent, Hebræi quod mōtes sint sicciores, & quia possunt campi deductionibus fluminum, ac fontium ab hominibus irrigari: Græci quod in montibus præcipue foenum producatur. Et quia si mōtes, multò magis omnis terra, ē montibus, aquis in plana delabentibus. Superiora igitur nubes intellige, quæ iure dicuntur superiora Dei. Appellant enim sacræ litteræ, pluviam, & ventos, thesauros Dei. Et Chaldaeus τῷ οὐρανῷ id est, domum thesaurorum dixit, pro eo quod Hebræus, Superiora eius. Congruè cum Hebraico Græcē dicuntur μετεώρα. Latinus pulchre vertit, Rigans, quod Græcē est τῷ οὐρανῷ, cùm non dicunt vocem. Latinam inueniri respondentem, nisi dare bibere, propriæ sonat, potum dans montibus, ex Hebraico τῷ πολὺν meshake.

De fructu operum tuorum satiabitur terra.

Fruct. operum dei. Sit, vt dixi, in sacris litteris pluviarum summa commendatio, & admiratio, in eo maxime creator laudatur, & extollitur. Hebræi concordant cum Græcis pluviā frumentum Dei dicentes, Nubes opus diuinum: fructum autem nubium ipsam pluviā. Si enim superiora Dei vocauerat nubes, iure etiam opera Dei eas dicit. Sunt ergo nubes, & superiora Dei, & opera eius. Ipse enim fecit ascendere fontem, sive vaporem de terra, ex quo vapore, diuinus fructus pluviā nascitur. Patérque pluviā vocatur Deus in theologia. Est enim res diuina, summæ sapientiæ, eōq; inter mirabilia eius recensetur. Loquensq; cum Iob Deus, Nunquid, inquit, pluviā es pater, aut quis genuit rotas cælestes? Sicq; Deus pluviā pater, fructus & proles pluviā ostenditur. Chrysost. quoque, Ἐγενόμενος τῷ οὐρανῷ, ἀφ' ἣ πλευταὶ πλησιωνές τῷ οὐρανῷ, opus Dei pluviā dicit, à quo tellus vberitate ditatur. Et Euthymius, Nonnulli, inquit, τῷ οὐρανῷ τῷ οὐρανῷ αὐτῷ τῷ οὐρανῷ τῷ οὐρανῷ λέγοντες ὡς καρπὸν

Αἰετοὶ τὸν ὄντον ποιῶντες, fructum operum ipsius, pluviā hic appellari dicentes quasi frumentum prouidentiae suæ. Iure etiam dixit, Satiabitur, quia de agrorum siti sermo est. Et pluviā tale quid efficit, quod Poëta expressit, Rura natant fossis,

Et foedam glomerant tempestatem hymbris atris,
Collectæ ex alto nubes: ruat ardus ether,
Et pluvia ingenti sara lera, boīaque labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt.

Deinde Virgilius etiam patrem pluviæ nominat.

Ipse pater media nimborum in nocte, cornuſa
Fulmina molitur dextra.

Hæc tametsi natura fiunt, à Deo tamen fieri, & illi prædicabant.

*Natur. op.
Dei.*

Producens foenum iumentis, & herbam seruituti hominum.

E foeno, & herba, certa ex Hebraicis, & Græcis differentia. Foenum quod sponte sua, nascatur, herbam autem quæ opere humano adhibito, vt est triticum, omnésque generatim segetes, rum olera, omniāq; hortensis, quibus ferendis homo & colendis defudat. Pro seruitute igitur est πηγὴ abodat, quod tametsi sonat seruitutē, signat tamen hic propriæ cultū: vnde cultores Dei dicuntur abdim. Cultūmq; appellat sudore, quo sibi victū parare iussus est homo. Potest tamē herba, iumentorū intelligi, quæ humano opere crescat. Ideo pro herba, Hierony. foenum transtulit, Et foenum seruituti hominum. Pro iumentis autem Græcē κλινεστ., id est, pccoribus, Hebraicē behema, quod bestiam, quasi vestiam, siue vistiam designat. θέσια autem bosco, est pasco. Diciturque propriæ de bestiis maioribus, quæ iumenta appellari solent, minores, sunt pecora: quamquam facile confunduntur.

Vt educas panem de terra, & vinum lætificat cor hominis.

O M M E M O R A T O cibo iumentorum, cibum humanum persequitur, tria præcipue quibus humana vita sustinetur referens panem, vinū, & oleum. Ac videtur declarare repetendo quod dixerat, Et herbam seruituti hominum. Hæc enim est herba, panis scilicet humano labore, (quam seruitutem Septuaginta dixerūt διάθεσι) parta. Ac ubi dicit, Vt educas, Græcē, & Hebraicē potest referri ad aliquem tertium, τῷ οὐρανῷ Iehozia, ad extra- Educere. hendū, Græcē τῷ εἰρηνῇ, vt referatur ad laborem, cultūmq; humanū, quo laborando educunt panem ē terra, auxilio hymbrium cælestium. Ac panis Hæbraicē dicitur τῷ οὐρανῷ lechem, quod sonat simpliciter cibum, καὶ τὸ ἔσχατον, panem, in omni cibo præcipuum, quod testatur & Rabi David τῷ οὐρανῷ τῷ οὐρανῷ velechem hukel al le col maacal, Lechem, ait, vniuersum dicitur omnis cibus, præcipue autem panis, quia semper eo vtimur. Sicque exponunt dicentes seruitutem, siue cultum humanū in eo esse præcipue, vt panis suppetat. Vinum item educunt ē terra homines, quod lætificat humanū cor. In quo vtilitatem eius declaravit. Dulcedine autem, & sapore dum hauritur, & in palato lætificat, haustum autem, calorem Cdat membris, sitimque depellit, vt tres simul voluptates efficiat: Primam, dum hauritur, dulcedine titillans gustum: tum sitim quæ infestabat, tristitia, afferebat, depellens, haustum, calorem cordi, membrisque adhibens. Sicut autē tristitia comes est frigiditas (nam & mcerentes & pauentes rigescimus. vnde Græcē idem est timere, ac frigescere εγεῖν) sic calefactio efficit letitiam, frigus contrahit, contractio mœror est, calor diffundit sanguinem, vnde letitiae. Est enim letitiae sic diffusio sanguinis, sicut mœritia, contractio, fuga, perturbatio. Hinc Græci quomodo letitiam vinum efficiat, docentes dicunt γεραπετεῖον καὶ ανειγαντι, id est, Demulcens, & remittens ipsum scilicet cor. Et lætificare illi dicunt εὐφρατεῖον, quasi mœtem, siue cor disponere εὖ & φρένες. Homerus etiam vinum appellat μενοτέα, quasi dulcianimem, suauem, lætumque faciens animum, & μελίσσων. Ac Hebræus de corde dixit, siue, vt mos eius lingua est, cor pro anima tota accipere, vt cogitationes ascendere in cor, quod nostri in animum, & mentem. Et Homerus,

Ἐπειδὴ πρῶτος ἡμέραι καρδίην, θυμός τε καὶ ελέου.

Dicite cor quæcumque inbet vobis animusque. Aut φυσικός, quoniam propria cor sanguinis est sedes, illiq; sanguis, vel diffunditur, vel contrahitur, relictis venis ad arcem confugiens: & quia in sanguine calor existit, corpus simul, & pallidum, & frigidum fuga sua efficiens. Hinc hausto vino, incalescit corpus, & animus ex συμπαθείᾳ & exhalarescit, & color accedit melior in vultu, sanguine seſe vsqueaque diffundente. Ecce igitur diuina prouidētia

quæ non tam quæsivit, vt viueremus, sed etiam vt iucundè, & suauiter viueremus, vt quod D
grauiissimus Orator dixit, interdum hæc ἡρόν, Epicurea fuisse videatur.

Vt exhilararet faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.

Exhilaro.

EX A D E M dicit, vt moris eius est, dicta sua semper augere, & efficere repetēdo clariora.
Oleum autem nondum nominarat. Exhilaratio quidem vultus, quam' oleo tribuit,
duobus modis etiam Hebræis testibus, potest intelligi. Aut enim vñctio corporis in-
dicatur, quo solebant veteres oleo perungi. Sæpe docet Homerus, cùm hospites inducit,
hospitio amicorum receptos, lauasse pedes, & corpus oleo vnxisse, vt in Odyssaea de Tele-
macho à Nestore recepto.

Ἄντεπετε λέσσετε ρηγέστε λίπ' ἐλάχιος

Ast ubi lauit eum, corpusque perunxit olio.

*Luc.7.
Mark.6.
Panis cor
ho.con.*

Aut ad lucernam refertur, cuius lumine facies, & oculi exhilarescunt. Hunc sensum decla-
rans David ait, sic etiā oleū è terra, humano labore educitur, quo vescés homo ρωταὶ θυμῷ
illustrat, & claram facit faciem suam. Deinde addit, Etiam noctū lumen per ipsum facit.
Ac quoniam Hebraicè est, Ut exhilararet faciem, ψωτα mishamen, ex oleo, vel de oleo: credit
hūc esse sensum, vt è multis cōmodis, quæ percipimus ex oleo (nam eo vescimur, eo & cor-
pus inungimus) vnam p̄cipuā vtilitatem, Vatem nominasse, quod eo faciem illustramus
in tenebris, apparentēq; lumine irradiamur, oculi quoque ac vultus, mira lætitia afficiūtur.
Hæc q; fuit diuina vtilitas ex oleo, maximi in rebus mortalium ponderis. Hunc autem sen-
sum exibet, quia videtur esse partitio de oleo, non omnem vtilitatem, sed vnam p̄cipuā,
scriptore nominante. Potest igitur duplex faciei exhilaratio per oleum intelligi, aut lucer-
næ, aut vñctioñis. Nam quod faciem vnguent oleo Hebræi, Euangelium indicat: Oleo ca-
pat meū non vnxisti. Et, Cūm ieunatis, vngite capita, & facies lauate. Hunc etiam sensum,
videtur vox Hebraica demonstrare, pro Exhilarare habens, ἡγετης hazhil, quod sonat clarā
facere, & pellucentem. Relucet autē oleo facies. Et pro eo, Chaldaeus dixit ἡγετης lenahara,
ad illustrandum. Vterque sensus defenditur. Porrò quod ait, Et panis cor hominis confir-
met, idem quod Homerus s̄epe, ρηγέστε μελάδιασθαι, Panem, seu farinam esse medullam
hominis. Sic Hebraeus substantiam, & robur hominis dixit panem. Ut autem Homerus fa-
rinas ad medullam retulit, licet ex farina fiat panis, panis esus in sanguinem vertatur, vnde
existit spiritus, & vita: medulla verò potius ossū sit origo: sic Hebraeus refert panē ad cor.
Diximus enim Hebrais dari principatum, dari cogitationes, totāque vitam ipsi cordi,
ipsam animam, ipsāque vitam, cor appellatibus. Est enim etiam cor Latinè quāsi Græ-
cum καρδια, quo anima etiam dicitur. Dicitur autem confirmatio cordis, quāsi vitæ solidatio.
Valentissimus enim (ait Celsus) cibus est panis. A corde est omnis vita sensibilis. Inde san-
guis, inde robur. Qualis autem cibūs: talis sanguis, qualis sanguis, talis cordis affectio. Om-
nis digestio fit per calorem cordis, conuertentis cibos in sanguinem, & corpus omne irri-
gantis. Quod si ex fame sequitur totius corporis debilitatio, sequitur autē, quia calor cor-
dis non habens quod absumat, quidquid circumiacet sanguinis absumit, & membris non F
reparatur sanguis: vtique in contrarium, totius firmitatis, ac roboris causa cor erit. Robur
autem membra accipiunt à sanguine, & medullis, licet & ab aliis causis, sic à corde exigit
debilitatio, quoties non pascitur, non solidatur. Hebraicus etiam tropus dicere cor à cibo
confortari. Quem alibi quoque inuenies. Accipiam, inquit, buccellam panis, & confor-
tate cor vestrum. Sic Homerus etiam, vt dixi, imperium dat cordi;

Ἐντεῖσθαί τὸν ὑμέας καρδίην, δύριος τε πελεύει.

Dicte nos animus quæ corque suaferit ipsum.

Sic firmamentum panis etiam dicunt, siue substantiam, ὕποτασση, quo stat homo, viuit. Hinc
Græci βίον, appellant non solum vitam, sed id quod viuitur. Tandiu enim viuimus, quandiu
nutrimur. Ex intima igitur philosophia datur cordi, totius corporis solidatio. Corrobora-
to enim hoc principali membro, vita ipsa existit. Corrobatur autem cibo, vt etiam Ho-
merus à principali membro, corde totum hominem denominat. Nam cūm ait,

Καὶ τὸν Οὐδεῖσθιον λύτο γέννατα, ρηγέστε λίπος.

Τέτλαθι δὲ τὴν καρδίην, ρηγέστε πότερον δέλλο πότερον επίπλος

Cor patere istud, nanque hoc, & maiora tulisti.

Cor tanquā seipsum totum ille alloquebatur. Sic apud Hebraeos à p̄cipuo membro, po-
test homo, & vita sensibilis esse appellata, & potius confortat cor hominis, id est totam vi-
tam,

Atam, totum hominem. Stante etiam corde, stat totus homo, corde tremente, omnia mem-
bra labant. Ideoque Homerus,

Καὶ τὸν Οὐδεῖσθιον λύτο γέννατα, ρηγέστε λίπος

Tum genua, & cor extemplo solvuntur Vlyssi.

Genuum resolutionem ex solutione, & paurorem cordis p̄cedente innuit. Sicque appa-
ret, & firmitatis, & debilitatis cor esse principium.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit,
illuc passeres nidificabunt.

EC E S S E est hoc ordine historiam texere, vt prius exposita vna re cum his quæ co-
harent, reuertamur eō vnde digressi fuissimus. Dixerat autem à pluia, montes irri-
gari, secutus est p̄cipua quæ de pluia proueniunt, ea videlicet, quæ pertinent ad *Ligna campi*.

Natura genus humanum. Ad arbores reuersus, & ipsas dicit irrigatione crescere. Ligna campi,
dicit arbores latè in campis virescentes. Ligna enim arbores dicunt Hebrei. Et pro lignis,
Chaldaeus posuit lanaia, id est arbores. Obleruandum autem quod Hebraicè non dicitur,

Ligna campi, sicut Septuaginta ξύλα πεδία, sed ligna Domini, quod appetet ex sequenti,
quas plantauit. Ligna enim p̄cipue vnius sacri montis Libani decantauit, sicut Poëtae,
Hybleas apes. Forte ligna Dei intellexit Paradisum terrestrē, qui semper dicitur Paradisus
Dei. Talia, inquit Ezekiel, ligna non fuerunt in Paradiſo Dei. Emulata sunt eum omnia

B ligna quæ erant in Paradiſo Dei. Ligna ergo Dei dixit Paradiſiacas arbores. Quod si non
placet, interpretare de monte Libano, aut de cedris excelsis, quasi diuinis, sicut Homerus

εἰς ἡλα 2/3, mare diuinum appellat, nimurū immensæ magnitudinis. Et Latinis os sa-
crum, maximum ossium. Nihil est autem illo aspectu iucundius, & admirabilius, quām
cūm vestitis arboribus montes, & campos, & totam quasi terram p̄sturatam intuemur.

Hinc omnis locorum descriptio, arbores cum primis habet. Afferuit autem cedros ipsi
Deo, propter altitudinem. Omnia enim excelsa, & magna Deo scripturae adiudicant. Vt

Cedri. montes Dei, cedros Dei in Psalmo, hoc loco ab eo plantatas. Potest etiam, vt He-
brai afferunt, harum arborum satum Deo vendicasse, quia superius eam induxerat, quæ

humano cultu crescerent, sunt autem alia, mira etiam magnitudinis, ad quæ cultus ho-
minum non aspiret, sed suapte vi crescant. Quod in naturam quidem, sed principaliter

in Deum quasi fatorem, & cultorem est referendum. Cedros autem p̄cipue nominauit
quod sint in sylvis ceteris arboribus proceriores. Arbor est, vt Dioscorides ait, iuniperō folijs & baccis similis, ac nisi altius creseret, iuniperus esset. Ha in Iudea, & Oriente

p̄cipue nascuntur. Quoniam igitur & irrigationem Deo tribuit, iure etiam satum ha-
plantare. rum arborum, & augmentum, & proceritatem. Ipse enim præstít, vt hæc plantarum va-
rietas existeret. Ipse genitricem terram, ipse patrem hymbrem creauit. Formas item se-

Gene.2.6. minibus dedit, & ante semina, terram fecit prolificam. Ex hoc loco videre est, quantum illi fallantur, quine Deum, qui dicitur Paradiſum plantasse, hortulanum faciant, quas

dam commentitias ideas, non veras illas, pro Paradiſo asciscunt. Quod quidem mitum est
etiam Philoni placuisse. Esse locutio sermonis Hebraici nota, qua datur Deo, plantatio ce-
drorū, nec potes hic ideas asciscere. Et Euthymius ἐφ τευτα, διὰ τὴν τὸν προστύματι, quod

est, Plantasti, pro eo quod est, imperio produxisti. Dixit autem Cedros Libani, mons *Libanus*.
enim est Syriæ notus vatibus Hebraicæ res suas canentibus. Sicut Poëtae Græcorum infa-
tiabiliter, suas Hippocrenes, suos Parnassos, & Helicones, & Mænalus decantant, Latini *Illic pafse*.

Soracte. In eo quoque diuina prouidentia est mirabilis, quod auiculis etiam teat, do-
mosque parauit, vt arbores excelsæ, & decorem in sylvis, montibuscque præstant, & au-
ibus nidos. Latibula dedit feris, nidos auibus, alias arbores fecit fructiferas, alias auium ni-
dos. Pro eo autem quod τριθεια Septuaginta dixerunt, quod Latinus vertit, passeres, He-
braicè sunt τριθεια zipporim, quo generaliter omnes aues appellari Hebraicæ restantur, de

quo Rabi Dauid: Ve zipporim hem celal lecol ha ophoth. Zipporim vniuersale ad omnes

aves ut non de solis passeribus sit sermo. Quanquam Græci hoc non ignorarunt, è quibus

Euthymius ἀλλα τὸν τριθεια, καὶ τὸν δέλλο πότερον, πέρι τοῦ νομοῦ ὄπεα, Per passeris, etiam alias aues sentias. Nam

etiam Græce inuenies omnes ferè auiculas τριθεια vocari.

Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, pe-
tra refugium herinacijs.

Dux e. cor. **O**cvs obscurus apud Græcos, & Latinos, clarus autē in fonte, vt mirum sit, quamD
Job causam Sept. dixerunt ἡγεταί, quod Latinus, Dux est eorum. Cætera cum fonte
congruunt, in hoc solo discrimen. Pro eo igitur quod illi dixerunt ἡγεταί, Hebraicè
est בָּשָׂר berosim, quod sonat abietes. Dicitq; Psaltes, Herodij domus, abietes. Quod, vt
vides, clarū ac perspicuū est. Vt enim superius dixerat cedros esse nidos auium, sic nunc do-
mos herodiorū esse abietes. Et Hier. Miluo abietes domus eius. Quare autem Sept. vocem
quæ sonat Abietes, transtulerint ἡγεταί, dux est eorū, hinc profectum est וְרֹתֶס, Hebraicè
caput בָּשָׂר rosham, caput eorum. Addita autem præpositione be, id est, Insonabit, In ca-
pite eorum, quod illi transtulerunt ἡγεταί, vt quasi dicatur, Herodij domus est, imperans il-
lis supradictis auibus. Celsior est alius nidos in edito locata. Quia igitur erat inter duas has
voces בָּשָׂר beroshim, & בָּשָׂר berosham, similitudo, quarū prior sonat abietes, posterior
in capite eorum, hinc factum est, vt alteram pro altera acceperint Sept. Verus igitur, & ex-
peditus sensus est, vt dicas iuxta Hebraicum, Herodij domus abietes. Et Hebrei exponunt
dicentes Herodium præcipuè nominasse, quod sit avis ingens solita nidos in arboribus ex-
celsis ponere, vt cedris, & abietibus. Et Aquilas transtulit ἐπανθέλατρον αὐτῷ. Herodio
abietes, domus sua. Porro quod illi dixerunt Ἡρόδιος, Herodion, quæ est avis ex genere aqui-
larum, Hebraicè est ἥρων chasida, ciconiā dicunt omnes ferè Hebrei. Ea enim est avis in-
gens, nidos in locis & arboribus excelsis figens. Abies autem est altissima, vt quam Homer
vocat ἔρωμην, tendente ad sydera. De Herodio Græci dicunt ἑρόδεος ὄπεις τράπεται συμπο-
νήτος την καλαί, Genus avis, primæ nidum construentis. Miluum, vt vidimus, vertit Hie-E
ronymus idem in Leuitico, porphirionem, Hebrei magis ciconiam sentiunt, ei sanctitatem
tribuentes, quod & Græci. Vnde illa quæ dicitur ἀππελέργησις. In psalterio, quo diuus Au-
gustinus vsus est, vertit pro Herodio nescio quis, fulicam, cùm fulica sit, vt idem ait, avis
marina, non amans arbores. Nominatis autem nidos auium, persequitur latibula ferarum, in
quibus sic quasdam præcipuè nominat, sicut in auibus herodium, seu ciconiam. Ceruos ad-
ducens quod editissimos cum primis montes persequantur. Nunquid, ait in Job, nosti par-
tus ibicin in petris? pro ibicibus, ceruæ sunt, petræque eis, & scopulos excelsos attri-
buit. Pro herinaciis Græcè sunt λαγων lepores, vel cuniculi. Nec video cur Latinus, si ta-
men non est mutatum pro leporibus, herinaciis, hoc dicere noluerit. Est enim notum λα-
γώς, appellari lepores à Græcis. Pro κεραφύν, refugio, est Hebraicè ἥρων machsē, tegu-
meptū, teṭṭum. Habent enim scopuli latibula apta refugiis. Hebraicè autē sunt בָּשָׂר she-
phanim, id est herinacis, quos in Lenit. Sept. vocarunt χαροφύλας, vulgoq; dicuntur, porci
spinosi. Hier. item in Psalterio transtulit herinacis. Quæ vox à Latinis in Psalterio Sept. est
posita. Nam λαγώς omnino sonat leporem. Sed, vt videmus, secus alibi Septuaginta sen-
serunt. Dicendum igitur sicut habet Latinum, herinaciis. Nihil igitur frustra factum do-
cet, omnia summa & infinita sapientia excogitata, tantas res, necessitatēque prospiciente,
nisi quā dormitante. Pro petra in Chaldeo est בָּשָׂר kephe. Ex quo videmus hanc vocem,
(licet etiam Hebraica sit) præcipuè vsos Hebræos tempore Christi, cùm lingua vulgari,
Chaldaea, quam attulerant de Babylonia, vterentur.

Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum.

OM M E M O R A T I S his, quæ cum tertia die creationis sequuntur, accedit ad opus
quarti dici, licet in his certus ordo seruari nō possit: multa sunt repetēda, multa prius
facta, posterius narranda, sicut hoc loco. Nam ea quæ præcesserūt, sine Sole, & Luna
existere non poterant, non arbores, non animalia, non ferae, non volucres, non venti, non
pluuiæ, non nubes, non terrarū ab aquis segregatio. Quorum omniū Solem autem esse
apertè cognoscimus. Sicut ergo Moses, & sicut poëta Latinus post terras, montes, campos,
lacus, flumina, arbores, animalia, ventos, pluuias, de Sole, & Luna, stellisque loquitur, sic re-
petit Vates sacer hæc ipsa fundamenta, & causas eorum, quæ prius descripsit. Velut cùm
Solem antè debuerit referre, Lunam prius nominauit. Et Chryostomus hic ait, Quæ supe-
rius prætermissa videbantur, cùm de caelo, nubibus, ventis, differeretur, nunc sermo ipse
repetit, quoniam & hæc vtilitatis causa extiterint. In tempora ergo dicit Lunam à Deo fa-
ctam, id est factam vt tempora faceret, nempe in menses, vel ad menses factam vt menses
efficeret. Idq; exponunt etiam Hebrei. Nam è motibus lunæ, dies, & menses, è mensibus
anni colliguntur. Temporū que luna est indicium. Hæc eius eximia, & inæstimabilis vti-
litas. In Genesi Moses, & tempora, & illuminationem noctis expressit, at David potius
tempora

Atempora, & signa. Nam non semper noctū lucet, vt verior priorūque eius vtilitas sit tempo-
rum efficiendorum. De Sole autem dicit quod cognoscat occasum suum. Quod occasum sol.cog.oc.
transtulerunt Græci, id est, δύση, Hebraicè est בָּשָׂר mabo, quod propriè sonat aduentum,
progressum: ideo dicit David Chimchi, sonare occasum, & ortum, hanc vocem. Quia, in-
quit, quando Sol oritur, ecce venit super terram: quando occidit, ecce vadit sub terram.
Sed quoniam ortus alio etiā nomine potest dici, usurpatum est vt portius pro occasu ac-
cipiatur, quā ortu. Cognouit autem occasum suum Sol, æternam in motibus suis, ortu at-
que occasu seruans constantiam, nunquam iter suum obliuiscens. Hebrei quod cognoscat
lucem suam, non sicut Luna, quæ luce lucet aliena. Cognoscens ergo Sol lucem suam, id est
à se ipso diffundens non ab alio illuminatore, sicut Luna, per cælum decurrit. Sunt ex
eis qui sic interpretentur: Sol cognouit mebo, occasum eius, scilicet Lunæ: dicentes quod
Sol creatus, videt, & cognoscit occasum Lunæ, ipse in ortu super orizonte, illam occiden-
tem, & ad alterum hemisphaerium tendentem, vt Sol, & Luna dum crearentur, essent op-
positi ex diametro. Nam quod cognitionem Soli attribuit, facit quod & antiquus poëta
Homerus de Sole loquens,

Ἡλίς, ὃς πάντες ἐφοργούχει πάντες ἐπαντεῖ.

Solis qui cernit, quique audit cuncta superna.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Quod & noster imitatus.

Cognouit igitur, inquietum, occasum Lunæ Sol, & vidit ipse exoriens. Non defuerunt ex
Bantiquis Hebreis, qui pulchrè, etiam interpretarentur, quod Sol cognoscat occasum, siue
iter suum, Luna non cognoscat, vt quæ varia sit, & vaga, nunc meridionalis, nunc septen-
trionalis, nunc parua, nunc grandis, quasi obliuiosa, & incertæ mentis. Ideo stultum Lunæ
comparat Salomon. Mihi sensus ille probatur, vt designetur æterna constantia, quod alio
loco cecinit, Dies dici eruat verbū, quo constantia, recurrēnsque dierum similitudo
designatur. Et Græci diuinè locum interpretantur, ē quibus Euthy. ἔγειρα ταῦτα δύο.
Cognouit, ait, occasum, non tanquam animatus, sed secundum
definitionem diuinam. Eam veluti ratione prædictus non præuaticans, imperij non igna-
rus. Est autem tralatio, Cognouit, pro eo quod est, Operatur, sequitur, amplectitur. Fre-
quentisque est prosopopœia in sacris litteris: Cæli enarrant gloriam Dei. Idem Sol exultat,
vt Gigas. Et id genus multæ.

Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt
omnes bestiæ syluæ.

AL A M est mutari personas. Superius per tertiam, Fecit Lunam in tempora. Hic per
secundam, Posuisti. Poëtarum mos. Mutatum etiam tempus: nam pro Posuisti, est Posuisti.
θεσθ, Pones. Sed præteritum intelligendum est. Pro Bestiis, Græcè verius
θηλæ, feræ, sic Hebraicè ἥρων chæioth, Bestiæ potius placidæ sunt. Vescentes, id est pascen-
tes. Incommemorabilis autem sapientia creatoris, nō minus ex nocte, quā die probatur,
Cnon minus animalibus atque die ipso, necessaria. Non commemorabo quibus laudibus no
nox. Etiam efferat Chrysoft. omnia cōmoda eius euoluens, ostendēnsque nihil diem fuisse pro-
futurum, nisi nox intercessisset, reparans fessis corporibus vires, animis vigilia fatigatis, ala-
critatem reducens. Agrotis plusquam medicina, somno, & refrigerio conferens. Hoc au-
tem loco, vnam solum vtilitatem exponit, duas amplectentem. Vnam quod feræ noctū ob-
ambulantes, venationi insistant, alteram quod homini non nocant, noctū viatum quaren-
tes. Causam igitur ferarum noctū circumcuntum Hebrai ferunt, quod cæteras feras per-
sequantur, quorum venatu, viatent. Humano autem timore prohibente, interdiu delite-
scant, quod & ipsum à Deo est. Dicitur enim in Noë. Et timor, & terroī vester, sit super
omnes feras campestres. Constitutum igitur fuit à Deo, vt terribiles, & fortissimæ feræ
oblitæ virium suarum, hominem animal imbecillum reformident, præcipue interdiu, vt lu-
pus sœpe hominem conspicatus, præcipiti fuga terga vertit. Conueniuntque Græci cum
Hebreis super assignanda causa cur noctū feræ obambulent. Isidorus enim, Ἀ μικρὸν δὲ καὶ
τέτο τῆς τῆς θεοῖς ἐργα, & alia. Non exigua fuit diuinæ prouidentiae res, vt noctū, non in-
terdiu feræ vagarentur, vt neque viatores, neque agricultores offendent. Eadem Hebrei.
Sed & aliam pulcherrimam causam habes à philosophia, de qua Plutarchus in Symposia-
no, τὸν τε τὸν μαρτυρὸν τὸν Κάρον παθηματούποντον, γένεται, γένεται, τὸν τε τὸν μεθυμελές φορτού, τού, πλ.
Eadem videlicet, inquit, causa est, quod animalia quæ noctū pascentur, similiter afficiuntur, tarcho.

MMM iiiij

Nam oculus eorum debilis à diurno lumine mergitur, & premitur, nec potest cum maiore, & fortiore lumine misceri. At ad lumen debilius, & obscurius, vt stellæ, radium habet proportionatum, vt sensus possit operari. Hæc illæ. Quare notum est animalia noctiuaga propter oculorum debilitatem refugere lucem diurnam. Dei consilium.

Catuli leonum rugientes vt rapiant, & querant à Deo escam sibi.

Rugient.

Ro participio Rugientes, quod & apud Græcos est ὥρούμνοι, potius verbo enuncianendum est, Catuli leonum rugiunt. Nam tametsi etiam Hebraicè sit participium σωανώ shoagim: apud eos tamen eodem sono participium, ac præsens tempus profertur. Et in Hebraica grammatica τῷ poked, sonat visitans, & visitat. Mutatio non magni refert. Hanc ergo, ait Chrysostomus, ab opifice sortiti sunt naturam, vt quoniam neque serunt, neque colligunt, alterius generis animatibus vescerentur: præcipue cùm neque herbis, neque fructibus arborum delectentur. De leonibus autem est præcipue locutus, quod h[ic] sicut in toto Oriente, sic in Iudæa præcipue inueniantur. Et saepe reperies de leonibus in sacris litteris, haberis mentionem. Occisiq[ue] à leonibus, aut qui leones occidissent non raro referuntur. Et Salomon timiditatem, & ignauiam re domesticâ exprimēs, vt titur hoc dicto: Dicit piger, Leo est in via. Et Esaias, suæ regionis animalia proferens, Vitulus, inquit, & Leo, simul accubabunt, & puer parvulus minabit eos. Quāquam igitur sunt alia feræ noctu obuentes, leonem tamen tum vt terris suis domesticum, tum quia ferocissimus est, vt si interdiu ingrederetur ad prædandum, vt nonnunquam facit, facturus generatim sit, quod fertur interdiu fecisse, & quosdam occidisse, exempli causa produxit. Quāquam diuinè etiam dixit, quod querant à Deo escam. Ipse enim dat viatum omni carni: vt genere differunt animalia, sic viatu, ac cibo: & qui paravit vt diversis formis, naturisque nascerentur, idem & cibos vniuersiisque excogitauit. Feruntque Græci in summa fame, & siti, saepe visa animalia in cælum vultus tollere, quasi secreta ratione, factorem inuocantia. In primum igitur autorem iustissimè cuncta referuntur.

—Genus atque alimenta ministrat

Omnibus, atque eius vivunt sub numine cuncta.

Hebræi addunt quasi, quod leones rugientes querere viatum à Deo videantur. Potest esse eadem atque superius prosopopœia, vt irrationalia querere & postulare dicantur, qui actus est ratione videntiū, sicut sermonem dat cælo, alacritatem motibus, & syluis. Sed cùm imprimis scripturarū sacrarum in oris est, omnes naturæ motus, siue animatorum, siue anima carentium, referre in Deum, omnis naturæ principem, primūque rerum inueterorem, primam causam, ad quam, vt dicebat Architas, sapientissimè cuncta reuocantur. Nec curauit vt animalia rapacia quædam, ceterosque absumentia reperirentur. Ut enim concessum est homini, animalibus vesci, sic quibusdam rapacibus datum, vt aliorum præda viettaret. Sunt enim animalia ratione carentia, tanquam arbores, & herbae. Non tamen sui generis animalium inuenies quicquam absumentem.

Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collabuntur.

Cubilia.

Mandra.

Sic, ecclesia.

Collocabili-

TIAM hoc loco venustè mutatum est tempus à Græcis interpretibus. Hebraicè enim dicitur ηνικόν thisfrach, orientur. Et ηνικόν iæsephun, Congregabūtur illi, αὐτήχθονος. Pro cubilibus, Græcè μάρπεια, quod à Latino propriè versum est, licet mandrae potius de ouibus dicantur. Est enim mādra, tum locus ubi cōgregantur, & accumbunt oues, tum grex ipse. Sicut concilium, & locus, & gens frequens. Sic Græcè βέλη, dicitur Senatus, concilio Latinè, & locus unde cōcionamus, & turba exaudiens. Hinc recentiores Græci Archimandritas, vocant aliquam monachorum multitudinem regentes, quasi ἀγλάρχες πόνδας, & gregis duces. Rectè igitur Latinus transtulit cubilia, pro quo Hebraicè ηνικόν mēnonoth, habitacula, mansiones, propter id Septuag. μάρπεια, dixerunt, quasi stationes, mansiones. Et quod Latinus dixerūt Collocabūtur, Græcè est κοινωθεοταύ, propriè quod Hebraicè ηνικόν irbazun, id est accumbent, recumbent. Quod ad somnum potest referri, vt ire ad dormendum dicat animalia hominibus surgentibus, illis die, his nocte ad dormiendum data. Omnia ergo rerum diuina vicissitudo, luminosaque mundi lucerna, orbem circumuecta, nunc noctem, nunc diem efficiente, semper necesse est, dimidium illustrari, dimidium obtenebrescere. Quod prudentissimè, verèque diuino consilio factum, res ipsa probauit. Dor-

mientibus

Amentibus hominibus quietémque fessis corporibus accipientibus.

Nox hominum genus, & durus miserata labores,

Rettulerat somnos, & fessa silentia terris, ait Flaccus.

Tum feræ, quæ coetus humanos reformidabant, consurgunt, nocturnis autem vigiliis fatigatae, somnōsque appetentes, redeunt ad cubilia. Homines cōtrà luce indigentes, ad opera, & nocte somnis opportuna vi consurgunt è stratis. Vide autem mirabilem opificis sapientiam, vt nox esset feris velut ignobilioribus, dies hominibus nobilioribus: dispositi oculos ferarum, vt noctu magis quām interdiu cernerent, lucēmque naturaliter refugerent. Nam cùm oculos habeant humidiiores, ac crassiores, in mediis quidem tenebris cernunt, vt lupi, leones, feles. Lucem autem offensi fugiunt, atque auersantur.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam
usque ad vesperam.

OMINES vocat gratissima lux, exeentes ad opera. Nonne Poëtæ hæc confitentur?
Poëtis enim Græcis, ac Latinis, Poëtam Hebræum potes intelligere:

Euandrum ex humili recto, lux suscitat alma,

Et matutini, volucrum sub culmine cantus,

Consergit senior, tunicaque inducit artus,

Et Tyrrhenæ pedum circundat vincula plantis,

B Tum lateri, atque humeris Tegeæum subligat ensim,
Demissa ab leua panthera terga retrorsus.

Similia prior Homerus, & ex eo hæc desumpta,

Ημος δ' οὐχέναια φάμ ποδοδάστυλος ήσε.

Ωρητ' ἀριξενόφιον Ο διατῆνος φίλος ήσε,

Εἴματα οὐσάμνος, πελεξίζοις οὔξυνθείησε,

Ποστι δὲ ψεύτηροι εἰδούσατο καλέ πειλα

Βιδύμηδην οὐ δελέμοιο.

Cum reculit rofeos vultus Aurora decora,

Consergit stratis exemplo natus Ηλύβα:

Induitur vestes, humerisque appendit acutum

Ensem, tum teneris necit talaria plantis.

Progrederit thalamo.

Duo autem dixit Vates Hebreus, opus, operationem: quodcum poteūum exp̄esc, ut *operatio*. etiam Hebrei testantur, ad agricolationem, & opera quæ fiunt in agris spectat. Nam pro eo est γέννημα haboda, quod, vt Iupiter diximus, cultum sonat, quod à Græcis non ita potuit intelligi, & Euthymius, Εὐθύμιος γέννημα τὸν παραλλήλον τὸν τρέπει. Opus, inquit, & operationem, pro codem posuit. Placer magis quod Hebrei vim vocis sentientes adducunt. Et Septuaginta probabile est voluisse ἐγγένημα, esse propriè agrorum. Quanquam autem homines diuersa operationum genera exequātur, vniuersalior tamen, & priscis visitatior erat cultus agrorum.

Quām magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia
fecisti, impleta est terra possessione tua.

Nadmirationem tantarum rerum raptus, in pelagus ἀχαρες, vt aiunt Græci, diuinæ sapientiæ prolapsus, in exclamacionem erumpit. Sicut & diuus Paulus cùm multa miranda narrasset, versansque animo, atque obrutus rerum maximarum admiratione, exclamauit, O altitudo diuinarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Id enim his accidere necesse est, qui in contemplatione rerum versantur, quod magis omnia considerauerint, & ad ultimas origines intimaque principia, ac secreta penetrauerint, tum verò nihil aliud superesse intelligunt, quām admirari, & exclamare. Non est admirandi finis, nulla satietas, stupor mentes premit. Quicquid vbique est, miraculum est, & portetum. Pro eo autem quod Septuaginta translaterunt ἐγγένημα, id est, magnificata sunt, non refert quod sit Hebraicè *Magnifica-* *ta*. Quām multiplicata sunt. Nam magnitudo operum diuinorum, etiam in multitudi- ne existit. Et Hebraicè ηνικόν rob, sonat etiam magnum. Ut abyssus magna, vasta, Hebraicè *thehom raba*. Et Hebræi exponentes dicunt ηνικόν ηνικόν ma gadelu, quām magnifica- ta sunt. Afferuntque etiam numerum posse respicere. Quod autem dixit, In sapientia, ob- *In sapientia*.

seruatum alibi, præpositionem, In, Hebræis sonare Cum. Sapientiam autem Græci beheD referunt ad id quod dicitur à Moſe, Et ecce omnia valde bona. Nam bona ideo, quia sapiēter facta. Si defuiffet sapientia, bona esse nō potuissent. Respondentque inuicem sibi ταῦτα, ἀγάθα, σωτήριον. In eo enim officia sapientiae versantur, ut semper fiant meliora, & pulchriora dexteroribus posthabitis. Quomodo autē sapientissimè cuncta fieri nō debuerūt, cùm à sapientia, id est, ab eo qui, quicquid est, sapientia est, fierēt? Propter hanc causam vocat sapientiam Salomon τὸν καλόν γενετὴρ ψυχῆς, pulchritudinis artificem, principē, genitricem. Eadem de causa vocatur ab Anaxagora & superioribus ἐστι, id est, intelligentia, mens, cognitio, quam Chaos exornasse prædicabant, & formas rerum, quas hic possessiones dicit, fecisse. Hinc Mercurius, & antiqui Theologi vocarūt eum λόγον, id est, rationem, prudentiam, sciētiā. Vocarunt etiam πάντοφον, cuncta sapientem. Quod autem dicit, Impleta est terra, hinc videtur superius numerum potius designasse. Possessiones autem dixit, diuinè, ac sapiēter, ut designaret dominum autorem. Hinc dicitur in Genesi, Leuo manum meam ad Dominum Deum possessorem cœli, & terræ. Et Plato dicit, homines esse possessiones Dei. Idēmque ait, πάντων κτημάτων ἡμέτερον ψυχὴν θεούτων, Omnimium nostrarum possessionum animam esse diuinissimam. Aristoteles item omnia dicit ἐργα τῆς opera Dei. Philon quoque, Si unus, inquit, est verus, & stabilis dominus, necesse est, ut veri serui simus nos: sic esse in vniuerso verum Dominum ὁλέγειν τὸν αὐτὸν, ὅπις πάντα κτηματα, cui dicere fas esset, omnia esse possessiones suas. Ex quo apparet iustissimè res omnes Vatem Hebraeum appellasse possessiones Dei, sicut anima nostra, est nostra possessio. Sunt autem duo nomina vna tantum littera distantia, κτητος & κτησις. Primum designat possessionem, alterum creationem. Hoc postremum legitur in nonnullis exemplaribus, sed primum legendū est. Quod tamētsi parum inter se differant, mirum est tamen magis Latinam vocem cum Hebraica, quam Græcam congruere. Nam pro creatione eam Græci legerunt, Euthymius, Impleta est, inquit, terra creatione tua ταχέστη τῷ κτηματῶν οὐδείς. Et pro possessione singulari, Hebraicē τριῶν kineianekā, id est, possessiones tuas. Licet hæc nullius propè pôderis sint, poterantque pro interpretum arbitrio mutari. Implere autem dixit, ex philosophia. Hinc enim illa quæ dicitur Αγροτικοῖς, & κόσμος. Ornatus enim in numero pulchro, & sapienter posito existit. Sic Cosmus, id est, mundus est filius sapientiæ. Mundus totus, possessio Dei, cuius possessio sunt omnia, quibus totus ordo rerum, ac numerus, mundus appellatus, conficitur. Et nihil non à Deo factum, nihil fortuitum, ac temerarium in mundo ostenditur, nihil vacuum in terra, plena muneribus Dei omnia, cuncta officiis suis fungentia, cuncta rationem aliquam habentia, licet nobis incognitam.

Hoc mare magnum, & spatiōsum manibus: illic reptilia,
quorum non est numerus.

ERAGRATIS rebus terrestribus, & cœlestibus, accedit ad marinas, ex quibus infinita exempla incōprehensibilis, inestimabilisque diuinæ sapientia colligantur, vbi & multitudo, & varietate formarum, inōstrorūmque inusitatissimæ formis, ipsa secum F videatur certasse natura. Res autem quæ hic describuntur, spectant ad diem quintum. Illud primum admirari succurrit, cùm Psalmi Latinorum sit, (ut manifestum est), idem atque Græcorum, ipsorum videlicet Septuag. hoc tamen quod hic dicitur, spatiōsum manibus, trāslatum ab illis ut debuit, & clarius factum εὐρύζεται, id est, latum, spatiōsum, sicut Homerius sāpe loquitur, ἐπ' εὐρέα νότῳ θαλάσσην εὐρέα πόντον. Latinus, ut habet Hebraicum, retulit εἰρηνήν gadol iadain, id est, magnum manibus, spatiōsum manibus. Niſi forte ex aliis interpretibus irreperit, ut Aquila, vel Symmachus, vel sanctus Lucianus Syrus, dixerit spatiōsum manibus, quod ad Latinos aliquo modo peruererit. Neque tamen hinc reliquam editionem suspicemur Septuag. non esse. Leue enim est hoc. Et possunt omnibus in libris hæc accidere. Verior autē causa cur Latini codices habeant Manibus, est editio diuī Hieronymi ex Hebraico, qui transtulit, Latum manibus, quod hoc irreperit. Manus ergo Hebræis sāpe sonat, spatiū, mensuram, locum. Dicītque spatiōsum manibus, quod pulchre Græcē, ut dixi, uno nomine ē duobus factō εὐρύζεται, quod εὐρέα χερεψ, id est, mare latum, loco, regione, spatiis. Magnum quoque dixit, & δεκτηνός, digiro quasi demōstrans, dicēnsque hoc, quia proximus erat mari, non multum à littoribus Syriæ, Iudea interius recedente. Parte alia haud magnis itineribus instabat mare Oceanum, cuius latitudo, magnis spatiis superat terras. Et Chrysostomus, Quare, ait, dixit magnum: ὅτι μετὰ τοῦτον τὸν, quia terra vastius.

Avalius. Reptilia autem dixit, & si repte Latinum potius terrestrium sit, Hebraicum tamē & ad terrestres & marinos animantes, aptatur. Hic marina appellantur θερμες, reptiles. Superius autem, In ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluae, vbi est θερμος, quasi reptabunt. Apparētque ad viasque animantes hoc verbum accommodari. Innumerabilēm igitur reptilium copiam dicit, cuius causam assignant, quod latius sit mare, & quod pisces omni tempore gignant, non quidem omni tempore omnis species, sed separatim, singulo quoque mense, singulis quibusque generibus procreantibus. Tum aqua aptissima est ad generandum, quādoquidem omnis generatio ab humoribus habet ortum, pisciumque multitudinem indicans Oppianus sic carmen orsus est:

Ἐθέλοι πάντοι πολυτερέας τε φαλάγγας
Παντοῖαν πεπόδων πλάτων γένος ἀμφιτρίτης.
Gentes cantabοι πόντοι, immensάque phalanges
Omnigenūmque natans, περικαλύπτειν τενδισ.

Sic arbitrati sunt nonnulli Thaletem ab Homero didicisse omnium rerum originem esse aquam. Nam Homerus præterquam quod dicit,

Ωκεανός τε θεὸν γένετο, γεράντες τίθει,
Oceanum rerum patrem, Techyndique parentem.

In quo secutus est Orpheum, prius canentem,
Ωκεανός θεόντερ γένεσις πάρτεσι τέπικται.

B Oceanus fuerat qui cunctis rebus origo.

Etiam cùm inala imprecantes inducit, sic loqui facit:

Ἄλλοι γένεσις μὲν πάρτες θεόντερ γένεσις γένοισι.
Sed vos in terram cuncti redeatis, & vandas.

De quo Iustinus martyr, & philosophus: Νομοθετης οὐρανοῦ εἰς ἀρχαῖς αὐτὸς ἐκ γῆς αραιάνω γένεσι. Implicabili ira eos in antiquas origines terram & aquam refoluens. Et hæc dicit Homerum ab Egyptiis didicisse. Itaque innumerabilis est piscium multitudo suppetente facilem, & assiduum partum: ipso humore, quem omnium rerum principium fuisse omnes gentes confitentur.

Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt.

VSILL A Græcē μυρτη, parua, exigua. Nauigationū autem trajectio etiam diuinum quiddam habere, philosophis visum est, ex quibus infinita commoda mortales consequuntur. Nam præterquam quod piscibus in eo imperamus, dominatoreisque etiam maris tamētsi terrestres & Χερσονησι probamur, est item mirabilis nauium cursus, quibus ad cognitas terras penetramus, mutuisque mercibus commutatis diuersos quoq; ritus, & linguis, habitus, mores, situsque locorum cognoscimus. Nam is de quo sublimis Vates canit,

Multorum mores cognovit & oppida vidit.

Ad hæc non peruenisset, nisi nauigatione, quæ illum in varias orbis oras perferret. Eō que intulit:

Πολλὰ δὲ δύο εἰς πόντον διέλεγον διεγένετο.

Multa quidem in ponto fuit ille afferimā passus.

Verè igitur dixit idem Propheta sacer subiectos volucres, & pisces qui perambulant semi-tas maris, quod maximè, ut Hebrai testantur, nauibus fit.

Draco iste quem formasti ad illudendum ea.

DRACO, est πνευμα, ludendum, lasciuendum. Et pro Ei, quod & Græcē ἀντό, clarius Illudendum. Hebraicē νέβο, in eo vt signet mare, in quo ingens bestia ludit. Duobus autem modis potest lusus intelligi, quod lasciuat, discerset, exultet, altero, quem proponunt Hebrei, quod ludat super ceteris piscibus, & quasi contemnat, & irrideat, eos absumens, & deuorans. Violentia enim illusio sāpenumero vocatur: vt, Et Dominus irridebit eum. Et, Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Semper est hoc verbum. Ac nescio quo consensu de ectiis, siue draconibus dictum est ab Homero, quod adueniente maris Deo, luderent, exultarentque, ceto p̄t ceteris piscibus, sicut, à Vate nostro, nominato, & quod lusum ei det in mari:

Βῆ δὲ ἔλασι θεού ματ, ἔπαλλε δὲ καὶ τε οὐτοὺς ἀντό.

P'entobē οὐ κενθύπει, δέ πηροῦνται ταῦτα.
Impulit in fluctus currum, exilieréque pafim
E latebris ceti, proprium agnoueréque regem.
Et cetos d'scibens, Opianus ea dicit esse,
Κίντε δ' θελυμογύρα πελάσα θελυματα πότες.
At validis membris ceti miracula ponti
Horrenda.

Magnitudo igitur fecit eos memorabiles.

Galeus, bi-
scis, rhodi-
celebris, di-
citur est ga-
lea.
Cete, cur
draco.
Cete gran-
dia.

Vnum autem eorum genus tradit appellatum γαλάται, Galci: vnde forte ab eorū similitudine maritimæ gentes longa nauigia vocarunt galeas, sicut pistres, centauros: Galeaque formam habet draconis. Draconem igitur etiam Græci cum Hebrais sentiunt pisces ingen tem, id est cetum. Sicut ait Euthymius. Et, Draco is, inquit, siue cetus quem creasti ad illudendum ei, id est aqua marinæ. Draconem autem vocavit cetum, perinde inter marinas bestias maximum, sicut in terrestribus draco. Quod quidem prior Eusebius dixerat, οὐδὲ τὸ δράκοντος τὰ μεγάλα παρεδίθωεν εἰπεῖν, ἀ τοῖς μεγάλοις πελάσασι φύσιοι χωρεῖν. Per draconem indicavit magnos cetos, qui in vastis sinibus commorantur. Esse autem cetum pisces magnum, ac memorabilem, nec mirum esse quod præcipue adductus sit in exemplu, declarat quod Homerius eum simili modo citauit, cùm is qui nauigaret, periculū timeret, Timeo inquit:

Ἡεπι μοι κεχήτος θειασενι μέγα δαίμονα
Εἰξ ἀλλε, οὐδὲ τε πολλὰ τείχει κατέπιστηται.
Αὐτοὶ αἱρεμένοι μετέμμιτταν αὐτοῖς
Σορς, αὐτοὶ νορτι ταύτο σεβ μαρμορει ποντος

Iob.3.6

Etiā Hebræi Leuiathan, dicunt esse pisces immanem qui describitur in Iob. Leuiathan quoque non ignorarunt Septuag. esse cetum. Siquidem in Iob, ubi dicitur, Qui parati sunt suscitare Leuiathan, dixerunt illi, magnum cetum. A magnitudine igitur & positu corporis dicitur cetus, & draco. Cetus sonat Græcè vastitatem, magnitudinem: draco autem est, si formam corporis respicias, aspectu & cauda similis draconis. Atque in Genesi ubi scribitur, Creauit Deus cete grandia, Hebraicè sunt hataninim, id est dracones. Ex quo videamus cundem esse Leuiathan, cetum, & draconem. Sæpe autem adducitur pro exemplo, in diuinis litteris. Audierunt credo famam eius ab his, qui de sinu Persico, vel Arabico, qua penetrat Oceanus, in Iudeam reuertebantur. Raro enim in mediterraneo mari constatas bestias inueniri. Ut autem in Genesi è tot generibus pisces, de draconibus, quos Septuag. & noster transferunt cetos, sit peculiaris mentio: sic adduxit Mosen secutus, in exemplum eos Dauid. Et creauit, inquit Moses, Deus cete grandia. Vocatos autem eriam ab antiquis pisces, dracones, & draconum forma depingi solitos declarant Hieroglyphica Egyptiorum, de quibus Græci qui res eorum studiosissimè scrutabantur, memorie prodiderunt, quod annum designantes, draconem mordentem caudam pingerent in pyramidis. Λέουαν γαρ οὐ ποτείσαι, γαρ δράκοντα εἰ αὐτῷ εἴτε τοῖς αἰθιοπάσι δεῖ τὸ πᾶν αἰθιοπάτον γενέθει τοις ζεύσι. Abyssum, inquit, subiiciunt, & draconem in ipsa, ex quo sensibiles Deos, totumq; sensibile quicquid est, volunt extitisse. Hæc est abyssus apud Mosen, apud Orpheū, Homerum, Thaletem, omnium rerum principium. En draco in mari. Cæterum quidem è Græcis quodam mystico sensu, hunc locum sunt interpretati de diabolo. Athanasius, τὸ δέσποτον τῶν ζεύσων &c. Quæ sunt, Draconem, siue cetum diabolum dicit, factum à Deo ut illudatur, sicut & in Iob dicitur, Non est ei quicquam simile super terram: factus est ut illudatur ab Angelis, hoc est à iustis. Mysticè inquam, non litteram respicientes, hæc illi dixerunt. Nam verum sensum eos agnouisse, appetit ex his quæ Euthymius, qui post eos, eorumque quasi abbreviato fuit, scripsit super hoc sensu cum Hebrais concordans. Fabulas autem Hebraicas, de Leuiathan qui comedetur tempore Messiae, in conuicio iustorum, legat qui velit apud Nicolaum Lyranum. Habent tamē aliquam verisimilitudinem. Nam sicut Græci locum de diabolo sunt interpretati, hunc, & eum qui est apud Iob de Leuiathan: sic Hebrei quasi maestandum in diebus Messiae, & comedendum diabolum à iustis allegorizabant. Et Græci Angelos, licet non sint pro Angelis accipiendi, iustos interpretantur, qui draconis illudant. Illusionem Hebræi, comedionem, quia pisces est, vocarunt. Itaque de diabolo interpretatio qui illudatur à iustis, vel illudat ipse, videtur non Græcorum solum, sed etiam antiquorum Hebræorum. Siquidem & Chaldæus tunc locum transstulit, Leuiathan iste, quem creasti ad illudendum, Ζαρία zadiaka, id est iustis. Vt cunque sensus litteræ est quem diximus, & in eo Græci, & Hebrei concordant. Ad mysticos au-

Atem sensus datur, dum sobriæ, & piè aliquando diuerti. Simile quid videtur sensisse Hiero, transferens, Leuiathan istum plasmasti, vt illuderes ei: quia videlicet Hebraicum νοῦ bo, id est, ineo, potest referri ad mare, & ad pisces. Sed quoniam facilius & naturalius refertur ad mare, in quo ludat ille, hoc magis sequendum putauerim.

Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore.

AT IN VM interpretarem licet exigui momenti sit, credendum est iuxta Græcum *Ad te*, scripsisse, Ad te: Græcè οὐρανού στρατεύεσθαι. Sicut Hebraicè יְהוָה eleka ishaberun. Sed forte clarius erat dicere *Ad te*, Hebraismus autem *Ad te*, Aut Expectabunt, est, Sperabunt: vt dicat, *Ad te*, vel in te sperabunt: sicut Græci exponunt. Hæc vniuersitas, non maris solas, sed etiam terre respicit animantes. Nam cùm animalia terrestria, post aquatica maiora, & minora commemorasset, concludens cuncta intulit: Omnia cibum expectant à te, vt ostendat illum, non solum vitam, & esse cunctis dedisse, sed dare etiam alimentum, conseruare quod dedit. Quod antiquus poëta Aratus diuinè, & hæc ipsa cognoscens, cecinit ab Ioue cuncta esse nata, illum adesse vbiique: quare autem adsit, & cur eum adesse oporteat, præclarè definiuit οὐρανού στρατεύεσθαι, cuncti Ioue indigemus. Hæc enim est necessitas, & indigentia, quia sine eo ita non possumus viuere, sicut non poterantus nasci. Iouem autem dixit eodem eum, atque Hebraeus appellans nomine. Nam vocat hic eum Hebraeus Iehouah, detractis aspirationibus, quibus abundat Hebraica dialectos, remanet *Iehouah*. Eloues. Græcè ζεὺς, ab hoc ipso quod dicitur in Psalmo οὐρανού στρατεύεσθαι, à vita, quia vitæ det om̄ibus. Id autem quod Latinus dixit In tempore, interpretes Græcè dixerunt εἰς εὐχεπονού, in *In tempore*, opportunitate, nō semper, sed quando opus est, quando danda sunt omnibus animantibus sua. Astas enim omni præcipue fructificat (exprimentes videlicet quod est in Hebraico νοῦ beitho, in tempore suo.) Dat escam in tempore suo, quo certa prouidentia, certus ordo designatur. Repetitur autem hoc loco, quod dicitur alibi, Qui dat cibum omni carni. *Dare*. Dat autem, habens principales in potestate, & mouēs causas, quibus herbae, frugesque nascantur. Quas si prohiberet, inferiora fame absumerentur. Expectant autem illa, naturali *Expectare*, motu ad suas pergentes escas. Ac quanquam ignorant datorem, agnoscimus ipsi.

Date te illis, colligent: aperiente te manum tuam omnia implobuntur bonitate.

ON refert, quod tempora sint in participia ab interpretibus Græcis commutata. Et quod aliud filum sit orationis Hebraicè, hoc modo scilicet, Dabis eis, colligent, appetentes manum tuam, satiabuntur, vel abundabunt bono. Clarius est enim Græca oratio, ac debet in transferendo, sensu integro, aliquid mutari. Dixerunt autem Septuagin. παραστατα, referentes ad animalia quæ superius escam à Deo expectare dixerat. Implore *Implore*, etiam posuerunt pulchre pro Hebraico νοῦ isbeun, satiabuntur, abundabunt. Et quod Hebraeus νοῦ bonum, venustè illi *ζεύσιν*, bonitatem, suavitatem, Vadim, ait Salomon, & Cfruar bonis, bona, ipsa voluptates appellans, aut ea è quibus voluptates existunt. Hæc interpretes Græci dixerunt *ζεύσιν*, suavitatem, lenitatem è bonis, & commodis corporis existentem, quia efficiunt suavitatem, lenia sunt animo & corpori, asperitate pulsa. Suntq; hic pulcherrimæ tralationes à rebus humanis. Apertis enim manibus damus. Vnde Græcè *ζεύς*, extram dictam volunt non solum quia *ζεύς*, id est recipit, sed etiam quia est *ζεύς*, id est capit, apprehenditur ab accipiente, vt ait Iamblichus: explicansque figuram Euthymius, ζεύς δὲ λέγει τὸν ζεύσιν διναύν, ζεύσιν τὸ δὲ τὸν ζεύσιν. Manum, ait, vocat largitatem, potestatem, bonitatem autem, prouidentiam.

Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.

AUERTERE faciem, pulchre Septuag. dixerunt quod Hebraicè νοῦ taſthir, abscon *Auert.* des, celabis. Chaldæus pro facie, diuinè posuit νοῦ shekinthak, propriè quidem *Facies*. Nat habitationem, shenam, à verbo shacan, quod etiā peruenit ad Græcos, sed quædam est apud recentiores Hebraeos priuata loquendi cōsuetudo, vt hac voce designent diuinam maiestatem, præsentiam numinis, aut ipsum numē diuinum. Scitè igitur Chaldæus faciem dixit numen præsentiamque diuinam. Turbare autem dixit, quod sonat etiam hor- *turb.* rere, tremere: propriè autem turbabuntur. Sicut enim prius diuina benignitate arridente,

lætabantur, lasciuiebant, exultabant, quod faciunt homines, quando rerum copia præci-D
puluis.
Gen. 1.20.
Gen. 1.17.
id. 19.
perennis
philoso-
phia.
spiritum
tuum.

puè panis suppetit; sic fame premēte, plena mœroris, ac perturbationis omnia. Qua de cau-
sa dicuntur bona, quia perturbationes submouent. Et Græcis felicitas dicitur *euða, uorū*,
quasi genij, id est animi, bonitas, alacritas, licet secus eam philosophi postea diffinierint. Ab
hac perturbatione spiritus resoluitur. Eoque qui dat cibos, dat vitam. Qui auferit, vitæ quo-
que est ademptor. Redire autem eos dicit in puluerem suum, pro puluere, est in fonte *aphar*,
aphar, quod vt sāpe ostensum est, fuit omnium rerum principium. Est autem aphan, mas-
sa è duabus rebus, terra & aqua. Harum duarum coagmentatio, dicitur Hebraicè aphan,
Græcè chaos, à *χάος*, fundo, vt lutum: dicitur quoque hyle, quasi *λύπη*, limus. Perindeque fuit
dicere, In puluerem suum reuertentur, atque in hylen suam, in suum chaos. Eos reuersuros
canit in primâ originem, quæ fuit aphan, id est terra, & aqua, quod diuinitus & ab Ægyptiis cognovit Homerus, cùm imprecantes homines inducit:

Ἄλλοι δέ τοι πάντες ὑδρεύονται καὶ γένονται.

Sed vos in terram cuncti redeatis et vnde.

Quo, Iustino teste, cùm Homerus eos resoluat in antiqua primordia, apparet eum in sacris
litteris rerum prima principia cognouisse, & affirmasse. Atque eos resoluens in terram, &
aquam, resolutebat in aphan, id est limum, hylen, massam, ex aqua, & terra. Hoc & Xeno-
phanes sensit, qui fertur dixisse,

Ἐγενέτο τόπος τούτος φύσις, μηδὲ γένος.

Est vnde, et tellus quod sit generatur et usquam.

E

Eadem ratione cecinit Salomon, Omnia facta sunt ex aphan, & omnia reuertetur in aphan. Hanc vocem interdum nostri traducunt, id est Latini, puluerem, interdum limum. Græci
χών, chun, quod sonat quidem puluerem, sed chus propriè est chaos. In casu accusandi dici-
tur choon per crasin, chun, idem choos atque chaos. Ecce nomen chaos antiquis Græcis,
qui omnia didicerunt ab Ægyptiis, celebre hoc positum psalmo, respondens Hebraico
aphar. Ex qua omnia facta sunt, etiam corpus humanum. Nam tulit Dominus de limo ter-
ræ, pro quo Hebraicè aphan. Sicque omnia sacerdotes, omnis philosophia sibi responderet, & ve-
ritas quæ latet in nostris litteris, lucem in omnes gentes sparsit suam.

Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis
faciem terræ.

spiritum
tuum.

spiritus
animantius,
est Dei: ut,
Gene. 6.4

PIRITVS eorum superius dixit, nunc spiritum ipsius Dei: Chaldæusque adiecit,
Emitte spiritum sanctum tuum. Sciendum igitur duos hunc locum habere posse
sensus. Aut enim loquitur de solis brutis animantibus, tota oratione superius in eas-
dem respiciete, vt cùm dicebat. Hoc mare magnum, spatiolum manibus, illic reptilia quo-
rum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, in quibus nusquam homo nominatur.
Ne superius quidem, vbi de terrestribus canebat, quasi creationem hominis silens, alterius
generis, quæm aëriarum, terrestrium, aquaticorum animantium. Sicque sensus erit clarus,
Quod benignitate diuina arridente, omnes animantes quas descripsit, nascantur, viuant, F
alantur, eadem se subtrahente, moriantur, ablatis alimentis, præsente hac diuina largitate,
& terras vberate replete, spiritus terrestres qui à materia nati, eiusdem alimentis fouen-
turi, hilatescant, viuant, lacentur, quibus subtrahuntur, moriantur. Nec interest quod secundo lo-
co spiritum Dei dixerit, primo spiritum ipsorum animantium. Idem enim est spiritus datus
illis à Deo, mediis terrestribus causis, & per eas introductus, & factus: est q; is spiritus Dei,
quasi à Deo creatus, nō quod à Deo, sicut spiritus sanctus eius procedat, vt sit spiritus Dei,
quasi creatura Dei, Dei opus, diuina possessio, diuinum inuentum, diuinum beneficium. Est
autem idem spiritus atque anima, alterumque est Latinum, alterum Græcum. Anemos
Græcè est fatus, spiratio, spiraculum. Cùm ergo dicit spiritum Dei, dicit quasi animam
Dei, spirationem, ventum, spiraculum à Deo datum, & cōcessum, animam à Deo creatam,
videlicet animam sentientem, corpoream. Quæ quidem est ipsorum animantium, quia pos-
fideretur ab eis: est item Dei, quia datur, & largitur. Hæc verior expositio. Nam sicut in Ge-
nesi, post omnium animalium creationem, noua hominis, & omnino diversa creatio introdu-
citur sermone nouo: sic cùm idem sit hic super animantibus semper sermo, vnum eorum
tantum genus, id est, irrationabilium describi, & numerari par est. Nusquam enim de crea-
tione hominis, quasi esset altioris negotij, est locutus, sed de volucribus, de bestiis agri. De
alimentis humanis, postea ad marinos, & aquaticos se recipit. Nam si cundé de spiritu hu-
mano,

Amano, atque brutorum velis esse sermone, oportebit quasi fateri eandem vtrisq; esse con-
ditionem. Alter autem est sensus, vt de homine præcipuo inter omnes animantes loqua-
tur, & de resurrectione mortuorum, consentientibus etiam Hebrais. Primum que dicunt
Græci, *Ενταῦθα οὐκανέται τὸν αὐτὸν αὐτοὺς, καὶ τὸν διά τοι τούτους ζῶντας.* Hoc lo-
co, inquit, aperit nobis resurrectionem prædictum, & per spiritum sanctum, viuificatio-
nem. Idem videtur Chaldaeus sensisse: neque enim dixisset spiritu sanctum mitti ad brutas
animantes, Hebrai quoq; prisci, & recentiores, sequentes resurrectionem hoc loco cō-
fitentur. Sic enim Rabi David loquitur, Secundum religionem nostram, ait, & quicunque
eam sequuntur, redibunt anima ad materiam, id est corpus pristinum, ex quo egressæ fue-
runt. Hocque erit tempore resurrectionis de qua nobis aperit. Deus testimonium dedit,
ex quo per modum prodigijs, ac portenti, non naturaliter. Ob hoc dixit, Emitte spiri-
tum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Ac quanquæ superiori spectant ad om-
nes animantes, hoc tamen de homine tanquam præcipuo est locutus. Disensio autem est
inter nos, de resurrectione mortuorum. Nam major pars sapientum Talmud assertant so-
los iustos suscitandos, impios autem minimos. Hæc Hebraeus, quo videmus eos, cum Græcis
concordes. Sciendum etiam hunc psalmum veteres philosophos legisse, atq; simile quid au-
disse. Nam Pythagoram, accepimus dixisse. Deum esse unum per omnes mundi partes. Deus, quid
intentum, ex quo nostri animi carperentur. Quam sententiam duobus locis eximius poëta, Pythagor-
ta, philosophiæ antiquæ non ignarus, expressit, hoc carmen vsquequam secutus. Etenim
spiritum à Deo per omnes terras dari, & auferridixit Vates Hebraeus, at ille:

Principio calum et terram, campisque liquentes,

Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra,

Spiritus intus alit, rotamque infusa per artus,

Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Inde hominum, pecudumque genus, viteque volantum,

Et que marmoreo fert moretra sub æquore pontus.

Ecce Poëta canit spiritum diuinum, per omnes mundi partes intentum, & committantem
dare vitam affatim, inde spiritus suos actipere omnes animantes. Eoque appellauit ipsum
animam mundi. Luculeatus item cecinit alio loco quod à David hic est cantatum, dis-
iens & ipse de animalibus, id est de apibus, & antiquorum sententiam innuens,

Deum nanque ire per omnes

Terrasque tractusque maris, calumque profundum,

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,

Queque sibi terpes nascentem arcessere vitam.

Scilicet huc reddi deinde, ac refoluta referri.

Omnia, nec morti esse locum, sed viua volare.

Sideris in numerum, atque alto succedere celo.

Ecce quem superius mentem & spiritum dixerat, nunc expresse vocat Deum, datorem
Comni spiritum, quod à Mose prius dictum fuerat. Ecce spiritus, omnium apud eos
creator, & viuificator. Quid autem dixit redire, ac referri omnes ad eum spiritus, vide-
tur, expresse Salomon dixisse. Et spiritus, inquit, reuertatur ad Deum qui dedit illum. Da-
vid quoque clare & aperte videtur idem confessus. Nam vbi dicitur, Auferes spiritum eo-
rum, Hebraicè est *Ἰωσήφ*, quod sonat, collige, congregabis, reuocabis. Sed hæc re-
uocatio, est ablato tota, quæ ideo Deo tribuitur, quod ab eo sunt alimenta, & is fuit om-
nium vitarum fator, & repertor. Eoq; adiecit, Et deficient. Quod autem dixit Salomon, de
spiritu humano aperte est. Reuocatio igitur, ac reditus, animalium quidem est in antiquam
materiam: humani autem spiritus in suam originem Deum, qui dedit, & infudit eum ex-
teriorum venientem ab ipso opifice recta. Renovatio autem terre etiam exprimit, quod prio-
ribus extintis, fiet noua creatio: in quo videtur prior sensus esse verior, iuxta id quod Sa-
lonon dixit, Generatio præterit, generatio aduenit.

Sit gloria Domini in sæculum sæculi: lætabitur Dominus
in operibus suis.

X P L E T I S, ac peragratiss omnibus rebus creatis, vnde admiratio nata, ex admira-
tione laus, & laetitia, vt initia cum extremis consentirent, in easdem laudes, atque
prius prorupit. Prius dixerat, Benedic anima mea Dominum, nunc, Sit gloria Do-

NNN ij

mini in æternum. Videtur etiam in eo Mosen secutus. Nam quemadmodū ille in fine omnium operum diuinorum subiicit Deum vidisse quod esset bonum: nouissimeque, Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & ecce erant valde bona: sic David, hinc gloriam Dei apparuisse, & suis operibus eum oblectari. Non oblectaretur autem nisi essent valde bona. Nam bonum, & pulchrum conuertuntur. Gloria igitur Dei est operum suorum bonitas, & venustas, eoque cæli prædicant etiam gloriam Dei, propter diuinum eorum, mirabilèque opificu. Ac quod dixerat Mosés, Deum vidisse cuncta quæ fecerat esse valde bona, est fermè id quod ait David, Lætabitur Dominus, ut videatur D'ei, sit oblectatio, assensus, & quod Græci dicunt εὐδοκία: & id quod alio in psalmo, Benedixisti Domine terram tuam, pro quo est Græcē εὐδόκησε, quasi conquiescere in ea creata, cōtēritus es quod ea creasti. Ex quo, ut Græci colligunt, apparet Dominum lætari rebus suis creatis, sicut nō lètatur in perditione viuorum. Est autem lætitia in animis separatis, sicut & cōiunctis, dolor item, & miseror. Sed lætitia diuina est, ut Græci monent, ἀπάθησις, sine perturbatione, existens alio modo, atque in animis corpori cōiunctis. Nostram quidem lætitiam ex diffusione sanguinis fieri constat, quia sociata est anima corpori, diuulsa munetibus fungitur eisdem. Ut enim non intelligit etiam ab organo separabilis, sine organo laeso, cessat operari: Intelligeret autem etiam multò magis à vinculis corporis dissociata: sic alii virtutibus, & facultatibus fungeretur separata. Nam neque lætitiae principium est sanguinis diffusio, licet post sequatur, sed prior animus lætatur, cōiunctusque corpori motu animi, mouet etiā corpus. Ac vera lætitia est mentis & intelligentiae ex cognitione halscens, sequens intelligendi facultatem, quia cognoscentes maximè delectamur, quæ lætitia nullam habet cum corpore societatem. Eaque dicitur, gaudium, εὐδαιμονία, εὐθυμία, nomina rerū in animo existentium. Alia tamen est lætitia corporea, quæ potius dicta voluptas, sensuum titillatio, carnis illecebra: puriora autem & impassibilia, maximè rationabilia gaudia sunt separatorum animorū, propterea quod lætari ferè idem est, atque cognoscere. Atque isto loco est illa Platonis in Timæo, ubi etiam ipse de creatione rerum loquebatur, sublimis philosophia. Quoniā cùm dicit Deum ideo creas se quia bonus sit, bonum autem nemini inuidiat: non inuidenter sequitur necessarij lætitia. Si enim creauit, quia bonus, à bonitate autem abest inuidia, dolor autem est inuidia: ubi noua est inuidia, necessario est lætitia. Eadē bonitas facit Deum rebus creatis gaudere, quæ fecit ut eas crearet. Nulla enim bonitas est sine cōmocio lætitiae, maximè bonitatis comite. Et hilarem datorem diligit ipse. Sic quod ipse dedit, maxime fas est eum fecisse, ut dans nobis lucem, & vitam, maxima cum lætitia, suique animi dulcedine dederit. Vide igitur altissimam in sacris litteris philosophiā. Non solū enim voluit Deus nos esse, sed maxime lètatus est nos in lucem venisse. Cuius Plato reddet tibi rationē, quod maximè bonus, habet cum maxima benignitate, ac liberalitate, maximam largiendi alacritatem. Bonus enim est, quia liberalis natura est, & largitur. Non largiretur autem, nisi dulcedine motus, ut alij bonis suis fruantur. Et in largiendo maxima voluptas est largientis. Sic Deus quanto maiora dedit beneficia, tantò omnibus melior sit necesse est: quanto autem melior, tanto lætior in dando, maximam eius benignitatem, maxima alacritate sequente, quantaque fuerunt beneficia, F tata largitoris lætitia. Maximè autem probatur creatione rerum exultasse, quia saxe tristatus est, sublata lætitia, & gaudiis, quibus ipse omnia lætari voluerat. Tuncque eum pœnituit hominem fecisse, cum gaudia vita interpellare cœpisset, ad quæ vniuersum ordinaret. Mœstusque fuit ob mœstitiam nostram. Hoc autem loco semper pro Domino est Iehouah, quod esse nomen creatoris filiique Dei, superiora testimonia, & rationes docuerunt. Quod autem dicit opera Dei, etiam Aristoteles diuinè quicquid est in mundo, asserit esse opera Dei. Deus inquit, ex ipsis operibus cognoscitur: τὰ γὰρ πάθη, καὶ τὰ δέρη ἀνταρτα, καὶ τὰ θῆται τῆς γῆς, καὶ τὰ σὲ διατη, θεοὶ λέγοι, τὸν ἔργα εἶναι τὰ πάθη τῶν κοσμῶν ἐπεξόρτους. Nam affectiones, inquit, aëris omnes, & quæ in terra, quæque in aqua, opera Dei dici debent, qui ipsum continent mundum. Quam altè, ac sacrè locutus est Aristoteles hoc loco.

Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Facit eam trem. Respicit. **H**oc inductum est Hebræis testantibus, ut ostendat creatorum eadem virtute, ac potestate posse qua res creasse, in antiquum chaos, si velit, eas resoluere. Lætabiturque mundum creasse, quod sustinet, & conseruat: quem si vellet, ad nutum subuerteret. Ut autem potestatem probauit in creando, sic hoc ipso argumento, quod ad nutum eius omnia

Aomnia contremiscant. Quale Homerus, cui nota fuit hæc theologia, de Ioue,

—Μέγας δὲ ἡλέκτερος οὐρανος.

Magnum tremefecit Olympum.

Apud Homerum ad nutum solum Iouis, id est, huius de quo is canitur Psalmus, cælum contremiscit, hic ad solum intuitum terra, codem ferè tropo, & sensu. Fumigationem autem montium dixit, aut, ut Græci sentiunt, qualis facta est numine præsenti, in monte Sina. Aut τοῦ Καλαύρω, quod tacti montes ab eo, ardebunt, comburentur, liquefiant, in cineres ibunt. Sapientia montes ardentes in his litteris inuenies, ardere etiam fundamenta terræ. Quibus maiestas diuina, vniuersalisque potentia, facillimâque omnium maximarum rerum faciendarum potestas declaratur. Ostenditur quād facile possit quæ velit, quantumque possit: quæ si homines item considerarent, & magis eum timerent iratum, & venerarentur potentem. Nec dubium est quin hic sit tropus, aut prosopopœia si placet. Datur enim persona non habenti, datur intuitus tremendum, ac formidabilis, fitque Deus rex, ad cuius nutum omnia contremiscant. Quod etiam Hebrei fatentur, appellantis tropos sua *Tropi hebraicæ.* lingua לְשׁוֹן רַבִּי derek mashal, modum parabolæ. Quale cùm Esaias vidit Dominum sedentem super solium excelsum, incliti Regis instar. Talem etiam volunt fuisse superius cùm Deo velut homini lætitia dabatur, quanquam ea proprietas potius est quād comparatio, quod omnem mentem, lætitia comitatur habens cum scientia cōiunctionem. Sed suo iure Deus, & ratione diuinitati, ac maiestati congrua lætatur. Non enim, licet eius *Lætitia Dei.* B lætitia, codem atque mortalis nomine sit designata, sicut mortales, lætatur. Sed qualem *Ira Dei.* habet mentem, talem etiam lætitiam. Neque est vsquequaque verum, in Deum non caderet lætitiam, cadit quidem, sed non more nostro, sic alios affectus habet, ut iram, quam *Læt. 336.* eadem de causa Stoici nolabant in Deo esse, videntes iram humanam esse perturbationem. Porro Hebrei nutum illum, intuitumque Dei, quo terra tremiscat, posse designare iram eius aduersus impios, affirmant. Quale dicitur alibi, Commoueatur mare, & plenitudo eius. Et montes arsuros ob iram Dei. Futurum autem hoc potissimum ascuerant in die Domini, id est Messiae, cum suo nomine Messiam appellantes, & de iudicio supremo per Messiam nobiscum conuenientes. Ac dicunt ἥγετον οὐρανος beiamoth ha masiach, *2. Cor. 6.4* id est, in diebus Messiae, Deum lætaturum ex omni parte, super operibus suis, cùm sermonem omnium populorum iuxta Prophetam, ad laudandum, sequere concorditer colendum ipse conuertet. Id autem futurum posteaquam impios è terra substulerit, sicut Scriptura fateatur. Superbos, & omnes faciunt impietatem, sicut stipulam arsuros in die venturo. Tunc erit gloria Domino, lætabiturque in operibus suis. Hocque erit impiis extintis. Idque esse quod ait, Respicit terram, & facit eam tremere. Hæc autem adduxi, ut miserabilem eorum cæcitatem, & ex iniuto peccatore erumpentem veritatem agnoscas. Non enim sentiunt ignaros se duci ad confessionem nostræ pieratis. Primum de iudicio conueniunt, deinde per Messiam id faciendum consentiunt. Tunc autem perfectam fore lætitiam dicunt, cùm ablatis impiis è mundo, soli iusti remanebunt, Deum concorditer coientes, & collaudantes. Et hæc è scripturis probant. Hæc tria deducunt eos etiam inuitos, & ignaros, ad nostram religionem. Fieri enim non potest, ut sit homo qui omnes homines est iudicaturus, quia omnis homo culpa est obnoxius. A quo enim ipse iudicabitur? Qui ceteris iudicat, omni culpa vacare necesse est. Infinitæ etiam est sapientiae, latebras humanarum cogitationum, scelerumque formas, & discrimina discutere, & dignoscere. Ex quo cùm iudicium per Messiam exercendum consentiant, inuiti fateri coguntur, eum esse diuina potestate prædictum. Deinde quod aiunt extintis impiis perfecta lætitiam futuram, cōcorditer Deum laudantibus cunctis, ubi hoc erit vñquā nisi in cælo, nisi habito delectu bonoru, malis procili, quod & ipsi fatetur, segregatis: Fierine potest ut homines in carne, & libertate sua, ut nunc, nō peccant: Fierine potest, ut nō semper aliqui mali in terra inueniantur? Certe igitur ille bonorum ad colendum Deum cōsensus, & illa impiorum ex mundo expulsio, & illa perfecta lætitia, nō potest esse nisi in cælo. Sicque coguntur regnum Christi, non in terris esse confiteri, sed in cælo, sicut nos sapientissimi Apostoli, Prophetæ, & ipse sapientissimorum princeps docuit Christus, non solum oraculorum veritate, sed etiam ipsa nos ratione huc adducente. Ac videmus necessario eundem esse eorum confessione Messiam, atque eum qui solo intuitu terram faciet tremiscere. Is autem est Iehouah, id est Ioues, Pater hominum, atque Deorum, habens à Deo traditam sibi, sicut creandi, sic iudicandi hominis potestatem. Observa etiam quod quem sapientissimi Hebrei, id est N N N iii

Apostoli diem Domini vocare solent, posteriores antiquas suæ sapientias quædam naufragia retinentes, vocant dies Messiae. Itaque hoc Psalmo tribus locis de Messia Hebrei loquuntur, principio, cùm ait, Confessionem & decorum induisti, dicentes hæc duo datum Deum regi Messiae, in aduentu suo. Reuerata enim dedit, & dabit, cùm venerit in sede maiestatis suæ. Ecce data est mihi omnis potestas, in cælo, & in terra. Et, Veniet in nubibus cæli cum potestate magna, & maiestate. Id enim designant confessio & decor. Superiorius autem resurrectionem mortuorum, clare confitebantur. Quæ si futura est, profecto & à Deo sit necesse est, non ab homine, & post resurrectionem, alia vita esse non debet, nisi cælestis, illudque erit regnum Messia. Quod si quis dicta eorum colligit, sunt autem antiquarum traditionum reliquæ, videbit eos venire necessario, ad confessionem nostræ veritatis. Nam si Messias est, vt fatentur, in fine sæculorum venturus, eti iudicandi sunt, fungandique de mundo impij, iusti autem resuscitandi, certè fieri non possunt hæc, nisi Messias ille sit Deus, regnum eius cælestis, non terrestre. Quid enim in terris post resurrectionem, præcipue fugatis malis, erit? Ad hæc autem sum digressus, quia dicta eorum occasionem mihi præbuerunt. Aperte enim tribus locis, & palam de Messia sunt locuti. Occultè autem, & sapientibus manifestè, totus Psalmus est de Messia. Nam cùm de creatore loquatur, creator autem, & opifex mens, & causa, ideaque archetypa, verbum, sive ratio, totius philosophiæ, præscæ & nouæ, claris testimoniis sit filius Dei: is certè laudatur hoc Psalmo, suspicitur, celebratur, illi gloria datur. Quem Mercurius vocat θηριον λόγον. Anaxagoras νῦν. Plato ἀπίστος λόγον κάρτην τοντόν. Salomon, & Iamblichus σοφίαν, quibus nominibus creatio mundi designatur. Et de quo scribit Synesius: νύν μὴ γέρεται εἴδη τούτων ἔχει, ἀρχῆς φιλοσοφία φυῖ. Mens, inquit, formas, sive species, aut ideas tenet omnium quæ sunt, ait antiqua philosophia. Constatque idem esse mentem, ac verbum de quo dicunt Græci quod sit θηριον, & quod virtualiter omnia in eo cōtineantur. Declaratur item antiquam philosophiam ideas menti attribuisse, quod ei creationem vendicabat, sicut ostendit Timæus Platonis. Audisti etiam antiquam philosophiæ, hæc cognouisse. Quæ cùm alibi etiam præbauerim, superflua esset corundem hic repetitio.

Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo, quandiu sum.

*In vita.
Lact. 106.
Cur facti
sumus.*

Vitam beatissimam, opera diuina cōtemplari animo, & ore versare, tum admirari, & collaudare creatorem! Tunc pectus inardescit, animus dulcedine liquescit, labuntur præ gaudio, ex oculis lacrymæ, contemnimus terrena, accendimur ad cælestia. Nulla maior, solidior, rationi congruentior voluptas, qua lætemur dum fruimur, & post fructum, eadem semper est lætitia. Hac sensit se affectum diuinus iste Vates. In vita sua dixit, quod is sit, vt Græci obseruant, fructus vita verus. Ad hoc venimus in mundum, vt cognosceremus, adoraremus, laudaremus Deum. Idemque præclarè, cauere nos oportere, ne similiter, atque stultæ virgines, dum tempus emendo oleo infumitur, ingressum ad æternas nuptias amittamus. Et quia in inferno nemo confitebitur. Et mortui non laudabunt te Domine: ideo. Nos qui viuimus benedicimus, dum vita suppetit; dū licet, & datur. Ac quæ si Deo suo dicebat, Dum spiritus hōs reget artus,

Semper honos, namque tuum, laudé que manebunt. Quanquam.

--Grates per soluere dignas;

Non opis est nostra genitor, nec quicquid ubique est

Humanæ gentis, magnum quæ sparsa per orbem.

In fræta dum fluij current, dum montibus umbra,

Iustrabunt conuxa, polus dum sidera pascet,

Semper nostra tuas in laudes ora patebunt.

Cur enim non his carminibus utar, quæ & ipsa ob beneficia, ob vitam conseruatam dicabantur. Et Vates Hebreus suo carmine, non aliud innuit. Ac, vt Græci monent, παλιλογεῖ, id est, repeatat eandem sententiam, sicut solitus est, Oratoribus congruum, Abiit, excessit, euasit, erupit. Sic is, quasi cantabo, psallam, in laudes erumpam, perpetuus ero, & indefessus operum diuinorum & creatoris præco: nunquam à commendatione, carminibusque sanctis eius interquiescam. Quibus repetitionibus clariores affectus nostros exhibemus.

Iocundum sit eloquium meum, ego vero delectabor in Domino.

ELOQVIVM

Agno L o q u i v m iucundum, sive dulce, ipsas laudes, & carmina dicit. Dulcedo enim est, *Iucunda*, & suauitas in carminibus, tum quia cātu, & pulsū citharae proferuntur, tum quia cum lætitia & dulcedine. Illa vero dulcia carmina, quæ sancti probique mete in altum subleuata, fundunt, vnde incognita gaudia percipiunt, cælestium gaudiiorum quasi præludia. Ac quasi vult esse, vt Hebrei testantur, hanc quandam remunerationem. Ipse, inquit, nobis creatis lætatur, nos autē ipso creatore lætamur. Ille nobis beneficia præsttit, nos laudes, & cultum, gratiamq; acceptorum beneficiorū recordationem reponimus. Neque enim indiger ipse muneribus nostris, sed vult nos sui memores, & amantes. Hæc erit nostra voluptas, vt eum semper cogitemus, laudemus. Ille erit mihi in omni vita iucundissimus, ex eo solo cogitado & laudando capiam voluptatem. In eum spes & cogitationes meæ requiescent. Sic ut eo laudando dulcescit, sic cogitando mens exuberabit gaudiis. Ac semper quidem, Talis amor meme teneat, nec sit mihi cura mederi. Diu autem Hier. in suo Psalterio dixit, Placeat ei eloquium meum. Quod idem est, Placent iucunda, dulcia, grata. Nam cùm Hebrei sit ιερα, quod propriè sonat, dulcescat, amicum sit, stat quod vertit Hier. & quod Sept. ιερωθεν, quasi voluptuosum sit, & suaue, placens, gratum. Et potest esse aut precatio, aut sibi imperiū, vt obsecret Deum, vt quicquid cantet, sit ei gratum, suaue, iucundum. Aut quasi cohortatio est ad seipsum, & confirmatio, vt quemadmodū dixit, Benedic anima mea, sic nūc. Dulcescat os meum laudibus diuinis, has amet, his delectetur: perinde, ac si secū, Age anima mea, delectare laudibus sacris, his insiste, hic vita decurrat, hac perpetua voluptate detinearis. Hocq; postrem videtur dixisse, quia in Hebreico est dulcescat r̄v super eum, sermo, aut eloquium meum. Eoque intulit, ego delectabor in Domino.

Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea Dominum.

Onia V o n i a m omnium hominum est, quos aliqua ratio dicit, suspicere, & admirari *Deficiens* & creatorem, neque est ullus tam ferus, tam humanæ consuetudinis expers, qui suspicatur. Sciens in calum, terramq; oculis collustrans, harum tam mirabilium, tamque multarum rerum aliquem fuisse autem non intelligat, admiretur, & collaudet: sic si quis est tam infelix qui vel nullum rerum creatorem fuisse contendat, aut si fuisse, aueris tamen à cultu, & veneratione eius studiis, omnem ad res mortales, & caducas, aut etiam impias curam conuertat: hunc certè cùm omnes instar portenti detestari, ac refugere eum, ab hac vita vanescere, tolli de luce optare debet, tum sancti, ac iusti viri, qui diuinæ benignitatis magnitudinem, oculis, & animo contemplabantur, aduersus id genus indignati, vitam eis quæ essent indignissimi eripi, atque eos è numero viuorū tolli optabant, animo, & voce precabantur. Nam cùm omnis res ad aliquem finem à natura genita sit: humanū autem finem ratio doceat, in quo & sapientissimus quisque consentit esse, vt eum qui nos, atque nobiscū tot bonarum, utiliumq; rerum copias nobis excogitauit, cognoscamus: cognitum, vt felicitas sit perfecta, amemus: ea autē res quæ finem ad quem propter decorē & utilitatē parabatur. Chō est afflicta, propter deformitatē & detrimentū rei cienda, & abolenda sit: certè homines quos diximus, cùm non modo non ornent hunc mundū, sed deformant, enervant, defruant si nulla supersit correctio, optandum est, vt extingatur, vt ex hoc mundo tanquam inutiles, & frustra nati, & quod vere à poëta dictū est ἔρθοντος ἀχθος ἐρψης, tanquam prodigiōsi, existiales, ultra Oceanū deportandi, abeant, recedant. Hos ergo sāpe apud prophetas inuenies desiderari, efflagitari vt moriantur, vt mundū, quem vndeque pulcherrimū intuebatur, tandem cessent defecare, sanctissimā lucem, inquinatissimis fastis suis cōspurcare, ne tamdiu diuina clementia abutantur. Nam cùm in mundo nihil sit non venustissimū, cùm omnium rerum decor sibi respōdeat, vna sola est deformitas hominū impiorū, à quibus diuersæ turpitudines nascentur. Quicunq; igitur aliquo spiritu cælesti afflantur, quos honor, cultusq; Dei, id est, maxima æquitas solicitat, certè sine hoc desiderio esse non possunt, vt cupiant eos non esse, qui nati, nascendi finem nō consequuntur. Sāpe etiā aduersum introducunt, vt multis à felicitate sua verōq; decore auerrāt. Intelligebant, & exemplis sāpe docebantur sapientissimi illi viri, quanta morū vastitas, quanta ruina pietatis fieret per homines impios, illo præcipue tempore, cùm fragili radice teneretur. Discendant igitur, inquit, impij ab hac luce. Ego non solū laudabo creatorem meum, sed eis etiam morte imprecor, qui eum non colunt. Sic sibi respondens alio loco dixit, Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescerem? Tanto odio inflammabatur, vt liqueficeret. Et, Iniquos

NNN iiiij

Hallel.

odio habui, & legem tuam dilexi. Duo videlicet apud eum semper, amor Dei, & odium malorum. Malos enim, & impios odire cogit, qui Deum diligit. Aduertendū quid in Hebraico in fine addidit, halleluiah, sonat Laudate Deum, repetens scilicet iterum, iterumque monens, ut Deum laudemus. Eaque, ut Hebrei dicunt, cohortatio est ad bonos, sicut peccatores, Deique immemores detestabatur. Digredior rursum paucis cum Hebreis qui peccatores dicuntur, id est in diebus Messiae penitus est terra tollēdos, quorum loco alij deinceps non orientur. Dico hoc esse non posse in hoc mundo. Quis est enim tam demens, qui dum hoc fragili corpore vestimur, non sentiat sceleratos, & peccatores multos nunquam defuturos, quia plures a sensu, quam a ratione se regi permittunt. Sic mira cæcitate non cognoscunt, se regnum Messiae in celo, & in terram & confirmatione virtutis ponere. Fugaque, & supremus discessus malorum non potest esse nisi a regno caelesti, quo sceleratis adiutus non datur. Siquidem dicta eorum state non possunt, quæ quidem non a seipso, sed ab antiquis suis acceperant, & ut videmus, fuerant adimpta: illi tamen furore cæci, secus quam dicta essent, conantur exponere, sed locum non habet depravatio.

PSALMI CIX. EXPLANATIO

Nunc psalmum esse de inclito, omnibusque oraculis celeberrimo rege Messia,
cuius fortitudinem, ac res præclarè gestas non cessant decatate Prophetæ, Græci,
sic Latini antiquorum Hebræorum; id est eorum qui ipsius Messiae tempore flo-
rebant, autoritate, publicaque illa scientia, quæ de Messia circunferretur, pro-
babiliter asseuerat. Ad quam & ipse Christus excitans caligantes Pharisæos, testimoniū
ex isto psalmo citauit. Et diuīus Paulus, suis testibus refellens Hebræos, Cui, inquit, Angelorū
aliando dixit, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum
tuorum? Quem locum etiam in aliis epistolis, & diuīus Petrus in actis protulit. Sed Hebrei
istius temporis, quos non modò magnorum mysteriorum, sed omnium etiam bonarum
scientiarum imperitos esse constat, partim iudicio inertii, partim scopo, quem cum laetè su-
xerunt, eos à veritate deducente, ut alias multas prophetias, sic istam ipsam peruersè inter-
pretantur. Nam cùm scirent, ac viderent Christianos istius psalmi autoritate gloriari, op-
posuerunt fessæ, ut alio interpretatione eius detorta, accepta etiam ex eo occasione, alium
de quo hæc dicantur ostenderent. Quod hic eos fecisse è minus mirum esse debet, quod
vbique similia studuisse conuincuntur. Siquidem & Rabi Salomon, cùm testetur secundū
psalmum ab antiquis suis de Messia acceptum fuisse, Nos, inquit, ob aduersam religionem,
quasi dicerebat, ne ei fauere videamus, de Dauid interpretabimur. Iuxta quam depravatio-
nem, cùm antiquiores eorum, ut claris exemplis docebo, hunc psalmum de Messia intelli-
gerent: alij in Abraham retulerunt, alij in ipsum Dauid. Ac Rabi Salomon, & Rabi Dauid
dicunt, hunc psalmum maiores nostri de Abraham exposuerunt, quia fiat mentio de Mel-
chisedek. At Auen Efra videns in psalmo dici, Virgæ virtutis tuæ emitret Dominus ex Sion,
Sion autem tempore Abraham nondum erecta staret, potius de Dauid putat accipendum.
Quæ dissensio declarat eos nihil certi habuisse, ut quoniam vnam veritatem sequi noluif-
fent, meritò in varia mendacia, & inter se contraria ceciderint. Multa sunt alia quæ prohi-
bebunt, ut neque in Abraham, neque in Dauid referri possit, ut apparebit in toto Psalmo.
Quem esse de Christo non ratione solum, & loquendi modo liquet, sed priscorum etiam,
ut dixi, autoritate Hebræorum. Ac tametsi ipsius Christi, & summi Pauli autoritas apud
nos, omnibus Iudaicis ineptiis præponderare debeat, extant tamen aliorum Hebrœorū te-
stimonia, ex isto loco in declarationem qualis, quid futurus esset Messias, assumpta. Ac pri-
Nicolaus. mū quod ait Nicolaus de Lyra, Ianethā filium Oziel, qui scripturas Hebraicas fecit Chal-
Lyra. daicas sive Syriacas quod eo sermone Hebrei post captiuitatem Babyloniam, pro vulgari
Zing. hebr. vterentur, transtulisse, dixit Dominus verbo suo, sciendum nunc secus legi Chaldaicè, Di-
locutio. xit Dominus ḥרְמָנָה bemembrea, in verbo suo, ut sonet potius, Dixit cum disto suo, cum
Loc. eft. dicit. oratione sua, cum sermone. Et quod solent scripturæ dicere, Locutus est Dominus dicens.
Supra doc. Itaque hoc testimonium non est validum, irrideturque ab Hebreis. Quod si Ionathas ipse
Ianetham. hunc psalmum, ut apparebit, de Christo est interpretatus, possimus augurari Nicolaum in
emendatiōribus codicibus legisse membra verbo suo, non in verbo, ut nunc legitur. Ete-
nī est penes omnes gentes antiqua theologia de verbo diuino. Et apud Mercurium Tris-
megistum, vnum è priscis theologiis Ægyptiorum, cuius ego similes, similēmq; doctrinam
redolentes multos floruisse dixerim, sapissimè commemoratur Ἱωάννης, diuinū verbū.

A Apud alios Platonicos, idem passim circumuolet. Et ipse Plato ad alia dixit in Epinomide Ηότι λογίος, verbum diuinissimum, reperit ordines, motusque caelestes. Et Philo Iudeus impleuit libros suos hoc nomine. Ad alia cum de origine mundi loqueretur, eamque ex Idæis, & mundo intelligibili deduceret, ut inquit, in mente opificis, precedit operis imago, Τὸν αὐτὸν τρέσαντος δὲ τὸν ἴδιον κεφαλον, ἀλλού τοῦτον τὸν θεον λόγον, τὸν ταῦτα φέροντα Carta. Eadem ratione, & mundus qui ex ideis constat, non aliud habet locum, quam diuinum verbum, qui haec condidit. Ideo in principio erat verbum (vt intelligas Philonem) ne tempore ante creationem mundi. Postea ne putas aliquid esse in Deo alienum à Deo, declarat nihil aliud esse mundum idealem, & intelligibilem, sensibilis imaginem, quam verbum diuinum, Εἰδήσης θεοῦ κεφαλον, οὐ πάντα τοῦτον εἴποι τὸν τρέσαντον θεόν, οὐδὲ λόγον τὸν κοσμοφοριόν τος. Quod si quis, inquit, velit apertioribus, & planioribus verbis vti, nihil aliud dicat mundum intelligibilem esse, quam Dei verbum, iam mundū creantis. Superius dixit verbum Dei, creatorem, nunc ipsum Deum patrem, quasi sit idem creator uterque. Ex his igitur constat antiquis Hebreis, Aegyptiis, & Chaldaeis, de verbo diuino, lucem manifestam irradiasse, ut meritò inchoatus hunc psalmum Ionathas, in quo de diuinitate Messiae agitur, appellauerit cum verbum Dei. Quod autem Chaldaeus ipse ex antiquioribus Hebreis, hunc psalmum sit interpretatus de Messia, cum ex aliis apparet, tum verò cum dicitur, Iurauit Dominus, & non paenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum. Quod Chaldaicè translatis ipse, Iurauit, vel stabiliuit Deus, & non reuocabit, quod tu praefectus sis in principem ^{וְאַנְתָּךְ} le alma ^{1sa.9.}

B deate, saeculi, vel mundi futuri. Ecce, prædictus Rex, & princeps saeculi futuri. Nusquam autem inuenies, siue apud Hebreos, siue ipsum Chaldaeum, siue nostros quoties dicitur saeculum futurum, quin intelligatur de altera vita, de alio mundo, de mundo incorruptibili, de mundo animorum, Angelorum, ac Deorum, cuius Rex & princeps dicitur is, de quo psalmus est. Et Rabi Mosi liber apud Hebreos extat de saeculo venturo, id est, futura vita. Respondeant Hebrei, si potest aut David, aut Abraham esse Rex saeculi venturi. Et si potest non esse Deus, qui Imperator animorum, & vita erit, quæ saeculo venturo fore prædictus, Is utique est, de quo caelestes theologi nostri dixerunt, Constitutus est à Deo iudex viuorum, ac mortuorum. Data est ei potestas in celo, & in terra, Eodem autem spiritu, & maiorum consensu videtur Ionathas dixisse, Constitutus te Deus Regem saeculi futuri, quo diuus Paulus, eodem & ipse fermè florens tempore, ex hoc Psalmo imperium Christi probauit. Sed quia nondum omnibus oculis apparet, & tempus erit, cum in claritate maiestatis suæ manifestus omnibus veniet, triumphator, gloriaq; immensa, in qua regnabit in aeternum, ed dicitur Rex saeculi, siue mundi futuri. Quod mysterium in isto potissimum psalmo declaratur. Sunt autem alia testimonia sparsa, quasi quedam oracula per libros Hebreorum assumpta ex hoc loco in declarationem diuinitatis Messiae, è quibus est in eodem libro Midras Thehilim, quod super eo, Et dedisti mihi protectionem salutis tue, & dextera tua suscepit me: fertur dixisse Rabi Ioden ex nomine Rabi Chia, אֶת רֹעֵת לְבָבֵךְ וְבָבֵבְךְ שָׁנָאֵר נָסָךְ "לאני שְׁלָמִי" In posterum Deus, cuius sit nomen benedictum, ^{Paulus syr. chronos, io. nat. chal. interpret.}

C sedere facit Regem Messiam ad dexteram suam, sicut scriptum est, Dixit Dominus Dominu meo, sede à dextris meis. Eademque, ut ait Nicolaus, affirmat Rabi Moses Hadarshan super Genesim cap. xvi. 11. vbi dicitur, Apparuit autem illi Dominus ad ilecem Mambræ. Item Rabi Isaac, qui commentarios edidit in Genesi, vbi cap. xvi. 11. agitur de loco in quo habitet Iacob, citans locum ex isto Psalm. Ex utero ante Luciferum genui te, Hæc ait, לא מצינו ארץ ונכון שוחנבה לירוח קורט יהודת אבינו ואנו כי אם משפט משות לר' קורט בירא רחם ולירוחה תנכבה וילירוח ולוות ר' רטש כי אפלו קורט ביראות השמש היה חוק וקיט שפט של שוחנבו יהוד ושב בתן אלהים וה' רטש נטה ונדר גם כן יהונתן נטה יהוד מאנטה. Quæ ut facilius intelligantur, Hebraica verba Latinè proferam, Lo mazinu Adam ve nabi, sheithnabe ielidho, comedem ieladath abiu, ve immo, kiim mashiah zidkenu, velaze ramas. Me rechem, mishhecar lak, comedem ibare rechem iuladtheca, nithnabe, iuladtheca, Liphne shemesh, janun shemo. ki aphilu kudem beriath ha shemesh haia chazak, ve kaiem, shemo shel meshichenu. ve haia iosheb bi iamin hael, veze hu she amar. Sheb liimini, ve amar gam kem, ve hucan bacheſed kise, veiasheb halau, baemet. Qua Latinè sonant: Nusquam inuenimus quemquam, etiam prophetam, cuius nativitas fit prophetata ante nativitatem patris & matris ^{I.cor.1.} nisi Messia, qui est iustitia nostra. Ad hocque respexit qui dixit, A vulna, ex utero tibi, ^{Psal.71.} hoc est, antequam crearetur uterque conceptus tui, prophetata fuit nativitas tua. Et ad hoc respexit, qui dixit. Ante Solem permanet nomen eius. Quia etiam antequam crearetur

Sol stabile, & firmum erat nomen Messia nostri. Sedebat autem ad dexteram Dei. Idq; D respexit theologia, cùm dixit, Sede à dextris meis. Alibi quoque, Et parabitur sive stabiliter aethronus in mansuetudine, & sedebit super eum in veritate, id est veridicé Sic ille. Quibus omnibus testimoniosis, receptum Hebraorum imperitia, & à veritate longinquus animus demonstratur, ostenditurque penes antiquiores Hebraeos, non solum de sensu istius Psalmi, sed tota religione fuisse scientiam, atque nunc. Ecce, is tribuit ei patrem, & matrem, quod ad hominem attinet. Tum ait, eum ante Solem exitisse, quod declarat ante omnium rerum creationem eum fuisse, quia Sol fuit prima rerum creatarum. Et qui erat ante Solem, erat ante lucem. Sicque erat is de quo Moses dixit, Et spiritus Domini ferebatur super aquas. Et si fuit qui paulo post dixit, Fiat lux, id est Sol. Creator Solis ante Solem, qui ferebatur, moliebatur super aquas, vastum Solis orbem. Quod ne ipsi etiam Hebrei tacuerunt. Dicitur enim in Bereshit Rabba, quod spiritus qui ferebatur super aquas, fuit spiritus Messiae, ipse videlicet Christus, ipsa Dei sapientia, quam superiorius Philon insignis apud Hebraeos philosophus, confessus est mundi sensibilis originem, mundumque origiolem, & archetypum. Hæc omnia in unum cundemque Deum sempiternum tendunt. Si homo tantum, ut volvit-gens quæ successit imperitor, esset Messias, utique ante omnium hominum genitorem Adam esse non potuisse. Declaratur item diuinitas eius, quod dicat nomen eius, id est diuinitatem: (sic enim recte vertitur illud, Hebraicum loquendi genus, Latinè) fuisse firmam, stabilem, inconcussam ante cælum. Quasi illud, Sedes tua parata, nempe stabilita, firma, extunc à seculo, ab æterno tu es. Eo quoque diuinitas eius enuntiatur, quod dicat, eum ante solem, ante mundum conditum sedisse ad dexteram Dei. Hoc enim est quod Chaldaeus dixit, Eum constitutum à Deo, principem saeculi futuri, mundi ventris regni caelestis, inuisibilis, quod futurum, vel venturum dicitur, non quod nunc non sit, sed quasi reuelandum his, qui sensibilem solum, nō sunt. Dexteraque Dei demonstrat principatum, imperium totius mundi. Et quod alio, Psalmo, Dic ego opera mea Regi: cum absolute Regem theologia prædicante. Et Philon vocat ἡμαρχον, magistratum Dei. Declaratur item, in eo delata esse omnia scelera nostra, quia iuxta Hieremiam, afferit eum esse iustitiam nostram. Ipse enim nos ad iustitiam reuocavit, criminib[us]que nostris, obliteratis, idoneos fecit ad vitam, itaque caeleste nobis expeditum. Benignitas item & clementia, & veritas ostenditur, quæ sunt, indicia iudicantis mundana crimina. Quod munus solius esse Dei, palam est. Et hæc ex eisdem locis theologia probantur, quos Christiani, ab antiquioribus imbuti, de Christo acceperunt. Et is Hebreus declarans Ex utero ante Luciferum genuit: prædicat esse oraculum de Messia, cuius natales præcedere dictos ait ab oraculo, natales parentum. Si enim ante luciferum genitus dicitur, dicitur generatio, vel nativitas eius fuisse antequam parentes nascerentur. Hoc enim est quod Græci, quod Mercurius, & Sibyllæ prædicauerunt, cum ante mundum fuisse ἀφύπεξ, sine matre: in mundo, cùm nobis apparuit, ἐπέτρεψ, sine patre. Et hoc erat quod turba dicebat, Nos audiimus ex lege, quia Christus manet in æternū. Erat enim sparsa per omnes multis ex oraculis propagata fama, Christum esse sempiternum Dei filium, non tum cùm natus est corporaliter, cùm se transformauit, & regia vestre deposita, acceptaque seruili, quale sæpe principes faciunt, venit ad homines, & cum illis versatu est, inchoasse. His igitur declaratis, & Hebreis Hebreos testimonibus, & testibus inter se oppositis veritas est clara. Superare enim debet plurimum testimonium, testimonium paucorum, antiquiores, grauiorésque testes, debent iuriis præponderare, præcipue causa mentendi, & grauioribus, maiorib[us]que minores contradicendi, manifesta. Argumentoq; declarato, nihil est in titulo nouum, nisi quod sit Psalmus ipsius David: quomodo autem, vel quo instinctu pronuntiatus, ille idem de quo editus est, ostendit. In spiritu, non humano instinctu, non humana cogitatione haud longius tendente, sed in medio cursu debilitata. Et non solum in posterum non' prospectante, sed ne etiam quæ sunt ante pedes considerante. Qui vidit post sexcentos annos ventura, & qui, ultra Solem & Lunam oculis vel res caelestes, & æternas penetravit, non spiritu suo, si vell lynceos oculos habuisset, sed magno spiritu vectus, nubes, & aethera secas, multaque & longinqua tempora circumspexit. Sic & Chaldaeus ad morem illius, tēporis, sæpe in principiis Psalmorū præfatur. Dicitus est in spiritu prophetæ, spiritus autem prophetandi, est spiritus sanctus. Sic pronuntiavit in spiritu prophetæ, qui & spiritus sanctus, David hoc oraculum, nō spiritu suo, humano, debili, fragili. Et si potest etiam in spiritu declarare, quod quidem idem erit, à corporeis sensibus separatus, extra sensus positus, solo spiritu, quæ dicitur

à Græcis

Aà Græcis & Latinis, mens, quale facere animos à corporibus separatos p[er] est, op[er]ante, nihil corporeis vinculis, & sensibus sese immiscerentibus. Autò ergo David ostenditur, id quod etiam declarat Ionathas dicens, Per manum David, quasi autore David. Quibus inceptia David Chimchi refellitur, qui articulum le David, vult esse quasi propter, vel super David, cùm le, sit articulus casus gignendi.

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.

V o d Septuag. transtulerunt εἶπεν, dixit, Hebraicè est εἶπεν neum, quod so- Dixit.
nat dixit, vel dicitu, participiu à verbo Naam, dixit. Nostrī cōmodè, & clarè
in suam lingua vertut. Dixit. Nimiū autem superstitionis, qui que clarè dici
possent, obscuritati Hebraicæ potius hærentes, quasi verius aliquid dicat,
malunt transferre, Dicitu Domini, Domino meo, cùm hoc obscurius qui
dem illo sit, propius autem ad verū minimè. Et quærenda sunt, quæ melius
possint intelligi. Chaldaeus etiā vertit εἶπεν amar, dixit. Et quod idem tran-
stulerū καλλιέργειας, Dominus Hebraicè est tetragámon Iehouah, nōmē semper altissimi, vniuersaliq[ue] Dei, maioris longè p[ro]deris, quām secundū Adonai, quod de hominibus etiā dicitur,
primū de solo Deo. Et quod Græcè, ac Latinè videtur idem Dominus Domino, non idem
est Hebraicè. Ideo cæteri magis ad Hebraicū transtulerunt, dixit Deus Domino meo. Se-
cundū nomē Adonai declarat propriè q[ui] Sept. verterū καλλιέργειας, Dominū, dominantē domina-
B torē, præsidem. Id quanquā soleat, sicut & Græcū, de hominibus usurpari, verus tamen do- Dominus.
minator, ac, vt ait Philo, ὁ πατέρας & ὁ πατρὸς καπελόντων, est solus filius Dei, Rex mundi, cui data est
omnis potestas in toto mundo, quæ hoc carmine describit. Scindū vt omnes diuinæ anti-
quæ, & nouæ litteræ docent, Hebraicā loquendi rationē, quā etiam Arabas, & Æthiopas, Heb. figur.
Syros, ceterasq[ue] gentes orientis sequi animaduerti, esse à ratione loquendi Græcorū, ac La-
tinorū longe diuersam, figuræ item corū tales, quas si Latinas aut Græcas facias, aut nō in-
telligatur, aut putidæ sentiatur: vt sunt, Placuit in oculis meis, peccauit corā Domino, pre-
tiosa est anima tua in oculis meis, excitauit nobis cornu salutis, salutare quod parasti ante
faciem omnū populorum. Quibus & his similibus in suo idiome remanentibus, suspensi
cogitāt externi sermonis homines, quidnam debcat intelligi. Hæc autē dicēdi ratio latius
procedēs ad restheologie penetrauit, in quibus præterq[ue] sunt passim Hebraica idiomata,
vna cum primis ratio dominatur, quod non, vt philosophia, nudis nominibus vtitur, sed vt
quædā poësis, diuina vstit corporeis astibus, ac figuris. Tum verū & secretior quædā theo-
logia, nec cuius mortalū patens, facit, vt quædā plurimū à mortalib[us] distantia, similia mortalib[us], propter & dicendi candē rationē, & interiorē illā abstrusamq[ue] & mortalibus igno-
tam scientiā, videantur. Verbi causa, Si quis audiat aliquem à Deo creari regem, necessario
veniat in eam cogitationē, qui cōstituitur, hominem, mortalēmq[ue] esse simile aliis mūdanis
regibus. Et si audiat hunc regem accinctū armis, ire in præliū, hostes sternere, trophæū cri-
gere, intelliget ea quæ fiant apud mortales: maiora autē non intelliget. Sic cùm audiā nunc
C Deū dixisse locutūq[ue] esse, primū succurrit os, lingua, dētes, vox ipsa corporea, iectus aēr. Suc-
currīt & quiloquitur, & quiaudiat, more nostro. Tū si audiā, quasi imperatē, succurrit eū cui
iubecatur, quasi famulū, subiectū potestati imperatē, ast alium esse principe. Tertiō, si videā
cum dicentem, Hæc lateri meo, secus me esto, donec hostes tuos profligauero, subit ea co-
gitatio, eo cateruas hostiū timente, fidemq[ue] maioris implorāte, illo autē pollicente auxiliū,
geri aliquod mortale bellum. Igitur maxima pars recentium Hebraorum interiorē illam,
abstrusamq[ue] mortalibus scientiā non capientes, & sæpe rerū ac verborū similitudine illisi,
abeunt à scripturis: & cùm eminentissima quædā dicantur, induita tamē vestibus, & colori-
bus humanis, aspectu primo capti, vt si quis Rex inclytus induta persona seruili procedat in
vulgus, habitus, & creditus à vulgo pro seruo, vbiq[ue] ludificātur. Nonnunq[ue] figuræ, & perso-
nas rebus maximis detrahentes, verū summos tantū colores remouentes, totā autem vmbra-
m non amādantes, simili ratione, ac si nihil detraxissent, decipiuntur. Vt quādo Messias
armatus, formosus, egregiusq[ue] heros inducitur, remouēt quidē aliquid ex ista vmbra, inter-
ius tamen non penetrant. Est autē illa paucis eorum nō antiquorū quidem, sed istius tem-
poris abstrusa, impenetrabilisq[ue] crassis iudicis, eminentissima sciētia, cuius plena est prisca,
ac noua philosophia, duos quasi Deos esse in mundo, alterū genitorē, alterum genitū, sæpe
tanquā duos dictos, in quo quoniā & similitudo est, & dissimilitudo cū rebus humanis, par-
tim capit, partim caput aufugit. Et vbi cum nostris est similitudo, latet quidā maior sen-
sus, in quo non est cū humanis vllum cōmercium. Illic enim duo sunt Dij, sed ideo nō duo
Duo Dij
quonodo.

Dij, quia nec diuinitas potest esse disiuncta, & tanta est ibi cōiunctio, vt duos Deos dicere, D
nisi alio quāmodo humano modo intelligatur, sit nefas. Tota igitur theologia docet duos ap
pellari Dcū, alterū genitorem, datorē principem, fontēq; omniū bonorū, cui fuerit ab
æterno filius, omnis paternæ maiestatis particeps, omnibus ab illo bonis paternis donatus.
Quod mysteriū ab altissimis generis humani principiis descendens inuiti audientes, & non
intelligentes dixerunt, Deū primo fecisse maximā quandam intelligentiam, omniū aliarū
rerum creatricem, ipsum autem, creatione rerum aliarū supersedisse, nō intelligentes vide
licet æternam coniunctionem, cōiunctissimāq; omniū saeculo ante, & post mundum diuni
nitatē. Duos quasi Deos prodidit, & reuelauit non nobis solū theologia, sed à primis etiam
saeculorū exordiis, omnibus hominibus. Possētque de eo dubitari, nisi maximis quibusque
viris eadem fama inclaruisse. Hanc ob causam quoniā alter est genitor, alter genitus, alter
acepit, alter largitur, accepit diuinitatem, cum diuinitate imperiū, principatū, gubernacu
lūmque totius mundi: sēpe apud theologos, secundus sub nomine opificis, causæ, principis
præsentis, ac futurū rerum introducit, notus hominibus magis, vt Plotinus ait, quāmodo
ipse pater, quem filius reuelauit. Quod etiam antiquissimis saeculis notissimū fuisse, nec so
lis prophetis Hebræorum innotuisse, sed etiam omnibus aliis gētibus, præcipue Chaldaicis,
Ægyptiis, priscis Græcis, vt noscamus & alia, testis est hæres antiquæ sapientiæ diuinus Pla
to, in epistola ad treis amicos, Hermiā, Erastum, & Corsicum, de charitate mutua loquens,
demūmq; Epistolā claudens, hōrratuq; vt amicitiam sacrofæctis iuramentis roborarent,
hos Deos, vt adhiberēt præceptis: οὐ τὸν πάντων θεὸν ἡγεμόνα, τὸν τοῦτον, οὐ τὸν μελάνθον: οὐ τὸν ἡγε
μόνος οὐ αὖτε πάτερα κύρειον επομένος: δὲ τὸν φιλοσοφοῦ εἰδὼν εἰστηκατα πάτερα στραφώς εἰς δύναμιν αὐθῷ πατε
ρίδειαμόνων, Adiurantes tum omniū rerū principem Deū, omniū, inquit, præsentis, ac futura
rum rerū, tum vero principis huius, & causæ patrem dominū: quem si philosophando verè
scrutemur, cognoscemus clarè, quoad hominibus fortunatis licet. Hec Plato. Quibus sub
esse nostrā theologiā, vt mirabilis sit eorū que hoc Psalmo dicunt, interpres ipse Plato, pa
lā est. Vides duos Deū hic nominari, alterū principē præsentis, ac futurorū, cūm q; appellari
principem, ductorē, ac causam. Obserua tria nomina θεός, ἡγεμόνα, αὐτοῦ: quibus & diuinitas, &
mūdi principatus, & creatio docetur. Appellatur αὐτοῦ autor, causa, creator, quasi maximus
autor, maxima causa, tum Rex, & princeps. Mirabilius etiā princeps futurorū. Cōfer autem
qua superius trāsferebat Chaldeus: Iurauit Dominus, & non reuocabit, te cōstituere prin
cipem mūdi, vel saeculi futuri. Plato autē dicit cūm esse ἡγεμόνα τῶν μελάνθων, principē rerum
futurarū. Omne nomen, inquit Paulus, quod nominatur, siue in hoc saeculo, siue in futuro.
Ecce & Plato agnoscit saeculū futurum, etiāque principem quendā Deum nominat. Dein
de nominat patrem principis huius, & causæ, & vt Psalmus Græcè loquitur, Dixit, καὶ εἰς, sic
patrem appellat Plato κύρειον. Ascendo, inquit idem, ad patrē vestrū, Deum meum, & Deum
vestrum, quasi Dominū meum. Et Paulus, Caput Christi ēst Deus. Eoque etiam Plato Do
minūm cum appellat. Vt enim ipse filius est dominator, & præses noster, rerum visibilium,
& inuisibilium, sic Dominus filij est pater, sicut & Deus, & pater est. Cūmque Plato dicat
futura, ventura, nostri autem saeculū futurū, innuunt, profundissimū mysterium. Appellant
enim mundū inuisibilē saeculum seu res futuras, quæ tamen præsentes sunt, earūmq; ita est
nunc princeps, sicut erit in posterū. Propter mysteriū ingens dicitur Rex saeculi futuri. Pro
ditūrq; aliquādo fore, cum omni potestate ad filiū Dei reuocata, factāq; omniū rerum mi
rabili immutatione, clarus & manifestus erit ipse imperator. Videbūntq; eum oculi morta
lium, sed tūc immortalium, formosum, inclytum, septū agminibus Angelorū in maiestate sua
Tuncq; Psalmorū oracula magis patebunt, cūm faciunt eum potente, armatū, judicem, ini
micorum vastantē cateruas, sceptrum insigne gerentem, super solio æterno suā maiestatis
sedentem. Hæc cūm nunc delitescant, in saeculo illo futuro exhibunt in apertā lucem, nullus
oculus erit, qui hæc non videat. Tunc is, qui est Rex, vt ait Plato τῶν μελάνθων, præsentis, sed oc
cultus, Rex mundi, faciem præsentē gerentis, conuersa eius facie in alterius mundi aspeū,
& rebus immutatis, Rex erit, & princeps qui fuisset occultus quondā, tunc manifestus. Ideo
cognoscentes, & nostri, & antiqui theologi, non semper mundum sensibilibus ordinibus
constantem fore, sed alterum meliorem, quando erit cælum nouum & noua tellus, cele
brarunt nomen saeculi futuri, & memoriam τῶν μελάνθων, rerum futurarum, quæ quidem
respectu aliquius partis totius mundi, etiam nunc sunt. Nam beatorum sedes, & felix sta
tus idem est, qui est futurus. Eoque dicitur ratione mortalis status, illud alterum saeculum,
vitāque post hanc futura, reuelanda. Quibus rebus intelligimus hanc diuinam scientiam,
quæ larga luce postea refulsi, nunquam humanas mentes principis illius beneficio la
tuissē.

Plato.

Isa.9.
Sacul. fut.Vnde
seruū, illū
quāq. voc.

A tuisse. Eōq; magis Iudaica debet pudore summo, si scirent erubescere, affici imperitia, cum
diuina oracula deprauant, cū lucē tā claros iactantē radios exosi, vespertilionū, aut talparū
more auersatur. Sed suspice etiā Platonē vere diuinū, fortunatos eos dicentes, qui de patre
pro viribus philosophado cognitionem hauserint. Qui verē de eo philosophati fuerint, co
gnoscent enim, & cognoscentes erunt fortunati. Hoc enim est, quod toties filius prædi
cabat, venisse se in mundū, vt notū faceret patrē quē mortales agnoscentes, beati & fortu
nati, sempiterni q; boni, æternorūq; gaudiorū forent participes. Constituens sēper summū
bonū in cognitione, & scientia patris sui quē & suū fontē, ac genitorē suū, & omniū rerum
originē prædicabat. Hic fuit homines fortunati. Ideo dicebat, Venite benedicti patris mei,
possidete regnū, quod vobis paratū est à cōdītione mūdi. Cur sui patris benedictos dixit, &
regnū à patre paratū: Et, Cōfitcor tibi pater, Domine cæli, & terræ, quia abscondisti hæc à
sapientib; & sciētib; & renelasti ea parvulis. Hæc illa sciētia, & philosophia, ac reuelatio,
quā de patre dixit Plato, cōstituēs in ea τὴν εὐθυγραφίαν, verēq; à filio vocata est reuelatio. Ne
mo enim ante & post Christū, eā, nisi aliquo oraculo, & cēlitus reuelatā nosset. Digressus sū
ad hæc, super oraculo Platonis, quod cū ab Hebræis, & Ægyptiis, Sibyllis, Mercurio, cāte
risq; vatibus, pat est didicisse, quoniā in eo cōtinetur huius loci declaratio. Cūm ergo ait,
Dixit, reuocanda est ad memorā cōsuetudo diuinorū Hebraico sermone descriptorū ora
culturū, in quibus, quod ad hoc attinet, duplex est forma: vna quōd dicere, in ea lingua non
solū ad linguā, dēcō, iētūmq; exterius aērem refert, sed arcanas etiā, tacitasq; cogitationes,
interiorēsq; animi locutiones, vt in nostris animis, sic in animis separatis locutiones.
Sæpe attuli hæc exempla. Et Anna loquebatur in corde suo. Et Salomō, Dīxi ergo in corde
meo, Vadā, & affluā deliciis, & fruar bonis. Et, Dixit insipiens in corde suo. Philon itē Philo
sophus insignis, exponens decem verba, quē Deus locutus sit ad Mosen, nefas esse dicit ar
bitrari factā humano more locutionē, sed γενεράτην, vt Græci quoq; hoc loco dicunt. Et Pau
lus cūm ei filius Dei Damascū proficisciendi loqueretur, dicit se solū vocē loquentis audif
fe, circumstantes autem eum loquentem & respōdentē audientes, sed non videntes, nec au
diētes cū quo loqueretur, stupefactos stetisse. Cognoscimus ergo locutionē fieri posse etiā
aliis modis quā quo mortales vtūtū sine dētibus, sine lingua sine exteriore aēris iētu. Erī
que in Deo spiritualis locutio. Multæ itē sunt rerū rationes nobis incognitæ, quas propter
cōsuetudinē rerū nostrarū vix apprehendimus. Altera est forma, cūm sacræ litteræ, veluti
poētis animata, personata, figurata vesti tenuia, exilia, inuisibilia, incōprehensibilia figuris,
& coloribus humanis, facit Deū loquētū, manus, oculos, aspeūtū, nasum, pedes habētē, ar
matū, ensiferū, pugnantem; quāc etiā in Deo nō sunt more nostro, sunt vt ferūt theologi
τρόπον, diuinitus, magnificè, more suo, in nobis debiliter, in Deo diuinè, excellētissimè. Hec
figura cōgruit cū prima. Igitur Deū audientes dixisse, intelligamus arcānā, diuinā, excellē
tēmq; locutionem, locutionē æternā, assertionem sempiternā, voluntatē, semi
piternū velle, humana voce designatū. Sic, Benedictus te Deus in æternū, vñctionem æter
nā, constitutionem in regem, more diuino. Atq; cūm ait, Dixit, æternitatis est, non alicuius
præteriti temporis. Per inscitā, & imbecillitatē ait Plato, totūq; theologorū cōctus, pon
imus in Deo, Erat, vel Fuit, in quo sit æterna præsentia, sic sépiterna præses locutio, assertio,
volūta in æterna præsentia. Ac sicut homines intellexerunt cūm dicitur de Deo, erat, vel
fuit humana cogitatione, nō attingēte veritatem dici: sic quod à Propheta pronuntiatū est,
Dixit Dominus, scias humanè prouītiātū, esse autem interiorē aliū sensum, diuinū, regiū,
inlytum, vt si supernū cōrticem, vilēque ac rude tegumentū dimoucas, gloriōsam æterni
tatem, patris æternū in filiū, ardētissimūq; amorem, eximiāmque voluntatem, vt is effet
filius suus, & ineffabilē in eo volūtate sis perspecturus. Ac si verē cōsideres, nō aliud pro
fundus Vates Hebræus olim dixit, atq; alij itē Hebræi aliis verbis multo pōst tēpore. Scri
būt Euāgelistæ, Et vox de cælo facta est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cō
placui. Dauid autē, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis. Vox apud Euāgeli
stas, facta est à patre, hūc esse filiū suū dilectū. Apud Dauid, idē pater dixit ad eundem filiū,
Sede à dextris meis, quasi patris tui charissima proles, regni cōfors, hære lateri paterno, fo
boles amata, dilecta, in eū esto, in regnis meis. Sit thronus meus, idē & thronus tuus. Poē
tæ iustitiā, quæ idē est filius, dicitur esse τὸν δέσποταν, assītricē, assītentē Deo. Et Salomō vo
canit sapientiā, qua & ipsa est filius, assītentem τὸν δέσποτον. Et precans Deū dicebat, Mitte cā
à sede magnitudinis tuae. Verum sedere à dextris, siue à dextera, vt Hebraicē dicitur, cūm
sit figura Hebraica, ab Hebræis, qui sensum psalmi deprauare conantur, à Rabi quidem
Salomone exponitur, Hære ad dexteram meam, id est salutem, ac protectionē, quæ dexte
rū. Dextrum
M. 3.
C. 17.
In p. 11.
sapientia,
affītrix
dei.
Dextrum
sedere.

OOO

dixit.
Dextera, inquit, mea salutē tibi pariet, apud eā esto. Et, Dextera tua dicit alibi, suscepit me, Grēcē *αρτελά* protexit, sustinuit, defēdit. Eadē exponit Rabī Dauid. At Auē Esra, partim hoc, partim aliud quasi dixerit oraculū ipsi Dauid. Sede in domo mea, esto mecum, mitte alios in bellū. Quando dixerūt principes ne exiret in præliū, ne extingueret lucernā Israel. At Chaldeus, qui sepe relicta exteriū sonāte littera ad maiores, vt erat illud tempus, sensus ascendit, locū veritatis. Dixit Dominus vt daret mihi *ψυχήν* Rababutha, principatum, imperiū. Dixit Dominus se mihi imperiū daturum. Ecce Sedere ad dexterā, sicut superius exponebamus, interpretatus est, imperij munus. Dixit, id est publicauit, pronuntiauit me imperatore mūdi. Neq; est aliis hic fēsus, quā psalmi XLIIII. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, in æternū. Sunt enim psalmus ille, & is mirabiliter inter se similes, cūdē regē & vñctū à Deo canētes. Illic vocatur rex, & vñctus in æternū: hic sacerdos in æternū. Illū sine controversia de Messia intelligent Iudæi, cur nō igitur & istū, cūm sit eadē phrasis, idē dicēdi modus, eadē idea: illic etiā aliqui eorū erāt perplexi, an de Messia, an de Dauid esset, sic in isto, quod erat de Messia, in Dauid cōuertūt. Quanquā illic Auen Esra assert Dauid designare Messia. Sedere igitur ad dexterā antiquiores Hebrei nō solū Chaldeus, sed etiā diuus Paulus, cāteriq; Apostoli referunt ad regnum, imperium. Nam Paulus exponens hunc locum, Oportet, inquit, illū regnare, donec omnia subiiciat sub pedibus eius. Regnare dicēs quod Dauid, sedere ad dexteram. Est aliis locis clarum, perspicuūmq; testimonium, stare, siue sedere ad dexteram, designare, vitam, nobiliorēmque mundi locum, excellentiorem rerum statum. In Euangelio in dexteram, & sinistram iudicandi suprema luce distribuuntur: fortunati, cāelicolē, Deiformes, regnatores, triūphates, tenent dexterā: damnati, miseri, captiuis in stram. Hoc etiam veteres, alti animi poētas non fugit, viam in loca damnata, & infelicia ferentem, lœuam esse canentes, dexteram quā ducat ad campos Elysios, id est alysiōs, vbi corpora non dissoluuntur, immortalia.

*Apostoli.**Cāpi Ely-**si.*

Hic locus est, pars ubi se via finit in ambas,
Dextera, que ditis magni sub mœnia tendit,
Hac iter Elysium nobis, at leua, malorum
Exercet poētas, & ad impia tartara mittit. . . Et poēta,
Εἰτ' θέττι λόγιον εἰς ήπατ' ηγειρεται.
Sive in dextera ierint, auroram versus & ortum,
Sive sinistram, qua tenebrae, atque horrida nox est.

Iure igitur Deus dexteram dixit esse suam, imperiū cāeleste, sedes fortunatas, solij sui maiestatem. Est dextera, & dexterā Dei. Nec tamē data filio dextera, cogitur pater tenere sinistrā. Mortalis hēc, & fīctitia cogitatio. Cape enim de hac humana figura, quantū licet, quod nō licet reiice: intellige in ea, non corporalē sessionē, sed imperiū, maiestatē, nobilitatē. Totū regnū, maiestasq; Dci, est dextera, ideo in suis regnis nūquā in sinistra pater esse potest. Si enim sinistra est debilitatio, est imbecillitas, ignobilitas & impia tartara: dextera autem, est gloria, regnū, imperiū, robur, vis, potestas: quomodo in sinistra pater erit, cuius est propriā dextera, cuius fecit filii participem. Ex quo Philosophi dicunt dextrā mundi esse vñ F de motus, id est ortum, sicut in nobis, motus à dextera incipiet. Dexterae sunt item in mundo australia, luctantia, radiata, Septentrionis ubi tenebrae, & horror, & longus à luce discessus, est sinistra: Sinistrāq; vmbrae sunt in septentrionem cadentes.

Vmbrae mirati nemorum non ire sinistras.

Itaque dextera est patris, & filij, Domini, & Domini, sed pater suā eam esse dixit, dedit filio. Pater dedit, filius accepit. Fecit eū regē cālestiū, & terrestriū, & vt Plato dicebat, ἡμέρα τῇ τε ὄπων καὶ τῷ μελλόντῳ. Nonne & filio dicente, Pater clarifica filiū tuū gloria, quā habui ante quā mūdus fieret, audita est vox: Et clarificauit, & iterum clarificabo. Hæc est dextera, patris imperium, tota potestas, omnis gloria, quā filio suo dedit donās ei nomē, quod est super omne nomē, vt in isto nomine, omne quod intelligit, flectatur. Hoc canebant Hebrei, hoc oracula in toto mūdo personabant. Ne credas autē, data filio dextera, patrē ire ad sinistrā: audis inferius in isto psalmo ad filiū, Dominus à dextris tuis. Duo igitur, sedere ad dexterā, nota, aut protectionē iuxta Hebreos, aut iuxta regiū, sublimiorēq; sensum, imperiū, nobilitatem, potestatem. Qui sensus rite considerati iidē noscentur, si modo de Messia sint.

*Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.**Sicut*

Αγαλλίαται in Psalmo XLI. quem concorditer Hebrei de Messia intelligebāt, Messia tribuūtur arma, sagittæ, gladius lateri accinctus, populi cadētes, inimici. Et sicut Zacharias Messiam iam tanquā natū prospiciens, per eū ab inimicis liberandū populū Israel cecinit, Vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberari, seruamus illi. Nulli tamen hostes eo tempore, à quibus per Christū liberarētur exitiis noscūtur, nec Christus armatus præliū vñlū cū inimicis gessit: sic codē genere sermonis vtente alio poēta sacro vettore, debemus eadē sentire. Duo sunt autē tropi apud Hebreos, primus est cū Deo datis rebus humanis efficitur similis homini, vt quod ait Moses, Dominus tanquā vir pugnator. Quod Hebraicē sine comparatione, Dominus vir belli. Duo tropi, quod Deus dicitur vir bellicosus. Quo tropo, alio psalmo legitur, Apprehēde arma, & sagittam, & veni in adiutorium nostrum. Simile prorsus ei quod apud Homerum sacerdos, Deum suum precatur:

*Τίσειν δ' αγολέα μακρὰ στοῖβελεστι.**Atque tuis iaculis lacrymas ueliscere nosbras.*

Soluant, inquit, tuis sagittis meas lacrymas Graci. At nec Deus est corporeus, nec corpora, visibiliaq; tela. Alio quoque psalmo, Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, Et, Sagittas meas cōplebo in eis. Ex quo cernimus hos tropos esse pulcherrimos, dum rebus nobis manifestis, obscuriores significātur apud omnes, & profanos, & sacros poētas. Est autem aut aliis, aut ferme idem tropus, de inimicis, apud Homerū, atq; nostrū. Illic inimici, in quos tela Deus *Inimici dei.* iaculatus est, sunt homines iustiam violantes, idem sunt inimici Dei nostri. Pars autē inimicorum profanis non prorsus cognita vobis: sunt alii quidam inuisibilis. Illique impios homines cāde, & gladiis, sagittisque Deorum interfici, nostri, & hos, & quosdam alios occultiores dicerent. Putant & Graci theologi, hostes illos inuisibilis, vates priscos agnouisse: vt cum Iupiter iratus apud Homerum proicit ē calo Aten, ab *ἀπλάδο*, noceo, dictam *ste.* similiter apud eos, atque apud nostros Satan, ab aduersando. Et forte Graci antiqui *Hebraicā* vocem usurpantes reiecerunt primam litteram, *Satan, è cœlo proie-* *lus.*

*Ἄντης δὲ ἀλεύ Αἴτη, κεφαλῆς λιπαροπλοκύμιο.**Χαόμυνος φρεσὸν ἱστικαὶ ἀμορταρέρον ὄρχον,**Μὴ ποτ' εἰς θληματον τοιούτον ἀπέρεντα**Αὐτὶς ἐλεύθερος Αἴτης ἡ πάντας ἀλταρα.**Exemplique apprendit Atan, de crine comanti,**Iratus mente, & iurauit voce tremendum,**Nunquam in olympum, & stelliferum calum reddituram,**Exitiam Aten, quā virus spargat in omnes.*

Hoc Homerū, creditur à theologis de casu dæmonis ex prisca theologia sensisse. Omnis est igitur litterarū consensus, sic inimicos habere suos quosdam Deū, vt homines suos. Attribuitur autem sicut creatio, sic rerum prouidentia, filio Dei à cunctis, quem Neimesin, & fortunā, primā, indignantē contra colla tumentes, alteram, secretis passibus ad omnes cunctem, dixerunt. Hincq; ait prisca secutus Philon, Χορεύ γάρ εν κύκλῳ λόγος οὐδέποτε, οὐδὲ πολλοὶ τοῦ *Καθόπων οὐμάζεσσι.* Obābulat, ait, circū, verbū diuinū, quā multi mortales fortunā vocant. Tū semper per vrbes, & gentes, & regiones ingrediens, quāc aliorū essent aliis, & quāc sunt omnium, omnibus diltribuit, temporibus liberis, & placitis mutans, quāc quisque habet. Hæc ille, Et Eusebius in Panegyri Constantini, ἀλλ' ἦν ἀρχὴ τοῦτον εἰς ἐμμνεῖς, οὐ γάρ πάντας ἔτι τοῦτο λόγος. Omnis, ait, sapientia, omniū abstrusorū reuelator fuit, qui per omnes commeat, verbum Dei. Huius verbi diuini, circum mundum ambulantis, omniāq; distribuentis, cuius est totum ius offendere tacitos oculos clariū est, omnes impios, iniustos, omnes qui viribus humanis freti, non modo in homines miseris insultant, sed in cælum etiam posuerunt os suū. Hi sunt hostes eius, totāque eorum maestandorum vindicta ad eū spectat. Ius enim vniuersale, & lex, & ratio, vt Stoici dixerunt, est summi Iouis, cui antiquissimi theologi, & poētae vnt ait Plutarchus, omnia attribuebant. Hincque perpetuò dicitabant:

*Ζεὺς αρχὴν, ζεὺς μέστων, δίδος δὲ εἰς πάντας πέλοντα.**Principium, mediumque est Iuppiter, ab Ioue cuncta.*

Est autem Iupiter, vt saepe dixi, Iehouah, Ioues, in lingua Hetrusca litteris, & vocibus Hebraicē simili, dictus. Qui cūm sit Deus, cūm oculus omnia cernens, oculatāque iustitia, & vñus, cūm iudex, & præses: eodem tropo & sensu ei tribuuntur inimici, & arma, quo clarè & aperte Moses vocat Deum, virum belli. Et Psalmus orat, vt apprehendat arma, & sagittam, & veniat in auxilium. Ideo nō debuerunt Hebrei, venire in suspicionem Mef-

O O O ij

*Hos*tes dei. siam esse verum hominem, quod ei dentur inimici, & arma, cum etiam dentur vbique Deo in sacris litteris, eumq; virum bellacem faciat. Declarat igitur inimicis, illud item perspicieundū est, dupli sensu sanctissima oracula, bellum huic Deo, & hostes tribuisse, tū quod norant antiqui prophetæ clarus forte, quam nobis videatur, quodam hostes horribiles, sanguinarios, homicidas à principio hominis necem, stragēmq; petentes, Gigantibus fortiores, monstra fera, formidanda, qui homines à principio interfecissent, & nunc vbique, vt ille dicebat, πάντας ἀνταυ, omnes deuastent, spargentes virus in præcordia, inq; exitū trahentes, qua fraude à principio circuuerint. His autem sceleratis, immanib[us]que Gigātibus, solum Deum posse resistere, imperiūmq; eorum euertere, humanas hic nihil valere vires. Hæc antiquos Hebræorum theologos vidisse, & audisse par est, quod cæteris gentibus etiam innotuissent, & horum cædem Dco ex sublimi scientia, gladios autem & arma Deo dedisse, sicut eum præliis humanis adesse dixerūt pugnantem pro suis, & sicut Homerus dixit Iouem crinibus apprehensam Aten, deturbasse cælo. Nō sunt enim crines ei, nec manus habet Iupiter, nec eo modo, eā de cælo egit præcipitem. Huiusmodi figuris vñ sunt Hebræi poëtae, de suo Ioue loquentes, quas Homerus ab Ægyptiis didicisse par est, figuris venustissimis theologiae, & sermonis diuinitatē preferentibus. Canitur igitur isto Psalmo numen, imperiūmq; Messie, & alterius imperij, impiorūq; Gigantū ruina. Quasi in nubibus bellū gestū. Canitur potestas Regis, & quod à patre sit princeps constitutus, & quod imperiū inimicorum euertit. Quando factus est Rex mūdi, & omnes impias potestates deiecit. Depingiturq; quadam ratione humana bellū, vt si pictores, quibus est cū poëtis similitudo, Et quod illi coloribus, hoc isti verbis exequantur, bellum cum vastis Gigantibus gestū exprimerent, Iouemq; ē mediis nubibus tela iacentem. Alterum quod spectarunt Prophetæ, fuit iudicium magnum, regni Antichristi, omniumq; qui sub impiis signis eius militabunt euersionem. Qui consurget contra omne quod dicitur Deus princeps apostasiæ, temporum Dei euersor, mundi tempestas, qua supremo tempore quassabitur, bellua immanis, nihil à dæmonibus quos impiorum operum duces, & comites habebit, distant, corporeus, visibilis que dæmō. At humana forma, & corpore vestita, quam infinita sceleratorum hominum agmina sequentur, bellum pietati in toto terrarum orbe inferentes. Quibus præcipiū veram religionem, & qui eam sanguine suo peperit, oppugnantibus, idem Rex visibili præsentia cælitus, legionibus Angelorum comitatus obuiam veniet, pios de manibus impij liberaturus. Quæ res quoniam non minor erit, quam vllum vñquam ab orbe condito facinus, imò maximum facinus, cæli ac terræ creatione, ipsóque primo aduentu Dei memorabilitas, veniet enim maiestas, claritasque Dei manifesta, talisque aderit Deus, qualē ac quantum cum cælites aspiciunt, & qualem ratio sèpe depingit, prædictum est, & decatum, sic ab Hebræis Poëtis, sicut clarissimè à Sibyllis, vt cum Erythræa dixit:

H[ec]c d[icit]ur βασιλεὺς αὐτῶν δέ μέλλων:

Οὐνταὶ δὲ θεοὶ λεπότες τηρούται ἀντίοι.

Τὸν μέτρον τὸν αὐλον ὅπις τέρμα χεροῦ.

Cælitus adueniet Rex seculum æternus in omne,

Aspicietque Deum credens, incredulus omni,

Celsum cum sanctis supremo limite seculi.

Hanc sublimem theogiam diuina oracula indefessè præcinunt, quod & ab Hebræis creditur, sed peruerso sensu, confundentes sensus oraculorum. Nam cùm Messias maestaturus hostes, & pietatis euersores dicitur, Romanos, & Christianos hos ineptissimè interpretantur cùm apud hos præcipuo, sublimique cultu Deus adoretur. Liberationem autem suam à Christianis credunt, ipsum autem Antichristum, non vident fore illum quem sibi singunt Messiam. Qui quoniam verum Christum, humilem, suauem, dulcem recipere noluerunt, ineritō impium illum apostasiæ principem propter signa, quæ faciet, respicient vbique cæci, & sine iudicio. Quocunque igitur Psalmos Hebrei de Christo venturo tanquam iudice, liberatore, armato, bellico interpretantur, scias eo modo accipiendo quo cecinit Erythræa Sibylla, ibique hostes, arma, prælia, cædes, piorum autem liberatio commemoratur. Nam totum psalmum quadragesimum sextum, & septimum de venturo Messia, & bellis gerendis contra Gog, & Magog exponunt Iudæi. Nam ibi dicitur, Propterea non timebitus dum turbabitur terra, & transferentur in cor maris. Erythræa vero:

Τὸν δὲ φάραγγας, οἷον δὲ ιαρα τα βρύων

Ισάτ' ὅπις πεδίοις εἴσαι, καὶ παῖς θαλασσα.

Psal. 46.

F

Aequabit

A Aequabit valles, sternetque à vertice colles,
Exsistēntque pares campis montes, mareque omne.

Hoc enim est, quod montes transferentur in cor maris, omni terra complanata. Turbationem autem, tumultumque terræ, etiam Sibylla perte predixit:

Ὕπνος τ' εἰς πάντας ἔσται, καὶ πρυγμός ὁ δύρτον.
Lucretus ubique, tremorque, et dentes ore sonantes.

Cum autem conueniant Hebrei ea prædicti de Christo, & bello contra impios gerendo, Sibylla verò de Christo i e s v sit aperte (ex ea quæ dicitur ἀπόστολος, cuius meminit etiam Tullius in libro de Diuinatione, in qua est, i e s v Christus filius Dei Seruator crux) vaticinata: certè liquet eundem etiam Hebreos si sapient, si alicuius iudicij essent, debere intelligere ex suis Psalmis. Itaque Psalmos Psalmis expoñentes, (nam & alibi est, Commoueatur à facie eius vniuersa terra, quod Hebraicè per futurū dicitur, Cōmouebitur, loquitur autē de supremo aduentu) intelligimus simile quid etiam isto Psalmo prædicti. Etiam Psalmū quadragesimum quintum, vbi sunt hostes, arma, sagittæ, de Rege Messia cuncta Hebræorum familia exponit: eadē profecto sunt sentienda hoc loco. Duo igitur inimicorum genera exposuimus, nō multū quidem ab inuicem abhorrentia. Idem enim sunt spiritus Hostes dei, duplices.

B Non enim dicit, Sede à dextera mea, tatisper, dum tibi hostes subiiciam, deinceps recefersus. Sicut in Euangeliō, Et non cognovit eā, donec peperit filium suū primogenitū, quasi Mat. i. d: postea cognoverit. Sunt enim Hebraici loquendi modi, designantes, & continuantes non interrūpentes aliquā actionem. Nam vox Hebraica ἦ had, quam nostri trasferūt Donec, designat etiam perpetuitatem: vt cùm dicitur, In æternū, & ultra, va had. Duobusq; verbis In æter. positis, sedendi, & ponendi, non terminatur res sedendi, à re ponendi, sed fit insignior. Tūc inquam maximè cognoscetur sedisse, cùm posuerit inimicos sub pedibus. Est & is sensus, ac si quis diceret, In cælo viues, donec stabit regnum Dei. Et quod nostri poëta dicunt,

In frēta dum flunij current. Et
Donec erunt ignes, arcuſque, Cupidinis arma:
Dum maturinos, predicti lucifer ortus

His aeternitatem designat. Sic, donec subiecero tibi omnia, sedebis ad dexteram. Vtrunq; ait erit æternum, & sellio, & subiectio. Sedebis, & imperabis semper. Hoc ille dixit, hoc statuit. Quod si iuxta Græcos, & Latinos intelligas ex apostolis accepto sensu, tunc maximè regnum Christi fore perspicuum & clarū, cùm deuicta pietatis euersore Antichristo, profligatis impiis, & expiatis sceleribus solus Deus colatur, solus ametur, interea in regnis paternis agat, cum charo genitore, in sinu eius, procul ab oculis mortalibus, erit & iste sensus pulcherimus. Videtur enim esse is Psalmus, oraculum Sibyllæum de aduentu magni Dei, supremo tempore perspicendi à bonis, & à malis, vbi totus ab origine mundus aderit, mutabitur q; rerum facies. Inter ea habet regnū cum patre, nunc nō cognitus, sed cognoscendus Rex sæculi futuri. Hoc enim præcipiū prædictum est. Hunc sensum diuus Paulus exhibuit. Oportet, inquit, illū regnare, donec omnia subiiciat sub pedibus eius. Et Petrus, Quē oporetur quidem cælum suscipere, vsque in tēpora restitutionis omnium. Quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo prophetarum. Hæc Petrus. Huic est ille quoque similis sensus, quod David in spiritu præuidenter Christum, antequam veniret in mundum, fuisse in regno patris, venturum postea, linquente auræ regna patris, ad profligandos atrocissimos hostes, abolendūque nefas, & quod dixit ille,

Solne catenatas inferni carceris umbras,
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.

Venientem autem à sede Dei, venisse, vbi in æternum fuisset, ob potestatem autem à patre concessam, diabolicā potestatem superasse. Ideo dixit pater, Donec ponam inimicos. Misit Angelus enim suum illum ἄποστολον, magistrum, qui hoc facaret. Qua de causa magni consilij Angelus magni consilij dictus. Scabellum autem pedum, perspicua metaphora, designatur triumphator scabellum. sedens folio excelso, subiectos, conculcans hostes, deiectos è cælo in terram, quæ in theologia scabellum Dei vocatur. Quod dæmonibus maximè conuenit. Ac pro scabello, est Græcè ἄποστολον, inuenitus apud Latinos quidam reddiderunt, subpedaneum, sed ad intelligentem aptius.

O O O iii

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in me-
dijo inimicorum tuorum.

I quos perturbet, & auerat à vero oraculorum sensu, sermonis similitudo, dum ea di-
cuntur, quæ sunt mortalibus coingravata: vt facilius de homine quam Deo, possint in-
terpretari, recurrat ad ea, quæ sine dubio, de Deo in Psalmo dicta noscantur. Tunc
horum quoque sensum, ad ambigua illa, aut eorum ad hæc sensum conformabit. Si-
quidem cùm is versiculus de aliquo homine pronuntiari videatur, is qui sequitur de Deo
proculdubio enuntiatus, redarguet, & comprobabit, hæc quoque de Deo decere intelli-
gi. Clariora erunt quidem quæ sequentur, ex illisque hæc illustrantur. Primum quod dixit,
Virgam, Hebraice est νυνα matte. Tria à se non discrepantia notat. Virgam, sceptrum, bâcu-
lum. Primum potest referri ad germinationem, vt Virga Iesse floruit, vt hanc dicat de Sion
pullulaturam. Secundum ad imperium, regiamque maiestatem, pastoralem virgam, re-
gendi, vt viro aequitatis, virga regnati. Tertium ad casos, ac verberatos hostes, castiga-
tōsque malos. Sæpe in sacris litteris, virgam, & baculum, verberationem, cædemque de-
notare videbis. Sensum autem Hebræorum reiicientes, quod & à principio testimo-
nia, rationesque nobis assenderent, quo dicunt, quod ædificata arce Sion, cœpit Da-
uid esse fortior, vt quasi virgam, id est baculum, sustentationes, firmitatem dederit ei Deus
ex Sion, quæ dicta est arx David, quod dicit Rabbi David. Auten Esra verò, quod in Sion es-
set arca, & gloria Dei, inde Deum accipientem oblationes, & preces David, missurum ei
fortitudinem, ac robur è loco sancto, loco forti. Salomon autem referens ad Abraham, quod
fessis militibus Abraham redeuntibus à cæde regum, & fame sitiq; confessis, mittet Deus
ex Sion Melchisedek, qui portet panem & vinum, sicq; virgam, id est robur, sustentamen-
tum. Hōs, inquam, scis palam ineptos, & non veridicos, reiicientes, veriorem proponamus, Græcorum, ac Latihorū, antiquorūque Hebræorum, qui hæc ad Christi imperiū
aduentūque ad homines, referentes, ex Sion in omnes gentes ostendunt datam à patre,
Christo famam, nomen, diuinitatem, præconib[us]que eius virtutes omnigenas, miraculo-
rum, signorum, linguarum, curandarum ægritudinum, pellendoū dæmonum. Huic vul-
gatum fuisse imperium Christi, regiūque sceptrum, maiestatēque sempiternam. Sion
autem dicens, ipsam sentit Hierusalem, vnde regnum Christi prius inuisibile, aternaque
apud patrem fessio, de qua superius scripsit, cœpit nobilis fieri, cognosci, prædicari, in
toto terrarum orbe resonare. Inde vox illa, quasi è media habitabili terra in omnes mun-
di partes sese diffudit. Hinc Græci virgam, id est lignum virtutis, aiunt etiam crucem
sentiri posse. Quid enim hoc ligno potentius, robustius, trophæum deuictorum dæmonum,
signum profligatarum impiarum, fortissimarūque legionum, superstitionūque
impiarum, quod princeps, & dux humani generis, hostibus illis truculentis superatis, ere-
xit? Hoc etiam sceptro regio vieti sunt omnes, & humiliati Reges terrestres, religionis ho-
stes. Tantaque fuit virtus, & potestas virgæ istius, sceptriique, vt vietus sit eo, & prostratus
non modo totus visibilis mundus, sed occultiora etiam multoque & numero maiora, &
animi feritate terribilia monstra inuisibilium hostium. Et hac potentia virga, castigata, F
casata, mactata, humi deiecta sub scabellum Dei. Ac dicens, mittet virgam virtutis, pro Virtute,
est Græcc iuxta Hebraicum δύναμος, potestatis, Hebraicè νυνα. Retulit quoque Mit-
tet, ad ipsum patrem, à quo missus filius fuit, eoque magni consilij Angelus dicitus. Qui au-
tem misit filium, misit cum eo infinitam potestatem, aternam quidem antea, tunc autem
visam temporariam. A Deo mōstratur mitti filium cum robore, & potestate magna. Quod
diuinæ eloquitur in Panegyri Constantini Eusebii. Et quia placet profero: αρχιερεῖ την
αὐτὸν, & ἀρχιερέα μέγαν, τερψίτιλον τὸν πατρὸν, καὶ μεγάλην βασιλεῖαν ἀγγελον, & reliqua. Imperatorem
eum, magnūmque pontificem, prophetam patris, & magni consilij Angelum, luminisque
paterni splendorem, vñigenitum filium, cæteraque id genus theologorum voces consonæ
diuinis appellant. Quem & viuens verbum, & legem, & sapientiam, omnisque boni co-
piam, genitor ipse constituit. In his videmus quibus nominibus filius vocetur, & à patre
cernimus. Omne eius imperium, ac gratiam existere. Proprie enim, vt dixi, ac primo pater
dicitur Deus. Sicut ergo dedit eum esse sapientiam, legem, sic misit virgam virtutis eius, id
est potestatis, roboris. Ingentem eius gloriam, ex Sion splendere, celebrari fecit.

Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sancto-
rum: ex ytero ante luciferum, genui te.

Vocum

A. O c v m prius perplexitas euoluenda est, multa quidem, & mira hoc loco, propter
Synomina polysemon, quæ alio modo transtulerunt Septuaginta, alio in Hebraico
videntur resonare. Quod igitur antiqui illi scripturarū sacrarū in Græcū interpres,
dixerunt μετά σε tecum, Hebraicum habet τὸν αμέκα, populus tuus. Ratio varietatis fuit,
quod, vt veris coniecturis, & testimoniis vbiq; probatur, dum illi scripturas interpretaren-
tur, nondum extantibus notulis, quibus vice vocalium vtuntur Hebrei, post aduentum
Christi, à sapientibus Tyberiadis, iam lingua in desuetudinem abeunte, repertis, effectum
est, vt vna dictio, siue subiectis notulis varia posset habere significata, que postea per notu-
las subiectas sunt distincta. Euenit enim Hebreis, quemadmodum Græcis, apud quos cùm
florente lingua accentus quemadmodum in Italica non notarentur: postea cœperunt à
Grammaticis adiici dictiōibus, vsū lingua iam veterascente. Sic quas notulas, sive puncta
Hebrei nunc dicunt, apud Hieronymum, & Græcos explanatores, accentus appellaros,
repertæ postea sunt ad clariorem, securamq; pronuntiationem, & repertæ sunt in Hebrew
sacris tantum, cæteris non item. Nam sine notulis cætera leguntur. Neq; illis difficile erat
sine notulis pronuntiare, sicut & vñitatè accentus in lingua Italica, à nemine edocti, sed à
matribus cum sermone in factis apprehendunt. Notulae igitur hæc non solum non tempe-
state Septuaginta, sed nec Hieronymi adhuc extabant, apud quem sicut neq; apud Talmu-
distas ausquā inuenies earum villam commemorationem, & de litteris tamen est cre-
berrimus sermo. Ac, vt dixi, quod Hebrei nunc dicunt camez vel patah, id est colligens la-
bia, vñ aperiens, accentum inuenies apud Hieronymum, & Græcos vocari, diuersitatemq;
illam notularum, diuersitatem accentuum illi dixissent. Varius igitur accentus, diuersaq;
notularum subscriptio, hanc dictiōem τὸν νυνα, quæ nullis subscripta notulis aut accentu pro-
nuntiata, remanet anceps, distingue. Atq; eam legerunt Septuaginta imēka, id est tecum
nunc legitur amēka populus tuus, à simplici dictione τὸν νονάte vel am, vel im. Primum si-
gnat populum, alterum est præpositio cum. Apud Chaldaū quoq; est iuxta hodiernam in
Hebraico dictiōem, populus tuus. Et Hieronymus legit, populi tui. Lectio tamen Septua-
ginta probabiliter defenditur. De qua re postea. Secunda dictio est Græcè ἀρχή, duoq; de-
signat, principiū, vel principatum, magistratum, nec recte cā intellexit Latinus interpres,
dicendum enim fuerat, Tecum imperium vel principatus. Hebraicè est τὸν ναδαθο, vt in A-
braham.
dictio & ipsa amphibola, designans principes, duces, tum voluntaria, spontanea. Ac cùm
sit numerus multitudinis, & genus formicuum, aut designabit voluntaria, inclinationes, vo-
luntas, promptitudines, aut principatus, imperia. Potius tamē signat promptitudines, sicut
inferius psalmo c x i x. ipsi Septuaginta transtulerunt εὐστοι, vbi Hebraicè est, nadaboth.
Hieronymus autē transtulit, populi tui duces, faciens populi tui, casum gignendi. Hebrai-
cum vertendum opinor in Latinum. Populi tui promptitudines in die belli. Erunt, inquit,
prompta, parata corda, cùm bellum gerere volueris, populi tui. Spōte populus tuus veniet,
animoq; propenso se sequentur. Quod si lectionem Septuaginta defendere volueris, pla-
ne poteris. Tecum promptitudines, voluntates, aut magistratus totus, te duces sequuntur,
C tota ἀρχή, totum regnum, totum imperium. Aut, penes te regnum est, tota multitudo, to-
tum regni corpus. In te sunt omnes prouinciae, omnes magistratus, omnia gubernacula.
Hæreti tibi totum regnum, ex te pendent omnia in bello. Qui sensus idem fermè est, atque
superior, Sequitur alia verba. In die virtutis tuæ. Pro Virtute, quod Latinus nō recte, Græ-
cè iuxta Hebraicū est δύναμος, expeditionis, exercitus belli, Hebraicè τὴν cheileka, quæ
sicut Græcum, & multitudinem coadāt ad bellandum, & ipsum bellum designat, sicut
concio, concilium, theatrum. Quodq; dicit, In splendoribus sanctorum, Hebraicū τὸν
haderim, sonat splendorem, gloriam, decora, alta; insignia: vt, Cōfessionem, & decorem in-
duisti, vbi est τὴν hadar singulare, quod Septuaginta illic transtulerunt εὐσπένται, decen-
tiam, venustatem. Et pro sanctorum, est kodesh, sanctitatis. Estq; Hebraismus, quo dicunt,
linguam sanctitatis, pro lingua sancta, & locum sanctitatis, pro loco sancto. Sic nunc, In
splendoribus sanctis, gloria sancta, ingenti gloria, & nitore. Omnia enim sancta, sunt ma-
gna, pretiosa. Sic splendores sancti, magni decores, magni, gloriosi, nobilesq; triumphi, pō-
pa gloriosa, gloriosus incessus. Dicitq; oraculum: Populi tui prompti, in die belli venient,
in splendoribus sanctis, in claritate magna, & maiestate. Venies legionibus tuorū angelorū
ciuiūq; cœlestiū comitatus, flagrabūt lumine cūcta, admirabilis triumphus erit, maiestas,
nitor, gloria non explicabilis humana lingua. Hieronymus pro hadere legit harere, mon-
tes, vertens, In montibus sanctis. Est enim magna similitudo inter resh, & daeth. Posset &
OOO iiiij

Ex vte.an. ista lectio defendi, licet hodierna sit clarius, apertior. Quodq; sequitur, Ex vtero ante lucem genui te, Hebraica variant *לְבָרֵךְ בְּרֵךְ* merechem, mishekar, leka, talia dulcitheka. Hæc verba, hoc propriè sonant: Ex vtero, vel vulua, ex aurora, tibi ros nativitatis tuæ. Est autem sensus iuxta plures Hebræorum, A vulua, à natali, & ab aurora, id est, à luce illa, qua prodisti, fuit ros nativitatis tuæ, id est rore cæli, cælesti gratia perfusus fuisti. A die qua natus es & conceptus, felici rore, ac benedictione præuentus fuisti. Cælestium gratiarum vberas in te descendit. Vulua, diem conceptionis designat, aurora diem naturalem. Fuit, ait, ros nativitatis tuæ, ex illa die. Ros enim scripturis, cælestem affluentiam, gratiamq; designat: vt, Det tibi Deus de rore cælesti. Ac Rabi Iesua exponit hunc locum, à vulua matris tuæ paratus fuisti vt esses rex. Abraham vero obscurior sensum. Si inquit, ibis in bellum, sequentur te populi, sicut pluuiam nedaboth, voluntaria, desiderata, experita, videbisq; eos in splendoribus sanctis, à vulua, ab aurora, id est cum primum roseos crines aurora refoluit, cum quasi ex vulua, foras prodit aurora. Præsto citi aderunt, sicut ros quæ tu mani à iuuentute tua, cum esses pastor, videre solitus eras. Qui sensus prorsus recidiens est. Rabi autem Salomon exponens ialdutheka, iuuentutem tuam, licet sonat naturalem tuum, dat hunc sensum. Splendores enim sanctos interpretatur futuros de stirpe Abraham, de quo vult esse hunc psalmum, qui cognoscant creatorum suum. Eosq; & splendores sanctos, & rorū iuuentutis, Abraham sit probitas, & quitas. Et in iuuentute, aut naturitate eius rorū, suavitatem, dulcedinem futuram. Sed cum veterum Hebræorum autoritate psalmum de Messia editum ostenderimus, claret superiores eorum sensus ab animo fundentis oracula longius abire. Verior igitur sensus unus erat quem superius proposuimus. Sicut enim in psalmo x, l. v. quem huic prorsus similem diligens veri scrutator inueniet, Effusio gratiæ in labiis, diuina, perennis benedictio, pulchritudo, fortitudo, felicitas, Messia tribuuntur: sic sub nomine roris, omnes gratiæ, omnes virtutes dicuntur hic in eū, antequam conceptus, & partus esset, profusa. Et sicut dixit de eo Esaias tanquam homine nato, Et replebit eum spiritu timoris Domini, spiritu scientiæ, sapientiæ, & intellectus, spiritu fortitudinis. Hæcq; omnia, quæ habuit ab æterno, tanquam homini dantur à Prophetis, sic à Psalmo, ab exortu, à conceptu, à natali dicitur rore cælesti conspersus. Duoq; sunt aduertenda. Aut enim dantur hæc Deo veluti homini tropicæ, parabolicæ, sicut arma, sagittæ, ira, pœnitentia, dolores, odor, nares, manus, pedes, digitus: nunc vulua materna, conceptus, partus, gratia cælitus demissa. Aut de humanitate est sermo, sicut ante de diuinitate, Sede à dextris meis. Et sicut in psalmo præmonstrato, sæpe de diuinitate, nonnunquam eo statu, quo apud homines fuit, oracula concinunt: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Nativitas enim illa diuinior, & satus æternus, sæpe solet à Prophetis, sermone, & tropo, humano nascendi modo, tradi, appositis tamen his, quæ diuinitatem testentur. Nam etiam thronus, & solium, & sessio figurata tribuitur, redundatq; tropis, vberimeq; scater sermo Hebraicus, non minus quam poësis Homerij, tropis inhonestis, & Deo indignis exemptis. Septuaginta vero qui præpositionem Hebraicam, mi, designantem, ex, ab, secundo loco transtulerunt, & ante, non sine ratione, nec prouidè consuetudine sermonis Hebraici fecerunt. Siquidem & Rabi Moses Ha Darsan à principio, quod hic dicitur, Ex vtero, vel ab vtero, ex aurora, vel ab aurora exposuit. Codem id est ante vterum, ante auroram, ac vult psalmum dixisse. Ante vterum conceptionis tuæ, ante auroram, vel dié natalē tuū, fuit ros nativitatis tuæ. Ergo dicerem, Erat affluentissima diuinitas tua, erat nativitas tua, æterna, & ros illius æterni natalis. Antequam nascereris, fuisti, adeoq; fuisti, vt fueris etiam ante Solē, & Lunam, ante auroram. Ideo dicebat idem de suo æterno esse, Amen amen dico vobis antequam Abraham fieret, ego sum. Et à Græcis theologis dicitur τὸν ἀδελότητος θυλάττον. Hoc nomen, qui est, sonare æternitatem. Ac præpositionem mi, denotare ante, apparet ex ipso sermone. Designat enim præ. Et Hebrai cum comparationes formant, dicunt. Iste bonus præ illo, iste sapiens præ illo: quod designat ante illum. Sic nunc, Ex vtero, ex aurora, quasi præ vtero, præ aurora, tibi ros nativitatis tuæ. Ac nativitatem, sicut generationem æternam intelliges, vt vbique nostri intelligunt. Ut enim est æternæ genitus, sic natus æternus. Hæc æternitas aperte designatur, quando tempori præfertur, & cum eo comparatur. Id enim quod fuit ante tempus, fuit δὲ πρὸ αἰώνων, æternitas. Tempus autem cœpit esse, quando cælum est creatum, quando Sol, Luna, aurora. Cum ergo de eo loquuntur oracula, quod fuit ante Solem, ante auroram, sentiunt æternitatem. Sic ros nativitatis ante vterum

Ex vte.an. ista lectio defendi, licet hodierna sit clarius, apertior. Quodq; sequitur, Ex vtero ante lucem genui te, Hebraica variant *לְבָרֵךְ בְּרֵךְ* merechem, mishekar, leka, talia dulcitheka. Hæc verba, hoc propriè sonant: Ex vtero, vel vulua, ex aurora, tibi ros nativitatis tuæ. Est autem sensus iuxta plures Hebræorum, A vulua, à natali, & ab aurora, id est, à luce illa, qua prodisti, fuit ros nativitatis tuæ, id est rore cæli, cælesti gratia perfusus fuisti. A die qua natus es & conceptus, felici rore, ac benedictione præuentus fuisti. Cælestium gratiarum vberas in te descendit. Vulua, diem conceptionis designat, aurora diem naturalem. Fuit, ait, ros nativitatis tuæ, ex illa die. Ros enim scripturis, cælestem affluentiam, gratiamq; designat: vt, Det tibi Deus de rore cælesti. Ac Rabi Iesua exponit hunc locum, à vulua matris tuæ paratus fuisti vt esses rex. Abraham vero obscurior sensum. Si inquit, ibis in bellum, sequentur te populi, sicut pluuiam nedaboth, voluntaria, desiderata, experita, videbisq; eos in splendoribus sanctis, à vulua, ab aurora, id est cum primum roseos crines aurora refoluit, cum quasi ex vulua, foras prodit aurora. Præsto citi aderunt, sicut ros quæ tu mani à iuuentute tua, cum esses pastor, videre solitus eras. Qui sensus prorsus recidiens est. Rabi autem Salomon exponens ialdutheka, iuuentutem tuam, licet sonat naturalem tuum, dat hunc sensum. Splendores enim sanctos interpretatur futuros de stirpe Abraham, de quo vult esse hunc psalmum, qui cognoscant creatorum suum. Eosq; & splendores sanctos, & rorū iuuentutis, Abraham sit probitas, & quitas. Et in iuuentute, aut naturitate eius rorū, suavitatem, dulcedinem futuram. Sed cum veterum Hebræorum autoritate psalmum de Messia editum ostenderimus, claret superiores eorum sensus ab animo fundentis oracula longius abire. Verior igitur sensus unus erat quem superius proposuimus. Sicut enim in psalmo x, l. v. quem huic prorsus similem diligens veri scrutator inueniet, Effusio gratiæ in labiis, diuina, perennis benedictio, pulchritudo, fortitudo, felicitas, Messia tribuuntur: sic sub nomine roris, omnes gratiæ, omnes virtutes dicuntur hic in eū, antequam conceptus, & partus esset, profusa. Et sicut dixit de eo Esaias tanquam homine nato, Et replebit eum spiritu timoris Domini, spiritu scientiæ, sapientiæ, & intellectus, spiritu fortitudinis. Hæcq; omnia, quæ habuit ab æterno, tanquam homini dantur à Prophetis, sic à Psalmo, ab exortu, à conceptu, à natali dicitur rore cælesti conspersus. Duoq; sunt aduertenda. Aut enim dantur hæc Deo veluti homini tropicæ, parabolicæ, sicut arma, sagittæ, ira, pœnitentia, dolores, odor, nares, manus, pedes, digitus: nunc vulua materna, conceptus, partus, gratia cælitus demissa. Aut de humanitate est sermo, sicut ante de diuinitate, Sede à dextris meis. Et sicut in psalmo præmonstrato, sæpe de diuinitate, nonnunquam eo statu, quo apud homines fuit, oracula concinunt: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Nativitas enim illa diuinior, & satus æternus, sæpe solet à Prophetis, sermone, & tropo, humano nascendi modo, tradi, appositis tamen his, quæ diuinitatem testentur. Nam etiam thronus, & solium, & sessio figurata tribuitur, redundatq; tropis, vberimeq; scater sermo Hebraicus, non minus quam poësis Homerij, tropis inhonestis, & Deo indignis exemptis. Septuaginta vero qui præpositionem Hebraicam, mi, designantem, ex, ab, secundo loco transtulerunt, & ante, non sine ratione, nec prouidè consuetudine sermonis Hebraici fecerunt. Siquidem & Rabi Moses Ha Darsan à principio, quod hic dicitur, Ex vtero, vel ab vtero, ex aurora, vel ab aurora exposuit. Codem id est ante vterum, ante auroram, ac vult psalmum dixisse. Ante vterum conceptionis tuæ, ante auroram, vel dié natalē tuū, fuit ros nativitatis tuæ. Ergo dicerem, Erat affluentissima diuinitas tua, erat nativitas tua, æterna, & ros illius æterni natalis. Antequam nascereris, fuisti, adeoq; fuisti, vt fueris etiam ante Solē, & Lunam, ante auroram. Ideo dicebat idem de suo æterno esse, Amen amen dico vobis antequam Abraham fieret, ego sum. Et à Græcis theologis dicitur τὸν ἀδελότητος θυλάττον. Hoc nomen, qui est, sonare æternitatem. Ac præpositionem mi, denotare ante, apparet ex ipso sermone. Designat enim præ. Et Hebrai cum comparationes formant, dicunt. Iste bonus præ illo, iste sapiens præ illo: quod designat ante illum. Sic nunc, Ex vtero, ex aurora, quasi præ vtero, præ aurora, tibi ros nativitatis tuæ. Ac nativitatem, sicut generationem æternam intelliges, vt vbique nostri intelligunt. Ut enim est æternæ genitus, sic natus æternus. Hæc æternitas aperte designatur, quando tempori præfertur, & cum eo comparatur. Id enim quod fuit ante tempus, fuit δὲ πρὸ αἰώνων, æternitas. Tempus autem cœpit esse, quando cælum est creatum, quando Sol, Luna, aurora. Cum ergo de eo loquuntur oracula, quod fuit ante Solem, ante auroram, sentiunt æternitatem. Sic ros nativitatis ante vterum

pueritiae tuae. Symmachus, σὺν μήτρᾳ διπλόφεστοι ἀρόστοι νέοτητος, à matrice, ab Aurora tibi ros inuenitus. Quod Hieronymus fecutus, De vulua orietur tibi ros adolescentiae tuæ. Sed cùm superius declarauerimus verum eorum sensum, non adiiciemus alia. Diem virtutis, quando est exercitus dæmonum, Græci dicunt, si diem supremæ expeditionis contra sceleratos, ipsumq; impiorum principem Antichristum dixeris, idem erit sensus. Idem Rex, eadem arma, iudicandi altissimum, profligandorumq; hostium munus, tum eius æterni natales, cum quibus hæret ista maiestas, potestas, canuntur, affentientibus etiam antiquis Hebreis.

Iurauit Dominus & non pœnitabit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedek.

sacerdos. Ecce, vt dixi, recentiores Hebrei, securi suos Midrashim, alij referunt in Abraham, alij in Dauid, magis autem in Dauid. Sacerdotem autem æternum Dauid dicunt propter Saul, qui non semper fuerit. Et sacerdotem, Regem, & principem exponunt: sicut dicuntur filii Dauid fuisse sacerdotes, id est, fecisse eos patrem principes, & maiores. In Melchizedek duos sensus adhibent, vt redundet Iod, remaneat Melchzedek, Rex iustus, vt dicat, Tu es sacerdos semper, secundum verbum, aut consuetudinem Regis iusti, aut propter Regem iustum. Hoc est, Quia Rex iustus es, aut sicut Melchizedek iurauit Dominus, te Regem sempiternum facere, vel secundum Melchizedek, sicut Melchizedek face re sacerdotem, qui fertur sacerdos Altissimi fuisse. At Rabí Salomon exponens de Abra ham, ait eum timuisse, ne poenas lueret, quod tantam hominum cædem in bello fecisset, tunc ei Deum dixisse ne timeret, neque enim ablaturum bonum, quod promisisset. Sacerdotes autem de stirpe eius futuros, & reges, hocq; ei oraculum promittere. Vbi autem exponit de Dauid, iurauit inquit regnum tuū fore sempiternū: de sacerdotio vero exponit. Et quod vñquam, inquit, ex omnibus sacerdotiis fuit maius, sacerdotio Melchizedek: Hoc enim fuit regnum, sacerdotium eius regium, idem Rex & sacerdos. Deinde, quoniam vbi dicitur, Secundum ordinem Melchizedek, Hebraicæ est ρωμαϊνη super ordinem, super morem Melchizedek, locum exponit. Iurauit Dominus fore regnum tuum sempiternum, etiam supra regnum, id est maius, nobilis quā regnum Melchizedech, vt nullā sit ratio cum regno Israël, & illius. Hæc Salomon. Nos igitur accipiētes eorum litteralem interpretationem, sed in illum referentes, in quem totum Psalmum antiquiores Hebrei retulerunt, eos in ceteris, aut veluti sine mēte loquentes, deseremus, aut rationibus reuin cemus. Apparet enim, nisi detorquere à recto verba coneris, hæc de vlo mortali dici non potuisse. Æternū enim imperium non potest esse in homine. Et Dauid, aut Abrahā nunquā sacerdotes fuisse memorantur. Neque verò extorquendum est, vt sacerdotem interpretaris principem tantum: proponit enim exemplum de Melchizedech, qui non solum Rex, sed etiam sacerdos dicitur fuisse. Quod neque Dauid habuit, qui Rex tantum fuit, non etiam sacerdos, neq; Abraham, qui neutrum, nec Rex, nec sacerdos. Versare autem adeò scripturas, vt dicas aut sacerdotes de stirpe futuros, aut quia Rex iustus esset, est eorum qui veritatem refugientes, omnia diuerticula sollicitè scrutantur. Sed horum expressam obscuritatem posthabentes, vñriora ex ipsis Hebreis proponamus: quod recentiores de Dauid iuxta superiores sensus, de Messia intelligētes. Quod, vt dixi, apparet hic ex editione Chaldaica quæ habet, Statuit Dominus, & nō reuocabit ρωμαϊνη αγρον ρωμαϊνη. De anthe, mi thmane, le rabba, le alma de ath, id est, Quod ordinatus vel præfectus sis, vel ordinaberis, præficerisq; in principem saceruli futuri. Principio, æternitatem, & quod in Hebreo dicitur leolam, id est, in sacerulum, interpretatur sacerulum futurum. Deinde quem Hebraicum dixisset sacerdotem, ille principem transtulit, & quem Melchizedech, ipse Regem iustum. Ex quo etiam Rabí Salomone teste, intelligimus hoc sacerdotium secundum Melchizedech esse propriè regnum, imperium, quod Melchizedech fuerit sacerdos, & Rex hierusalem, quæ prius dicebatur Salem: vt qui est sacerdos, secundum rationem qua fuit Melchizedech, habeat regale sacerdotium, qualis est, si parua licet componere magnis, summus sacerdos Christianorum, qui idem, & Rex est, triplici q; corona redimitur. Cæteri Reges venerantur, parentq; ei, cuiusmodi apud gentes fuerunt. Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos. Is est vñus sensus, de sacerdotio secundum rationem Melchizedech. Est, vt vidimus, alias, vt Melchizedech non sit nomen proprium illius sacerdotis, & Regis, sed

A sed duæ appellations, Rex & Iustitia. Nam Melech Hebraicæ, Rex, Zedech, Iustitia, vt si detraxeris iod, vt Hebrei monebant, remaneat Melechzedech, Rex iustus. Tunc erit sensus, Tu es sacerdos in æternum, quia Rex iustus. Nam quod Septuaginta transtulerunt ρωμαϊνη τοξον, secundum ordinem, Hebraicæ est ρωμαϊνη al dibrathi, id est, propterea, quod etiam secundum ordinem, vel morem designat. Hunc sensum etiam Chaldæus est secutus dicens, Princeps futuri saceruli, propter τοξον probitatem, innocentiam vel morem, quia fuisti vi τοξον melekzacai, Rex probus, integer, incorruptus. Sicq; vterq; est probadus, & vterque à nostris propè recipitur, vt sit Christus, & Rex, & sacerdos: aut quia Rex iustus, id est, quod regnum eius, & sacerdotium est sempiternum, est iustissimum. Dicitur enim, vt supérius vidimus, in omni philosophia, filius ille Dei, Rex mundi, dicitur οὐρανός, & propter res sapientissimè creatas. Dicitur autem ρόμπος, lex, quia distribuit, gubernat, regit, sustinet, res naturales, & humanas. Iuxta quam certam scientiam antiquissimi Hebreorum vates dixerunt de eodem, Et erit iustitia cingulum renum eius. Et Psalmus, quem sine controver sia, de Messia intelligunt Hebrei, Virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odi sti iniquitatem. Et cùm ait, Procede, equita super verbo veritatis, & mansueta iustitia, quasi currum eius & equos, vt ibi fuit declaratum, caneret esse veritatem, & iustitiam. Vt autē similitudinem oraculorum agnoscas & ex alio loco, quem de Messia non negant Hebrei, presentem perspicias, sicut in illo Psalmo de ipso Messia dicitur, Dilexisti iustitiam, & odi sti iniquitatem, propterea vñxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae, & benedixit in æternum: sic in isto dixit Chaldæus interpres, Iurauit Dominus, præficere te Regem sempiternum, saceruli futuri, quia fuisti Rex iustus, coluisti iustitiam, iniquitatem es omni odio prosequutus, perfusus hac gratia, ob id te Deus in æternū regno & bonis suis dotauit. Hic autem quoniam iustus es, iurauit Deus, te fore sacerdotem sempiternum. Illic vngitur, hic est sacerdos: sacerdotes autem, & Reges vngabantur. Et Apostoli dicebant: Conquererunt enim verò in ciuitate ista aduersus sanctum puerū tuū i e s v m, quē vñxisti. Illic in æternū benedicitur, hic fit sacerdos, & Rex sempiternus. Illic sèpe dicitur Rex, dicitur solium eius sempiternum, hic sempiternus sacerdos, à Chaldæo princeps sempiternus, aut mundi futuri, qui sempiternus erit, nunquam vt iste mutandus. Illum Psalmum sine villa discordia Hebrei de Messia recipiunt, cur non & istum, cùm sit eadem phrasis, idem dicendi modus, eadem oratio, eadem dictiones, eadem philosophia, vt de eodem expresse dicant. Is igitur sensus quem etiam ab Hebreis mutuamur, Tu es sacerdos in æternum, quia Rex iustus à nostris approbat, qui sciebant Melchizedech sonare Rex iustus, vt sacerdotium secundum Melchizedech, sic sacerdotium regium, tum sacerdotium iustitiae. Tria enim hic sunt Sacerdos, Rex, iustitia. Eadem, vt dixi, in præmonstrato Psalmo, est enim vñctio oleo lætitiae, est Rex absolutè, est sceptrum æquissimum. Prior autem sensus, si rectè pensites, idem est cum isto. Nam Melchizedech fuit sacerdos, & Rex optimus, iustissimus, cuius sacræ litteræ nomen posteritati tradarent, vt qui est sacerdos sicut fuit Melchizedech, sit iustissimus, sit sacerdos Dei altissimi. Interius autem penetrantes, secretiores quoddam sensus inueniemus. Primum sèpe demonstrauimus duos illos in diuinitate celebres, notos etiam priscis seculis. Hoc mysterium ad humanos sensus nunquam venire potuisset, nisi idem ille reuelasset. Quod & Græci admirati obstupuerunt. At hæc, inquit Eusebius, in oratione regia, quomodo mortales nosse potuerunt, quæ aures capere, & tradere aliis, quæ lingua carnea, à carne, & corporibus aliena loqui? Quis ignotum Regem intuitus, has in eo nouit virtutes? Fuit igitur horum vñus interpres, qui per omnia commeat, verbum Dei. Solus quidem ad paternam deitatem adhærens, sed ab se creatis, patris affluentias laxans. Hinc omnibus hominibus Græcis, & barbaris venit sapientia. Hæc & id genus Eusebius admiratus cum multis illius temporis theologis, & ipse, ea quæ tam multa, vt paulò antè ex Platone citauimus, apud Græcos, & exterias nationes de duobus patre & prole inuenirentur. Nūimus igitur ipso aperi, qui prius obscurè reuelante, illum esse quidem Deum, rerum corporearum & incorporearum creatorem, sed habere alterum se maiorem, genitorem suū, cuius ipse simillimus esset, à quo substantiam, & diuinitatem, potestatemq; creandi, autoritatemq; regendi accepit. Nefas enim esse, licet humanè dicatur, diceret Philon, vt pater altissimus veniret in mundum ad res corporeas, voluisse filium dilectum suum esse sibi tāquam ὑπερβολή, magistratum, Angelum. Ideo in antiquis oraculis dicitur Rex à Deo constitutus, vñctus in Regem, factus sacerdos Dei altissimi. Rex quidem vt cui rerum suprema potestas concessa: sacerdos, quia vt Dionysius supremus theologorum tradit, genus huma nus Christus Rex. sacerdos.

num cœlestibus mysteriis initiauit. Ob id vocatus in theologia μυστὴριος, τελέτηρχος, facrum, initiationumq; princeps, ducens ad sacra, mysteriis imbuens. Hęc mysteria, & initatio fuit altissima illa sapientia, & cognitio patris sui, quam detulit ipse de celo. Tum consecratio generis humani, cūm sceleribus expiatos nos in gratiam cum altissimo patre suo redirefecit, & sacros ad eū reduxit. In quo quidē & sacrificiū inclytū, regiū, nobilissimum, stupendum, & preces intercesserunt, quibus sacerdotes vtentes inter Deum, & homines sunt sequestri. Hunc magnificum, veridicūmq; sensum non arbitror Hebræos, præcipue recentiores vidisse. Græci prudentissimè, & simili ferè sensu cum fuisse sacerdotem secundum ordinem Melchizedech, quia similiter atque ille Abrahę obtulerit panem, & vinum Apostolis, & in eis, cunctis hominibus. Idq; sacrificium altissimi fuisse, cūm sublatis oculis in cælum benedixit. Ipse quoq; dicebat. Caro mea verè est cibus, quod Hebraicè cum dixisse arbitror, Caro mea vere est lechem, id est panis. Nam panem omnem cibum appellant Hebræi, sicut Græcè ὄντος, & Latinè est panis à pascendo. Expressè igitur ipse, suam carnem, panem dixit, Hanc obtulit, hanc sacrificauit, sicut Melchizedech. Et, Hic est panis qui de cælo descendit. Et, Panis quem ego dabo. Ideo sicut hoc tempore, sic illo non capiebat obtusa mens Hebræorum quomodo posset dare carnem suam ad māducandum: nūc non capiunt, quomodo Messias sit sacerdos offerens, & consecrans panem & vinum, sicut Melchizedech. Is est etiam sensus Latinorum. Græci addunt quod si cut Melchizedech est ἀγελάθως nūsq; eius traditur generatio: sic natuitatis Christi caruit principio, iuramenti autem ratio, eadem est, atque dicendi. Sicut dixit vt federet, sic iuravit, οὐτεποτε intelligas omnia, validaq; est assertio. Dixerat superius, vt federer, nūc iuravit super æternō regno, & sacerdotio. Ac, vt ait Philon, Deus iurat per seipsum, quia non habet maiorem. Iuravit hic per seipsum. Sæpeq; in sacris litteris inducitur iurasse. Quod autem dixit, Et non pœnitabit, expressa ratio, de David hæc dicta esse non posse, quandoquidem Deum pœnituit sempiternū regnum ei tradidisse, pœnitensq; abstulit. Et Chaldaeū audisti quomodo pœnitere in Deo transtulerit, nimirum reuocare sententiam.

Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.

A d ext r i s . E B R A E 1, superiores illos suos sensus retinentes hæc tum ad bella Abraham, tum ad bella Dauid referunt, vt dicat Deum fuisse defensorem, protectorem, & assistentem. Abraham, bellum contra quatuor Reges gerenti. Aut protexisse Dauid, contra gentes, regesq; pugnantem. Ac Hebraicè dicitur, Dominus יְהוָה aliemineka, super dextera tua. Præpositio Super, sonat etiam propè, iuxta, vt dicat, Propè dexterā tuam, iuxta latus tuū. Dominus iuxta te pugnantem erit, dextera, lēquaq; prosternens hostes. Alij dicunt, vt Rabi Dauid, Super dextera tua, Dominus erit super brachio tuo, ipsum corroborans, indefatigabile reddens, solidans, robustum efficiens. Sensus igitur Hebræorū reiicienes, iuxta superiora hęc quoq; intelligamus. Duo enim de Messia cantunt semper oracula, iustum cum, mansuetum, pacis, & æqui amantem, inducentia, parte alia belligerum, armatū, F cum inimicis depugnantem. Quod, vt sepe diximus, duo respicit, tum hostes illos inuisibilis, tum supremum diem, bellaq; horrida cum impiis, quando cateruas impiorum, certis, vt. **Cōfregite.** Græci dicunt, suppliciis deputabit. Ac nos in nostra lingua, quod Hebræi in sua dicunt interficere, confringere, diceremus iudicare. Sicut quod ait Esaias, Et spiritu labiorum suorū interficiet impium. Nos hanc locutionem omitentes, diceremus, Iudicabit impium, ad magna supplicia deputabit. Est tamen pulcherrima tralatio, dare cædem ori, præcipue ori facro, alicoquo, iudicanti, grauissimas sententias proferenti, sententias veridicas, cum quibus sequitur executio, vt dicta sint tanquam facta. Esaias etiam de eodem dixit, Et percussiet terram virga oris, quo mortiferæ sententiæ, letiferæq; iudicium ostenditur. Illumēs locum Hebræi, & Chaldaeus de Messia citra controueriam interpretatur. Cur & hic simile sermonem non agnoscunt? Itaque apertè assentientibus Græcis prædictitur hoc oraculo, supremæ diei bellum, & iudicium, quando, **Ductores ante seueri**

Indicis ora tremunt, pauidosque astare tyrannos,

Cernemus scelerumque omnes immania pendent.

Supplicia, qst alios scellentibus inferet aulis.

Prædictiturq; apertè quod à Sibyllis quoq; est decantatum, hunc Regem de quo tot, tantaq; oracula canuntur, venturum aliquando cum tota regni sui maiestate, tanquam iudicem

A cem, formidabilemq; dictatorem, reges terrestres maximum omnium regum euertentem à cuius conspectu fugere omnes, latebras quærentes, conabuntur. Nam Erythræa non securus, atque hoc carmen, clare:

Hέγαι δὲ θηβαῖος δὲ βασιλεὺς ἡπαρτε.

Cuncti aderunt Reges diuinum ante tribunal.

Sic quod Hebræus vates dixit de cæde regum, & iudicio, Sibylla quod ante tribunal iudicandi reges adducentur. Hæc enim erit eorū cedes. Ideo vocatur dies ille, dies furoris, dies iræ. Quod & Sibylla prædictit apertè, canens ad alia furoris, & iræ indicia fore.

Σαλπίγξ εἰσόδει φωνὴν πολύθρων ἀφίσαι.

Ωρύκαι τὸ μέλλον, καὶ δὴ πήματα κόσμους.

Luctificasque tuba ingeminabit ab æthere voces,

Exululans ventura mala, supremaq; secula.

Hæc erit confractio, mactatio, concussio præcipue regum. Venite, inquit Ioannes in Reuelatione, congregamini aues cæli ad deuorandas carnes principum, ac regum. Quod autem tribuit hoc Dō, vt Deus qui à dextris eius erit, confringat, secundum illam, quam saepe dixi, scientiam locutus est, & vt Apostoli loquebantur, I E S V M Nazarenū virum approbatum à Deo in omnibus virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per illū in medio vestri. Hæc Petrus ad plebem. Sicut Deus fecit per illum signa, & sicut fuit vir approbatus à Deo, sic per eum in die furoris sui, prosternet, confringer, delebitq; reges.

B Et de eo Petrus voluit alio in Psalmo dixisse Dauid, Quoniam à dextris est mihi, ne commouear. En nunc à dextris fore dicitur ei Dominus. Quæ locutio est hæc, vt si ēs v-s erat Deus, Dei filius, sicut ipſi nos docuerunt, dicere eum virum approbatum à Deo quasi de mortali aliquo hoc dicerent? Sic locuti sunt etiam Prophetæ, iidemq; Apostoli dixerunt, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorū, glorificauit filium suum I E S V M, quem Deus fuscitauit à mortuis. Et, Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersum sanctum puerum tuum I E S V M, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus. Quibus locutionibus ipſe etiam I E S V S Christus vſus est, tribuens omnia patri suo Dō, cuius est propriè, & primo diuinitas. Hoc loquendi genus ludificat cum primis imperitos Hebræos, putantes Messiam fore merum hominem, videntes cum in Psalmis, & scripturis sapientiam tanquam hominem, tanquam subditum, obsequētemq; Deo, mandatisq; eius parentē, introduci. Arreptaq; hac opinione, testimonia de diuinitate eius, omnibus modis depravant. At Apostoli iidem doctissimi Hebræorum, vt à spiritu diuino edocti, antea idiota, litterarumq; imperiti, vtrunq;, sicut & priores Prophetæ in eo intellexerunt, & tradiderunt nobis. Tradiderunt, inquam, altissimam quandam, arcanamq; sapientiam, esse in diuinitate duos, alterum patrem, magnum, priorem, alterum ab illo cuncta nanciscantem. Loquebantur Prophetæ Messiā esse tanquā hominē, confirmatū à Deo in bello, dante ei vim, & potestatem, imperium, & pro eo depugnante. Parte alia apud eos audis, Ego hodie genui te. Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, Ante luciferum genui

C Cte. Omnia melius ab antiquoribus Hebræis, quām posterioribus cognita. Chaldaeus ergo hoc loco dixit σκινθα, diuinitas, maiestas Domini à dextera tua est. Sicut ipſe dixit, Data est mihi omnis potestas. Hac data potestate, & maiestate, reges confringet, præcipueq; regum impiorum principem humani generis mōstrum Antichristum, totaq; ab origine mundi regum, ac principum seriem iudicabit, vt qui iudicat reges, sit ipſe rex regum, super quem continebunt reges os suum. Gentes cum, & populi deprecabuntur. Prædicti autem futura, locutionibus rerum præteritarum, etiam Hebrei confitentur.

Diuinitas.

Præterita, pro futuris.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.

C Cc. E quod superius erat per præteritum nunc per futurū. Iudicabit: rursum reuertitur ad præteritum, Conquassabit, Hebraicè enim γνω machaz, conquassavit, confrerit. paulò pōst Bibet, exaltabit caput. Quæ temporum varietas declarat, non tam rationem vaticinij hanc esse, quām locutionis, & linguæ Hebraicæ proprietatem, tum poeticam rem, sicut apud nostros, *Præsitque iacentem.*

Egregia interea coniux arma omnia tecūs,

Euomet, & fidum capiti subduxerat ensem.

Quid mororūrrumpunt thalamos: comes additur una,

Hortator scelerum Acolides. Dij talia Graeciis

Instaurate, pio si pœnas ore reponso.

Hic triplex est super eadem re tempus, præsens, plusquam perfectum, præteritum. Eleganter factum. Subita quoque conuersio ad Deos, sermonisq; mutatio, elegans est, & crebro in sacro quoque poëmate reperta. Hoc quoque loco palam fit, idem esse confringere, & iudicare nationes, & reges. Quod enim antea dixit, Confregit, nunc iudicabit. Perspectifissimè autem locus iste neque de Abraham, neque de David esse potest, Nam Chaldaeus, pro Hebraico Iudicabit, posuit. *אַתָּה נְבָנֵי אֶרְאָנָה תְּמִימָה אֲלֵיכָם מְאֹמָן* it manaledaian al amamaia, id est, Constitutus est iudex super populis, aut ad iudicandum populos. Quod diuinum, & clarum vaticinium est de Christo, qui constitutus est iudex viuorum ac mortuorum; vt totus psalmus sibi bene consentiat. Simili modo vaticinata est, nihil ab Hebreo propheta discrepans Sibylla, carmen inchoans,

Ιδράσαι γέρονθον, κρίστως σημεῖον θέτεις

Ηγετόνθεν βασιλεὺς ἀπώσιν δὲ μέλαν

Σαρκα παρὸν πάσους κρίνων ἀπάντα.

Iudicet ad signum, tellus sudabit Olympo

Defenderet rex, & seclum regnabit in omne,

Indicit ut præsens omnem carnem, populumque.

Hebreus dicit, Iudicabit in nationibus, Græcè τοῖς ἔθνοις, in gentibus, sicut Hebrei, goim, Chaldaeus populos, Sibylla, omnem carnem, omnem mundum, & sicut psalmus, antea reges, sic illa duces ante tribunal. Et Sibylla de quo hæc diceret, occulta quædam sapientia, & quasi Cabalistica ratione demonstrauit, si incipiens à prima littera primi versus, usque in finem totius carminis, semper primat cuiusque versus accipias, videbis fieri. *Ἐγενόμη θεός, σωτήρ, σῶμα, id est, Iesus, Christus Dei filius, seruator, crux.* Hunc prædictum venturum ad iudicandum omnem carnem, omnem mundum. Et Chaldaeus ait, eum constitutum iudicem super populos; Hebraicè, super nationes. Eundemque necesse est Hebreum Vatem spectasse, atque Sibyllam. Vtque per futurum loquitur: iste, Iudicabit illa, Veniet ad iudicandum. Illa regem æternum venturum, Iesum Christum, Seruatorem, Dei filium. Hebreus hæc quidem, sed profundiore quadam ratione. Rex enim & Christus, id est vincens, apud eum, quia secundum rationem Melkizedek, qui & rex, & sacerdos fuit. In vtroq; vncio. Et Chaldaeus eum dixit Raba, principem, regem seculi futuri. Ecce rex, ecce vincens: Dei autem filius, quia ex utero, ante luciferum genuit eum. Seruator autem, quia in die expeditionis, & bellii splendores sancti, & populus eius charus, & grec voluntarius cum eo. Nam & nos canimus, Ecce Dominus veniet, & cū eo sanctorum millia. Horum est Seruator. Propter hos misit pater virgā virtutis suę. Crux, autem, quia forte hæc est virga, is baculus, hoc lignum, missum ex Sion, & erectum in monte Sion, signum iudicii, quo confacti sunt hostes tartarei. Idem signum erit in cælo, quo scelerati, & impii pudibundi, fugient, qui clementiam Domini sui admirari noluntur. Et crux à Constantino ad similitudinem eius quam viderat in nubibus, facta erat ἡχθόνη δόρυ hasta ex celsa, vt ait Eusebius. Hasta, & virga idem. Sicq; palæ est eadem ab Hebreo, & Sibylla decata, præsumta. Sed Hebreo Hebraicis tropis vtente, & nescio quibus arcans modis loquente Sibylla. Græcè oracula fundente, & more nostro dicente clarius, & apertius. Lingua enim Græcorum antiquissimo illo tempore, toto penè in Oriente floruit. Quod autem dicit, Implebit ruinas, error Latini fuit interpretis. Nā Sept. iuxta Hebraicū bene transtulerunt. Vt enim Latinè, sic Græcè αἴσθησις, οὐδεμια, cadauer. Et hoc loco est πληρόσις οὐδεμια, implebit cadauer, vel cadaueribus: Hebraicè ἥματα male gheuioth. Gheuioth cadauerata sunt. Et Chaldaeus transtulit explicans, Implebit terram ἥματα οὐδεμια, cadaueribus impiorum occisorum. Vides quæ cadauerata, & quorum. Hi sunt, vel erunt qui ducem Antichristum cum infinitis copiis sequentur. Tum sunt omnes, quos diuina sententia, secunda morte, quod Ioannes in Apocalypsi sape, interficiet. Ideo fert gladium ore, ex vtraque parte acutum, vt in ipso percutiat gentes. Gentes apud Ioannem percussæ gladio, oris hic terra plena cadaueribus, quo tum cædes, vt dixi, impiorum, tum vniuersale iudicium designatur. Ideo Ioannes gladium non in manibus, sed in ore dixit. Eadem figura apud eum, & apud David. Quam cædem, quem gladium sentis in Apocalypsi, hic item sentias. Atque is sensus est, qualem expressit Laetantius de rebus nouissimi illius temporis scribens. Et videbūt campos cadaueribus operatos. Vides has esse Hebraicas quidē figuræ, fed

A sed naturales tamen, Interfectæ gentes apud Ioannem, sunt iudicatae, deputatae ad æternam funera, ad supplicia, ad tartarum: sic apud David, cadauera per totam terram, eadem figura, iudicatae gentes, & sententiis letalibus interfectæ. Quoniam autem Hier. in Psalterio Hebraico transtulit, Implebit valles, ratio huius varietatis fuit, quod simillime sunt inter se haæ duas voces ἥματα Gheuioth, & ἥματα gheuioth, primum cadauera, secundum valles, à singulari νῦν Hieron, ergo omnino legit postremum, arbitror q; cum, vt sæpe solet, Symmachum secutum. Et vtraq; lectio defendi potest, licet & Chaldaeus, & omnes Hebrei, Sept. quoque legant potius cadauera: ruinas autem nulla ratione dicendum est. Quod autem ait, Conquassabit capita in terra multorum, est ἥματα rabba, multa, vt referantur ad terram. Conquassabit caput in terra multa. Et Hieronymus, Percussit caput in terra multa, est tam sensus idem. Nam Rabi David dicit, caput, & multum, esse nomina multititudinis, quæ si multa capita, per omnem terram. Et rabba propriè sonat multum, valde, copiose, vt dicat, conquassabit caput in terra, plurimum, id est plurima capita, in plurima terra. Et Chaldaeus, qui obscuriora Hebraica facit clariora, sic verit, Conquassabit capita regum super terram, multorum simul. Multitudinem capitum, retulit ad capita regum, sicut superius, Ioannesq; hunc locum inuenire palam est, cùm in Apocalypsi scribit, Et vidi bestiæ, & reges terræ, & exercitus eorum, congregatos ad faciendum prælium cum illo qui se debat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea, pseudopropheta, & qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerūt imaginē eius. Viui missi sunt hi duo in stagnū ignis ardentes, & sulphuris. Et certi occisi sunt in gladio sedētis super equo, qui procedit de ore eius, & omnes aues saturatae sunt carnibus corū. Hæc apud eū. Itaq; & Thedoritus ait hoc loco, σαφέτερον εἰταῦτα τὰ ρύπαν ἐδίλασε. Claret, & perspicuè hic iudicium significauit, & vt illo tempore, impiè quibus vivere libuisse, omnigenis suppliciis deputabit. Tametsi putat Chrysostomus hanc vindictā de his dictā, qui persecuti essent Apostolos, & sanctos. Non defuerant Hebrei, qui cesserent, In terra Rabba, designari Rabat in terra Moab urbem regiam, hodie quoq; superstitem, ad quam David depugnauerit. Nulla ratione probandus sensus.

De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

Thæc duo sensus sunt, quem verba prætendunt, & aliis quem allegoricè, vel figuratè possint verba abscondere. Prior est iuxta Hebreos, tantam occisorum fore cædem, tantum ubique sanguinis, vt torrentes sanguine decurrant, & ex torrentibus sanguis spumantibus figuratè dicat eum bibiturum.

-Bella horrida bella,

Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.

-Inundant sanguine fossæ.

Hæc quoque tanta cædes, per aliam figuram, designabit iudicium vniuersale, multorumq; impiorum interitum sempiternum. Salomon longinquiores sensus, & Auen Esra excogitarunt. Prior quod torrens is sit Nilus, qui per terram Ægypti decurrat, super eo gloriarū Regem Ægypti: contra hunc autem tam superbū, & tumidū populū Israël, qui genus ab Abraham ducret, præualitū. Parte alia bellū exponit, quod ex stirpe David, Ezechiël gessit contra Senekerib, quando Angelus Domini centum octoginta millia interfecit in castris Assyriorum. Gloriatum autem Regem fuisse bibiturum exercitū suū de Iotdane, eoq; exaltasse caput. Auen Esra vero, adēd paucore afficiendos inimicos David, vt siti cōfecti de torrentibus suis necessariò bibant, quale Darius Rex Persarum fugiens Alexandrum. Vel tantum illi copiarum futurū, vt fontibus non sufficienibus, ad torrentes accurrit, idēd exaltabit caput: quod habeat exercitū, aut quod eūt ad bellum, demittent torrentes aquam, vt bibat exercitus. Hec & id genus cōminiscitur. Verior igitur sensus, est prior ille Rabi David, qui posterior fuit Salomone & Auen Esra. Sapere autem iunioribus occurrit aliquid melius, quod antiquiores videre non potuerint. Et sensus illi palam ascititi sunt. Sanguinem autem occisorum bibi, sape dicitur in his litteris. Græci autem nonnulli dicunt adēd vilem rationem viuendi Christum secuturum, vt etiam de torrente bibat. Hesychius allegoricè, quod & Nicolaus, putat torrentem, magnitudinem temptationum, & vexationum appellatam, & hanc eum in via, hoc est in tota vita, quæ via dicitur, bibisse. Assentitur huic sensui Euthymius. Augustinus propè similiter, torrentem vitam mortalem, hæc cum bibisse, vixisse, expertum esse. Chaldaeus vero locum

Torrens,
sanguis
hosti.
Cross.
Doctrina.

transtulit, Ex ore Prophetarum in via, doctrinam accipiet, propterea, exaltabit caput. Ecce torrentem doctrinam sanctam, & celestem interpretatus est, quia Christus ex ore Prophetarum tradiderit mundo, proferens scilicet in medio, quae per Psalmos, per Prophetas, per Mosen, de se dici fecisset. Et in Synagoga leitus est Esaias, & ex eo, Christum se illum esse probauit, quem Propheta praedixisset. Tribus igitur sensibus torres exponitur ad litteram ut sit torrens sanguinis: Anagogie & sit, vel torrens vexationum, vel doctrina exuberans. Qui quidem omnes mihi probantur. Nam & Hebreus Ionathas, qui transtulit Chaldaicè allegoriam subesse putauit. Exaltare autem caput, clarum est, unoq; sensu à cunctis accipitur. Exaltabit enim nomen suum, quia supremo illo die, cognoscetur Rex regum, Dominus dominantium, Antichristo maiestati sua aduersante, & Regibus impiis sequacibus eius interemptis. Solusq; ipse adorabitur, solus esse Deus etiam à Iudeis cognoscetur. Ideo dixit Sibylla.

Aspiceretque Deum credens, incredulus omnis.

Et videbunt, qui eum pupugerunt: Videbunt eum diuina virtute, splendoreq; præditum, videbunt obsequentes Angelos. Ideo exaltabit caput, dictus, & assertus ab omnibus à principio usque in finem mundi hominibus, Deus. Nulla supererit dubitatio. Veniet enim non qualis prius humilis, forma seruili, dissimilans diuinitatem, sed in tota maiestate sua, & claritate: omnes aderunt intuentes, stupentes, trementes tantum numen. Non est autem Exaltavit, sed Exaltabit. Hebraicè, & Græcè οὐ πάστι.

PSALMI CXXXVIII. EXPLANATIO.

Vita, ange-
licè, próxi-
Nazach.
Psalmi.
Hymni.

ITIVLVS Psalmi communis ferè cum ceteris omnibus, quos non pro acceptis beneficiis, quasi gratiarū actiones edidit Propheta, sed ad cōmemorationē potestentia, bonitatisq; diuinæ. Nam cū Psalmi sint tanquā Odæ sacre, atq; hymni, qui in laudē celestium cōponebātur, vt variis ex causis canebarū, sic variabant subiectū. Nōnulli pro acceptis beneficiis, victoria parta, profigatis hostibus canebantur: alij ex consideratione rerū diuinarū, quæ cōtēplanti Propheta cū mirabilis viderentur, eas carmine comprehendens, celebrabat, idemq; ceteros factitare iubebat. Nullum est enim vitæ genus laudabilius, nullum quod proprius ad vitam Angelorum accedat, quā deo factisq; mirabilibus eius cogitare, & semper loqui, vt rara sit ceteris de rebus cogitatio, atque locutio: huc animus semper configiat, non tanquam absoluti Philosophi, sed quemadmodum sanctissimi illi viri, Deiq; amore flagrantissimi. Quem cū ardentissimè amarent, in eius semper commemoratione, laudibusq; versabantur. Is igitur Psalmus ex his est, qui contemplatur, ac de potentia maiestateq; diuinæ philosophantur. Ideoq; titulum habet simplicem, ρωμανη λαμπαζαχ, le David, mismor, hoc est, Iubilantis, triumphantisq; Dauid oda, seu carmen, sive hymnus. Reddidimus autem in ceteris psalmis rationem, cur omnibus ferè psalmis, duo autores præfigantur, cum articulo casus genitiui, menazeach, & Dauid. Quibus addito, fit casus dignandi. Diximusq; Dauid compositorem Psalmi fuisse, Mnazeach cantor. Nā Nazach præter ceteras significationes, significat cancre, πραγματει. Ideo Chaldaeus interpres, cuius translatio apud Hebraeos grauissimæ est autoritatis, ac propter vetustatem valde fideliter transfert linguam, sensusq; Hebraicos, semper hanc vocem interpretatur, tusbachta, pœanisnum, exultationem. Addimus autem hoc loco, ac dicimus fieri posse, vt Mnazeach non sit alius à Dauid, sed epitheton eius, vt dicat, Iubilantis Dauid carmen. Perinde si quis Græcè diceret, τὸ δύνατος τὸ δύπλιον. Nam repetitionem articuli omnis ferè lingua usurpat. Italicè dicitur, Il victoriose Re, il Re Mathia. Sic Hebraicè fortè intelligi debet, canentis, exultantisq; Dauid, cum articulo. Psalmus autem apud Græcos, vt ex scriptoribus Græcis appareret, est quidem carmen, sed lascivium, vt videre sæpe est apud Plutarchum. Hymni potius dicuntur, qui in honorem Dei canuntur. Sed ab his quæ iam recepta sunt, non est facile discedendum, nisi res grauioris momenti sit. Diximus item philosophari, aut theologari eos Psalmos, quibus titulus tantum, non etiam argumentum præfigatur. Igitur, & is Psalmus carer argumento: theologatur autem altissimè de sapientia, profunditateq; scientiæ diuinæ. Est quoq; in hoc Psalmo maxima ab Hebraica veritate discrepantia, vt difficillimè cum putem posse intelligi, nisi collatis diligenter codicibus Hebraeorum, & illustrata translatione Septuaginta,

Aginta, quæ quidem à Græcis toto veteri testamento, ceteris interpretibus collatis, solet sive declarari, sive corrigi, vt nostræ in Pentateuchum reliquosq; libros, annotationes ostendunt. Nos ergo accurate veritatem Hebraicam, sensusq; vertiores elicere conati, significations verborum, & vim sententiarum exprimemus.

D Omine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

RIMVM sciendū est, clarius haberi Hebraicè quām Græcè, clarius Græcè, quā Latinè, hoc quod dicit, Probasti me, Hebraicè ην ιπ̄η inuestigasti me, sicut verit Hieronymus: sive, scrutatus es me. Ac propriè hoc verbū, vt tradunt Hebrei, & vt obseruare licet in scripturis, designat quod Græcè μέλαθη. Ac de his appositè dicitur, quæ nō videtur, tacitūq; corporeū, sensumq; omnī effugiunt, & quorū est inuisibilis facies, vt ad eā sola cogitatione penetrari possit. Dico autē formas quasdam inuisibilis, corporea substantia qualitateq; nudatas, virtute harū formarū vidēdarū, ante omnes spiritus, omnes animos generatim: mirabiliterq; pollet Deus, vt ipse vñus inuisitato quodā, atq; infinito genere sapientiæ videat omnia, quæ à ceteris corporeis & incorporeis animis videntur: sed rursum alia, quæ à nullo Angelorū vel maximo ac sapientissimo cognosci possint. Atq; hæc quidē infinita esse dicendum est, quæ latent in arcans atq; abditissimis antris sapientiæ vastæ, & immensæ. Ex his autem duo genera tantum nominari fortasse possunt, cetera in suis tenebris incognita, & innominata manent. Dico scientiam cogitationum, ac prouidetiam rerum futurarum. Hæc, inquam, duo ex immenso aceruo rerum earum, quæ sciuntur à Deo, à nullis spiritibus sciuntur, his à nobis appellationibus proferuntur, ac nominantur, in quibus, vt dixi, solus Deus dominatur, nec aliud intellectus qui videre inuisibilis illas formas præter ipsum possit. Cogitationes formæ sunt internæ, abditissimæ, ab omni oculo corporeo & incorporeo remotissimæ, quas tamen videt tam facile Deus, quām facile noster oculus obiectam molem. Res autem futurae, formæ quadam sunt longè inuisibiliores, vt dubium sit, an formæ possint appellari, cū nondum existant. Atque longè est mirabilissimum scire quod nullam habeat subsistentiam, quod in causis suis sit abstrusum. Tanta igitur est, tam prodigiosa hæc vtraque cognitio, vt solius Dei sit, à ceteris autē animis non eorū virtute, sed reuelatione diuina aliquando possidetur. Neque tamen semper neque vniuersum. Merito igitur sapientissimus Vates exclamauit, carmen inchoans, *Proba-*
cogno.-
me.

Deus, scrutatus es, inuestigasti me, & cognouisti. Simul ac in me oculos tuos conuertisti, cognouisti quicquid in me esset. Nulla res arcana in me fuit, quam tu perceptam, exploratamq; non habueris. Prædicatur igitur hæc Dei virtus tanquam præcipua, ac peculiaris illius, ac propria. Id quo ceteris locis idem Poëta facit, vt cū dicit, Scrutans renes & corda. Huius facultatis ac potentia, vt mirabilissima est, sic nullam possunt mortales credere rationem, quomodo, inquam, animos nostros adeat, inspiciatq; Deus, quo accessu subeat aspiratq; intacto carneo velamine, ad sedem mentis, eamq; cogitantem aspiciat, cū animus etiam sit inuisibilis, & inscrutabilis. Declarat igitur hoc, apertissimeque testatur mirabilissimam Dei pótentiam, immensamq; spiritus eius lucem, ac profunditatem, & infinitam sapientiam, quam nulla res exilis, atque abstrusa, subterfugiat. Quantu[m] autem sunt motus, quibus animi ad mouenda corpora incitat. Qui quidem motus atq; eorum causæ prius in animo generatur. Aut enim sedemus, aut surgimus, aut incedimus, aut recumbimus. Hisq; quatuor motibus omnes actiones distribuuntur, omnēsq; ad eos cogitationes diriguntur. Sedemus igitur, aut surgimus, aliqua nos prius cogitatione mouete. Nullaq; ferè est cogitatio, quæ non ad hos corporis motus pertineat. Principiūq; vt surgas, est obiecta animo tuo res, impellens illū, vt corpus excitet, ad ea quæ destinasset. Hæc igitur principia, & causas istorū motū notas esse Deo prædictat. Neque enim aliud innuit cū sessionem, excitationēque meminit, id est principia horum motuum ac cogitationes ipsas. Nam motus ipsi corporei, etiam hominibus sunt noti. Quare autem moueat homo, solus habet Deus, qui voluntates omnium videt, exploratum. Quam rem si mortales attenderent, multas absurdas nefariásque à se cogitationes reiicerent. Sed quid facies, quando ne facta quidem turpia, sub oculis diuinæ maiestatis, & hominibus aspiciens, erubescimus perpetrare?

Intellexisti cogitationes meas de longe.

D

De longe.

Xplicat quod proposuit, sed addit quod hanc diuinā potestatē magis ostendat. Ac quod dicit de longe, duobus modis potest intelligi: Aut de cælo, & è loco remotissimo: aut à remotissimo tempore. Nā primū potest esse quale in superiori Psalmo dixit, Et alta à longe cognoscit. Quod Hebrei interpretatur, è cælo. Secundū item aliquot Hebrei proponunt. Intelligit ergo Deus nō solum res occultissimās, maximeq; inuisibilēs, sed etiam in temporibus gerit: nec solū quæ palam geruntur, gerenturq; sed etiam quæ cogitantur, ac cogitabuntur. Quod clarissimum primæ ac sempernæ diuinitatis est testimoniū. Cognitioq; rerum futurarum, & earum quæ ex humano ingenio, quod mutabilissimum est, nascuntur, adeo solius Dei est, vt hoc apud prophetas maiestatis suæ velit esse argumentum. Apud Esaiam indefessa voce, rerum futurarum scientiam, sed remotissimatum à suo, præsenti, præbet Deus argumentū suæ magnitudinis. Afferre, inquit, de idolis & Diis simulatis, si quid fortè habetis, dixit Rex Iacob. Accedant, & nuntient vobis quæ ventura sunt. Quæ ventura sunt, indicate nobis. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos. Et paulò pōst: Quæ prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoque ego annuntio. Antequam orientur, audita faciam. Hæc apud Esaiam à Deo in testimoniu diuinitatis suæ dicuntur. Ac duplices sunt res quæ prouideri possunt, naturales, atque humanæ. Naturales in vniuersum constantissimæ sunt, singulæ variabiles. Humanæ vnde quaque mutabiles, vt quæ principium habent volubilissimum, mentem humanam, qua nihil ferè est mutabilius. Res naturales aliqua ex parte prouideri ab omnibus possunt: singulae autem & in particulari, inexplicabiles sunt, longè inuolitiones res humanæ. Vt ræq; aut tam humanæ, quām naturales à suis effectibus remotæ, omnino sunt hominibus incognitæ, & inexplicabiles. Longè autem inexplicabiliores, si sunt remotissimæ. Hæc tamen sciuntur à Deo. Neque vero ausim ego afflere hanc rerum longinquierum cognitionem esse in Deo, propter ideas illius mente comprehensas. Cum hæ quoque cognitiones sint diuinæ, nihil à cogitationibus, nisi nomine, differentes. Siquidem Idea Græcæ forma inuisibilis dicitur. *ἰδεαὶ γεγάντων* malorum formas ait Thucydides: & de ideis scribēdi tractat Hermogenes. Sunt enim, quemadmodum ait Galenus ex sententia Stoicorum, *ἰδεαὶ γεγάντων*, id est cogitationes. Quare qui dicat Deum cognoscere per ideas, videtur dicere, Deum cognoscere per cogitationes. Nullaq; affert causam. Minus ausim dicere, idcirco à Deo omnia cognosci, quia sit causa omniū rerū, quæ quoquomodo gerantur. Non enim autor malorum est Deus. Neque idcirco prospexit lapsum Adæ, quia causa fuit: aut castum Angelorum, quia cerneret quid esset ipse aliquando facturus: sed prospiciebat, vt ab illis facienda. Quare ratio istius cogitationis videtur incomprehensibilis, & inexplicabilis. Ac perinde naturalem omnium prouidentiarum rerum Deus habet facultatem, quemadmodum debilem quandam ac exiguum prouidentiam habet homo. Utq; infinite est iustitia sanctitasq; diuina tum per se, tum si hæc in hominibus respicias: sic prouidentiam quandam naturalem comitantem ab æterno, spiritus sui magnitudinem eum habere putandum est. Mens est altissima, vasta, amplectens omnia. Homines autem perspicitūt minimè corum quæ prospiciunt ipsi autores, aut quod idæ animis eorum insidente. Nouit igitur Deus omnium rerum naturas, nihilq; est quod nō habeat in numerato. Et vt homo rem à propinquo tempore prospicit, eaq; facultas maior ac minor est inter mortales: sic Deus cùm sit mens maxima, ab æternitate in alteram prospicit æternitatem. Prospicit autem quæ à se, quæ ab hominibus, quæq; ab omnibus sicut causis, quibus ipse dedit vim faciendi. Prospicit autem quandam infinita ac sibi naturali prouidentia, incommemorabilisq; solertia: vt tanto precedat humanam prouidentiam illa diuina, quanto, & fortitudine, & cōfilio, & sapientia, & virtute ipse est homine superior. Quod si altero modo placuerit intelligere locum, de longe, id est è cælo, quo non est à terris remotior locus, id quoque mirabilissimum est, maximumq; diuinæ scientiæ testimoniū. Nam id quoque prorsus est incredibile, maximeq; stuperendum, vt cùm Deus, cuius statio longius distat à terris quām ortus ab occasu, ibi tamen consistens, vt omnium gentium, vetustissimorumq; hominum, vt ait Aristoteles, est

con-

A confensus, videat quicquid geritur cælo, & terris. Non solum veluti sol omnes gentes & vrbes aspiciens, sed etiam quæ tenebris opacis sepulta iacent, quæq; à summa terrarum facie altissimè recedunt, quod nequit aspirare Sol. Nec solum hæc ipsa, sed quædam longe plura nobis mortalibus incognita, quæ in cælo, qui locus in immensum superat spatum terrarum, fieri par est, quod vult oculos diuinos extendens. Ac quanquam sit ab omnibus remotissimus, sedem enim habet celsissimam, perinde tamen omnia cernit, ac si præsens sit. Ac videbatur pariter mirabile ipsi Prophetæ, vt qui in oriente esset, videret quæ fierent in occasu: atque Deus regnās in altissima regione, videat subiectas terras: & adeo videat, vt vñq; ad inuisibiles cogitationes penetreret. Merito igitur clamauerunt veteres Poëtae, Deum ire per omnes, terrasque, tractusque maris, cælumque profundum. Nec alienum est, vt veritas fiat illustrior, proponere quid magnus vir Aristoteles, super hac re locutus fuerit, quomodo Deus in cœlesti sede positus, adsit in omni loco, cuncta videns atque exaudiens, sicut Orpheus in hymnis suis:

Πλὴρ' ἐφορεύεσθαι πάντας, καὶ περιτράπερα τελεῖσθαι, id est,
καὶ μητέρας, καὶ κυρίας, καὶ κυρίας τερατῶν, id est,

Aristoteles igitur in libro de mundo, ait, vetustam esse famam, à Deo, & per Deum cuncta extitisse, cuius auxilio destituta, nulla natura possit consistere. Hinc quosdam eosque progressos, vt dicent, Dei omnia esse plena, qui ob oculos, ob aures nobis occurat: quam ascensionem non de substantia, sed vi ac facultate diuina, dicit idem esse veram. Esse enim

B Deum seruatorem genitorēisque omnium rerum, non quod laborem perinde atque animalia suscipiat, sed indefessa virtute ac facultate in eis instituendis, ac creandis vtatur, qua

vel remotissima euincat. Supremā igitur celsissimāq; sedem ipsum natura sua possidisse, indéque summū solere à Poëtis nuncupari, inq; altissimo vertice totius cæli, vt Poëtarum Dei sedes, princeps ait, consistere. Maxime autem bonitatis eius esse particeps proximum illi corpus, cetera post illud deinceps, vsque in nostra loca. Hinc res terrestres, quia sint ab eo remotissimæ, fluxas esse, ac debiles, plenāsque turbationis. Quatenus igitur per omnia penetrat diuinitas, hoc propiores, longinquierēs, tum nostre res, tum quæ supra nos existunt, magis minūs illa summa bonitate solere frui. Itaque melius esse, ipsi q; Deo cōgruentius arbitrari, potestatem eius in cælo consistentem, omnia vel quām distantissima conseruare, quām per omnia, & quo neque decorū Deo sit penetrantē, res terrestres procreare. Id ne principibus quidam humanis esse decorum, vt omnia operi promiscuo, ac vulgari ipsi intersint. Exemplum de Dario vel Xerxe summis regibus Persarum: Ipse enim rex tanquam ratio Susis aut Ecbatanis sedet, omnibus inuisibilis, admirabilem aurōque & electro &

Ἄβιδος χοροῦ. Ecbatano rum vrbis mediae sol.

C loco. Quare qui dicunt, Deum vbique esse per præsentiam, per potentiam, per prouidentiam, non videntur quicquam dicere distinctum. Nam si adest per potentiam, vtique & per præsentiam, ac prouidentiam. Ac præsentia illa non substantia est, sed potentia, tanquam radiorum, tanquam lucis ab eo manantis, omniāque impletis. Hoc est quod dicitur à nostro, Deum è summo vertice mundi videre vniuersa, etiam inuisibiles cogitationes. Cum quo mirabiliter concordat Homerus, interdum appellans Deū *ὕπατον*, id est, supremum, regnante in *ὕπατρα κορυφῇ* celsissimo vertice cæli, interdum *εὐπότα*, id est latissimè cernētem: nostro autem à longe dicente Deum videre voluntates humanas, vt illi certā sedem in cælo, oculum autem siue prudentiam, terras attingentem, & vsque in corda humana penetrantem, adscribat. Hoc loco admoneo dissentire Hebreos à diuino Hieronymo, qui in suo Psalterio transtulit, Intellexisti malum meum de longe, pro eo quod transtulerunt Septuaginta, Cogitationes meas de longe. Cuius varietatis hæc causa est. Malum Hebraicè dicitur *וְרָה*, cogitatio *וְרָה*. Vtraque vox addita Iod rehi, signat malum meum, vel cogitationem meam. Sed quando per seuā scribitur, malum meum designat. Quando per zere, cogitationem meam. Consentientque omnes interpretes Hebrei, declarare hanc vocationem cogitationem, ponentes loco eius *וְרָה* machshe vathi, quæ clare significat, cogitationem meam. Quamobrem hoc loco magis sequi debemus editionē Septuaginta, quām quod vertit Hieronymus. Neque enim hæc dicentes, autorem sandissimum reprehendi-

PPP iiiij

mus, ut nuper quidam, ut sc̄ defendarent, nos criminati sunt. Nam proposito quid sit in fonte, debent editiones illustrari, quod neque dissentire est, neque reprehendere.

Semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.

Funiculus. Ecce R E N D V M hoc quoque loco ad fontem, ne translatio sensu sit impedimentum. Pro funiculo Hebraicè est γένιον quod Hebræi concorditer significare dicuntur γένεσις, accubationem meam. Quod prodit Rabi Moses, eumque sequitur Abraham & David. Hieronymus item vertit, accubationem. Septuaginta verterunt σχοῖνος, quam vocem interpres Latinus, quisquis fuit, non rectè vertit, funiculum, nec assequutus est mentem interpretum. Minus etiam illi qui eam reddiderunt, directionem. Diuus item Hilarius, qui ait hanc vocem significare certum itineris spatum, verum quidē dixit, sed non quod ponitur hoc loco. Ergo σχοῖνος, vt ait Suidas, duo in summum declarat, μέτρον προσφυγῆς, mensuram quandam in agricultura, quam significationem Latinus est sequutus: tum dicit idē, σχοῖνος ἡ φύλαξ, schoenus storea est, siue cubile, & quod à Græcis dicitur χερνίνη, id est humi cubatio: quamobrem non recesserunt Septuaginta à significatione vocis Hebraicæ, sed eam appositissimè verterunt. Latini vero quo significatu ea vox accipienda esset non videntur intellexisse. Quocirca pro, Et funiculum meum inuestigasti, iuxta Septuaginta dicemus. Et cubationem meam inuestigasti. Ac pro inuestigasti, est γένεσις zeritha. quod Rabi David docet significare γένεσις, id est circundedit, comprehendisti. Multaq; sunt in sacris litteris testimonia. Nihil autem poterat dicere clarius, perfectam cognitionem volens ostendere, quām vt fateretur Deum circundare, comprehendere more coronæ, facta humana, cogitationes, & incessus. Posuit igitur, quemadmodum diximus, quatuor circumstantias, quibus humana vita dispensatur, Sessionem, resurrectionem, incessum, cubationem. Pro semita igitur est γένεσις incessus meus. At incessus diurnus est, cubatio nocturna. Clamat igitur tam nocturnos, quām diurnos motus corporis ac positus, Deum habere perspectos, ac comprensos. Si cubem inquit, scis quid faciam: si proficiscar, si sedeam, si surgam, nullus motus, nulla corporis animique affectio te latet. Sedeo, cernis quid moliar, quo memet vertam: Sto, extemplo aspicis, quo spectem: cubo, identidem. Non est quod me verteram, vt oculos tuos effugiam.

Et omnes vias præuidisti.

Prauidisti. R o eo quod Septuaginta dixerunt prouidisti, Hebraicum habet ἡσανθά, quod interpretes aiunt declarare ἡσανθά assuetus es, incalusti ad semitas meas. Diuersum est autem hoc à superiore, & voce, & significatu. Illud enim solum corporis incessum declarat, hoc autem totam humanam vitam, variis studiis moribúsq; inflexam, quæ viae dicuntur Hebraicè. Omnis ergo institutio, omne studium, quod ab homine suscipitur, via dicitur Hebraicè. Nec de vita corporea, & artibus corporis, siue institutis his dicitur, quæ ad corpus pertinent, sed his quæ pertinent ad animos. Generatim quidem, duæ sunt viae, virtutes ac virtutis, omniumq; virtutum eadem ferè via ac ratio est. Non multū interf se omnes dissimiles existentes. Viae vitiorum infinitæ penè, tótq; eorum forma, vt ferrea vox eas non possit comprehendere. Reperiunt enim quidam inuisitatas proflus, & horribiles flagitorum vias, quas etiam detestabile sit commemorare. Alios inflammat libido, quosdā captiuos habet avaritia, cæteros obsidet ambitio, quæ quidem cunctis sunt nota. Quidam magnis fraudibus ad omnia muniunt sibi viam. Hæc igitur dicuntur viae. Ac siue ad famam, siue honorum, seu pecuniarum tēdis cupiditatem, nota sunt omnia Deo, nihil facies quod ille non cernat. Habes semper eum facta tua contemplantem, saltem cùm voluerit cognoscere potentem. Ac facta tua, siquidem foeda obscenaque fuerint, nota quidam tanquam iudex habebit, fruitur tamen beatitudine sua, nec eum perturbat facinorum tuorum turpitudine. Scit autem te daturum aliquando pœnas, venturūque te ad tuarum misericordiarum & scelerum confessionem.

Quia non est sermo in lingua mea, ecce Domine tu cognovisti omnia.

Via. O cōrdine legendum est. Sed illud item oportet scire, vt oratio sit integra, id quod Septuaginta verterunt, omnia secus habere in Hebraico. Nam quod transtulerunt sermonē, est nō id est verbum, dictum: quod fœminī generis est in Hebraico. Huic responderet

A respondet, quod reddiderunt omnia, cùm Hebraicum habeat ən̄ totum ipsum, videlicet *Sermo omnia*. verbum: totusque contextus sic habet, quia non est verbum in lingua mea, ecce Domine n̄ia. cognouisti totum ipsum. Arbitrorque Septuaginta omnino vertisse λόγος, id est verbum, non δόλος, dolus, vt quidam habent codices. Procedens igitur per omnia, scientiamque diuinam ad omnia pertinentem demonstrans, posteaquam prædicauit ei notum esse cor, perspectissimas esse cogitationes, progressus est ad quatuor corporis circumstantias, quibus corpus agitatur: tum cæteras partes commemorat. De sermone igitur loquitur, quem notum esse Deo testatur. Idq; pluribus modis: non solum enim dicit eum audire è cælo loquentes, sed omnium linguas, etiam barbaras habere animaduersas ac certas: tum si quid in sermone abstrusum est, si quod latet ænigma, si qua obliquitate oratio torquetur, si quo fuso & colore figurato tegitur, omnia, ait, sunt illi nudata atque aperta: ac scit, quod pertinet omnis oratio, quidue spectent loquentes. Audit blasphemias humanas, & querimonias. Audit laudantes, benedicentes, & in aduersis illi gratias agentes, tum desperantes, & imprecantes. Sentit quorundam philosophorum iactantiam: & vt loquar grauissimè, sentit temeritatem: audit altercantes ac pertinaces, de minimis rebus digladiantes, & in dubitationem ac quæstionem omnia adducentes. Exaudit omnium clamores, nihil eum præterit, quod inter homines vario sermone circūfertur. Vnius pauperculæ tacitas precatioes excipit: & haec omnia de cælo, id est, loco remotissimo, illis auribus diuinis, non nostris hisce corporeis, sed admirabili, incōmemorabili, incognitâque nobis mortalibus virtute ac maiestate. Nec minus exaudit quæ in uno loco atque in altero dicantur: tam in latum tendit eius auditus, quām descendit in altum. Nulla est vocula cuius vis mortalis, fit licet ip occa-
sol. su, sit in ortu, in carceribus, altissimisq; tenebris delitescat: mirabiliter omnes exaudit. Omnia, inquit Orpheus, videt, omnia exaudit, Ille est sol, qui, μέλισσα την πάτητη επαλέει, cuncta videt, cuncta audit, vt Homerus inquit. Quid enim prohibet, quo minus horum testimonii-
Nouissima. vramur, quando & Apostolus his vīsus est? Hæc q; omnia sine defatigatione, sicut sine defatigatione sol opera omnia lustrat. Similiter autem non inficitur, ac perturbatur, tantis vīcibus, clamoribusq; magnus animus eius, vt nō inficitur sol radios etiam per foeda immit-
Deus. tens. Eadem maiestate non accipit offensam, qua vincit omnia auditu. Aurēsque habens cuncta excipientes, stabilis est, & æternus, & à sua felicitate nunquam tantillum deflectitur. Similis nobis in nostris, magnus autem in suis.

Nouissima, & antiqua, tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Nouiss. & antiqua. Et quoque longe secus habent in fonte. Attende igitur cuncta, videbisque sensum veriorem. Pro hoc etenim, non ipsa nomina rerum, nouissima, & antiqua sunt, sed aduerbia istarum rerum hoc modo. וְאֵלֶּה יָדַעֲתָה id est, ante & retro formasti me. Quod autem hæc sit verior lectio, multis indiciis potest colligi. Siquidem, & Hieronymus sequutus Hebraicum transtulit, Retrorsum & ante formasti me. Chaldæus item eodem modo nihil dissentiens, וְאֵלֶּה יָדַעֲתָה hoc est à tergo, & à facie. & Hebræi concorditer expōnunt hæc aduerbia, pro ante, & retro. Idq; videtur esse filum orationis, ac consequutio. De omnibus enim internis & externis motibus humanis loquitur, posteaquam de sermone proposuit. Deinde vt vniuersa complectetur, addidit se esse opus diuinum, propterea nihil fugere Deū quod sit in opere suo: quo loco diligenter sunt à nobis, quæ dicantur, etiamque atque etiam animaduertenda. Nam qui potius naturam quām Deum proponerent in dagandam, non in Deum, sed in natura humanum opificium referrent. Dicerēt nos de se, naturaliter nasci, manus, pedesque totumque corpus naturaliter effingi, sic item natura cuncta corporis munera fuisse distributa. Sicut naturalis quidam motus, rerumque rationes in omni re existant, vtq; vulnus aut corporis abscessus, ac caro diuulsa concurrent. Quod maria tumescant, aestusque fiant, & quas aquæ & vocant. Nam vt febres in corporibus animantium nemo diceret à Deo certos ordines, redditusque tenere: sic esse potius rationes quasdam omnium rerum, quibus nascantur, crescunt, moueantur. Sic formam humanam, & omne opificium ad certas leges, necessitatēsque naturæ referrent. Hæc, inquam dicuntur, dicebanturque olim à multis, sed summa imperitia dicebantur: quod non animaduertenter errorem, quo implicarentur, dum quasdam rerum ab vniuersalibus principiis rationes profectas, eodem iudicio, atque illas ipsas vniuersales causas componerent. Atque equidem censeo separandum quidem, quod natura, ab eo quod fiat voluntate diui-

na, sed non ubique. Natura cogebat arborem crescere, eadem subito, volente Deo, creuisse potuisset. Et si homo parare in alterum expeditionem decreuisset, idem & à Deo fieri potuisset, possuntque omnia generatim à Deo fieri, quod à singulis quibusque causis generantur. Dicendum ergo, datos esse vnicuique rei particulares motus, sed principia originesq; maiores à Deo profectas, ab his magnis exordiis reliqua prouenisse. Itaque si sanè ac prudenter loqui velim, in eum qui maiores illas causas omniūque particularium motuum excogitauit principia, cuncta referemus. Neque enim idcirco non sumus ipsi Dei opus, quia non similiter atque Adam sumus à Deo creati. Creati enim sumus in illo ab eodem atque ille. Sic omnes formæ generatim. Hocque palam interest inter magnum illum auctorem parentemque generis humani atque mortales opifices, quod ille formarum universalium, earum inquam formarum, è quibus aliae innumerabiles nasci possent, fuit creator: et homo, vnam modo creat ré quæ de se aliam generare non possit. Quis est enim qui in vno simulacro, plura possit instituere simulacra? In vna domo eas causas collocare, vt ex his plures nascantur. Formarū igitur vniuersalium Deus est creator, qui in vna rei cuiusq; origine, innumerabile nascentium rerum stirpe collocauit, ac fundauit. Quocirca perspectissimum sanctissimi patres illi habentes, primum hominem à Deo fuisse creatum, se à Deo creatos prædicabant. Quia quidquid in illo fuit, est item in nobis, & in illa origine, tota proles humana pepedit. Audiāt hæc igitur omnes qui naturā à Deo secernit, quod quidem sine errore & cum errore fieri potest. Quicquid enim facit nūc natura, facit à Deo semel instituta, & in hoc cursu posita, habens particulares motus, qui à prima origine, inuenientur, diuina descendunt. Atque hoc quoque considera, quod ait, tu formasti me. Nunquam enim fieri potuisset ut ex vilissimo semine, tanta moles corporis, tam decoris membris distincta succresceret, nisi Deus sapientissimus suis consiliis id præparasset. Nōn confundi ordo, ratiōque corporis potuisset? Quomodo ex humano semine, non monstrum aliquod coauisset? Vbi in semine equino erat equus, in bubalo bos? in leonis semine, leo? Non igitur sine diuina sapientia fieri hæc potuerunt, nec possunt habere nisi consilium magni opificis, principium. Ideo addidit, Posuisti super me manum tuam. Manus, inquit, tuæ fecerunt me, vt ait Iob. Manum tuam super me, dum me creares, posuisti, vt figuris manum operi admoquet suo. Quo loco mirabile proponitur sacramentum, quomodo manu diuina creatus sit homo. Dicāque quæ mihi probabilia videantur. Duabus rationibus possumus hoc intelligere, vt per prosopopceiam manus Deo dederit, pro quadam diuina facultate ac potestate, quæ in manibus apud nos extitit. Nā, vt alibi nobis est dictū, à consuetudine rerum nostrarum oculos remouere nos oportet, ac quandam cogitare secretam ignotāmque Dei virtutem, quæ in alio sit, quām in manibus. Atque illud fortasse est accommodatissimum exemplum, si consideremus omnium rerum esse priuatas facultates, etiam occultas nonnullas, & ingentes ac mirabiles. Venti idem efficiunt sine manibus, atque homines manibus, deliciunt arborem, domos euertunt, vndas propellunt. Hæc cādem fiunt ab hominibus, sed diuersa facultate, & ex diuersa causa surgente. In nervis sunt humanæ vires, ac vires ventorum non item. Remora exigui pisciculi, tanta vis esse fortur, vt contra omnem impetum, nauim ventis, & remis incitatam sifstat. Lapis Herculeus nec manibus, nec vlo quod videri possit instrumento, attrahit ferrum. Similem quandam vim secretam, ac latitantem habere Deum certè scias, qua cuncta moueat, operetur, informet, ac perficiat. Sed vim secretam nobis, ac inuisibilem, & incognitam, nec in manibus existentem, sed sua ratione, sicut priuatam vim habet, si parua licet componere magnis, obscurāmque Remora. Hæc vis diuina, quæ quidem non est in manibus, tropicā in manibus esse dicitur, id est, loquentibus nobis, ex his quæ nostra sunt. Ac solius ferè lingua Hebraicæ sunt hæ figura. Nemo enim, recor, nisi poëticè, dixisset, apud Romanos ac Græcos, manuum Dei, ac pedes, atque os. Ea igitur diuina virtute creatus est homo. Secundo possumus non quidem tropicè, sed ad verum credere Deum manu sua hominem creasse: non quod corpus carneum, nervis atque ossibus septum, tunc haberet: sed corporis humani assumptum simulacrum, aut præsentiam quandam mirabilem, atque stupendam, latissimam, quam cernens primus homo, incredibili voluptate afficeretur, præsentiam dico diuinissimam, ipsūmque Deum maximè decentem, humanam tamen, humanæq; figuræ archetypum. Figurāmque istiusmodi, ne fortè quod dicimus, cuiquam impiū, aut nouum videatur, referentes scripturas, audies habuisse Deum saepè, & in hac præcis patribus apparuisse, alloquitūmque fuisse. Tres enim vidit Abraham, è quibus duo Sodomam accesserunt,

Arun, quos Angelos fuisse scriptura dicit. Primus autem, vel qui mediis inter eos incedebat, erat Deus, qui cum Abraham restitit, & cum eo de gentis sceleratæ loquebatur excidio. Is̄q; nomine illo supremo ac diuino quatuor litterarum vocatur ibidem à scriptura. Hunc cum duobus illis, sub forma viri vidit Abraham. Et ecce, inquit, tres viri. Is idem apparet Mosi. Neque verò illum prodigiosa aliqua forma apparuisse credas, sed admirabilis quidem illa, humana tamen. Possimque alia exempla commemorare, quæ erunt voluntibus in promptu. Hac humana forma dixerim Deum à primis paréibus visum, atque ideo dixisse scripturam, Deum fecisse hominem ad imaginem similitudinemque suam, eam videlicet similitudinem, qua creans hominem appareret, & videretur, audiēt eum, videreturque homo deambularem, sicut deambulauit cum Abraham, & cum eo comedidit. Fas enim est hanc similitudinem, & ad illam interiorē animi, & illam, quam induit creans hominem, pertinere. Induit autem eam figuram, qua creare, & formare hominem statuerat, & quam esset usque ad ossa, & carnē aliquando assumpturus. Propterea non erat Deus similis homini, sed homo similis Deo, ad cuius formā creabatur homo, vt esset quasi factius Deus, Dei simulacrum. Eratque ea humana quidem figura, longè tamen clarior ac diuinior, quā nostra: veluti apparuit in monte, in quo non mutata facies eius, sed glorifica-
Math. 17.
509.
ta fuit: nec formam humanam depositit, sed cādem glorioissimam ostendit. Vt ergo Deus Abrahæ viri habitu apparuit, comedit, loquitus est, & quæ primum hominem, eum in humana figura vidisse, & audisse censeo, manusque suas super se imponēt, aspexisse, & tantum manuum eius sensisse. Ac video veterem quoque pœsim quæ magna ex parte ex antiqua theologia, & litteris sacris fluxit, humanas figuræ dare Dō solitam, quibus Deus circumamicitus hominem aliquem regeret, illiq; ubique esset comes. Ac modò iuuenē, modò grauissimi aspectus senem apparuisse. Homerus, cuius non repudio testimonium, cūm bene loquitur filiam Dei, id est sapientiam, proponit humana figura assumpta, ire amantissimo iuueni comitem, eīque optima consilia proponere. Atque etiam Eusebij do-
Eusebius.
bilissimi, & infinitæ eruditiois viri, vt alios interim taceam, non tacebo testimonium, vt scias quis esset, is qui facie ad faciem cum antiquis patribus loquebatur. Is in libro primo Euayyagē, Στολὴ Ζεος, sic ait ad verbum: Επάνθιστον γένεται πάντας Μωϋς τὸν ὑπερανθητὸν τοῖς θεοφιλέστατοις τοῖς πολλαχοῦς λεγουμανίας αὐτοῖς πάντας γεγενηθεῖσιν, ποτὲ μὲν θεονταχεῖσιν, ποτὲ δὲ καὶ ἄγγελον θεονταχεῖσιν. Θεος μὲν γενετικός τούτος θεοπάντερος ἀντηρευείσθιος, ἀγγελος δὲ τούτος πατέρας. Hoc est, Audi igitur, vt Moses ipse, cum qui amicis Dei olim apparebat, & cum illis saepè loquebatur, interdum Deum, Dominūmque, interdum & Angelum Dci vocitarit. Deus enim erat illorum piorum virorū, Angelus supremi patris. Hæc Eusebius. Hippolytus item Episcopus verbis super Danielem cap. x. de visione quam idem Propheta vidit, ait, Εν μὴ οὐ τῇ φράγτῃ πατέρᾳ ἀγγελος Γαβειλλα πετόμενος, ἐπταῦτα δὲ χρήστος, ἀλλ' αὐτὸν τὸν κύρεον δεῖ, θυπω μὴ τέλον ἀνθραστον, εν δὲ σχήματι ἀνθρώπου φανέμενον. Id est, In priore quidem visione voluntatē ad se Angelum vidit, hic ipsum Dominum, non quidem cum perfectum hominem, sed in figura humana apparentem. His Eusebius & Hippolytus monstrat Deum fuisse, qui à veteribus patribus visus fuerit. Talēm ego eum Adæ apparuisse censuerim, vt illius eximiam effigiem ille videret, ad quod exemplum, ipse ab illo formatus fuerit, idq; posteris suis tota vita, quæ longissima fuit, prædicauerit. Vt eisdem illis manibus viderit se ab eo creari, quibus vidiit cum Abraham panem sumentem, orique admouentem. Hancque cognitionem reor ad posteros manasse.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non
potero ad eam.

Tint omnia clariora, vim verborum, & translationis proprietatem consideremus,
SCum multa ē quibus incenarrabilis & inscrutabilis scientia Dei existat, proposuisset,
nunc perinde atque Paulus ille exclamat, O mirabilem scientiam, ad quam neque
ego, neque quisquam poterit accedere. Mirabilis appetet & insuperabilis, meisque cogitationibus longè excelsior. Diffigit oculos meos. Duōsque hæc verba habent sensus, considerata & accuratè animaduersa sermonis Hebraicæ proprietate. Nam quod dicit, ex me, potest transferri, & intelligi p̄ me, vt dicat, mirabilis est scientia tua p̄ me. Sic enim formantur Hebraicæ comparationes. Ponitur nomen ipsum simplex, post sequitur p̄positio id est, p̄ me, cum re, cum qua sit comparatio. Ad quem sensum intelligendus est

Mirabilis
scientia

Ex me.

locus ille, Bonum est confidere in Domino, quām confidere in homine. Quā locutio Hebraica est. Dicendum Latinè fuerat, potius quām confidere. Et illud: *Quoniam multi filii desertæ, magis quām eius quā habet virum, id est, plures. Hebraismus enim est. Similiter si dicere vellent, Deus est homine potentior, dicerent, Deus est potens præ homine. Hoc eodem sensu dictum est: Mirabilis est scientia tua præ me. Excelsior me est, non possum eā effugere. Et quod dixit, Conforrata est, Græcè ενεργηθεῖ, clarius Hebraicè, τιμων exaltata est, præualet, antecedit, supra me est. Er quod sequitur: Non potero ad eam: id est, cum illa nihil possum. Non possum illam subterfugere: apud illam nihil possum. Vbique ab ea præuenior. Is enim est loquendi Hebraicus modus: Is sensus eo quoque probatur, quod statim subiicit, quod ibo à spiritu tuo? Ergo verior sensus est, ut dicat sc̄ientiam diuinam, omnes humanas astutias cuincere, omnes omnium notas habere cogitationes. Neminem esse qui se ab ea queat abscondere. Adesse eam vbiique, omnia intuentem ac scientem. Iuxta hūc sensum, qui mihi magis probatur, necesse est vocem Hebraicam, ιων (quam Septuaginta rediderunt, ιων, ex me) interpretari, præ me. Quā est ratio sermonis Hebraici in comparationibus. Nam alter sensus ut dicat, sc̄ientiam, sapientiamque Dei mirabilem apparuisse ex homine, id est, propter humanum opificium, bonus quidem ille: sed agitur hoc loco. nō de sapientia operum diuinorum, sed infinita cognitione, qua nihil illi sit obscurum, præcipue facta, cogitatāque humana. Quod declarat omnes versus, qui sequuntur. Hieronymus quoque hunc locum vertit, Supra me est sc̄ientia, & excelsior est. Ac quod dixit, Non potero ad eam, Hebraismus est, id est, cum illa, iuxta illam, præ ea.*

E

Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?

spiritus.

*Animi, cur
spiritus di-
cantur.*

Animus.

Cicero.

P R I M U M Hebræi hoc loco presentiam interpretantur. Ac repetitionem esse dicunt, cūm ait: & quo à facie? Verum appositissimè locutus est Propheta. Propriè enim spiritum diuinum dixit, quia inuisibiliter penetreret in omnes partes. Omibus autem in linguis idem est nomen spiritus ac venti. Sic Hebraicè & Græcè, sicut Latinè. Cur autem animi separati atque inuisibiles, spiritus & venti vocentur, non vna fortasse ratio est. Nam cūm hoc nomen rei corporeæ sit significatio, spiritus fortasse dicuntur à corpore aërio, quo vestitos eos ac circundatos esse multi sibi persuadent. Vnde de his Hesiodus:

Ἡρα ἔσθι, θύει πάντη φορτώσου ἐπ' ἀλαβ.
Ἄέριaque induit tora tellure vagantur.

Item spiritus appellantur, quia sint inuisibiles, sicut aëris, & ventus, mirabiliter autem perinde atque ventus, inuisibiles operentur. Ut euerit ventus radicitus arborem, nec videtur ab illo, sic operantur spiritus miranda, à nemine visi. Hac ego ratione putauerim omnes res quæ nostrorum fugiunt obtutum oculorum, spiritus appellatas, quia plurimum à corpora rea natura recedant. Nam nomen spiritus cūm corporeæ rei sit appellatio, transit ad significationem incorporearum, propter summam affinitatem atque similitudinem. Siquidem neque animus est nomen rei incorporeæ, sed corporeæ. Animus enim quasi άνεμος, anemos, id est, ventus. Spiritus igitur vel spiratio, seu ventus, cūm sit res inuisibilis, præpotens, operans mirabiliter, sumptus est ut significaret res incorporeas, quæ totæ sunt inuisibiles. Ac primùm spiritus dicitur, omnis inuisibilis animus, deinceps omnis inuisibilis res, quæ ex inuisibili animo proficiscitur. Primùmque spiritus cuiusque, est ipsemet, id est, animus, non substantia quidem, sed effectibus appārens oculis. Secretè autem animorum & inuisibiles operationes, spiritus, vel afflatus dicuntur: *Quibus propter sympathiam, ipsorumque inter se cōsensem, se mutuo tangere & afflare animi possunt. De quo non est is disserendi locus. In afflatibus, inuisibilibusque aspirationibus, spiritus diuinus, qui per omnia visibilia & inuisibilia intenditur, tēnet principatum, habens animos in potestate, eos quoconque velit, mōtiūdī potens. Ergo occulta Dei maiestas, quæ per omnia sparsa permeat, spiritus dicitur. Id est secreta quædam & oculis nostris qui crassi, corporeique sunt, occulta potestas, omnia amplectens: vbique præsens. Ideoque Hebrei spiritum dicunt significare afflētiā in omni loco diuinam. Ea celebrant vbique philosophi, atque Poëta. Proinde anima mundi ab antiquis dicebatur. Ac Tullius philosophia Latinæ princeps, cūm de ordine & constantia omnium rerum loqueretur, hanc sapientissimam vocem tulit: Hæc ita fieri omnibus*

A omnibus inter se mundi partibus cōcinentibus profecto non possent, nisi ea uno diuino & cōtinuato spiritu cōtinerentur. Hæc ille dicens, ostendit & celebrat omnia implente, viuificantem, vbiq; præsentem spiritū, sic cognoscēt omnia, sicut alentem, viuificantemque. Meminit spiritus huius etiam Aristoteles, qui de mundo differens, hæc dixit: *Αέρα μὲν ἐτέρας, πῆπε τὸν φυτοῦ, καὶ τὸν οὐρανοῦ, τὸν πυρίχον τὸν γενικόν, περὶ τὸν λεγένδον πῦρον.* Aristoteles. *Χρήσιμα ἐτέρας, πῆπε τὸν φυτοῦ, καὶ τὸν οὐρανοῦ, τὸν πυρίχον τὸν γενικόν, περὶ τὸν λεγένδον πῦρον.* Hoc est, Alio item modo, inquit, spiritus dicitur quædam tum in plantis atque animantibus, tum per omnia commixtus animata, secundaque substantia, de qua nunc loqui non est necesse. Hæc Aristotelis descriptio ferè representat illud, quod iam diximus. Spiritus igitur diuinus est vis ac potestas vbique diffusa, omnia continens, animans, exaudiens, videns, quo vniuersa indigent ad vitam ac sui prouidentiam. Reclite igitur dixit: *Quo ibo à spiritu tuo? Nemo enim potest illos oculos effugere, non corporeis modo motionibus, sed ne animi quidem.*

Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

*V*as inter se remotissimas proponit mundi partes, supremam, altissimum cælum, atque infimam, quæ infernus appellatur. In his locis, qui sunt maximè longinqui, si nemo valet conspectum Dei effugere, multo magis nullus erit locus in quo in praesentiam Dei non incurras. Atque esse remotissimas mundi partes cælū & inferos, physica quoque ratione probatur. Orbis enim quidem est terra, non tendens in infinitum, nec in profunditatem interminatam procédens. Nam cūm quantitas terrarum, supremaque circumferentia, & ambitus, quæcum numerum habeat, sic certis rationibus deprehensum, facile potest intelligi, quanta sit earum profunditas. Omnis enim orbicularis corporis ambitus, triplo ac dimidio maior est diametro, id est, linea, quæ ab extremo ad extreum recta per centrum egreditur. Si igitur deprehensum est, quod quidem facillimum fuit, quantus sit orbis terrarum, id est, tota surfacē ac deorsum ac circum, superficies terrarum, deprenditur etiam quanta sit earū profunditas. Terras autem non esse infinitas, nec in infinitū subside-re declarat quotidiana cali rotatio, ac reditus luminum cælestium, quæ vigintiquatuor horis hunc orbem circumcunt. Circumeunt autem ab illo remotissima, vt si terris proprius ferrentur, iter quod diei ac noctis conficitur spatio, vnius horæ considerata situum proportione, sit conficiendum. Breuissimus igitur est, respectu mundi, terrarū orbis. Quo loco audi ipsum illum Aristotelem: *καὶ τὸν μαθηματικὸν ὅστιον μέγθος αἰδολοῖς ζεύπερται περιφέρειας, εἰς τετράγωνα λέγοντις ἐναγαγεῖται, εἰς τὸν τετραγραμμὸν τὸ μένον στρατοπεδίον τὸ δύοντον αἴρεταιον ἐναγαγεῖται, ἀλλὰ τὸ μὴ μένον τοῦτο τὸ τέτταρας ἀρχαὶ μέγθος.* Quæ sunt: *Quin & mathematici qui hunc numerum colligere conati sunt, ferunt terrarum orbem procedere usque ad quadraginta millia stadiorum. Ex quibus non solum globum térrę orbicularem conicētibus esse necesse erit, sed etiā non adeo magnū, si cum ceteris astris cōficeratur. His Aristoteles ostendit terram in orbem vel circumferentiam esse circiter quinquaginta millia milia Cliariorum. Tot enim ferè sunt quadraginta millia stadiorum. Si tanta igitur est circumferētia, profunditas, id est diametros erit triplo dimidiōque minor, id est, nouem millia milliariorum. Hæc quā titas terrarum est à summo usque ad summum. Centrum autem in me-dio est, quod æqualiter ab utraq; parte distat. Quatuor igitur millia milliariorū ac quingen ta, plus, minus, sunt usque ad centrū terræ, id est, locum profundissimum & à cælo remotissimum. Quo cūm peruenieris ad alteram terrarū partem propinquabis. In centro autem terrarum maximèque longinquo loco à luce, & sede diuorum, inferos esse, omnibus gentibus est persuasum. Appellatur autē is locus Hebraicè ιων sheol, id est cauerna, fossa, vt locus qui sit profundissimus, altissimāq; quasi cauerna, nulla vt sit profundior, αντονυμια; dicitur fossa, cauerna. Chaldaicè dicitur ob candē causam, puteus. Quæ etiam nostri senserunt, vt,*

-Tantum tenditque sub auris,

Quantus ad aetherium cali suspectus olympum.

Græcè dicitur ιων, quasi informis, locus turpissimus, fœdissimorum incolarum fœdissima regio. Nullaque est natio & lingua, quæ non confiteatur inferos. Qui tametsi non sit locus damnatorum, infima tamen terrarum pars est. Nam suppliciorum loca, & ibi & *Hebr.* alibi fortasse sint. Vbique igitur est Deus. In cælo confitentur omnes gentes ac littoræ esse sedem eius. Quod Aristoteles dicebat, Ac sedes quidem in cælo est, & præsentia,

QQQ

potestas vero tendit usquequaque implens vniuersa. Cælum, inquit Esaias, sedes mea, terra dæ scabellum pedum meorum. Regnat igitur in cælo, illæque à diuis aspicitur, cuius illi iucundissimo conspectu fruentes, æterna voluptate saturantur. In quo maxima quæque inesse gaudia necesse est. Ut igitur sol est in cælo corpore ac situ, & statione sua, terras autem lumenib[us] iustrat, omnia prospiciens, talem necesse est nos cogitare Deum, qui quidem essentia ac præsentia sit in cælo, spiritus eius & cognitio, & scientia usquequa; pertineat. Erat ideo in eis cum discipulis, loquebatur, videbatur, videbat idem quæ cæteris in locis fierent, quasi præsens esset. Scientia igitur attingit omnia, intra & extra mundū, ut nulla res siue existēt, si defend. siue non existens, oculos eius, infinitamq[ue] scientiam effugiat. Porro quod ait, Si descendero in infernum, Hebraicè nūn si facuero, vel penetrauero, si cubile meum posuero in inferis, ut quasi à conspectu tuo fugiam, & in loco sim ut à te non videar, tutum ac securum me ab oculis tuis arbitrans. Ut etiam radix sol omnia iustrans non inficitur, sic eadem insuperabili diuinitate Deus & videt omnia, & videns ac sciens loca inferorum non turbatur, non læditur, omniū ipse Dominus & autor, & constitutor, tam iustissimus atque optimus, quam potentissimus ac sapientissimus.

Si sum psero penas meas diluculo, & habitauero in extremitate maris.

GRAUITA omnia, sibi que proponit, quibus declinari posse præsentiam illam, vastamq[ue] scientiam quis sibi persuaderet, nihilque relinquit quod in cogitationem possit eadere. Neque vero proponit tantum quæ fieri possint, sed etiam quæ possint, cogitari. Fac igitur, inquit, ut in cælum ascendam, ecce illic potissimum ades. In infernum descendam, ne hic quidem non inuenieris. Dentur mihi alæ, ut longissime auolem, & exorta aurora cursum velocissimum in ultimum Oceanum perueniam. A Iudea usque ad toto diuinos orbe Britannos, nonne perinde hic aderis, ut cæteris in locis? fortasse etiam hic magis, quato & pietate & fide & castis & assiduis precibus illuc vocaris. Quot illic exaudis, opem tuam implorantes? Quot pie ac bene facta ab illis extremis hominibus, ante oculos tuos perueniunt? Si igitur penas assumptis, mane, primo quoq[ue] tempore, ut longius procedere die tota liceat, ab ortu in occasum, aut ab occasu in ortum me transfera, sed propriè de occasu loquebatur, nonne eris ubiq[ue] mihi comes? Extrema maris, Hebraicè ῥωμα extremitas. Ibique est finis orbis terrarum, & eius quæ Græcè dicitur ὄρες πόδην, id est, quidquid terrarum habitatur. Huc si perueniam, inquit, nihilominus eris in his extremis mundi locis in cognitis, ac in cæteris terrarum partibus. Quod dixit. Si sum psero penas meas diluculo, Hebraicè habet, ἡγέρνα pendas diluculi, vel penas auroræ. Duoq[ue] habet sensus, eum quæ superius proposuimus, penas scilicet manæ assumptas. Secundus, ut quasdam penas auroræ cōmemoret, non recedens à consuetudine poëtarū, qui roseos oculos, genas, digitos, auroræ attribuunt. Ut ergo Homerus auroram dicit ἀστράπτουλον, sic diuinus poëta dat illi alas, quibus nihil sit velocius. Iстis alis aurora repente ab ortu deuolat in occatum. Vno momento usque in ultimum Oceanum excurrit. Nam cùm dies terris irradiare cœpit, quæ aurora dicitur, breuissimo tempore intercallo omnia iustrantur. Et recedens aurora ab antipodibus, nostrasq[ue] regiones appetens, paulatim gentibus omnibus & terris ostenditur. Is videtur verior sensus. Pennæ igitur auroræ, est velocissimus auroræ per omnē mundum decursus. Ut etiam, inquit, hac sim prædictus velocitate, fugiens conspectum tuum, nihil tamen profecero.

Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

ETENIM. Manus dextera. Art. 17. R o Etenim, Græcè γέγονται, Hebraicè est ἡγέρνα etiam. Quare dicendum, etiam, ut sensus ostendit. Nulla enim redditur causa eorum quæ sunt ante dicta, sed ea cōfirmantur. Etiam inquit, manus tua deducet me. Tantum abest ut te effugias, ut etiam motus ille meus, à te regatur ac sustineatur. Neq[ue] enim eò volassem, nisi spiritus tuus, tuq[ue] illa per omnes terras sparsa potestas, me rexisset, eòq[ue] deduxisset. Omnis enim omniū vita ac motio viuit ac mouetur in illa principe vita, quæ est vitalis causa omniū rerum. Putas igitur te vel digitū procedere posse, nisi Deus esset tecū? In illo viuimus omnes, ait diuus Paulus. Nec solū genus ab eo ducimus ac principium, sed alimur, viuiscamur, mouemur. Si vel uno istu oculorum, se ex hoc mundo subduceret, tota machina laxatis ordinibus ac vinculis collaboreretur. Non moueretur cælum, non fulgerent sydera, miserabilibus tenebris omnia inuolue-

Aiuoluarentur, vno omnia interitu, luce ac vita illa destituta cōciderent. Si igitur omnium peccates se habet ille vita, quia sparsa est vbiq[ue] eius diuinitas, quomodo sine illo viueret, mox rique poterimus? Audi igitur etiam testimonium diuini Aristotelis, quod ab illo prolatum, exosculandum est à nobis. De Deo sic ait: οὐδὲ μία δὲ φύσις αὐτὴ κεχθεῖ αἰτιῶν αὐτὸν τὸν εἶδος τῆς τοῦτος σωτηρίας. οὐτῷ τοῦτον μὴν γέρεται τὸν οὐρανὸν διὰ ποτε τὸν κατὰ τὸν τόπον τοῦ θεοῦ οὐσίας τοῦτον, δινέμει, γενέσθως ἀπερτῷ, διὰ τοῦτο τὸ ποτέ διεξινεται εἴναι περιήρεται. Nulla natura, inquit, ipsa per se, sibi satis est, Dei salutē destituta. Est enim vere conseruator & genitor omnium rerum, quæ quoquomodo fiant in hoc mundo. Utens indefatigabili potestate, per quam etiam quæ procul diffita videntur, exuperat. Cernimus igitur omnium magnorum virorum esse consensum, omnia viuere ac moueri à Deo, & conseruari fierique ab eo. Hoc dicit & confitetur diuinum oraculum.

Et dixi, Foris tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.

IRC A VERA, hæc scienda sunt: Hæc periodus (est enim ad arcem sermonis Hebraicè configendum) sic debet iuxta verborum proprietatem transferri: Et dixi, Certè tenebra obscurabunt me, nox quoque lux erit contra me. Hieronym. item reddidit: Nox quoque lux erit circa me. Itaque vt diligentius cuncta pensentur, cur Sept. translitterint, delicias meas, quod Hebraicè signat contra me, hæc fuit causa. Delicia dicuntur ἡγέρνα bæden, aduerbiū autem quod significat contra, est ἡγά bahad, si dicēdū est, contra me Hebraicè dicitur duobus modis ἡγά bahadi, & cum nun ἡγά bahadeni. Itaq[ue] fit ut eadem dictio possit esse vna simplex, videlicet bahad, aut due: ba, id est, in: bæden delicia. Poteſt quidem duplex esse vocis iste significatus, sed omnino si sensum respicias, dicendū est, contra me, sicut & Hebrai interpretarū. Quare posteaquā remotissima quæque loca vestigauerat, supremū mundi cælum, centrum terrarum inferos, quin & extrema orbis terrarum, id est, mare oceanum, nunc ad tenebras transit, quibus acies oculorum impeditur, ac res corporeæ occultatur. Ac posset sibi aliquis persuadere, vt ita non videret in tenebris Deus, sicut non vident mortales. Summouet igitur hanc stultissimam opinionem, dicens, omnia eius oculis patere, nec minus illi lucere noctem atque diem. Ideoque ait, At si mihi persuasero occultare me tenebris posse, quid profecero? nox erit illuminatio, vel iuxta Hebraicum, lux aduersum me. Nox in lucem vertetur contra me, ut me videas, ut oculos tuos extendas. Præbebit tibi lucem nox ipsa contra me, in me lucebit, sicut versus terras Sol radios eiacyclatur. Ac quod dixit lucidam esse Deo noctem, vt aspectum eius impedire non posse, facile est intellectu, cùm etiam sint animantes quæ noctu videant, alij qui è remotissima regione minima quæque cernunt. Cogitare igitur debemus, quod antè diximus, easdem animos separatos habere facultates sine organis, quas in organis habeant animantes. Nos autem affueti rebus nostris, non putamus videri posse sine oculis, audiri sine auribus, impelli quicquam sine manibus. Quæ cogitatio etiam terrenis exemplis coarguitur. Diximus pesciculum Echenein, id est, remoram, sine manibus, sine robore corporis, sine nervis, sistere incitatissimam nauim. Experimur etiam esse quædam animalia quæ noctu videant. Remoueamus igitur mentem à rebus nostris, cogitemusque res diuinæ & inuisibilis, sciamusque earum longe aliam esse atque terrenarum istarum rationem. Non enim continetur humore oculorum omnis visio, sicut non omnis impulsus manibus. Non omnis item ingressus fit pedibus, celeriter enim procurunt serpentes sine pedibus. Minus item illa esse, sunt neganda, quæ oculis non videantur. Quis enim nescit quales ac quantæ res sint sonitus ac voces, quæ tamen oculis non percipiuntur? Diuersa sunt igitur & rerum & facultatum genera. Nec omnia videntur, nec omnia quæ videri possunt, solis corporeis oculis cernuntur. Atque oculis corporeis luminosus aër est necessarius: at mens absque hisce innumerabilia videt, & intelligit. Deus igitur est mens & sapientia perfectissima, nullamq[ue] habet cum corporibus affinitatem, ut illi vel lux corporea sit necessaria, vel tenebra illi inhorescant. Nec luce illuminatur, nec tenebris caligat, sed eodem modo videt in luce, ac non in luce, sicut eodem intelligent modo, siue in luce, siue in tenebris animus. Ut enim exterior luce mens non illustratur, sic non obscuratur tenebris. Quid? Vbi Deus erat antequam lux esset? Et nunc in cælo sedem habet, in quo nulla sydera micant, non irradiat Sol, nec Luna sole clarescit. Qui igitur creator est omnis lucis, eum necesse est nulla indigere lucca. Nullus enim artifex non pollet longe meliore virtute, quam opus Artifex, opere suo melior. QQQ ij

quod à se efficitur. Ergo qui lucis corporeæ fuit creator, eum in melioribus quibusdam rebus versari necesse est, quadam celiore frui sapientia, quadamque luce æterna, & incommemorabili, quæ quidem qualis sit, prorsus cogitare non possumus, sed eam esse maximam, longèque corporeæ luce meliorem intelligimus. Idq; percipimus ratione, non cogitatione. Sentit enim id ratio, omninoq; decernit: sed non percipit cogitatio, cui corporeæ res tantum sunt nota. Spirituales autem quasdam formas agnoscit quidem, sed formas videlicet non remotas. Fertur igitur etiam dixisse Epicharmus, οὐδὲν ἀλλα πάντα πόθεν. Mens videt, mens audit, cætera cœca sunt vniuersa. Quare fatendū est oculatissimos, perspicacissimosque esse Angelos, & spiritus humanos separatos, rebus suis congruere ratione, sicut etiam diuersa atque nos ratione viuunt. Viuimus ipsi spiritum attrahentes, cibo mortali vescentes, longè diuersissima est vita Angelorum. Qui quidem viuunt, sed quadam incognita vita, beatissima quidē illa, atque altissima, vt vita nostra ad illam sit quasi vita planitarum. Habent ergo sensus perfectissimos, perindeque vident in tenebris ipsi ac luce, sicut nos & quæ audimus in tenebris ac luce. Et vt aures nostræ non indigent luce ad sonos excipiendos, sic illis ad videndum non est lux necessaria. Hac autem facultate omnibus modis Deus superat Angelos. Hoc igitur loco pro in deliciis meis, legemus, cōtra me: & quod verterunt, Tenebræ concubant me, rectius est dicere, obscurabunt. Nam νων jeshu pheni, non ducitur à σφ shoph, id est calcauit, vt intérpretes videntur opinati, sed à νων nephē, id est crepusculum, obscuritas. Estq; verbum in quo abiicitur in futuris nun, iuxta Grammaticam Hebraicam.

E

Etiam tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Is, ac ter, & quater eandem rem inculcat, propter summam Dei sapientiam, quam **R**ecupit omnibus modis reddere testatissimam. Itaque quod paulò antè dixerat, ter repetit hoc loco. Prudenter hoc faciens, vt videre in tenebris, quod penè difficile factu hominibus videtur, clarius crebra assertione innotescat. Dico, inquit iterum, iterumq; moneo, tibi tenebras non inhortescere, dico tē eam esse lucem, qua præsente, omnes tenebræ dissoluantur. Potes enim tu efficere, vt in mediis tenebris, Sole Antipodum campos illustrante, tubita & insperata lux exoriatur. Et talis lux, vt mirabiliter animum & oculos pascat, ac stupore compleat. Si tibi ad me noctu venire placet, comes esset tibi incommemorabilis lux. Quis enim illam columnam lucis, quæ noctu illucescebat Hebrais, totumque millibus hominum, vestigia, quo figi deberent, ostendebat, & latè radios spargens, nocturnas tenebras dissipabat, creauit? Si tu es igitur lucis corporeæ creator & inuentor, quis non intelligat te esse quendam lucis thesaurum rem quandam omniluce maiorem? Similiter igitur tibi nox vt & dies splendescit. **Q**uoniāq; animi sapientū consentiunt, admirare etiam eadem dicentem Pindarum Thebanum: Θεῶν γέ, φυστὸν διατὸν τὸν μελάνας νυκτὸν ἡλιαρού ἥρωα φόδον, κελευχέα δὲ σκότῳ καλένται, καθεύδοντες τελεῖς σπέλας. Deo, inquit, facile est, ex nocte tetra, puram accedere lucem: rursumque, obscura nocte, lumen obscurare nitidum. In verboru autem proprietate hæc scienda sunt. Primū quod Sept. transtulerunt. Tenebræ non obscurabuntur à te, τενεβρὴ Hebraicæ, non tenebrare facient, non obscurabunt: subaudiuntq; Hebrei, ullam rem, id est, Tenebræ nō occultabunt tibi ullam rem. Et quod dixerūt, Illuminabitur, est τενεβρὴ id est, lucere faciet. Nox, ait, perinde atq; dies illuminabit tibi res, nihil nō perspicuum tibi faciet, nō secus atque dies. Deinde quod trāstulerūt οὐ τὸ σκότος αὐτῆς, θεατὴ τὸ φῶς αὐτῆς: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. In Hebraeo non sunt relativa eius, quo enim refertur eius? Quare Hebraicæ dicitur τενεβρὴ vt tenebræ, sic lux: sic tenebræ, sicut & lux. Videntur Septuag. credisse ultimum He, esse sicut τενεβρὴ manus eius. Sed quia deest pūctus, qui format relatum fœmininum, dicendū per paragogen He, scriptorem protulisse pro τενεβρὴ chosheh, τενεβρὴ chasheka: & pro τενεβρὴ or, τενεβρὴ orah: primum signat caliginē, alterum lucem. Hæc autem dicimus, vt tralationem nostram faciamus clariorē. Hieronymus etiam vertit. Similes sunt tenebrae, & lux.

Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de utero matris meæ.

N verbis hoc tantum sciendum, multis in vocibus eum qui psalmos fecit è Græcis suscipere. **L**atinos, non fuisse perfectè sensus Græcae dialecti assicutum. Veluti quod Septuaginta transtulerunt, ἀπελάσσεται, apprendisti me, suffulisti me, ac sustentasti, quod respondet Hebraico τενεβρὴ Latinus sicut solet semper, vertit, suscepisti. Quare iuxta Septua dicendum

A dicendum est, Suffinisti, sustentasti me ex utero matris meæ. Quanquam Hebraicum potest iuxta Hebræos signare, operuisti me, vt dicat: Et in utero matris creasti: formasti me, spiritumq; meum corpore vestisti. Sicut beatus Job ait, Ossibus & neruis cooperuisti me, vbi est hoc verbum. Hunc itaque sensum innuit Propheta: Qui fieri potest, vt quod à principio dixi, non si verum, te videre cogitationes meas, cum eas ipsas sedes possideas, in quibus cogitationes fermentur? cum animi domicilium positum sit à te, atque repertum, & excogitatum, & constitutum, & quasi exadūcūtum? Primum spiritum meum qui à te veniebat, id est me ipsum, tu perinde quasi ueste, corpore circundedisti, sedem animi & cogitationum tu parasti, atque stabilisti. Si haec sunt, cætera quis non videat, motus animi, cuius creator fuisti, & in domo propria eum collocasti, te habere comprensos? Hæc ait diuinus Propheta. Sunt autem pleraque obseruanda: Primum sacras litteras testari, id quod & Græci demonstrant, sedem cogitationum esse renes. Quidam igitur domicilium animi: **Renes.** τὸν γε μονάριον. dixerunt esse Cor, alij in capite cōstituerunt, cæteri circa p̄ræcordia. Quæ quidem res non videtur esse istius loci, nec tēpū poscere, vt id à nobis extriceretur. Nam sacræ litteræ vbique loquuntur à corde nasci cogitationes, quod & ipsa veritas dixit: De corde, inquiens, excent adulteria, fornicationes. Hacque confessione plena sunt scripturæ sacræ. Vnde & latinè recordes & excordes. Rursum nemo nescit menti, & purissimæ animi **Mens in caritate.** parti, à qua & cogitationes, & considerationes profiscuntur, in capite sedem solere constitui. Fortasse igitur dicendum est, quod etiam, certis constat exemplis, vitam quæ sensibilis appellatur, nasci ac proficiere à corde, qui est fons sanguinis, per quod sanguis excretus. ac purificatus in venas transmittitur. In sanguine autem, autore etiam Platone, & Mercurio Trismegisto, continetur is qui dicitur spiritus. Non ille spiritus cælestis, qui nullam habet cum corpore societatem, sed spiritus mortalis, ac vita quedam corruptibilis, quæ est etiam in brutis animantibus. Vide igitur & obserua totam consecutionem. A cibo oritur χρήμα, id est, succus medius inter cibum & sanguinem, tum calore cordis, (qui fons ac sedes caloris animantium) Chymus vertitur in purissimum sanguinem, à sanguine spiritus ille consurgit, spiritus fertur ad caput, vbi sunt sensus, vbi & animalium vita perficitur. Sedes autem atq; domicilium mentis & intellectus, est anima sentiens. Quarum propter summam coniunctionem, fit, vt anima intelligens, seu mens communicet cum illa in plerisque cogitationibus, quarum quedam principia ab anima sentiente existunt. Itaque à corde nascuntur cogitationes, quia de corde, anima sentienda, quæ mentis est domicilium, nascitur. Animaque sentiens principium est terrenarum cogitationum, cupiditatum, ac libidinum, ad quas appetitione corporis incitante ferimur. Altissima verò pars animi in capite est, id est, ipse totus ac verus homo. Atque, vt ait Aristoteles, νέος πλὴν ὁ πόθος τοῦ φαινούσατο, τοῦ ὁρᾶσθαι. Sensus omnis, seu mens recta est, appetitio autem & phantasias recta & non recta. **Animus.** **Sentientia.** **Intelligens.** Quamobré verè dicitur, in capite, & in corde esse cogitationes. In corde quidem, quia sanguis & spiritus & anima sentiens illic oritur, tum appetitiones, & libidines, & irritationes, quæ omnes à sanguine habent principium. Mens autem domicilium, ac vehiculum, est Canima sentiens, quæ ascendens à corde ad caput, ibi præcipue commoratur, super quo tanquam vehiculo mēs sedet, & dominatur cùm vult. Duóque sunt genera cogitationū, quedam altissimæ, ac purissimæ quæ à mente pura, tanquam fonte nascuntur: quedam corporeæ & libidinosæ, quæ à sanguine & anima sentiente ferè producuntur, id est, irritante sanguine totū corpus, & inflammante, quæ inflammatio in animalibus est animata, ad vsque animū perueniens, cùmque ipsum etiam inflammans. Hoc modo verum est à corde cogitationes & à mente generari. Quæ sunt quasi duo principia, nunc eodem, nunc in diuaria tendentia. Ad propiora nunc venio: Nam cùm cor sit principiū cogitationum, id est, animæ sentientis, ad hanc rem efficiendam, etiā p̄ræcordia quæ circum cor existunt, auxiliatur. E quibus sunt renes, qui loca sunt occulta atque interna, in quibus genitura perficitur. Eoque illic necesse est esse præcipuum generationē corporis, & animæ sentientis. Vbi enim humanum principium gignitur, maximā illic decet esse hominis partem. Quamobré særissimè dicunt scriptura, Deum scrutari renes, quasi illinc feruere, & inchoari animam sentientē afferent. Quod quidē & exemplis probatur: quandoquidē variis, & in somnis & in vigilia cogitationibus infestetur, quibus ea sedes repletæ sunt. Ac quod nostri trāstulerunt, renes, vox Hebraica τενεβρὴ propriè sonat vafa, & quasi genitura receptacula, quam præcipua atque optimam sanguinis partem opinantur. Eamque vocem Abraham significare afferit τενεβρὴ id est, p̄ræcordiorum quandam partem, licet à corde distent. Eadem vox, id est, kiliotai, **QQQ** iii

quam renes, nostri vertunt, opinantur nonnulli Hebraei duci à $\tau\eta\mu$ kala, quod ad alia, si-D
gnat delectari, iocundati, quia illic sit maxima animæ terrestris delectatio, eoque etiam
maxima cōmotio, & $\kappa\mu\nu\rho\delta\tau\alpha\chi\rho\delta\sigma$, vt ait Aristoteles. Quare causa patet cur renes, cogita-
tionum principia veteres crediderint. Siquidem & Græci $\phi\rho\pi\alpha$, appellant mentem, cogita-
tionem, seu cogitandi, & sentiendi facultatem, quam dicunt $\iota\mu\delta\pi\alpha\tau\pi\alpha$. Alij διντεξαράχελύδρος, id est, pelliculam esse quādām quā ab aliis vocetur cinctum. Inde dicitur ea
pars quā ex aduerso corporis huic respondet, $\mu\epsilon\tau\alpha\phi\rho\delta\sigma$, id est, scapula. Dicunt quoque
 $\phi\rho\pi\alpha$, esse præcordiorum, seu viscerum quādām partem, quā etiam diaphragma, id est,
septum transuersum dicatur, vt sit pellicula diuidens icur à liene, & pulmonibus, ac corde.
Secundū etiā veteres $\phi\rho\pi\alpha$, sunt quē disiungant locum qui hæret sub pulmonibus & corde,
quā ad intelligendum sit comes. Ab hac Græci deducunt $\phi\rho\pi\alpha$ sapio, sentio. Quare hoc
ferè cum Hebraico cōcordat. Quin etiam Homerus in ossibus collocauit animum, dicens:
λίτε δὲ οὐτα δημός. id est, animus tunc ossa reliquit. Atteñde etiam quā ab Aristotele in de-
clarationem istius loci dicātur. ὅτι μὴ οὐκ ἡ τῆς αὐθήσως ἀρχὴ γίνεται στὸ τὸ αὐτὸς μέρες τοῖς ζῷοις,
ἀλλὰ περὶ ἡ τῆς κυνήσως, διάτεται τοπόπερον εἰ ἐπέροις. αὐτὴν δὲ τοῦ τοπίου διατεταρθέντοι μέσος κερδίλην
καὶ τῆς κατακοίτας. Esse, inquit, animalibus principium sensus in eadem parte, atque prin-
cipium motus, superius determinatum fuit. Hoc principium ex tribus locis diffinitis, est
medius capitū, & ventriculi inferioris. Vides igitur in quibus locis principium sentiendi
locauerit Aristoteles. Nam illud Hebraicum kelaioth est insimus ille ventriculus. Idem de
generatione animalium differens ait, μέσον δὲ τὸ στοματικὸν τὸ ανέρα διέπειν οὐ τοῦ τοῦ. E
χώρα τοῖς ἔχοσι. Pars in qua genitura excernitur, est locus circa septum his qui ipsum habet.
Ergo eadem pars principium generandi & sentiendi. Ac quod dixit Propheta, posse disti-
renes meos: duos habet sensus, vel principia cognitionum mearum, cognitionesque ip-
fas, aut formā corporis, & corporis membra habes in potestate, quia tu ea creasti. Cui qua-
drat, suscepisti me de vtero. Quod iuxta Septuaginta dicendum est, sustentasti, iuxta He-
braicum, cooperisti. Ideo Hieronymus, Orsus es me ab vtero matris meae. Quo loco ob-
serua Prophetam dicentem se à Deo ossibus & corpore circundatum. Ergo innuit quod &
Socrates, & Plato, ceterique sapientes confessi sunt, hominem verum, esse animum, men-
tēisque ipsam, quam Deus, vt iidem dixerunt, in corpore collocauerit. Propterea fere-
bant non esse iniussu eius hinc recedendum, qui hic nos constituisset. Hæc autem ex illis
citamus, bona tantum eligentes. Clamat ergo Vates, si tu ergo in tenebris vteri materni
me formasti, compegisti, tenuisti, nōnne vbi que me cernes, & videre poteris? Multo certè
magis. Agnosce etiam hoc loco creationem suam, Vatem in Deum referentem.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es, mirabilia
opera tua, & anima cognoscet nimis.

N vocibus hæc scienda sunt. Vbi transtulerunt Septuaginta $\delta\alpha\mu\mu\alpha\tau\omega\delta\sigma$ terribiliter
magnificatus es, Hebraicè hebetur $\tau\eta\mu$ magnificatus sum. Et Hieronymus hanc
personam volens exprimere, vertit, Magnificasti me: vt de seipso hoc Propheta di-
cat, innuens summam in corpore suo Dei apparentem sapientiam. Locutus est enim antè,
ac quasi fundauit sermonem de diuino opificio: sensus quidem idem. Nam quod dicit He-
braicè de opificio, redundat in gloriam opificis, in quo ipse magnificatur. Et quod Latinus
vertet, magnificatus es, Græcū magis respondebit, $\delta\alpha\mu\mu\alpha\tau\omega\delta\sigma$, mirabilis effectus es, mirabilis
ostensus. Hebraicè $\tau\eta\mu$ Quod autem dicit, terribiliter, intelligendum est quasi stupendè,
mirabiliter, eo vsque ut animus considerando exterreatur, ac quasi stupefaciat attonitus. Illud
quoque quādām exiguum est, emendandum, Cognoscet nimiris, dicendum per præfens,
cognoscet, iuxta Græcum $\gamma\mu\alpha\omega\kappa\iota$, & Hebraicum $\tau\eta\mu$. Et pro terribiliter, Hebraicè est,
τερρίτια mirabilia. Hæc igitur manifesto de humano corpore, & animo, quod La-
stantius diuinum opificium, sacras litteras secutus, appellavit, dicuntur: quod mirabile &
infinita propè contemplationis sapientissimo cuique est visum. Siquidem ad common-
strandam prouidentiam diuinam hoc cum primis argumento Tullius est vsus, totūque
hoc sapientissimè descripsit. Quem & Lactantius secutus est. Apud Græcos pulcherrime
super eo differuit Theodoritus in libro de prouidentia, in quo vir sapientissimus, perspe-
ctis argumentis, annixus est claudere os prouidentiam blasphemantium. Quoniam igitur
Propheta ait, Admirabilis factus sum ob sapientiam quam in me constituendo ad-
hibuisti, te celebrabo, & indefessa voce prædicabo. Id enim sonat Hebraicum, quod
nostrī

Anostri & Græci transtulerunt, cōsideri. Quis est enim, inquit, cui nō mirabile sit humani
opificium, non inauditæ & incommemorabilis solertia ac prudentiæ afferatur? Apprime
vero illud est mirabile, vt ne explicari quidem possit, quo modo coniuncta sit anima intel-
ligens cum sentiē, id est immortalitas cū mortalitate copulata, & quo modo cum duæ
prorsus animæ sint, anima brutorum, & anima Angelorum, id est mens, ex duabus tamen
hisce diuersissimis rebus una facta sit, una anima, una substantia, & ita facta, vt etiam dissol-
uantur, vt vinculum & disiunctio eadem in re esse videatur. Nam quādām sit mirabile
opificium corporum brutorum, hic tamen, hic prorsus animus stupet, hæc tamen cogitādo.
Hæc illa arx altissimæ sapientiæ, cum anima corruptibili coniunctam esse immortalem.
Miratūsque ipse sēpe mecum sum, qui fieri posset, vt non essent duo in homine, qui eum in
diuersas partes agerent, sicut si duos diuersæ naturæ colligares. Hæc, ait Propheta, anima
mea cognoscit, hæc aspicit mens mea, & exultat, & te celebrat, laudatque. Quo loco pru-
denter omnes aduentant diuinos viros fatentes, se erumpere in laudes Dei, opera eius ma-
gnificentissima videntes in hoc mundo. Meditemur igitur facta diuina, & contemplēmur.
Hæc sint nostra cogitatio, nostraq; voluptas. Tunc creatoris nostri cognoscemus sapien-
tiā ac bonitatem, & in admirationem amorēque eius rapiemus. Tunc cum laudabi-
mus ac celebrabimus.

Non est occultatum os meum quod fecisti in occulto, & sub-
stantia mea in inferioribus terræ.

B N vocibus hæc scienda sunt: Primum omnium quodd per amphibologiam apud La-
tinis in singulare non distinguitur os, distinguitur autem in numero multitudinis
os, ora, est hoc loco pro ore, sicut ostendit Græcum & Hebraicum. Tum quod
Latinus vertit, substantia mea, proprius ad Hebraicum accedit Græcum $\tau\omega\delta\sigma$, substi-
tentiā, Hebraicè autem est $\tau\omega\delta\sigma$ rukamthi, id est contextus sum, & compositus. Vox qui-
dem Hebraica $\tau\omega\delta\sigma$ rakam sonat acu pingere, polymita texere, aureis & argenteis filis ve-
stes variare. Quæ res quia potissimum Hebræorum apud Christianos est opus, inde in lin-
guam Italican arbitror hanc vocem irrepisse. Phrygium opus apud Romanos dicebatur.
Hieronymus interdum vestem variam, interim scutulatam transfert. Texturā autem cor-
poris quia summa sapientia, solertiāque perfecta est, hoc nomine Vates significauit opus
quasi diuina quadam arte, à sapientia summa repertum. Inferiora vero terra appellat ma-
tricem, autoribus Hebræis Rabi Abraham, & Rabi Dauid, & Salomone, & Chaldæo, qui
pro in inferioribus terræ, transtulit, $\tau\omega\delta\sigma$ In vtero matris. Inferiora enim loca in to-
to corpore sunt genitalia loca. Mulierem autem appellari terram, appareat Hieremij cap. 3. Hier. 3.4
vbi quod legimus Latinè. Nunquid nō polluta & contaminata erit mulier illa? pro muliere
illa, Hebraicè est, $\tau\omega\delta\sigma$ id est, terra illa. Quanquam Hebræi paulè secus id quod hic di-
citur, exponunt, dicentes terram significare imum, id est quod infimum, atq; infernum est:
afferuntque exemplum id quod dicitur apud Ezekielm, Et rota vna in terra, contra rotas
Cquæ desuper. Quo loco appetet esse terram pro infra vel imo. Postremo quod Septuaginta
vertunt, Quod fecisti, Hebraicè autem $\tau\omega\delta\sigma$ exponunt Hebræi, subactus sum, coagmen-
tus sum, ac cōstipatus. Voluntque esse ex significatione eius quod dicitur Ezekielis cap. 23. 3.4
Ibi subactus sunt vbera earum, quo loco est præsens verbum. Totaque oratio sic habet
Id est, non celatur os meum à te, quo coagmen-
tatus, siue subactus sum in abdito, contextus sum in infimis terre. Hieronymus igitur, vt vi-
taret amphibologiam quæ est in voce os, vertit, Non sunt opera ossa mea à te, quibus fa-
ctus sum in abscondito. Notum est igitur quid Propheta loquatur. Proposuerat enim su-
perius harmoniam corporis, diuinumque artificium, quo mirabilis probetur Dei sapientia.
Quod cū fuerit à Deo excogitatum, & inuentum, manifestam hinc rationem collige-
bat, Deo omnia quantumvis arcana atque abstrusa esse nota. Nunc ait eadem ferme repe-
tens: Nullum est os, nulla corporis mei compago ac structura, quæ te lateat. Minutissimas
quasque, abditissimæque partes habes cognitas, atque animaduersas. Et ea quæ nulli vn-
quam oculi videre potuerunt, ne ipsorum quidem, quorum substantia est, à te mirabiliter
cernuntur. Nec putes eum facilem rem dixisse. Nihil est enim incertius, nihil obscurius
membris, structuræque humana, vt incredibilis labor offeratur singulo quoque tempore
medicis, semper hæc vestigantibus, & ad arcana ac prima penetrare non valentibus. Qui
quidem partes quādām tantum nouerunt: secreta vero osium, neruorum, cartilaginum,

humorūmque compagē solus Deus habet notam. Nēmōque poterit vñquam explica-D
re, quā tempē sit atrā bilis cum pituita, cāterisque humorib⁹: quā proportio, quātum adhibere, qua ratione ea disponere oportuerit. Neque enim animā partē commēmorō, siue intelligentis, siue sentientis: de corpore tantum loquor. Quā cerebri cordisq⁹ dispositio. Quā ratione sp̄ritus generatur: quomodo per totum corpus sanguis & pulsus decurrat. Et quod ait Th̄eodoritus *εἰπεν τὸν θεόν*, qua tandem ratione ex sanguine quasi hortum, totum corpus irrigante, ossa, medulla, cartilago, caro constipentur, alatur cerebrū, alatur oculorum humor, caro concrescat. Denique res inter se contrarie crecentur. Harum rerum ignoratio facit vt sāpe remēdia contra morbos, qui corpus infestant, inuenire non possint. Offa igitur Propheta dixit esse coagmentata & coacta ē medulla, perinde quasi lac: totum autem corpus propter pulcherrimam varietatem, diuinūque artificium, dixit esse quasi rakatum, id est, tanquam pulcherrimam vestem, distinctum ac variatum. Quo loco diuus Hieronymus vir oculatissimus, non dissentit, vt quidam non recte suspicantur, ab Hebraico. Nam quod Hebraicum dicit, Contextus sum in inferioribus terra: ipse, Imaginatus sum in nouissimis terra. Crediderim autem ipse virum diuinum, Imaginatus sum, non ad imaginem animi, vt solet hoc verbum accipi, sed ad simulacrum formāmque corporis retulisse. Ergo quod Hebraicum dicit, Contextus sum, pulcherrime Hieronymus, licet nouē, dixit imaginatus sum, id est, informatus, effictus, quasi imaginibus depictus, volens exprimere vim verbi Hebraici rakam, quod signat imagines in serico, vestib⁹que pretiosis effingere.

E

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes
scribentur, dies formabuntur, & nemo eis.

*Imperfe-
ctum.
liber.*

Omnes.

*Dies for-
mabunt.
Et nemo in
eis.*

*Scribentur.
Præterito
imperfecto,
hebrei ca-
rent.*

M P E R F E C T U M appellat embryonem, cū videlicet homo nondū perfectus est, dico monstrum informe, quod corpus formatum antecedit. Ideo Hieronymus transtulit, Informem adhuc me viderūt oculi. Librum appellat præsentiam memoriāmque diuinā, in qua descripta sint omnia, de partibus autem corporis præcipū hic est sermo, quas, ante quam crecentur, descriptas esse dicit in mēte Dei. Porrò quod dicit, Omnes scribentur: dicendum potius, omnia: refertur enim ad membra. Quanquam Rabi Salomon refert ad omnes creaturas, quarum numerum certum ac cognitum Deus habeat. Illud autem quod ait, Dies formabuntur, dicendum esse potius, Diebus formabantur. Loquitur enim de formatione corporis ac membrorum, quē non vna sola die, sed pluribus ait perfici. Quod autem dixit, Et nemo in eis: dicendū magis: Et nullum in eis, iuxta Hebraicū. Refertur enim ad membra, vt dicat, & nullum in ipsis membris est, quod scilicet tu non videas. Rabi autem Abraham interpretatur, & nullum in ipsis. Nullum, inquit, est actu membrum in illo monstro informi, & corporis prima compage, sed est potentia: sapientia autem tua mirabilē ex nihilo formatur. Non erat auris, oculus, aut aliud ullum membrum distinctum ac separatum, sed per te in lucem emersit. Membra igitur omnia, tamētī nō existent, ait fuisse quasi in libro quodam Dei scripta, quodam albo comprensa. Neque vero hic altius mysterium est, humanam quādam propositū similitudinem, sicut homines in litteris res habēt, arcanas comprensas, aut cū opificium aliquod est descriptum, & suis partibus expositum. Liber Dei est æterna memoria eius, in qua omnis cōprenditur sapientia, omnes res ante quam nascantur, existunt. Suntque illuc quā sint, & quā possint esse, si creatori federet. Quā sint, quā fuerint, & quā ventura trahantur. Possunt quoque hāc exponi iuxta sensum tralationis Chaldaicæ, quā sic habet, Corpus meum viderunt oculi tui, & in libro memoria tuā omnes dies scripti sunt, in die qua creatus est mundus à principio, omnes creature conditæ sunt, & nō sicut vna, vna inter eas, id est, altera sicut altera. Hunc sensum sequitur in primis Rabi Salomon. Ostenditur autem innauigabile diuinā sapientię pelagus, infinitāque & indefatigabilis scientia, quā omnes creature in exordio, cognitione sua prævenerit, vt habuerit ante oculos omnem rem creandam, & viderit ac scierit numerum creandorum hominum. Nam quod dicit, In libro tuo omnes scribentur, clarum est ex editione Chaldaica, librum designare memoriam. Et quod dicitur, scribentur, quod etiam vñque in nostris annotationibus ostendimus, futurum est, pro præterito imperfecto, quod quia non est apud Hebraeos, per futurum substituitur. Ergo Propheta ostendit quām facile sit Deo, hominem cognoscere: cū etiam numerum creaturarum, ante quam crearentur, scierit, vt quā in libro eius & memoria scribebātur. Pariter autem vt creature, dies

Adiēs item & quo quisque tempore esset edendus in lucem, quid in omni sēculo esset gerendum, quot sēcula, quot ætates, quot dies & anni futuri essent, nouerat. Itaque etiam, dies formabantur, legemus, pro formabuntur. Formabantur autem dicit, id est, erant formati, habebant formam, & substantiam apud te, videbantur & agnoscebantur, formabantur inquam, & extabant, & tamen nihil erat creatum sub diebus illis. Tu tamen & creaturas & dies in quibus res essent creandæ, habebas in numerato, insignes & spectabiles erant oculis tuis, eas perinde aspiciebas, ac si formam haberent conspicuam. Duos ergo hos sensus hāc verba habere poterant.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis con-
fortatus est principatus eorum.

L V R A. in perpendendis vocib⁹ sunt hoc loco animaduertēda. Primum quod Se- *Amici.*
P Septuaginta transtulerunt amicos, omnino non amicos, sed cogitationes significat. Petcipimus enim hoc cum primis ex his quāe præcedunt, cū de cogitationib⁹ & scientia diuina vñque fuerit sermo, sed & expositiones Hebræorum hoc aperte testantur. Nam vocem Hebraicum *רְחֵקָה* rehaka, Rabi Daud interpretatur *רְחֵקָה* machsheuothka, id est, cogitationes tuae. Idem dicit Rabi Abraham grauioris etiam autoritatis. Est enim hāc vox *רְחֵקָה* reha, amphibola, designans cogitationem & amicum. Igitur iuxta hūc signifi- catum dicemus: Mihi autem *רְחֵקָה* rehaka, quām pretiosæ, quām gloriose sunt cogitationes tuae: *Nimis ho-
norati*
Biquanta est maiestas apud me gloria tua, quām imensa, inaudita, incommemorabilis sa- *sum.*
pientia tua? O pelagus infinitū, & quod Platonici quid chaos sit exponentes, ferunt *αρχαιοῦ κόσμου*, id est, immensa, incomprehensibilitas intellectualis substantiæ diuinæ. O chaos, inquam, sapientia. Quām crescent, & præcellunt, & excedunt capita, id est, prin- *Nimis con-
ceptus eorum.*
cipia earum? Nam hoc dicit in secunda parte periodi, pro eo quod Septuaginta, Nimis con- fortatis pri-
fortatus est principatus eorum. Quo loco sciēdum, proprius accedere Græcum ad Hebrai- *capitus eorum.*
cum, *Λατινοῦ ἀρχαιοῦ* *αὐτῷ*, Nimis roborata sunt principia eorum. In Hebraeo igitur *εἰναὶ* id est, caput, significat etiā principium. Græcē *εἰναὶ* signat principium & princ- *ipatum.* Ergo dicendum principia earum, videlicet cogitationū, & capita & origines, atque Ideas *εἴδη* fortes sunt, incomprehensibles, mirabiles, stupende, impenetrabiles, adiri non pos- *unt,* & cognosci: cogitationes ergo, siue excogitata ac reperta in opificio corporis huma- *nī* dicit. Exponunt autem capita istarum cogitationum Hebræi, vniuersales ac primas ori- *genes, primas Ideas.* Et ea quāe principia sunt cæterarum rerum atque operationum. Cæ- *terum minime id nos prætereat, alium quoque hāc habere posse sensum, iuxta interpreta-
tionem Chaldaeī, & expositionem Rabi Salomonis, vt hāc referantur ad secundum illum sensum, quem in superiore versiculo posuimus. Cū in principio crearet omnia Deus, no-
rum habebat numerum creandarum rerum ac futurorum sēculorum. Hoc cū cerneret & constitueret, multitudine amicorum suorum incredibilis erat in cogitatione sua. Ampli- *sum enim atque latissimum fundavit domicilium, quod amicorum suorum replere iam
cum decernebat.* Est enim cælestis ambitus ac latitudo incomparabiliter maior cētro ter- *rarum, vbi carceres esse daminatorū, omnes confitentur. Ergo parabat misericordia diuina,
infinitum penē efficere numerū suorum amicorū.* Itaque Chaldeus ad hūc sensum sic tran- *stulit: At mihi quā pretiosi ac mirabiles sunt iusti Deus, præstant grauitates, & excellentiae
aut principatus eorum. Et Rabi Salomon sic exponit, vt sit is qui loquitur quasi ecclesia, quē
dicat, Quām honorabiles & incliti sunt mihi iusti, qui in omni sēculo florēt: & quām sunt
ingentes census eorum? Is igitur Hebraeus caput vult designare censum, numerationem:
nam sēpe in sacris litteris caput pro summa accipitur. Et Latine, capita ciuium Romanorū.* Dicemus igitur, quām crescent, quām ampliæ multiplicēsque sunt summæ eorum vel scilicet amicorum, aut cogitationum. Observandum quoq; quod Hierony. pro principatus eorum transtulit, pauperes eorum. Videtur enim legiſſe, *רְחֵקָה* rashehem, id est, pauperes eorum, pro eo quod legitur nunc *רְחֵקָה* rashehem capita, vel principatus eorum. Nec aliam ob causam credendum est, cum eo modo reddidisse. Quadrat tamen magis hodierna lectio.*

Dinumerabo eos, & super harenam multiplicabuntur: exur-
rexi & adhuc sum tecum.

*B*ICEBAT incredibilem & incomprehensibilem esse numerum cogitationum vel amicorum Dei, id nunc magis declarat exemplo. Nam cū me accingo, inquit, vt

Exur. & ad sum te. eas dinumerem, harenam ipsam eas inuenio superare. Diximus vtranque expositionem ab Hebreis defendi. Quod autem ait, Exurrexi, & adhuc sum tecum, duobus sensibus potest intelligi, quorum primum proponunt Abraham, & Dauid: Superant harenam multiplices cogitationes, innumerabilēsque inuentiones tuæ, quas ipse, nō (mīhi si lingue centum sint, orāque centum, aut quod ait Homerus, φωνὴ ἀριθμοῦς) vñquam comprehendere possim. Et quoniam pars humanae vita somnus est, non si semper vigilem, tecumque semper sim, eas vñquam potero percurrere. Nam quod Septuaginta transtulerunt ξενόφη, exurrexi, Hebraicē οὐχιζοθι, propriè significat euigilaui. Si semper vigilem, inquit, tecumque verter, ac tibi comes veniam, vt videre meditata, rationēsque tuas possim, & omnino omnes sapientiæ tuæ thesauros euoluere, nūquād id consequar. Si tota vita in te contemplando sim, vt somni etiam adempta sit necessitas, si in te oculos perpetuo defigam, tātum aberit vt te inueniam, vt potius in caliginem maiorem, cęcitatēmque decidam. Nam, vt ait grauissimus autor Plato, Deus Sol est, in quem quōd magis oculos defixris, eō magis obtulisti eos referes. Potest & hoc modo is sensus exponi, Adeò semper incommemorabilis vīsa est mihi sapientia tua, vt eam cūm dormio, mecum somniem: deinde cūm vigilo, tecum sum, de te cogitatio recurrat omnibus horis, mīhiq; semper mirabilior occurrit. Potest & hoc modo, Si tecum semper sim, vt nunquam moriar, si tanta sit vita mea, quanta tua, & in æternitatem tecum pariter contendam, æterna mihi sit vigilia, tum in hac omni vita æterna de te semper mediter, rimando, explorando semper thesauros tuos, nunquam certe numerare, atque discutere eos potero. Alter autem sensus, vt diximus, is est: Dinumerare, inquit, nemo poterat in æternitate perinde atque tu creaturas, quæ toto mundi complexu continerentur. Quis enim alias tanta memoria ac prouidentia pollebat? Non despero tam cetera. Nam ad te vigilo, semp̄rque in te oculos attollo: Tu mihi scopus & vertex es, tecum semper versor. Nam quanquam sapientia tua sit incomprehensibilis, multa tamen sunt, quæ de te scire nostra mortalitas possit. Sparsa sunt vbique plurima diuinitatis tuæ indicia. Videris etiam à nobis, & audiris sape, nec te adeò in caliginem maiestatis tuę abscondis, ne velis non agnosciri. Nam qui ad te euigilat, tecum est, ad te accedit. Inueniris ab his qui te quarunt. Hinc ego in te cogitando curas meas dispenso, in te cogitationes desideriæque mea consumuntur. Vnum te in oculis fero, tu mihi certa salus, meus ignis, mea sola voluptas. Te sitio, ad te tota vita inardescit mea. Præcipuè vero sorte illam beatam attendo, cūm ad te propius profectus, conceptum videndi, frumentique tui, ardore vberius extinguae, ob id in his curis exerceor. Nullumque temporis momentum nō tecum sum. Hunc igitur sensum etiā Chaldaeus, qui sensus occultiores sape pandit, sic declarat: Accedor, surgo, ac spem attollo, ad sæculum, siue mundum futurum, & adhuc sum tecū. Rabi autem Salomon sic interpretatur: Ecce ego nunc perueni ad calcem sæculorum, quæ iam tum vsque ad hæc tempora præcidisti. Et adhuc hoc sæculo tecum sum, nunquam à te deflectens, sed te semper colens. Is sensus fortasse non tam proprius atque superiores. Priores eodem fere tendunt. Non defunt etiam è Latinis, qui exponant, Exurrexi à peccato per penitentiam, & tecum adhuc sum. Qui quidem ab Hebreis non proponitur.

Si occideris Deus, peccatores: viri sanguinum declinate à me.

Epilogus. Rō peccatoribus est, οὐν Peccator vel impius. Hoc loco, quod solet in cæteris Psalmis facere, omittit paulum superiorem sermonem, transiens ad diuersam rem. Non tamen vsque adeo diuersam, quantū fortasse videatur. Dixit sapientiam diuinam esse inscrutabilem, dixit eam omnes animos habere in potestate, omnes illi patere cogitationes, nullas eius aspectum tenebras obscurare, vsque ad minutissimas arcanasque corporis partes eam penetrare. Dixit mirabilem, adorandam, colendam, suspiciendāmque sibi videri maiestatem illam. Hinc quasi accensus ex hac omni cogitatione, dolet mortales non colere quātum decuisset hoc numen, quōd multi miserabiliter ab illo deflestant, cūm lux sit inaudita, omnium dominatrix, effugiatrīque tenebrarum. Itaq; in eos quasi letali odio accenditur, qui non hanc tantam maiestatem suspiciant, ac venerentur. Exclamat aduersores, viri sus illos, & cum Deo, cuius immensa sit maiestas, fatetur se esse cōcordem, vt qui eum non colant & admirentur, eosdem ipse fit inimicos habiturus. Declinate, inquit, à me, & procul este profani, quos iure merito Deus, quia maiestatis suæ sunt contemptores, execratur. Si occideris, inquit, impium, si capitali sententiæ apud te omnis qui impie agit, subiectus est, si in foro iustitiae tuæ impij condementur, si iustissimis legibus tuis, qui te non ament ac venerentur,

Avenenterunt, tum ius humanum violant, vocantur ad cædem, ite, ite procul à me tales, facscite omnes impuri, & homicidae. Qui enim sanguinem sit, dedecus primum infligit maiestati diuinæ, quam aut nescit, aut non credit rebus humanis prospicere. Ideoq; viros sanguinum, id est, impuros, ac sceleratos, vltorēsque iniuriarum, & qui sanguine innocentum aut opes peperere suas, aut ad optatas voluptates aspirauere, vel vlo gradu ac dignitate sunt potiti, eosdem impios esse, quo nullum est nomen execrabilius, necesse est. Violatis *que vere* *fint leges*, enim humanis legibus, princeps ratio, ac lex vnde omnia iura flunt, violatur: & aut contemptu summae maiestatis eius, aut foedissima infictia, vel tollendo & amando ex animo suo, diuinæ prouidentiæ opinionem, homines in hæc flagitia prolaborūtur. Nam cui certum, exploratumque foret, Deum omnia facta humana cernere, & tanquam iustissimum castigare, abstineret vtique libidinēsque suas coēceret. *Quis ergo non amans hominem quem videt, amabit Deum quem non videt?* Id est, quis nō violaret res diuinæ, si posset, qui labefactat humanas? Eodem enim gradu ad vtrunque scelus proceditur. Et iura singula ab universali ratione profiscuntur. Impium & virum sanguinum sub eandem culpam adiicit. Quo loco quædam sunt animaduertēda. Non enim virum sanguinum vocat Hebraica dialectos, eū qui simplex, aut quasi inuitus perpetrauit homicidiū, sed qui hisce cicatricibus saepe vitam suam dedecorauit. Cui ruinas præponderat hominis vnius vita, quām honos, aut voluptas, aut aurum, & opes: cuius animus sanguineis cupiditatibus est infectus, cupiditatibus, inquam, quæ plenæ sanguine sunt, qui leuissimis de causis sanguinem funderent. Sic vocabat Dauid, iniuriosè virum sanguinum, hostis suus de familia Saul, quem mentiebatur ad imperium, multorum sanguine fuso peruenisse. Dicitur autem Hebraicē, sanguinum, quōd sic consuetudo lingua sit, sicut pulmones Latinē. Virum item sanguinū dicunt, sicut virum mendacij, mendacem: virum terræ, agricolam. Itaque impium & homicidam eodem sermone & sensu cōprehendit. Illud quoque perspicere debemus, omnes iure quodam obstringi, vt eos derelictentur, odiōque habeant, quos inuisos esse Deo, quos esse impios certò sciant. Eo enim potissimum argumento pietas probatur, si eadem diligamus atque Deus, similitérque detestemur. Plato igitur ille diuinus etiam vocat homines sanguinarios ἀνθρώπους, id est, à sanctitate ac pietate remotos. Occiduntur ergo impij à Deo, non solum in hac vita, sed longè acerbius in altera. Quod & ipsum condemnatio, & cædes sollet vocari. Occiduntur autem, quia occiderunt. Ideo & viri sanguinum, & impij, & occisi à Deo sunt idem. Ac propriè cædes Dei, est æterna damnatio, quanquam & ad hanc vitam potest referri.

Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanum ciuitates suas.

Quia dicitur. L V R A sunt in vocibus aduertenda. Nam quod Septuaginta transtulerunt, obscu- *Quia dicitur.* *Ἄγλωντες.* *Quia contentiosi* estis ad disceptationes. Latinus autem interpres videtur credidisse ἔργα, duci ab ἐπος, dico, cūm veniat ab ἔργο, contendeo. Sed hoc quoq; quod Cverterunt Septuag. non respōdet ad Hebraicum. Proponam igitur quod est in fonte, quia longè clarius est. Igitur pro, Quia dicitis in cogitatione, Hebraicē est, תְּמִימָה רַבָּה, Qui loquentur te ad cogitationem. Hoc itaque dicit de impiis & peccatoribus, quorum cogitationes blasphemiae sunt, ac diuinæ tum prouidentiæ, tum iustitiae, tum lenitatis vituperatrices. Recedite, ait, δο profani, quorum cogitatio operibus diuinis detrahit. Quorum mens non sentit de Deo vera, & quæ sentiri de eo deberent. Faceant qui de te loquuntur רַבָּה id est, secundum cogitationem, peruersissimæque opiniones suas. Hunc sensum fortasse etiam Septuag. transtulerunt, appellantes contentiosos in disceptationibus, siue, vt Graeca vox sonat, in cogitationibus, impios illos, qui non acquiscent diuinis inuentis, ac factis, & institutis, & iustitiae, & prouidentiæ, qui dicant aliquid malè positum fuisse, & aut res naturales à Deo constitutas calumniantur, aut falsò de eo queruntur, quōd malè res humanas administret, iustos contemnat, improbis omnia bene procedere permittat. Id genus enim cogitationes, improborum mentes obambulant. Hos ergo superius impuros, & viros sanguinum appellauit, nunc malè de Deo sentientes, omnia hæc, idem esse statuens. Ac vox Hebraica רַבָּה propriè sonat cogitationem impiam, impium sensum, animi quoddam inquinamentum. In voce autem רַבָּה id est, loquentur te, deest Aleph, descendit enim ab רַבָּה Credo autem Septuaginta vocem cam deriuasse à רַבָּה id est, amaricavit, exacerbavit. Ideo contentionem significare putauerunt. Altera pars periodi, sic dissentit à fonte. Non

*Accipi, in
van. ci. su.* enim dicitur, Accipiant in vanum ciuitates, sed τὸν ἄνθην οὐδεὶς id est, eleuati sunt, vel assum-D pserunt in vanum hostes tui. Quo loco attendant omnes causam varietatis. Vox Hebraica νασοῦ, dicitur à verbo ναστίνην νάσα. Quae in numero multitudinis in præterito, formatur νασοῦ, vel antecedente, vel præcedente Vau, litteram Aleph. Hoc ergo per futurum Septua-ginta transtulerunt, in quo non magna ab Hebraico discordia. Quod autem dixerunt, ci-uitates tuas, Hebraicè est, τὸν ἀρέκα, quae vox amphibola est. Potest enim designare vrbes tuas, rursum participium est à verbo τὸν ἀράρειν, & per apocopen har. Significatque insurge-re. Eoque harim dicuntur hostes, id est, insurgentes, insultantes. Non significat igitur hoc loco vrbes, siue ciuitates tuas: sed, hostes tui. Totaque oratio sic legenda est: Qui loquen-tur ad te cogitationem, assumpserunt in vanum hostes tui. Quorum verborum, testibus etiam Hebrais, is est sensus. Consentiens enim cum antecedentibus & subsequentibus, ait: Illi procul à me sint, quos & tu procul arces, & qui de te non aqua cogitant, & in corde suo prava loquuntur, quique cùm hostes tui sint, te ore assūmunt in vanum, id est, vel ad mentendum, & ad mendacium, quod vanitas dicitur, vel frustra, quia sapientia tuae, boni-tatique frustra obloquuntur. Stulte enim id faciunt, & in suam potius perniciem, sempi-ternūque dedecus. Tum idcirco frustra, quia non tangit cælum, rugitus aselli. Bestiæ sunt omnes impij, asini, & muscae, & si quid est vilius. Quid poterunt contra diuinam magnitu-dinem? in se potius verba blasphemæ reflecent. Hunc ergo sensum proponunt concordi-ter Hebrai, lectioque Hebraica hoc modo est clara. Nam quod Septuaginta transtulerūt, vix est intelligibile. Editio quoque Chaldaica, cum his quæ propoluimus sic cōsentit: Qui E iurant in nomine tuo mendacium, iurant in vanum inimici tui. Ecce transtulit inimicos, quod Septuaginta ciuitates. Legitur etiam alia parte male apud Latinos, Ciuitates suas, cùm Græcè habeat τὸν ἄλλον, ciuitates tuas. Sunt igitur valde attendenda. Nam & diuus Hieronymus in Psalterio iuxta sensum Hebræorum, sic transtulit: Qui contradicent tibi sceleratè, eleuati sunt frustra aduersarij tui.

Nōnne qui oderunt te Domine oderam, & super inimi-cos tuos tabescēbam?

DV E R S Y S impios inflammatur, quos non homines solum, sed natura etiam ipsa execratur. Quo loco agnoscimus inimicos Dei, & odientes sumnum bonum, quod forte aut incredibile, aut impossibile videretur, inueniri. Habet igitur mūndus & am-bitus iste cælestis, qui deum habeant odio. O rem incredibilem, & immania sæculorum portenta. Nati sunt, & nascuntur, nascentur, & quandiu hoc omne Dei consiliis constitutum stabit opus, qui eum odio habeant. Quos tamen patitur luce & bonis frui suis, nō cri-pit eis vitam, nec cogitat quantum, quale scelus admittant, nec de facinore tanto viuen-tes eos appellat, nō rapit ad inferos, traditque meritis flammis. Non minus aduersus leges iræ naturæ, si mundi exordio affluisse, ipse putassem, fore in mundo, qui Deum execra-rentur, ac si quis cessa- re retro aliquando flumina tum mihi prædicaret. Et tamen Prophe-tarum testimonii percipimus esse qui Deum odio habeat, quod & Paulus hominum pec-eca-torum commemorans, docuit, in quibus etiam θεοφύλεις, id est, odientes Deum, esse ostendit. Atque utinam illorum non tantus esset numerus, vt præ cæteris ipsi quasi rara portenta in terris vagarentur: latissime patet malum, vt pars bonorum ex aduerso minime respondeat. Atq; odientes Deum facile qui sint, intelligimus, si ab effectibus humanis exempla summa-mus. Sunt enim duo ex aduerso motus & affectiones animorum, odium & dilectio: quos ita erga Deum concipere homines possunt, sicut inter se. Neque vero incredibile videri debet, vel diligi, vel odio haberi Deum ab homine posse, quod inuisibilis sit, cuius ante ocu-los nostros forma nunquam venerit. Neque enim omnia solis oculis cognoscimus, & oculi-s cognita amamus, vel detestamur. Multæ sunt formæ quæ oculis inuisibilis, animis solis cernuntur. Iustitia si recte censeas, forma quædam inuisibilis est, temperantia, fortitudo, re-ligio, pietas, item rerū rationes, & vniuersales considerationes, tam oculis cernuntur, quæ sonitus & voces, quæ solis auribus percipiuntur. Denique maxima pars eorum quæ in ani-mis insidunt, ab inuisibilibus rebus sunt profecta. Quare multa videt nouisque animus, & Deum si- certissimum rationibus intelligimus numen esse quoddam augustissimum ac maximum, ma-ximum quandam iustitiam, viuacem, plenam oculis, atque auribus. Quam quidem alij mi-nus, alij magis habent exploratam. Hanc tam scimus esse, etiam si non videmus, quæ sci-

*Odium.
Dilectio.*

*I. Par. 22.d.
Deum si-
mus.*

mus

mus esse oceanum, quem nunquam vidimus, sed cum tum auditu, tum ex descriptione, tum rationibus ire circum terras cognoscimus. Deum igitur omnes notissimum habentes, sed hi præcipue quibus doctrina de cælo data est, æquè diligere & odisse possumus, atq; eos ipsos quos videmus, quorumq; consuetudine vtimur. Cōmemorat autem etiam Deus quodam-qui cum oderūt: Ego, inquit, sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatē patrum super filios, in tertiam & quartā generationē, his qui oderunt me: & faciens misericordiā in multa millia diligentibus me, & custodientibus precepta mea. Ex quo loco facile possumus animaduertere, qui sint, quibus odio sit Deus, quicq; eum diligant. Ut enim man-data de custodiétes, amici eius intelliguntur, sic inimici quæc preuaricantur. Atq; ratio quo-quæc istius rei, in præcepto est. Nam cùm possit tribus rationibus amor variari, vt sit aut æqua-lum, aut inminorū in maiores, vel è cōuerso, propriè minorū erga maiores amor est, cùm co-rum mandatis hi fideliter obsequuntur. Majorū autem in inferiores, cùm beneficiis eos af-ficiunt. Aequaliū cum eadem fiunt ab utrisque. Cùm autem nulla ab imbecillioribus erga potentiores, expectent beneficia, eo tantum amor eorum probatur, si pareant, ac plurimi se fatigare dicta ac iussa eorū præ se ferant. Hæc ratio præcipue in Deo vera est, cui cùm sint omnes subiectæ creatura, cùm sit ipse eminentissimus, omniumq; bonorum vertate cir-cunfusus, non aliud efflagitat à nobis, quām vt mādatis suis pareamus, vniuersalemq; iusti-tiam quæ res humanas circū vagatur, custodiamus illæsam. Ex quo intelligimus, facile esse amare Deum, quem non videmus. Ac priscis hominibus etiam quandam legem quædamq; præcepta déderat, quæ & ipsi sentiebāt non esse violanda. Quare & illis hæc opinio certa; scientia infederat, parendū esse magnæ iustitiae, ex quo leges & instituta profecta sint, que-damque in animis sapientiæ substiterunt, quæ & ipsa & alia sunt postea philosophia cælesti cōprensa. Cùm igitur sit Deus summa inuisibilisque potestas, cuius aspectus latet mortales ad tempus, ea tantu ratione nunc amat, si præcepta eius custodiātur. Nam in cælo, & vita futura amabitur, sicut nunc fe inuicē hi amant, quoruī amor ex cōmercio & præsentia est effectus. Qui ergo perturbantur cùm amare Deum, quæ videre paucis datū sit, præcipiuntur, quod cum se amare posse desperent, quæ non videant, audiant diuinæ scripturas & rationē clamantem, rerum Dominū imperatricemq; diuinitatem atque autoritatem, ab illis amari, quibus iussa eius ita custodianter, vt ea cunctis rebus præferant. Vult enim tantum decretis suis nos obtemperare, in quibus æquitas iustitiaeq; inest. Hoc igitur argumento te Dei probabis amicū, si ea quæ clarissime sanxit, obserues. Videre autem & scire hæc facilli-um est. Propterea lectio diuinarū scripturarum est magnopere necessaria, quæ iussa Dei complectuntur. Itaque hæc omnia se consequuntur: Si præcepta diuina seruabis, Deum amabis: amates autem Deum, ab eodem amabuntur. Nemo enim est qui non amet aman-tem. Nunc vides quid sequatur. Crede mihi, cōpioso remunerabit utorem. Hæc quæ de amore dicta sunt, ad odiū possunt ex aduerso applicari. Eos enim odisse Deum neesse est, quāquam eum nunquam viderunt, nunquam fuerint allocuti, nullum eum eo cōmercum habuerint, quipræcepta eius cōremnunt, autoritatem iustitiamq; eius per omnia sparsam destruant. Haec enim nobis nunc præsentia Deus innotescit. Hoc contemnentes & asper-nantes, aspernabit ipsum, perinde si præsens esset. Præsens enim est per eximiam quan-dam iustitiam & autoritatem, quām omnes habemus notissimā. Hanc amplectentes, Deum amplectimur, repudiantes, odinius & contēnimus. Atque illud quoque sequitur, si hanc diuinam præsentiam suspiciamus, honoremus, charam amicāmque habeamus, vt dete-stati eos cōgāmū, qui sunt eius contemptores. Nec perfectè autoritatem illam diuinam is-amat cū peccatores, sceleratique non displicant. Is plane ardentissimus est æquitatis, id est, Dei amator, qui inipios execratur, odit: à coniuctu, consuetudine, factis que illorum abstinet: nihil cōmuñe, nil concors, cum illis. Hunc affectum suū vt declararet, bis ac ter Propheta hos appellat inimicos.

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

IT, vt diximus, & vt docent Hebrai, repetitio, quæ cteberima est apud eloquentes Hebræorū, vt Esaiam, Salomonē, & nostros: vt, Abiit, excessit, euafit, erupit. Hæc au-tem fiunt, cùm multorum idem ferè polluentum verborū concursu, rem reddere ve-hementiorem cupimus. Ac quod Sept. dixerunt, τίπερ μήτος, perfecto odio, Hebraicè est τὸν ἄλλον extremo odio, supra, & qua non detur maior, inimicitia. Sempiternas, inquit, cum illis inimicitias suscipio, qui te oderunt. Non possum magis eos odire.

R R R

I. Par. 14.c.

Amor.

Aequaliū

min. in ma-

ior. in major.

in minor.

Dens, quid

à nobis re-

quirat.

I. Par. 14.d.

Ioan. 14.c.

Ioan. 14.c.

Præsentia

Dei.

Perfectum

odium.

Proba me Deus, & scito cor meum : interroga me, & cognosce
semitas meas.

Probame. Ec sunt in vocibus admonenda. Quod Latinus transtulit, Proba me, proprius ad Hebraicum accedit Græcum, δοκιμαστεί, examina, disquire, perpende, Hebraicè γράψαντες, vestigia, scrutare me. Et quod Latinus dixit, interroga, non ita sonat Græce, sed ἐπιτηδεῖον, id est, inquire, discute. Videtur enim Latinus credidisse hoc esse quasi αἴτησιν, pete, postula. Atq; iuxta Hebraicum verterunt Septuaginta ψαλτεί, exquirere perpende me. Quod autem Secundum Septuaginta transtulerunt τὰς τριτην μέτρας, semitas meas, Hebraicè γράψαντες saraphai, Hebræi concordes expontunt, cogitationes meas. Et Hieronymus noster, Et scito cogitationes meas. Quanquam à cogitationibus semitas existunt, perindeq; incedimus, ut cogitamus ac sentimus. Principiaq; semitarum sunt cogitationes. Reperiit igitur ea quæ dixerat à principio. Nam cùm ad inuisibiles vñq; cogitationes dixisset scientiam Dei progredi, pòst contéptorem Dei commemorasset, à quorum commercio se abstinere dixisset, nunc ad id magis exprimendum, vocat testimonium diuinum, probationemq; hic eius desiderat. Aspice, inquit tu qui omnium potes cogitationes intueri, an cum sceleratis consentiam, an eos recum defester, an sempiternis odiis in eos inflammer.

Et vide si via iniuitatis in me est, & deduc me in viam æternam.

Via iniq. R o via iniuitatis, Hebraicè γράψαντες τὴν via exacerbationis, sicut interpretatur Abrahā: *Eph. 4.8.* Rabī Dauid, via amaritudinis, & tristationis. Attribuit enim hunc affectum Deo, quod tristet, quod mœrere propter humana flagitia tágatur. Nam & hi eum oderunt, qui spiritū eius, vt alibi dicitur, tristare & importare sollicitudinem ei non cessant. Est enim spiritus eius mitissimus, vt cum maximus sit, etiam ad id se inclinet, vt mœrere propter peccata nostra soliciteatur. Vt ergo sunt qui eum oderunt, sic qui tristem mœstumque eum reddant. Quod non ad morem imbecillitatis humanæ in eo fit, sed modo quodā gravissimo, Deoq; conuenientissimo. Quod autem hæc vera ac germana sit istius vocis significatio ac sensus, claret eo dicto Esaiae: ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt, & afflixerunt spiritū sancti eius. Vbi pro Afflixerunt, est ψαλτεί præfens scilicet vox. Tristatur igitur à nobis, & affligitur spiritus diuinus, cùm in peccatis & erroribus volutamur. Hæc via, id est, vita, & institutio, amara, acerba, sceptro Dei iniuriosa vocatur, longius abiens à iustis voluntatibus eius, iura, quibus vniuersa inter se ligare ac fortunare instituit, dissoluens.

Et deduc me in viam æternam.

Holam. I c quoque admonendi sumus, vocem Hebraicam γράψαντες holam, modò sonare æternitatem, modò ipsum mundum ac sæculum. Vnde liber apud Hebræos, quo ætates & sæcula, comprehenduntur, dicitur sepher holam. Secus igitur locus exponit ab Hebræis, vt sit imprecatio ac deuotio. Si, inquit, cum impiis sentio, si cum peccantibus communico, si factis meis spiritum tuum sanctissimum vexo, duc me in viam mundi, id est, in mortem, viam ad quam totus mundus contendit. Interfice me, si non colo veneror que iustitiam tuam. Quo loco sciamus esse modum quandam loquendi Hebraicæ dialecti, sicut admonet Abraham, redundare scilicet copulam, Et deduc me, quemadmodū eo loco, In die tertia, & eleuavit Abraham oculos suos. Et illud: Et factum est post mortem Mosis. Itaque, & hoc loco censem sic esse ad sensum, legendum: Si via exacerbationis in me est, deduc me in viam æternam, vel in viam mundi, in viam sæculi. Dele nomen meum ex hac vita. Ad hanc phrasin dixit Iacob: Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ, id est, totius mundi. Huc quoque pertinet quod in Ecclesiaste dicitur: Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, ubi est holam. Is igitur rite verbis Hebraicis examined, videtur esse sensus.

F I N I S



INDEX RERVM ET VERBORVM IN HOC

Psalmarum commentario contentorum.

A		
B emuna	143.f	Afflati numine.
A bies	207.b	Afflictio.
A b incurso daemone.	183.a	Ala.
Abîntrus.	155.f	Ala dñe animabus datæ.
Abominabiles qui	24.f	Alacritates impiorum non sunt perpetua.
Abdminari.	24.f	Alecto.
Abscondere peccatum pro obliterate.	109.f	Alma.
Abscondita quid.	176.f	Almoth, vox amphibola.
Abscondita pro thésauro.	57.a	Aloës quid.
Abundantia	104.a	Aloidæ.
Abyssi.	113.c	Altissimus sol vocatur
Abyssus sicut vestimentum amictus.	202.c	Altissimus proprium Dei nomen.
Abyssus Græcis quid.	124.b	Altitonans.
Abyssus quid.	201.f	Amare.
Accedere malum.	184.b	Ambulare, stare, ambulare.
Accédere ad Deum.	115.e	Ambulare in consilio impiorum.
Accingere gladium tuum.	149.f	Ambulare super pennas ventorum.
Actions impiorum particulares.	129.c	Amen, amen.
Actionum rectarum fons.	1.c	Amici quomodo fiant inimici.
Actus duo, noctis & dici.	123.d	Amictus lumine Deus.
Actus tres naturali ordine progredientes.	106.c	Amictus terra, aqua.
Adam quid.	188.b	Amentia, pro peccatis.
Adam cur electus de paradiso.	178.b	Amor, filius beneficij.
Adducuntur Regi Virgines post eam.	156.c	Amor Dei.
Adorare quid.	14.d	Amor indaminatur.
Ad intellectum.	145.b	Angeli.
Adipe concludi, quid	56.b	Angeli in sacris litteris pro diis.
Adipe in agnisi nihil melius	129.b	angeli Deo charos defendere gaudent.
Advehementiam & exaggerationem	10.f	angeli, Reges
pro Adiutor meus, petra mea.	76.c	angeli, Spiritus, ignis.
Adiutorium bifarium exponit.	181.b	angeli, missi dicti.
Admirabile	34.a	angeli potentes virtute.
Adoneum.	34.a	angeli animi sunt incorporei
Adonis horti.	192.f	angeli suis Deus mandauit.
Adoratio fit ore admoto atque osculo.	14.c	angelorum custodia.
Adrastia	188.c	angelorum munus.
Adrena & peregrinus.	190.a	angelorum diffinitio, difficilis
Ædificatio Sion quid.	156.f	angelus dominus bonus.
Æmulari.	11.e	angelus dominus bonus.
Æquitas custodienda	125.e	angelus magni consilij.
Aér ex aqua.	132.a	anima.
Aér Dei opus secundum.	200.b	27.c.29.44.c.53.e.f.87.c.145.e.187.b.196.e
Aér effusus à Sole.	201.e	anima pro vita.
Aéris creatio.	109.d	3.c.92.d.94.e.103.e.114.e
Ærumnae multiplices contingunt his qui scelerate	203.d	anima pro persona.
viuunt.	111.e	anima pro animo impulso.
Aetas idem quod generatio.	157.f	anima quinques benedic dominum.
Aeternitas regni Dei.	194.e	anima quoniam benedic dominum.
Aeternitas Dei designatur.	197.c	anima, animus, Nephes.
Aeternum pro diurno.	187.a	anima mea illi vivet.
Affectus duo Dei.	187.a.b	animæ duæ
Afferre domino gloriam quid	124.a	animæ locus.
A facie ire	100.d	anima videt, nec videtur.
	133.a	anima in impiorum non viuet.
		animalia Hebreis duobus sensib⁹ accipiuntur.
		animalia cibo differunt.
		animalia sancta Hebreis angelii.
		animam suam,

RRR ij

I N D E X.

animarum alæ dueæ	165.c
animi irati descriptio	27.d
animi pulchritudo	147.e.f
animus noster, animo deorum similis	2.c
animus piorum qualis	6.c.d
animus quomodo dilatatur aut contrahitur	19.c.f
animus duplex	46.b
anni mille	175.a
anni à Salomone ad Christum	176.c
anni corum	175.e
anni nostri sicut aranea	177.a
annuere oculis quid	121.a
annuntiā firmamentum	66.d
ante luciferum	220.e.f.221.a
antichristus Gog & Magog dicitur	15.f
antiquas dierum	79.c
antropopathia	194.e
antropos	188.b
aperuerunt	120.c.d.
aphrica quid noui semper adfert	201.a
apollo, demon	183.d
apostoli	54.a
apostoli patres	157.e
apparatus aulae	154.f
apparere pro satiari	57.b
appellatio patris summi	197.c
appropinquare, & de longe stare	114.e
appropinquabit	183.b
approximare	111.d
aqua & terra simul creare	202.d
aqua ex aëre	200.b
aqua ex nihilo facta	202.a
aqua refectionis	87.b
aqua mater omnium	210.a
aqua	5.b.59.f
aqua visus in Oriente	204.f
aqua cur salta quædam, alia dulces	204.d.e
aqua stabunt	203.a
aqua super celestes	200.b.c
aquarum utilitates per conuales scatentium	204.f
aquila renouatio	189.c
aquilas cur alere domi veruit Pythagoras	129.c
aquilo toto calo fugat nubes	47.f
araboth quid	160.c.f.161.a.b
aranea	138.d
arbitrij libertas	91.d
arbor pro homine iusto	5.e.f.6.a
arboris bona factus	5.f
arca Dei in Sion	50.a
arca testimonij	71.f
arca fœderis in monte Sion	76.f
argentum pro pecunia	51.b
arida quare terra dicta	176.a
aristoteles de anima	196.c.d
arma	118.d
arma messia tribuuntur	218.a
armorum genus duplex	128.b.187.d
arrogantes fugiendi	3.e.f
ascendisti in altū, diuersis sensibus intelligitur	167.c
ascensio Christi domini	161.b
alcensus, equitatio Dei	200.d.e
aspides & basilisci pro omni genere calamitatum accepti	185.b
ate	211.a
aua quid	133.f
auaritia iustitiae inimica	51.d
Benedictus Dens.	168.
Benedictus quis	63.64.a
Benedictus dominus	143.c
Beneficia diuina duo in Deum sperantibus	114.e
Beneficia duobus nominibus appellantur	189.b
Benignitas erga bonos	124.a
Benevolentia diuina causis duabus prouocatur	93.a
Benevolentia incredibilis exemplum	119.f
Benevolentia indicium	92.b
Beniamin adolescentulus	170.b
Bestia nulla homine nocentior	98.e

I N D E X.

Bestiae	208.b
Bestiae agti potabant	204.f
Blandities sub lingua	25.d
Blasphemia infandū scelus nec nominadū	30.a
Bona, dulcia dicuntur	189.c.d
Bona domini quæ	97.d
Bona caelestia	79.f
Bonitatis summæ testimonium	119.f.120.a
Bonitas Dei summa commemoratur	195.d
C	
Achias verbum duos sensus habet	63.d.e
Cadendi verbum Hebreis quid	86.d
Cades desertum	101.f
Cæcitas quorundam de Messia	186.c
Cædes bonorū & malorum penes quem	149.a
Cæli cælorum	65.b
Cæli natura duplex	65.c
Cæli distillauerunt	162.e
Cælo & stellis nihil admirabilius	34.e.35.a
Cælos non esse animatos	65.d
Cælum	123.f
Cælum duplex	65.b
Cælum Aristoteli	172.a
Cælum cæli	172.a
Cælum cameratum	199.f.200.a
Cælum cur non corrumpatur	67.b
Cælum Empyreum	199.a
Cælum Empyreum, increatum	172.a
Cælum Græcis vnde dictum	201.f
Cælum templum Dei	44.f
Cælum τούχαλων dictum	67.b
Cælum proprium Dei diuersorum	10.d
Calor in animalibus	69.f
Calamitas efficit, ut amici stant inimici	107.d
Calamitates olim fuisse triplices	12.e.f
Calamitatum veritas	6.d
Calamitosi oratio	118.c.d
Caligo oculorum vnde	107.b
Calix	53.a
Calix inebrians	87.f
Calix in sacris litteris quid	45.d
Callidi vitandi	31.e.f
Calumniæ, Diabolus	24.c
Campi Elysi	217.e
Campus vita quis	97.c
Campus veritaris	88.f
Canticum canticorum	169.e
Canticum pro delicto	145.b
Canticum nouum	112.c
Carbones	45.c.d
Carcer animi	2.c
Capita pro hominibus	168.e.f
Captiuities nostra	162.c
Captiuitas Ægyptiaca	162.d
Caput pro toto homine	96.c
Carmen triumphale	64.d
Carmen nouum	139.e
Caro	53.f
Caro vnde deducta	174.a
Casia quid	153.e
Castræ	95.e
Casus in vita multiplices in vita	182.c.f
Cathedra pro doctrina	
Cathedra pestilentiae variè interpretatur	4.a
Cathena peccatorum	3.c.f
Bestiae	162.b
Catuli leonum rugientes	208.d
Causa	37.c
Causa fontiū prorumpentiū ē montibus	204.e
Causa mortis	176.c.d
Cause cur auro præferenda philosophia diuina	
Cedros ponunt Hebræi pro regibus	101.b
Cedri Libani	207.b
Cedrus arbor Libani procera	131.c
Cedrus locis calentibus gaudet	101.b
Cerebrum, mentis sedes	145.e
Cerebrum non habere	145.e
Ceremonia	4.d
Cernui sumis in deterioribus	112.e
Cerua matutina quid	81.b.c
Ceruæ nomen trés habet significatus	81.b
Ceruo est cor maximum	48.e
Cete, cur draco	210.d.e
Charissimi Deo qui	1.c
Charitas Dei maior, quam omniū hominum	140.c
Charitatis, iustitiae ac pietatis coniunctio	129.d
Charites maximæ tres	148.e
Chanan	68.c
Cherub in facris literis quid	59.a
Chilias numerus continens mille	166.c
Chilias numerus milletarius	183.b
Christiani Iudeis hæretici	8.e
Christum suum	64.c.d
Christum regē futurū super montē Sion	11.d.e
Christus, imperator, pontifex, propheta	219.f
Christus, ex cuius sanguine natus	16.a
Christus imago patris	152.a
Christus, Messias	9.f
Christus noster, iustitia	215.e
Christus patribus locutus	197.e
Christus Rex	222.c
Chymus succus	83.b
Chytropodes, ollarum sustentacula	165.a.b
Cicatriæ læsi corporis	133.d.e
Ciconia misericors dicitur	20.d
Ciconias imitati	61.b
Cladum omnium vitandatum offertur confituum	180.181.a
Clamabit ad me	185.e
Clamare	185.e
Clamare pro rugire seu gemere	110.b
Clamor tacitus	96.d
Clementia diuinæ partes due	191.b
Claudicauerunt à fœmitis suis, plures habet fœnus	63.c
Cleri pro labiis	163.a
Clibanus	80.b
Coagulatus mons	165.f
Coarctans Angelus domini	118.f
Cogitationes & meliorum	137.c
Cognitio lux appellatur	187.f.188.a
Cognitio Dei	71.d
ex Cognitione & intellectu letitia	212.c
Cognoscit nomen meum	185.d
Colere pro habitare	88.c
Colloquium aduersariorum Davidis	16.f
Colores quibus constabat templum	50.c
Columba argenteæ descriptio	165.e
Columnæ cur erectæ	51.f
Cometæ antecedunt graues calamitates	67.f
Comminabitur	191.b.c.d
Commotio pedum	135.f

INDEX

Commoueri	80.a	Corpus somno irrigatur	83.b
Comparatio vasis perdit	107.e	Corpus animi cancer	2.c
Conchæ, aliae sunt terrestres, aliae marinae	10.e.c	Corripere, verborum est	27.a
Concilium vanitatis	93.d	Corroborationis misericordiam suam	191.f.192.a
Concilium diutibus appellatur non minibus	7.c	Cosmus mundus	209.e
Concilium malignantium canes	83.c	Consumetur	31.c
Concluserant adipem quid	56.b	Creare quid	174.b
Concludere	106.f	Creatio propriæ animalium est	174.b
Conditio hominis diuina	35.d	Creatio rerū & prouidētia filio tribuitur	218.b
Confessio peccati	110.e	Creationem rerum penes filium	149.a
Confessio pro narratione	198.c.d	Creationes mundi duas	71.a
Confessionem & decorum induisti	198.c.d	Creator idem qui & redemptor	144.b
Confidere in domino	44.b	Crucis fructus	45.b
Confirmata hoc Deus	170.e	Crudelitatis genus aliena rapere, nec reddere	129.c
Confitebor	36.c	Crus	49.e
Confitebor, canticabo	33.b	Cubilia	208.f
Confitebor domino in cithara	112.b	Cùm ceciderit, Hebreis bisaria exponitur	129.e
Confiteri	64.b	cura hominum prima	23.f
Confiteri memoriam sanctitatis	103.d.e	curæ	32.f
Confiteantur	118.e	cus	29.c
Coniunx	154.b	cusi	29.c
Confidentur	129.a	custodes, Angeli hominibus dati	163.e
Coniunctio charitatis, iustitiae ac pietatis	129.d	custodia in nocte	175.a
Coniuratio contra Christum futura	16.a	custodia oris	136.f
Confidisti faccam	104.f	custodia fida quæ	114.d
Consilium Concilium quid	6.f	custodia nocturnas in castris esse dicunt	Græci
Conscientia	133.b	custodire	74.e (175.g)
Consilium	49.f	cynosura vrsæ minor	70.a.b
Consilium malum consultori pessimum	31.a	cyrus	194.e
Consilium impiorum quod	2.c.3.b	D	
Consilium pro voluntate	77.b	Ach	44.a
Constituerunt	143.b	Date gloriam Deo super Istræ	172.e
Constitutus sum passiù sumpturn	11.b	Danielis oraculum de Christo	79.c
Confuetudo sceleratorum	127.e.f	Danubius	50.b
Confuetudo in naturam vertitur	5.c.d	Dæmones	110.c.183.c
Confulendum priusquam incipiat	9.e	Dæmones pestilentiae authores	183.d
Considerabis oculis tuis	183.f	Dare	211.b
Contradiciones	63.c	Dares vindictas exponitur	64.a
Conturbari vnde ductum	107.a.b	Dator bonorum	187.b
Conturbata sunt, tineasterunt	107.c	David Rex	23.e
Conualles montium	204.d	Davidis in hostes incredibilis benevolètia	119.f
Conuenerunt	9.e	David peccator	75.a
Conuenerint pro consultarent	107.f.108.a	Davidis oratio pro inimicis	120.a.b
Connuersio omniis gentium vaticinatur	86.a.b	Decachordum	112.c
Connuersus sum in erumna	110.c	Decem millibus multiplex	166.d
Conuertere Hebraicæ & Græcæ	27.e	Decipiæ rectos corde	128.b
Conuertere	179.a	Declinare quid	49.c
Conuerteri de quibus dicitur	29.a	Decor	104.b
Conuertimini filii hominum	174.e	Decor aut decus vestis oculis optatissima	122.a
Cor	53.f	Decor Deo proprius	100.e
Cor & cor	46.b	Decorum induisti	196.o
Cor mundum	89.b	Dedecus vestis feeda	122.a
Cor, animus	85.e	Defecit sanctus, sensu duplice exponitur	46.a
Cor cogitationum fons	145.d	Deficere	159.f
Cor pro anima	77.b	Delectare in domino	126.c
Cor impiorum	142.f	Delere	63.c
Cor totius vitæ præcipuum membrum	197.a	Delicta	75.b
Cor vitæ fons	145.e	Delictum maximum	76.a
Cordi tribuitur locutio	48.d	Deprecabilis esto super	179.b
Cornu	57.f	Deprecatio Mofis	173.a.b
Coronarum tempus	16.a	Defensus Dei	58.f
Corona impositio	79.b	Descriptio defensus Dei	58.59.a.b
Corporis qualitates	3.c.d	Descriptio turbati & irati maris	27.d
Corporis pulchritudo in Christo	147.c	Desiderium meum ante te	134.c
Corpus vnde formatum	193.a	Desinc ab ira, duos habet sensus	127.a
Corpus cœli	158.c		

Detimentum

INDEX

Detimentum multiplex, quod solent mali homines inferre iustis	131.e	Dies magnæ	6.f
in Deterioribus cernui sumus	112.e	Dies mala	142.b
Deuorare	121.f	Dies pro vita	192.f
Dei in Sion habitatio	38.f	Dies nostri omnes defecerunt	177.b
Dei nomen vnde deductum	70.a	Dies tabulationis	76.c
Dei Sinai	162.f	Dies vna, humana vita	176.a
Denn esse in loco suo sancto, quo sensu dicatur		Dies, vniuersa vita	128.f
Deutū quætere	115.d (161.e	Diffusa est gratia	148.c
Deum scire	48.d	Dij judices	73.b.c
Deum requirere, duplicitate sensu dicitur	49.a	Dij duo nominantur	132.c.d
Deum timere	72.f	Dij duo, quomodo	216.c.d
Deum vnde agnoscimus	65.c.d	Dij pugnantes	149.c
Deus quid	35.d	Dilatare os	60.d
Deus	115.c.183.c	dilatare iter	121.c
Deus, animal	163.d	dilatatur animus quomodo	19.f
Deus de Basan loqui dicitur	169.b	dilecti, dilecti	164.d
Deus cur sit beatus	37.f	dilectio superbiae vnde	13.f
Deus cur sero exaudit	181.f	dilectis	101.c.d
Deus cur sit admirabilis	37.f	dilluvium in habitans	102.b
Deus, dominus	198.a.b	diluvium pro calamitatibus in bello acceptis	111.a
Deus, deus tuus, duos habet sensus	152.a	dinumeratio ossium	83.f
Deus inuisibilis per opera visibilia cognoscitur		directionis virga	151.e
Deus incorporeus	218.a (147.a.b	dirigere	31.d
cù Deus in celo sedē stabiluit, tria notātur	194.e	dirigere filios eorum	180.b
Deus Iacob	76.f	ne discedas	121.d
Deus Israël	163.a	discedit Deus, quando	121.d
Deus iustitiae mere exponitur	19.d	discernere	165.e
Deus meus, Spes	181.e	dispersio ossium quid	83.a
Deus omnium pater	192.c.d	disciplina	62.d
Deus quis	88.d	distumpamus vincula eorum in diuos sensus ver-	
Deus quomodo procul consistit	41.a	titur	10.d
Deus quando laudeur	115.a	dissipa gentes	171.d
Deus noster, Deus saluus faciendo	168.d	dissipare	159.d
Deus in quibus mitabilis	172.f	dissentio de resurrectione inter Iudeos	212.a.b
Deus Pythagoræ, quid	212.b	dittatere à malo	117.a
Deus piorum semper memòr	129.a	diues omnis aut iniquus aut iniqui hæres	127.
Deus, principium, medium, finis omnium bonorum	196.b	vbi diuinitas summa, ibi summa maledictudo	191.a
diuinitatem quæ declarant		diuinitatem significantia	157.c
diuites cur leones appellantur		diuinitatem quæ declarant	79.c
diuites p̄lebis		dolites	116.c.d
diuites populi qui		dolores	134.e
diuitia mala partæ		dolos	122.f.123.a
diuitiae multis insidiis expositæ		dolus	24.c.42.b
diuitias reliquant sacra litteræ		dolus Grecis quid	116.f
dixit		domine spes & tu	184.a
dixit dominus domino meo		domine refugium factus est nobis	173.c
dolor	32.f.33.a.42.b.43.b.37.b	dominationis diuinæ locus	195.o
doloris indicia		dominus	121.c
dolosè agere in conspectu eius		dominus dabit verbum euangelizantibus	103.f
dolus		dominus, Adonai	155.c
dolus Grecis quid		dominus in celo parat sedem suam	194.b
domine		dominus, domino, Adonai	216.b
dominus in eis		dominus in suis	167.b
dominus Iesus		dominus nomen illi	22.f
dominus noster		dominus noster quid	161.c
dominus nouit dies immaculatum		dominus nouit dies immaculatum	128.f

RRR. iiiij

INDEX

Dominus, pater summus	9.f	Excessus, stupor	109.b
Domus Dei	124.e	Excidium peccatoribus minatur	118.c
Domus Dei duplex	87.88.a	Exercitus deleri & fusi signa	118.c
Domus eburnea	153.f	Exsiccationis descriptio	60.a
Donec	174.c	Ex inimicis ab ipso	169.c
Donec ponam	219.a,b	Exhilaratio faciei duobus modis potest intel- ligi	206.d,c
Draco	210.c,d	Ex leges qui	78.b
Duces eorum	170.c	Expectare	211.b
Dulcedo, bonitas	108.d	Exploratores unde dicuntur	50.c
E		Exprobauerunt animæ meæ, foderunt	119.b
Ebrietas æterna	124.e	Ex Sion salus	50.a
Ecce dabit voci suę duos habet sensus.	172.d	Existens	197.d
Ecclesia	93.c,120.f,170.a	Existens vere est, quod in generatum est	175.b
Ecclesia kahala	155.a	Expectans expectauit	139.c
Ecclesia multitudo	84.c	Expectare Dominum	97.f
Ecclesia manere comparata	208.f	Expositio visionis Danielis	79.c
Ecclesia, excellus	105.c	Exterminari	127.b
Educere	206.b	Exultare in Domino	112.b
Educet quasi lumen, sensum duplice habet	126.e	Exultanimus pro diebus	179.f,180.a
Effunde frameam	118.d,e	Exultent	160.c
Effundi sicut aqua	83.a	Exurgere	159.c
Ego hodie genui te, quomodo intelligendum	12.d,e	Ex utero ante luciferum genui te	220.d
Egredi quid	162.d	F	
Et Deus	65.f,174.d	Faciens superbiam	109.e
Et duabus modis legitur	12.a	Facere bonum	117.b
Electio, vñctio	132.d	à Facie ignis	160.a
Electus	61.c	Facies Dei	159.e
Elementa quattuor	88.d	à Facie Dei Sinai	162.f
Elice visa maior	70.a	Faciens verbum eius	195.b
Elim quid	100.c	Faciens terra renouabis	211,212.a
Elohim quid	197,198.a	Faciens pro ore	58.c
Eloquia	61.f	Facti cur simus	213.f
Eloquia Dei casta	46.c,f	Fames antecedit pestilentiam	67.f
Eloquor iucundum	214.a	Falsitatis duplex genus	93.c
Eliſij campi	50.c	Fatum	188.c
Emulatio quid	125.c	Fatum & natura sèpè idem	184.b
Enarrant gloriam Del	65.c	Fanus pro redundantia	74.a
Epicureorum impietas	13.f	Felicitas impiorum quorsum	39.f
Epinicion, Victoriæ carmen	29.b,33.d	Felicitas arboris descriptio	52.e,f,6.a
Epulari	160.b	Felicitas diutius non inest	2.c
Equi regni diuini	150.c,d	Felicitas quid	1.c
in Egnitibus multis, salus non consistit	114.c	Felicitatis varia exemplum	123.f
Eripe animam meam	27.c	Felicitatis descriptio	12.a
Eripere de portis mortis	39.b	Ferae cur noctu vägen tur	208.c
Eripi à tentatione	61.c	Fera Harundinis	171.a
Error quorundam de Messia 4, rationibus refel- litur	151.c	Fides	122.f
Error Græcorum super angelis	195.c	Fides religio	126.b
Eribescere	29.a	Fideles	71.a
Eruatate verbum	67.c	Fideles qui	109.c,140.f
Eruatuit verbum Hebræis & Græcis variè ac- cipitur	145.c,d	Fides	141.a
Erudimini quid	13.d	Fides quid	50.c
Eruditio quid	14.c	Figuræ, dictæ, factæ, visa	156.b
Esse de hoc mundo	57.a	Figurarum triagenera	156.b
Essentia quinta	35.a	Figmentum	192.d
Ethice	4.c	Filia regis	156.a
Ethnici qui	9.a	Filia pro Ecclesia	155.a
Euan gelium	164.c	Filia pro viribus	39.f
Euan gelium, dæmonis imperiu subiicit	164.c	Filia regum, populi	155.c
Euan gelium quomodo confirmatum	162.c,f	Filia regum, multipharium exponitur	154.a,e,f
Eucharistia	198.c	Filiij Dei	100.b
Euge laetitiae signum	121.c,e	Filiij discipuli	116.d
Exalationes due à terra	199.c	Filiij pro viris	20.b
in Excessu, etatii	170.b	Filiij filiorum	191.f

Filij alie.

INDEX

Filiij alieni mentiti sunt mihi, sensu vario dicitur	63.d	G	
Filiij hominum	20.b,146.e	Gabaon mons	166.a
Filiis Core	144.f,145.a	Galeus piscis Rhodi celebris	210.b
Filius mortis	120.b	Gaudere, reflorere	99.c
Filius hominis	35.b	Gaudia in sola mensa existunt	160.b
Filius Dei, Sapientia dicitur	197.d	Generatio	42.a,b
in Fimbris aureis	135.f,156.a	Generatio & generatio	157.f
Finis omnium virtutum	11.e,f	in Generatione & generationem	173.e
Finis vita humæ oñnum nobilissimum	14.a	Generationes duas	193.f
Finiis, id est, omnia	218.c	Gehenna	188.c
Firmamentum, secretum	91.f	Genij qui	163.e,184.d,e
Flagella	120.b	Genitus cordis	134.c
in Flagella patatus sum	135.f,136.a	Genius	166.e,f
Flagellum plaga	184.b	Gentes, quæ	39.d,40.d.
Flamma in templo Hierosolymitano	186.e	Gentes quare fremuerunt?	8.d
Flumen cur beatum dicitur	165.f	Gentes ad dei cultum vocatæ	13.a
Fluminibus auditum tribuitur	101.e	Gentes omnes seruent ei, quomodo intelligendū	13.a
Flutius vita nostra est	175.d	Gentes, omnes nationes quæ à vero dei cultu abhor- reabant, sunt appellatae	9.a
Fœdus dispositio	193.f,194.a	Gentes omnes conuertendas ad Christum prædi- catur	86.a,b
Fœtum ab Herba in quo differat	206.a	Genui verbum de quo dicatur	12.b,c
Folia defluentia, famam posteritatis quidam dicunt	5.f,6.a	Genui te	221.a
Falij sapientiam	5.b	Gigantes	102.c
Foliū		Gigas	114.b
Fôrtis & patiens	32.a	Gigas pro forti	69.b
Fôns malorum omnium	48.f	Gladius	150.a,b
Fôns vita predicatorum	124.f	Gladius dei	56.c
Fôns omnis impietatis	122.c	Gladius iustitiae	149.c
de Fontibus Israël	110.a	Gladius potestatis regiæ insigne	149.f
Fontium vius in Oriente	204.f	Gloria	53.c
Fontium è montibus manantium causa	204.e	Gloria quid	94.c,d
Forma locutionum duplex	217.a,b	Gloria Dei quid	212.d
Formidabunt	203.c	Gloria, anima appellatur	30.d
Fornicatio	155.a,178.a,b	Gloria Dei interior & exterior	65.d,e
Fortitudine	162.a,b	Gloria pro anima	105.a
Fortitudo	106.a	Gloria pro anima	17.c
Fortitudo quid	162.c	Gloria Dei, exterior & interior	198.b,c
Fortitudo Dei	171.f	Gloria Dei duabus rebus ostenditur	65.d
Fortitudo Dei describitur	149.a	Gloriam & honorem aliqui pro immortalitate fu- munt	35.c
Fortuna	218.b	Glorificabo eum	185.c
Fræma	37.e 84.b	Gog & magog quid	149,150.a
Fragoris diuini descriptio	181.e	Gradus primus vita felicis	116.f
Fratres qui	84.e	Græcorum de resurrectione mortuorum sententia	7.a
Fremuerunt verbum exponitur	8,f,9,a	Gratia	148.b
Fruetum de terra perdere	80.c	Gratia in labiis tuis diffusa	147.a
Fructum suum dare, quid, iuxta Græcos	25.b	Gratiatum dator, Deus	25.c
Fructus	5.b	Gratitudine nil melius	103.c
Fructus progenies	80.c	Gratis	119.a,121.a
Fructus operum Dei	205.f	Gustare ad sensum refertur	116.a
Fructus nullus in factis iniquis	90.b	H	
Fructus arboris Hebræi duabus modis exponunt	5.e	Abitare	181.b
Fructus cognitionis Dei	71,d,e	Habitatio Dei in Sion	38.f
Fructus Christianæ meditationis	5.d	Habitatio Dei	166.c
Fructus meditationis Christianæ, pietas	5.c	Hallelujah quid	214.d
Fumigatio montium	213.a	Hebræa lingua cæterarum patens	37.a
Fumus	159.f	Hebræi à se falutem repudiunt	23.a
Fundamenta pro preceptis	44.e	Hebræis pauca nomina deriuata	9.d
Fundare virtutem	34.c	Hebræis gentes aduersæ	8.d
Funes inferni	38.a,b	Hebræorum lingua	207.f
Funes mensure vocantur	53.b	Heghe quid	177.b,c
Furor	28.c	Hæreditas Dei	163.b
Furor dei quomodo placatur	26.c	Herinaciis refugium	207.c
Furor Deo tribuitur	26.c	Hærericis ex leges dicti	78.b
Furor & ira deo tribuitur	10.f	Herodius am.	207.d
Futurum pro præterito	17.d		

INDEX

Hieoeb.	183.c
Higation, gela.	31.f
His qui commutabant.	144.b
Holocaustum pingue.	77.a
Homicidia sunt ex fraude.	135.b
Hominé quando nil nocentius.	98.e
Hominé diligere duobus modis cogitur Deus.	93.b
Hominés.	40.e
Homines ad quid nati.	196.a
Homines fortunati.	217.a
Homines & iumenta saluabitis, habet sensum dupli- cem.	124.c
Homines cur sancti.	28.a
Homines hortantur ad sapientiam.	13.e
Homines non homines.	76.a
Homini quid merendum.	111.f
Hominis definitio.	75.e
Hominis gressus.	129.d
Hominum habitatio prima.	144.a,b
Hominum mitifelicium genera, duo.	14.e
Hominum conditio.	35.b
Hominum genus verè beatum.	113.f
Homo.	40.d
Homo homini lupus.	95.d
Homo omnis, vanitas est.	157.e
Homo velut aduena & peregrinus.	138.f
Homo, Enos.	44.a
Homo totius mundi Dominus.	35.c
Homo sicut scenum dies eius.	191.f
Homo, cur factus sit.	13.f
Homo imago Christi.	152.b
Homo pacis.	143.b
Homo, quid est, duobus sensibus declaratur.	35.a
Homo cur omnium animalium nobilissimus.	34.c
Homo cur sit factus.	104.d
Homo homini lupus.	136.b
Homo naturalis & animalis.	75.e
Homo, velut imago mutabilis.	137.e
Homo pacis quis.	132.a
Homo pectoris à diuersis partibus appellatur.	197.a
Homo quidam parvus Deus.	35.c
Honore in tuo.	154.b
Hortatio à malo ad bonum.	130.c
Horti Adonis.	192.f
Hospitibus duo olim exhibebantur.	206.d
Hostes Dei.	149.a, 218.d
Hostes Dei duplices.	219.a,b
Hostia vociferationis.	96.c
Humiles spiritu.	117.e
Humilitas, afflictio.	106.e
Humilitas.	39.a, 92.c
Humilitas mea, ambigua vox est.	84.d
Humiliatus sum pro obmutui.	137.b
Hymnorum diuinorum mos.	157.f
Hymnus triumphalis.	106.f
I	
Amblichus cur diuinus appellatus.	197.d
Ibi reciderunt.	125.c
Idithum.	126.c
Idololatrias, abominatione cur dicatur.	155.d
Ichouah.	44.b, 70.b, 113.f, 197, 198, 211.a,b
Ichouah, qui est, ipsum esse.	197.c
Iesum meum, salutare meum.	185.f, 186.a
Iesus.	39.d

INDEX

In finem pro in æternum	23.a, 26.a
In finem 40.c, 42.f, 45.e, 47.b, 64.e, 78.a, 156.d,e 139.a, 141.f, 144.e, 158.e, 166.c	145.c
In idipsum	115.c
Infirmitas	88.d
Infirmitates pro idolis	52.c
Infirmum esse quid	27.c
Ingratitudo	136.c
Ingratitudine nihil turpis	103.c
Ingrediendi finis	50.e
Ingredi sine macula	50.e
Inhabitare terram	126.b, 130.e
Inimici	48.b
Inimici, alij visibiles, alij invisibiles	218.b
Inimici Dei qui	159.d, 168.f, 218.b
Inimici multiplicati sunt	136.c
Inimicorum genera duo	95.d,e
Inimicos apud Saulem, David habuisse constat	119.e
Iniquitas	33.b, 188.d
Iniquitas quid	24.b
Iniquitas grauior quæ	134.f
Iniquitas in manibus rectè dicitur	30.a
Iniquitatem Deus non vult	24.b
Iniquitatem meditari in cubili suo	123.d
Iniquitates	94.f
Iniquitatis operatores	28.c,f
Iniquus cur citò pœnas non luat	139.c
Iniuria calumnia	190.a
In medio iuuenclarum tympanistiarum	169.f
Innocens	61.b,c
Innocentia	94.f
Innocentia manuum	89.b
Inopere sine opere	46.c
In faculum saceruli	72.d
Infanias falsas, idola vocat	140.a
In semeripto	122.c
Inscitia quorundam de Rege messia conuincitur	149.
150.a	
Inspiriens quid	48.e
In splendoribus sanctorum	220.c
Instrumenta musica	45.c, 159.c
Insurgunt verbum quid designat	16.d
Intellectum dare	111.b
Intellectus	109.d
Intelligentia maxima à Deo facta	216.d
Intemperantia proles	56.a
Intende, procede, & regna	1149.e
Intentio bona	178.b
Interitus	188.f
Intingatur	169.c
Ipsum esse	197.c
Ira quid	38.e
Ira Dei qualis	26.c
Iram tuam denumerare quid nouit	178.b,c
Iracundi	64.b
Ira Dei	26.c, 29.d, 30.e, 213.b
Irasceretur	191.b
Irascerimini pro timete	168.e
Irasceritur quomodo Deus	26.e
Irrisio duplex	81.b,c
Irritare	43.a
Israël	50.b
Ister	50.b
Iter idem ad ambas vitas	116.e
Iter prosperum faciet Deus	168.a
Iubilus, vociferatio	144.f
K	
Abod quid	65.d
Kebod	20.a
L	
Abia dolofa	46.b
Labia variè accipiuntur	263.a

INDEX

Labor	43.b.92.c
Labor pro iniuitate	33.b
Labor pro impostura	42.c
Lacus	32.f.33.a
Lacus &c; dupli	139.c
Lacus quid	98.b.103.c
Lachrymæ falsæ	107.b
Lætari	78.c
Lætitia corporea	212.c
Lætitia	212.c.d
Lætitia Dei	213.b
Lætitia in mensa sola existit	160.b
Lætitia pinguefacit	99.c
Lætitia vera vbi	74.b
Lamnazeach plures habet sensus	18.f.23.a.26.a
Lamnazeach	45.c.47.c.d.76.78.84.d.141.f.144.f.
Lapis pretiosus pro varo obrizo	73.d
Laqueos	45.c
Laqueus	106.b
Laqueus, pro calamitate in bello accepta	39.c
Laqueus pro calamitate	116.b
Laqueus venantium	181.f
Laqueus	92.a.119.b
Laquei mortis qui	58.b
Lauciueire	44.c
Latirudo	60.d
Lauare	93.f
Laudare	84.f
ad Laudem Dei quinque in uitat David	160.d
Laudes Dei	99.d
Lauti carmina didicisse dicuntur	165.f
Laurus	131.c
Laus Dei	99.e
Laus	122.d
Laus & gloria Dei	198.e
Le David quid	78.b
in Lege domini voluntas eius dupliciter exponitur	14.c
Legis diuinæ fructus	71.f
Legis Mosaicae summa	4.d
Legis diuinæ vis	70.c
Legislator	40.e
Legum humanarum perfectio	70.e
Leonis ingenium	83.d
Leones	29.c
Leones, iure diuites appellatur	116.d
Leones indiguerunt & esurierunt	116.c
Leonis mos describitur	42.c
Lerokel quid	160.e
Leviathan pescis	210.e
Lezim qui dicuntur	36.4.a
Lex antiqua & noua ex eodem fonte	164.c
Lex, alia diuinæ naturalis, alia Mosaica &c;	4.d
Lex Dei	70.b.c
Lex diuina, sola deuios reuocat mortales	178.d.e
Lex esse cum dicitur	4.F
Lex Hebraicæ	270.b.
Lex Latinis unde dicta	114.c
Lex omnis duas habet partes	73.c
Lex quomodo data	362.e.f
Lex unde dicta	114.b
Lex sapientia, Iudicium	130.f
Lex scopus noster	70.e
Lex tua in medio cordis	140.e
Lex vera quid	4.f

M

Machabæi qui	471.d
Macedopius quis	2.c
Magnificare quid	44.a
Magnificare salutes	64.c
Magnificare fraudem	143.b.c
Magnificata sunt opera tua	209.c
Magnificatus es vehementer Deus	198.b
Magnificentia Dei	34.b
Maiestas Dei	217.F
Maiestas Dei, castatur	88.a.b
Maiestas diuina describitur	159.d
Maiestas Dei quibus dignoscatur	101.a
Maiestas diuinorum scripturarum	194.F
Maiestas Messia æterna	79.F
Maiestas diuina quam admirabilis	113.d
Maiestatis diuina prædicatio	129.c.d
Maligna loquuntur qui	122.a
Malignantes	125.c
à Malignitate eorum	120.d
Malignus	112.a

Malignus

INDEX

Malignus pro scelere	24.c
Malorum authores in terris, qui	183.c.d
Malorum omnium radix	51.d.89.a.b
Malum atrocium nullum quam quod ab homine	115.b
Malum pro morbis	184.b.c
Manda Deus virtutis tuae	170.d
Mandra quid	208.f
Mâne sicut herba transeat	175.f
Mane repleti sumus misericordia, duos habet sensus	179.c.d
Manicheorum error	68.f
Manfueri	115.b
Manfueti	40.c.91.b.115.b.127.c
Manfuetudo & veritas Dei	215.c
Manfuetudo Dei demonstratur	190.f.191.a
Manus quid sit	110.d
Manus	209.f.211.o
Manus & pedes	83.f.d
Manus autoritatem designat	186.d
Manus infixæ sunt	132.f
Manus pro authore	145.a
Manus canis	84.c
Manus Angelorum	184.f.185.a
Manus Dei	66.b
Manuum opera	35.f.66.a
Maog quid	120.d
Mare	127.c
Mare vita	175.d
Mare hoc magnum	209.f
Mare cur non crescat	203.c
Matis turbati & irati descriptio	27.d
Mars	46.d
Medicina peccatorum	26.c.d
Megera	183.a
Meditandi verbum quid	4.f
Meditari	122.c
Meditari & cogitare	137.b
Meditationis Christianæ fructus	5.c
Mel	74.b
Melchisedech unde deductum	222.a
Memoria æterna nominis debetur ei qui semper est	157.e
Mendacium, vanitas	89.a
Mens Platonis secundum principium	197.c
Mensurabiles dies	137.d
Mentes duæ	132.b
Mentis malæ indicium	116.f
Mentis excessus	170.b
Mentis lucerna	61.d
Merces virtutis	47.c
Merita	188.b
Meritū iustitiae, poena peccati respondet	117.d.e
Messia nomina	213.e
Messia arma tribuuntur	218.a
Messie filius voluntas facienda	156.e
Messias Christus ante solem	215.d
Messias Deus æternus	151.c
Messias futurus omnium terrarum imperator dicitur	12.f
Messias probatur esse Deus	157.e
Messias in calo triumphans in calo decantatur	89.d
Messias rex appellatur	78.c.d
Meta virtus Dei, quæ	190.e
Metuendum	1.d

SSS

INDEX

I N D E X

Mos lupi describitur	42.c.e	Odium naturale inter bonos & malos	127.f
Mos piorum	171.c	Odium vnde sumit initium	121.a
Mosis scripta	88.d	Odores pro benefactis	154.a
Mosis oratio	173.a	Officium Angelorum	194.f.195.a
Mopus cali	65.d	Olam enim, & mundum significat	43.c
Mundicies cordis	89.b	Olam	148.f.174.b
Mundum quidam templum Dei nuncupant	17.c	Oleum latitiae	153.a
Mundum sempiternum non esse	113.c	Olympus	179.c
Mundus duas res admirabiles habet	65.a	Omnia ex Deo	49.a
Munera pro auctoritate	94.f	Omnia qua intra me sunt	187.b
Muftum Hebraicis	22.b	Omnia a te expectant	211.a
Myrias quid	166.d.183.b	Onager sitibundum animal	204.205.a
Myrra quid	153.c	Onagri infi sua expectabunt	204.f.205.a
N		Opera digitorum	34.35.f
Nabi propheta	178.d.e	Opera diuina duo	203.d
Nachal quid	204.d	Opera manuum Dei	99.b
Nahar	115.c	Opera Dei mira erga nos, & in gratiam nostris	140.b
Narrabo	36.f	Opera supererogationis	194.a
Narrare quid	65.c	Opere enim in fide	112.d
Nationes omnes ad Dei cultum iniunguntur	171.f	Opera Dei omnia, benedicite dominum	195.d.e
Nationes praefectos Angelos habent ad custodiendam	163.e	Opera infesta Deus non amat, sed iustitia	24.b
Natura celi duplex	65.c	Opera Dei	66.a
Ne auertas hominem in humilitate	174.d	Operatio & opus	209.b
Negligere quid	176.f	Operatores iniquitatis	28.e.f
Negotio perambulante in tenebris	182.f	Opes cur multi maximè expertant	73.c
Ne simul trahas, duos habet sensus	98.c	Opiniones tres quorundem spectat Psalmus. Quare tremuerunt	8.c.d
Nilus	204.b	Opus Dei, pluvia	205.206.a
Niue dealbabuntur	165.c	Opus pro opera	66.b.c
Nobilitas regni Dei	194.e	Oraculum totius gentis Hebraicæ, Sion	76.f
Noli æmulari ut maligneris	127.a	Oraculum de Christo venturo	85.c
Noctu agri grauius laborant	28.c	Oraculum de aduentu summorum Dei	219.b
Nomen Dei, Ianduum	187.e	Oraculum de Messia	79.b.c
Nomen Dei, Deus ipse	215.d	Oraculum Platonis de Deo	216.217.a
Nomen domini	139.f	Oraculum de Rege Messia veturo	143.f.144.a
Nomen Dei Iacob	76.f	Orandi ratio	98.c
Nomina Dei Aristoteli	196.d	Oratio in rebus aduersis vitissima	141.f
Nomen Dei	34.a.114.c.183.d.187.c	Oratio in finu	120.
Nomina dæmonum	183.a	Oratio Davidis ad Deum ut impij dissipientur	
Nomina apud Hebraeos duplicata	147.a	Nomina tua quibus docetur diuinitas	216.e
Nomina Messiae	213.e	Oratio vnde fluat	17.d
Nominis tui memores erunt	157.c	Oratio calamitosi	118.d
Non est salus dupliciter exponitur	16.f	Oratione ira Dei placatur	26.c
Nostrum pro nobis	168.c	Orbis terræ	68.d
Nox	53.d.55.a.208.c	Orizon, finitor circulus	69.d
Nubes, aer, mare	200.b	Orpheus	159.c
Nubes sunt superiora Dei	205.f	Ortus & occasus	192.b
Nubes	123.f.200.	Os iusti quale	130.e
Nubium fractus	205.f	Os pollutum	138.a
Numeri multitudinistres	154.a	Offa pro totius corporis compage	118.a
Numen Messiae	218.d	Offa	53.f
Numinis aduentantis descriptio	59.b	Offa & caro Hebraicis quid	83.c
O		Offibus dinumeratis, duplex est sensus	83.c
Bedientia melior quam hostia	140.d	Offores gratuiti & ingratii	121.a
Oblivio Dei	40.b	Offsum conturbatio	27.c
Oblivio quid	187.f.188.a	Offsum consumptio	107.c
Oblivionis nomen quid	187.f	Offsum dinumeratio	83.f
Obscurum	44.d	Ostendam illi salutare meum	186.c
in Obrium aurum	154.c	P	
Occasus pro solio	160.e	Alingenesia	187.d
Oculi Deo tribuuntur	54.f.55.a	Palla vestis Minerue	63.b
Oculi superbi	61.d	Palpebra pro oculis	45.c
Odisti obseruantes vanitatem	106.d	Panis	206.b
Odium iniquum	92.d	Panis vnde deducitur	222.d

Paphlagonia

Paphlagonæ similes; iis enim duo corda esse le-	Perfecisti	44.c
guntur	Perfecisti pro fecisti	108.c.d
Paradisus ducus Ferrariae	Perfecit	62.b
Paradisus terrestris	Perfecere	163.c
Parare, firmare	Perfugium patrum	82.a
Parare sagittas	Perfugium sceleratis duplex	123.a
Paræ	Perire de via, perdere viam est	15.a.b
Paræ tres	Perturbationum malarum fons	71.d
Paris quid	Pes superbiæ	125.c
Parnalus mons	Pestes quænunquæ impietatem deserunt	42.b
Parturire	Pestilentia sauit occulæ	182.b
Parturire iniquitatem	Pestilentia	182.b
Paruuli	Pestilentia famem sequitur	67.f
Pafcere fidem, Hebraicis duplex est sensus	Pestilentia Seniacherib diuinitus missa	195.a
Pasci in diuinitate Dei	pestilentie authores	183.c.d
Passer generaliter sumpturn	perra pro scopulo & arce	105.f
Passer illuc nidificabunt	perra pro arce & præsidio	98.a
Patientia	perra pro arce & munitione	96.b
Patres Apostoli	petra	205.a
Patris summi appellatio	pharetra	44.c
Paulus plus valuit quam Cesar	phariseus	20.c
Paulus contemporaneus Ionathæ Chadei in-	phariseus, segregatus	55.e
terpretis	phœnix dampnatur	196.e.f
Pauper egens	philosophi externi qui	9.a
Pauper quis	philosophia	49.b
Panperes qui	philosophia duplex	74.b
Pauper 38.c.41.43.44.85.a.92.b.115.e.141.e	philosophia Zobi	100.b
Panperes mansueti	philosophia diuina auto cur præferenda	73.d
Panperes 40.c.42.f.46.c.128.c.163.f	philosophia prophetarum	135.c
Panpertas Spiritus	philosophus, perfecte quomodo quis euadere	
Pax cum proximo	possit	4.e
Pax nobiscum aut intra nos	pietas	38.d.49.b
Peccata vnde	pietas quid	75.d
Peccata spiritus	pietas, fons beatitudinis	1.c
Peccata innocēti inscitiae, non malitiae sunt	pietas, timor Domini	14.b
Peccata odisse quid	pietas mansuetorum eadem	115.b
Peccata que delent	pietas à matrice nobis colenda est	53.b
Peccata grauissima, tria	ad piæatem inuitantur omnes	109.b.c
Peccata pondere grauissima	pietas præmium quantum	116.c
Peccata soluere, huic peccata dicuntur	pietas paries	14.b
Peccati expiati signum	pietas omnis semen	122.e
Peccator	pietas factus	91.c
Peccator mutuabitur	pietas pars	51.b
Peccator iustum considerat	pij ac iusti yarentibus arboribus comparati	
Peccator cum consideret duos habet sensus	6.c.d	
136.f.137.a	pij nunquam indigent	116.c
Peccatores qui	piorum vita inimicis plena	28.f
Peccatores omnes	piorum preces	98.d.e
Peccatores	piorum præmium	111.c
Peccatores deficientia terra	pingues terra qui	86.c
Peccatorum status	plagas dat magnus	138.c
Peccatorum medicina	plantare	207.c
Peccatum quid	plantam leuare que calcaneum	143.c
Peccatum cum superbia, contemptu inistrie per	plato de seculo futuro & eius principe	216.e
peccatur	plenitudo deliciarum	54.c
Pecora campi	plenitudo terræ	88.c
Pecunia vnde dicta	pluere laqueos quid	45.c
Pedes hospitibus lauabantur	pluviat voluntaria segregabis	163.a
Pedum commotio	pluviatarum commendatio	205.f
Pelagus vnde dictum	pœna, omne peccatum sequitur	109.c
Pellis pro tentorio	pœna sequitur edicta	121.c
Pennæ deargentatae	pœna maxima & minor	109.c
Perambulare in delictis	pœnarum generæ quibus cognita	27.a
Percutere in maxilla	pœnas cur non subito iuat malus	139.c
Perdere	pœnitentia describitur	104.c
Perditio sceleratorum	pœnitentia	27.c.179.b

SSS ij

INDEX

Pœnitentia peccata oblitterat	92.c	Protectio pro clypeo	62.d
Populi pro Iudeis impiis	31.a	Protector, petra	105.f
Populus quis	9.b	Protegere 185.c	Pro torcularibus 33.d
Populus humilis	61.d	Prouidentia	38.a.39.f.40.c
Populus pro hæreditate	163.b	Prouidentia in omni rerū humanarum decursu	40.c
Portæ aternales	89.d	Prouidentia vniuersalis Dei cōmemoratur 158.d	
Portæ filiæ Sion, portis mortis oppositæ	39.c	Prouidentia Dei dinisa	26.e
Posterior pro priore	10.e	Proximus 46.b	Psallere 36.f.37.a
Potentia diuina describitur	159.d	Psallere domino	38.e.f
Potestatem iræ tuæ quis nouit	178.a	Psallere laudibus prosequi	33.c
Potestas	173.c.3	Psallere dicitur de instrumento musico	159.b
Potestas Angelorum	195.a	Psalmi, carmina triumphalia sunt	33.d
Potestas Dei in creando probatur	212.f	Psalmi dua æditi à David super impiis principi- bus	48.c
Potestas Romana	149.d	Psalmi diuersis instrumentis canebantur	23.b
Potestas Dei admiranda	200.d	Psalmorum ordo	8.d
Potestas infinita Dei	194.e	Psalmorum liber, moralis philosophie libertas	
Præcepta diuina auro præferenda	73.e.f	Psalmorum inscriptions	15.f
Potestas rerum creandarum comprobatur	113.a	Psalmorum precatioes quo spectant	25.a
præceptum Domini lucidum	72.b	Psalmorum ritus	121.b
præceptum Dei in monte	12.b	Psalmorum ritus & ordo	106.e
præceptum omnium sapientum	24.a	Psalmorum victorialium ordo	40.b
Præcingere	61.b	Psalmos quandonam elederat David	105.c.107.a
Prae confortibus tuis	153.c	Psalmos à se compositos David cantibus tra- debat illisque conciniebat	105.c
Prae filiis hominum	148.a	Psalmus ipsi David 15.f	Psalmus cantici 159.a
præmia pietatis	91.e	Psalterium 159.b	Pulchritudo 147.b.c.d
præmia bonorum & malorum	111.e	Pulchritudo in Deo quid designet	147.d
præmium iustitiae	130.c	Puluis 211.d	Puluis homines sumus 192.c
præmium pacis statuitur	117.c	Puluis mortis quid	83.b.c
præmium sceleris	123.a.b	Puluis pro paleis & tritici inuolucris	6.c.d
præmium virtutis	129.d	Pupilla oculi 55.56.a	Purpura 170.c
præparare	88.d		
præparatum habitaculum	114.a		
prætende	125.b		
Præterita pro futuris	78.c		
Præteritis imperfæctis carent Hèbrei	203.a		
Præueniendi verbum cadit in duos sensus	78.f		
Præcatio 119.e	Præces	139.d	
Præcibus incititia mentis tollitur	90.c.d		
Principes terra qui	9.b.f		
Principes præuererunt	169.c		
Principes venturi ad templum sanctū Dei	171.d		
Prius pro posteriore	9.e		
Priusquam montes fierent	173.e.174.a		
Probare	55.a		
Probabilitia magis que dicantur	73.e		
Probatiopiorum 45.b	Procella vita	175.d	
Procrastinatio	40.c		
Procrastinatio vindicet diuinę demonstratur	190.f		
Pro occultis 36.d	Prodigia	94.b	
Prodigia vitanda atque tollenda	98.f		
Proditor impiorum	143.a		
Profundum maris	169.b		
Profundum totius mundi, terra	201.f		
Propheta 148.c	Propheta Nabi	178.d	
Propheta qui	172.d		
Prophetia 172.d.145.a.148.c.159.e.186.d			
Pro patribus tuis 157.c	Propinqui qui	134.f	
Propitiari quid	188.b		
Proprietas inter mentem nostram, & mentem creatricem	153.d		
Propterea benedixit te Deus in aeternum	148.d		
Propopopeia noctis ac dici	67.e		
Propopopeia de portis	89.d		
Propopopeia	65.a.b.66.b		
Prosperitas variè exponitur	6.a.b		
Protectio generis humani Angelis data	184.d		

Reges

INDEX

Reges & principes quomodo nūc adorātur	14.d	Sacerdos secundum Melchisedechi	221.f
Reges cui inungebantur	99.f	Sacerdotes	148.c
Regina quid	170.c	Sacerdotes olim vngebantur	152.d
Regina astitit à dextris tuis	154.b	Sacerdorum Melchisedech.	221.e
Regia corporalis descriptio	156.c.d	Sætra Minerua	63.b
Regina pulchra descriptio	156.c	Sacrificare, sacra facere	21.c.d
Regis nomen messiae tribuitur	78.c.d	Sacrificia	77.d
Regna terra, cantate Deo	171.f	Sacrificij genus quod Deo offeramus tribus ex- primitur nominibus	100.e
Regnum Dei	217.f	à Sæculo	143.e
Regnum Dei omnibus dominabitur	194.e	è Sæculo & usque in sæculum	174.b
Regnum Dei non in terris	213.c	Sæculum nostrum	176.e.f
Regnum Dei quibus constat	150.c.d	Sæculum futurum quid	215.b
Regnum Dei primo quærendum	23.f	Sæculum pro ætate humana	177.b
Regnum iustitiae	88.f	Sæculum futurum	216.d
Regnum messiae decantat	86.e	in Sæculum seculi	43.e.202.b
ad Religionem nostrâ tua nos deducat	213.b.c	Sæculum futurum agnouit Plato	216.e
Renes 33.d		Sæculum, centum annorum tempus	90.e
Renouatio terræ	212.c	Sacrificium iustitiae 21.c	Sagitta 151.a
Repleti sumus manc misericordia duos habet	189.c	à Sagitta volante in die	181.c.f
sensus	179.c	Sagitta tuæ acutæ	150.d
Reptiliū maximus numerus	210.a	Sagitta Deo tribuuntur	133.a
Requirentes Deum qui	85.e	Sagitta Apollinis	183.d
Rerum creandarum facultas cōprobatur	113.a	Sagitta pro fulminibus	59.c
Rerum creationem pater filio tradidit	149.i	Sagittas suas facit, sensu dupli exponit	32.c.d
Res admirabiles duas habet mundus	65.a	Sagittas Dei Homerus vocat pestilentiam	151.a
Res diuina quibus constet	94.a	Sala petra 57.f	Saluator 141.a
Res haim impij	2.e.3.f	Salus in celeritate posita	136.d
Res humana à matrice degeneravit	154.d	Salus à domino 18.e	Salus ex Sion 50.a
Res impiorū fecundas non admirandum	126.f	Salus ad corpus referitur	95.c
Res inanimæ pro animatis	165.f	Salus nostra in quo sita	168.c.d
Res omnis ad ad finem aliquem genita	214.b.c	Salus promissa	179.d
Resipiscere quid	13.d	Salus regia non in exercitus multitudine	114.b
Resipiscere in seruos tuos	180.b	Salus insignis, voluptas dicitur	180.d
Reponsa Dei vbi dabantur	81.f	Salutare meum	185.f
Repicere	140.a	Salutare 48.c.50.a.78.c.79.d.89.c.119.c.140.141.e	
Reponsa in Sion dabantur	76.f	Salutes magnificare	64.c
non Resurgent impij	7.e	Sana animam meam	142.c
Resurreccio inter Iudeos dubia	212.b	Sanare 188.d	Sancta sanctorum 65.b
Resurreccio mortuorum	7.a.186.b	Sancti Hebreis qui	116.b
Resurreccio prædictur	212.a	Sancti qui	103.d.130.d
Retribuio peccatorum	183.f	in Sancto habitat	81.f
Retributiones 188.a	Rerributio 74.e	Sanctuarium Dei	166.c
Reuela vox est amphibola	126.d	Sanctuarium duplex 171.f	Sanctus 61.b.72.d
Rex quid 99.f	Rex 221.f.222.a	Sanctus, benignus	20.d
Rex Angelorum	146.a	Sanguinem requirere	38.f
Rex fortis & potens	89.e	Sanguines 24.f	Sanguisuga 47.c
Rex futuri sæculi, propter mysterium dicitur	216.e	Sangtis Hebreis pro anima & vita	104.d
Rex gloriae	89.e	Sanitas	133.b
Rex inclytus describitur	148.b	Sapiens quercui robustissime comparatur	6.e
Rex, pulcherr, eloquens	148.e	Sapientia 49.b.53.c.155.d.209.c.d	
Rex regum	145.f	Sapientia Hebreis quid	130.e
Rex simpliciter quis	146.a	Sapientia Dei admirabilis	69.c.209.a
Rex verbum idem	146.c	Sapientia vbi sita	1.c
Rex virtutum 164.d	Rex verus 23.e	Sapientia, cur dicitur Christus	197.d.e
Rhinoceros	47.c.84.d.101.c	Sapientia, totius summa	117.a.b
Ridere transiit sumptum	10.d	Sapientissimus quis	196.b
Rigans mentes	205.d	Satan, Diabolus	183.a
Rifus per metaphoram Deo tribuitur	10.d	Satan è caelo proiectus	218.b
Romanus Episcop⁹ quomodo adoretur	14.d.e	Satiari quid	57.c
Romphaea 37.e	Ros quid 220.d.e.f.221.a	Saxa crescunt yr ossa	203.f
Ruina Romæ	176.b	Scabellum pédum 219.c	Scapulæ 182.c.d
		Scelerati impiorum duo proponuntur	97.c
		Scelerati cur non cito post delictum, puniuntur	
		Scelerati aquilis cōparati 129.c	(128.a)
		Sceleratorum consuetudo	98.d

SSS iij

INDEX

Scelerorum præmitum	III.e	Solortus est	208.f
Sceleris cōmisi displacentia signū	104.105.a	sol prima lux	199.a.b
Sceleris omnis fons	48.f	sol quomodo adoraret	14.d
Scelerum fons	123.b.c	sol prima rerum creatarum fuit	215.d
Scelus fati quid	110.e	solicitude Dei erga iustos	7.f.8.a
Scientia Dei	217.a	solicitus est mihi	141.e
Scientia appellatur lux	187.f.188.a	soliditas cali	67.a.b
Scrutari cor & renes	31.e	solitarij ditandi	162.b
Scuto circundabit te veritas	181.d.e	solitarij qui	161.f.162.a
Scutum bona voluntatis	26.a	solum	114.a
Secundum ordinem	221.a	somno corpus irritatur	83.b
Sedes tua Deus	151.b.c.d	somnus	48.a
Secreta Dei solis eum timentibus	91.f	sonus	68.c
Sedere supra thronum	37.c	sors iustum & impiorum contraria	118.a.b
Sedere ad dextram	217.d	sortes hominum duæ	86.b
Sedes Dei 194.c	Sedes Dei in Sion	108.a	sortes meæ, tempora mea.
Sedes hominum primæ	144.a.b	speciosus forma	146.e
Sedes omnium virtutum	1.e.f	spendandum in domino	21.d
Sedes pestilentia quibus data	3.f	sperrare	185.c
Sela	40.f	sperrabis sub pennis eius	182.c.d
Semen Jacob & Iraël	84.f	spes mea ab ubercibus	82.d
Semen impiorum peribit	130.d	spes qualis, talis misericordia	114.f
femen omnis pietatis	122.c	spes mea tu es domine	184.a
femita Dei recta duplex	97.a.b	spes hominum	29.d
femita iustitiae	87.c	spes omnis in Deo	135.b
sensus pro Iugo & vinculo	10.a	spes in misericordia Dei habenda	48.b
sententia eadē diuersis verbis solet repeti	113.c	spes quid	29.d.e.105.d.132.b.c.135.d
septuplum	46.b	spina quid	110.d
sepulchra pro squalore & siti	162.b	spiritus tuus duos habet sensus	211.c.212
sepulchrum patens guttur	25.e	spiritus non subsistet	193.b.c
sermo omnis in corde prius formatur	145.d	spiritus prophetæ pluribus in locis	145.a
sermo simulaçrum est animi	17.d	spiritus duobus modis potest intelligi	193.a
sermoni pernicietas summa attribuitur	177.c	spiritus animantium est Dei	211.c.f
serò cur exaudit Deus	181.f	spiritus pro anima	193.a
seruire domino	13.f	spiritus oris Dei	113.a
seruire in timore	14.e	spiritus nō cognoscet amplius locū suum	193.a
seruitus	206.a.b	spiritus ex sanguine	197.a
seruus Dei	179.b	spiritus pro vento	201.a
species Christi immortalis quid indicat	148.a	splendor quid	180.d
Shaddai quid	165.d	splendor domini sit super nos	180.c.d
Shaddai omnipotens	18.c	splendor diuinus quid	198.e
famaim, aquarum diffusio	199.d	splendor mirabilis	94.d
Silgaion	29.b	splendores qui	220.d
Sherion & Libunus, cedrorum feracs	101.d	strages quanta hominibus per dæmones facta	
sibylla erithræa de Christo oraculum	11.d	Stabilitas terræ	201.f
sibyllæ quo tempore flouerunt	84.a	stacte pars est myrræ liquidissima	153.e
sibyllæ in Babylone	145.a	stare 125.d	stare in via peccatorum
sibyllæ Vaticinium de Christo	9.f	status mundi recens creati	113.b
ne Sileas	121.c.d	status peccatorum	128.e
silentium verè Christianum	126.f	stereoma firmamentum	199.d
silentium vocis quies est	21.a	sterilitas animæ	119.c.f
similitudo hominis quæ	35.c	stoicorum Apathæia	26.e
sine causa percutere	18.b.c	stoicorum error refellitur	190.f
sigillatum	114.b	stoicorum error non credentium irasci numen	
ex Sion emittere	219.e	diuinum	178.c
sion habitatio Dei	38.f	stratum eius vniuersum versasti	142.c.d
sion ybi adificata	11.c.f	studia pro operibus	38.e
sion mons omnibus alii cur præfertur	166.b	stultitia multiplex	71.c
sion, oraculum Hebraeorum	76.f	stulto oblatrante tacendum	138.c
sion pro Hierusalem & tota Iudæa	11.c.f	substantia mea	138.a
sodomæ superbia vnde	56.a.b	substantia hominis panis	206.c
sol alter genitor omnium	199.b	summa legis Mosaicæ	4.d
sol cognoui occasum suum	208.a	substantia verbum	101.c
sol omnium author	207.f	summum pro termino & fine	69.c
sol noster quis	22.a	super Aspidem & Basiliscum ambulabis	185.b
sol est oculus & anima rerum naturam habentium		super ea volucres cali	205.a
sol omnium siderum rex	68.e.f	super me	31.c

Super

INDEX

Super Sion Christum constitutum	II.e	Testamentum, fœdus	91.f.92.a	
Superbia 75.d	Superbia unde nascatur	56.a	Testamentum Hebreis quid	193.f
Superbia peccatum maximum	75.c	Testamentum Dei	91.c	
Superbia delectio unde	13.f	Testes iniqui	97.b.c	
Superbia proprium	75.e	Testimonia diuinatis & pietatis testimonia		
Superbiam facientes	109.c	Testimonii passiuū & actiuū	158.b	
Superiora que	200.b.c	Testimonii pro mandatis	70.71.a	
Superiora Dei	205.e	Tetragrammum nomen	197.c.d.e	
Superuenit mansuetudo	177.d.e	Theos vnde deducitum	198.b	
Supplantasti	63.a	Theopneusti, nūmine affati	146.d.e	
Suppliciorum in numeræ forme	124.b	Thesauri aquarum	133.b	
Suppliciū superborum	10.d	Throni	163.d	
Suscipit	62.d	Thronus Dei ab Homero descriptus	194.c.d	
Sūceptio matutina	81.b	Timentibus Deum nihil deest	116.c	
Susceptor	181.e	non Timere Deū, omnium malorū causa	122.f	
Sydera dicta quasi ferrea	194.d	Timere nostræ	138.d	
Sydera, ut nām adorant Deum, & creature omnes, Deum adorant, præter dæmonas & homines	100.e	Timor quid	116.e	
Symbola quid	151.a.154.d.e	Timor Hebreis	25.a	
Synagoga populorum, ad pietatē ventura	31.a	Timor domini	72.d	
		Timores nocturni, qui	182.e	
		Timoris domini effectus	13.f	
		Tiphonne quid	183.a	
		Torrents voluptatis Dei	124.f	
		Tribulatio vnde iniquitatis	158.a	
		Tribulatio vnde deducitur	82.e	
		Tribulati corde qui	117.e	
		Tribulationes iustorum multæ cur	117.f	
		Tribulationis dies	76.e	
		Tribuli 16.c	107.a	
		Tribulo verbū vnde sumptum	16.e	
		Turbare	211.c	
		Turbatio vnde dicitur	27.d	
		Turbatus	28.c	
		Tytus Emporiū totius orbis nobilissimum	153.e	
		V		
		Alles tenebroſe	87.d	
		Vana, mendacia	46.b	
		Vanitates	140.a	
		Vanum	51.b	
		Vas perditum quid	107.e	
		Vasa pro armis	32.c	
		Vaticinium de Christo	11.d	
		Vaticinium de resurrectione	162.c	
		Vaticinium omnibus pene carminibus consuetum		
		Vaticinium de passione Christi	143.d	
		Vbertas copia diuinæ effertur	124.d	
		Venetiaemporium in Europa celebriæ	155.e	
		Venire	116.d	
		Ventus calamitatum	6.d	
		Verba tria imperandi	149.e	
		Verba delictorum quid	81.e	
		Verba apud Hebreos duplicata	147.a	
		Verba, pro oratione	23.d	
		Verba volacula	177.c	
		Verbo domini cæli firmati, variè exponit	122.f	
		Verbum 9.f	Verbum asperum	181.f.182.a
		Verbum pro pestilentia	182.a.b	
		Verbum bonum	145.f	
		Verbum iniquum	143.a	
		Verbum Deo tribuitur	195.b	
		Verbum Dei pro gladio	150.f	
		Verbum pro imperio	112.f	
		Verbum Dei rectum	112.d	
		Veritas, 140.f		
		Veritas Dei pro lege	93.d	
		Veritas vbi	73.c	
		Veritas pro stabilitate	104.d.e	
		Veritas & iustitia duo sunt in sacris litteris celeberrima		
		150.c		

INDEX

Veritates diminutæ sunt	46.a	Visio Danielis exponitur	79.e
Verticem capilli perambulantum	168.e,f	Visitare quid	35.b
Vestes pretiosæ.	153.f	Vita 189.	Vita duplex 116.e
Vestire lucem 198.c	Vestis neclarea 79.e	Vita pro anima	94.e
Vestis diuisio	83.f	Vita pro itinere	87.c
Vestitus decauratus	154.c	Vita hominis fluminī comparata	175.e
Vexaciones, & clades aquæ vocantur	59.f	Vita, mare est	190.d
Vexaciones iustorum multæ sunt, non perpetuæ	118.b	Vita humana, tanquam mare tumidum	175.d
Vexatores pauperum, fame necandi	162.b	Vita humana cur brevis	179.c
Via 61.f	Via Dei 97.b	Vita hominis feno comparata	192.f
Via pro æquitate	25.c	Vita duæ	4.b,c
Via optima peruenienti ad felicitatem	146.a	Vita duæ proponuntur	57.a
Via immaculata	62.b	Vita somni comparata	175,176.a,b
Via qua peruenit ad beatitudinem	3.b	Vita felicis gradus primus	116.f
Via in sacris litteris ætas est	15.b	Vita humana æ finis, inter omnes nobilior	14.e
Via vitæ	54.b	Vitulare vnde dictum	101.c
Via peccatorum dixit pro constitutidine pec-		Vituli	171.b
Vite 60.e	(candi) 3.d	Viruli libani qui	101.c
Via Dei sapientia	190.d	Viuentib[us] nobis qua parte sumus homines	196.a
Via Dei	90.c,190.c	Vivens nomen proprium summi Dei	63.f
Via, pro omni vita	184.f	Viure cur optant iusti	28.b
Via Dei multiplices	91.b	Vltio diuina	109.d
Via latæ declinanda	154.e	Vltio peccatorum	183.f
Via pro moribus	136.f	Vltionis diuina duplex explanatio	38.c,d
Viam iustorum nouit dominus, quid sit	7.f,8.a	Vlto, pro crudeli	34.d
Vias, necessitates,	126.d	Vmbra Dei, verbum Dei	152.c
Victoria contrâ quos	44.b	Vmbra pro protectione	181.c
Victoria multipli oratione soler exprimi	169.d	Vnctio filij 152.d	Vnctio electio 152.d
Vides quid 43.b	Vidisti domine 111.c,d	Vnica pro anima	84.b,110.e,f
Vim facete, pro infidibus ponere	135.a	Vnicotries	84.c
Vincula cœrum & iugum ipsorum idem	10.a	Vnius moris duos habet sensus	161.f
Voluptates	206.c	Voces horribiles Deo datae	37.d,100.f
Vinum lætitiet cor hominis	206.b,c	Volucres cali	205.b
Vindicta improborum optanda	98.f	Voluntas Messiae solius facienda	156.e
Vindictas dare	64.a	Voluntas	173.c,f
Violentia pro illusione	210.c	Voluntas æterna	113.c
Virga multis modis sumitur	219.d,e	Voluntas domini	95.f,180.d
Virga virtutis	219.d,e	Voluntas in scelere magno constat	123.a
Virga ferrea quid	13.c	voluptatis torrens	124.f
Virga directionis	151.e	voluptates pro voluntaribus	190.e
Virgines, populi 156.e	Viri Dei 173.b	voluptates vinum tres efficit	206.c
Virtus quid	72.c	vox obstericans	102.a,b
Virtus	62.a,102.c,119.f	vox Dei horribilis	11.a
Virtus Dei in nubibus	172.e	vox Deo tribuitur	172.d
Virtus pro exercitu	220.c	vre renes	93.b
Virtus Hebraïs exercitus	164.d	vrere verbum	93.b
Virtus cœlorum que	112.f	vſquequo	179.a
Virtus pro fortitudine	81.a,b	vterus quid	220.f
Virtus maxima spes	132.b	vtilitas in ouibus multiplex	36.b
Virtus venalis	74.b	vtilitates montium tres	204.c,f
Virus pro exercitu & militia	114.b	vtilitates aquarum per conualles descendétiūm	
Virtutes in Deo tres prædicantur	140.f	vtilitates vini 206.c	(204.f)
Virtutes duæ Dei semper à nobis efferēdæ	112.e	in vtre aquas congregatas, quid	11.b
Virtutes pro copiis & exercitibus	89.f	vulgus omnia ferè iudicat præpostere	73.e
Virtutes excellentes tres	112.b	vultus pro furore 80.b	vultus 114.f
Virtutes Ethicæ quomodo acquiruntur	4.c	vultus diuinus miserores omnes dissipat	47.f
Virtutes pro exercitibus	195.b	vultus variè sumitur	117.c,d
Virtutis fructus duplices	5.c,d	vulua quid	220.d
Virtutis ariditas quid	83.b		
Virtutis præmia	74.d		
Virtutum omnium sedes & finis	1.e,f		
Vis superbia	76.a		
Vis in cornibus sita	57.f		

Z

Z Almon mons	166.a
Zelmon montis nomen	155.e

F I N I S.